

FRANCISCI MARADEI

J. C. ET ADVOCATI NEAPOLITANI
Olim Judicis M.C.V. in Civilibus.

TRACTATUS CRIMINALIS ANALYTICUS MIXTUS

Civilibus Quæstionibus, ac plurimis recentissimis Decisionibus
illustratus, & in tres partes distributus.

IN PRIMA PARTE TRACTATUR

De Cognitionibus delictorum in genere, & in specie, & de Reorum
convictionibus

IN SECUNDA PARTE

De Reorum confessionibus, argumentis, & indiciis delictorum, & illo-
rum probabilitate.

IN TERTIA PARTE

De suppliciis, & poenis delictorum, & de remediis competentibus Reis
sententiam passis.

SUBNECTITUR COMPENDIUM

Selectarum feudalium decisionum, quæ prodierunt in Supremis Dicasteriis
in arduis feudalibus Causis, in quo tota feudalis materia perstrin-
gitur, & illustratur ad interpretationem juris communis, ad
mentem Constitutionum, Capitulorum, Pragmaticarum,
& Gratiarum Regno concessarum.

CUM ARGUMENTIS, ET INDICIBUS LOCUPLETISSIMIS.



NEAPOLI, Typis, & Aere Felicis Mosca MDCCXVI.
SUPERIORUM FACULTATE, AC PRIVILEGIO.

and the other two were in the same condition as the first. The
two others were in the same condition as the first. The
two others were in the same condition as the first.



RECEIVED
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARIES
JULY 1962

ANZODOM
GORDON GORDON

EXCELLENTISSIMO VIRO JO. WENCISLAO G A L A S S O

S.R.I. Comiti, Luceræ apud Apulos Duci, Fritlandiæ, Gravenstein, Richembergit, & aliorum oppidorum Domino, Regni Bohemici Magno Marescallo, à Consiliis intimis Cæsareæ Majestatis, & ejusdem ad Romanum Summum Pontificem Legato.

FELIX MOSCA FELICITATEM.



Ivinæ, cui omnia debemus, providentiæ, Vir Excellentissime, munere factum experimur, ut si quando mala, & calamitates ingruere videantur, eodem tempore remedia, quibus iisdem occurrat humano generi exhibeantur, & antidota: & si quando imminent atrociora pericula eodem ævo parata subterfugia appearant, ut ab ipsis cautela perveniat. Hinc ab Historicis habemus religione in discrimen adducta, tunc piissimos prodiisse viros, qui restituerent: ingruentibus Barbaris invictos enatos esse Duces, qui iisdem resisterent: in solescentibus morbis, tunc peritos extitisse, qui opem ægris ferrent, & salubritati: Ejusdem providentiæ equidem magno munere concessum remur, ut anteacto sæculo cum Germania, Austriacumque Imperium immensis fluctuaret undis, eidem adnasceretur magnus ille Matthias avus tuus, qui restitueret labantes, & qui cum Cæsaris Imperium oppugnaretur, deservissent contra Dominum Populi, conjurassent contra suum Augustum proprii Duces, minarentur Religioni impii Sectarii; tunc in orbe emicuerit Matthiæ lux, qui religionem tueretur, rebellantes coërceret, subditos compesceret, conspirantes aversaretur, hostes omnes repelleret.

Extant , extabuntque in futurum monumenta illustri Scriptorum , & testimonia , qui ejus virtuti Mantuan tribuunt expugnatam , Suevos repulso , Boëmos coercitos , infidos extinctos , Belgium auxiliariis adjutum copiis memorant . Propter ejus opem Ratisbona pro Cæsare recepta ; Burgundia ad distinendas à Germania Gallos devastata , Palatinatus dictio Augusto subjugata , Praga fortiter defensa , innumeræ Urbes receptæ , innumeræ contra hostes prælia feliciter commissa . Cæterum ejusdem prvidentiae beneficio datum arbitramur , ut sic nostro ævo è tanto stipite , Vir Excellentissime , prodieris in his implicatis , & difficillimis temporibus , quibus Europæ , imo totius Orbis res ingentibus agitantur tempestatibus . Scilicet indigebamus ad publicam utilitatem Viro forti , constanti , consilio prompto , ad res agendas eximio , qui Regum animis conciliandis , periculis distinendis , quieti generis humani procurandæ par esset . Eluxisti statim nostro auxilio , Vir Excellentissime , & à summis Principibus consiliorum moderationi applicitus ea prudentia , & industria usus es , ut omnia tuo ductu feliciter tractaveris , & expediveris , & ad optatam perduxeris metam . Hinc in tua apud Anglos legatione , enstuit maxime apud Regnum illud turbulentum ingenii dexteritas , & cautio . Deinde aliis , atque aliis difficilibus exercitus consiliis , in omnibus pari exitu , & commendatione expeditus . Demum apud Summum Pontificem legatus Cæsaream causam ita geris , ut cum in solescentibus Barbaris fidei hostibus gravissimæ res sint tractandæ , adamussim missus à Cœlo videris , qui Christianæ Reipublicæ periclitanti consulere valeas . Enim verò hic meum non est , in exigua epistola tuas laudes angustè designare , quas posteritas profuse ex Scriptoribus audiet . Tantummodo hæc attigi , ut rationem redderem ; cur opus hoc legale Francisci Maradei JC. Neapolitani , quod meis Typis nuper edidi , tibi potissimum dicarem . Nempe sicut Auctor dignissimus , & inter JConsultos nostros celebris ; opus insigne concinnaverat : ita oportebat , ut celeberrimo Viro , & in Orbe dignissimo dicaretur . Quamobrem nullum te potiorem inveni , cuius sub nomine , & umbra in lucem prodiret . Tu itaque , qua polles humilitate , humillimi clientis donum accipe , & qua polles auctoritate opus ; & Typographum protege , & nostræ Reipublicæ bono diutius vive . Vale , Vir Excellentissime .

AD

A D L E C T O R E M.

Sed in jam editis novissimis animadversionibus Opusculum Criminale de poenis delictorum in publicam lucem proculterim, cui cum multa decebat, ut absoluti Tractatus nomen mereretur; Curavi hoc absolutum opus in publicam lucem proferre. Cum illustrium, & selectarum jurisfeudalium conclusionum in S.R.C. decisarum compendio, elaboratum quantum per vires licuit postquam aliquatenus evalui in hac senectute, & diuturna adversa valetudine, & post illum honorificam missionem impetratam à jure dicundo in M.C.V, in qua cum de anno 1709, in Judicium Civilium album relatus, veniam expositulaverim enixa, & obtinuerim ut ab ea munere abstinere mihi liceret, ob morbos illos, quibus torquebar in etate jam ad senium vergente, cumque non defuerint iusmulantes, quod munus publicum respuerim, & non scribendi laborem, dum nova monumenta in lucem proferre procurem, perinde quasi tunc me à Republica comoda substraxerim, & operam mean, quam in jure dicundo prestare poteram negaverim.

Projecta invidi Obrectatores errans immaniter, & à veritate longè distant, non advertentes illud quod cunctis patet, nempe me publicæ utilitati sedulò operam navasse, cum meas imbecilles vires nusquam nisi in publicam utilitatem impenderim, quemadmodum impendi typis vulgando commentarios juventuti perutiles & scholia in foro versantibus satis opportuna ad Regias sanctiones bujus Regni in tria volumina distributa. Quæ commentaria statim ac lucem aspexerunt benigne fuerunt recepta, passim allegata in supremis Praetoriis, & taliter in pretia habita, ut brevissimo temporis spatio primæ editionis exempla fuerint distracta, & à pluribus vehementer desiderata, adeoquod alteram editionem novis auctionibus aspexerunt. Hinc fit, quod dum omnes arguebant me ambire dignitates, experti fuerunt exemplum nostro ævo infrequens, potius detrectare, quam ambire Magistratum. Quod multum inuidia peperit apud inuidia, & ambitionis morbo laborantes, sed non apud bonos, & probos viros, & justos rerum estimatores, scientes me non fuisse dimissarum dignitatem nisi ob notorias, & diurnas illas egritudines, quæ ultimum exitium mihi attulissent, tam circa animæ, quam circa corporis salutem, cum homines valetudinarij nec publicæ utilitati, nec suæ conscientiæ satisfacere possint, quod satis superque torquebat cor meum; Ex quo favor publicæ utilitatis, & Regii servitii à me maximopere in pretio habebatur; dum Civitas cunctis plaudentibus me qualecumque votis expetebat. Quæ adeò innotuerunt Eminentissimo Vincentio Grimani S.R.Ecclesie Cardinali Amplissimo, & tunc Solertissimo bujus Regni Proregi, qui sua qua prædictus humanitate me in magistratum creaverat, & postquam geminatis renunciationibus parere recusaveram, ingenti efficacia ad acce-

*acceptandum impellerat, demum capta possessione, ut ejus jussis obtemperarem; ingravescente morbo, cum iterum veniam petierim, non dicituravit, renunciationem admittere, & renunciationis causas benigne probare, median-
tibus illis humanissimis literis scriptis mibi, & Ill. Duci S. Cipriani tunc
Regenti M. C. V. tenoris sequentis,*

Habiendo el Cardenal mi Señor condescendido en la instancia que
le ha hecho V. S. de admitirle la renuncia del empleo de Juez Ci-
vil de la G. C. de la Vicaría que exerce, y S. Eminencia le havia con-
ferido por su literatura, y integridad respecto de non permitir los acha-
que, que padez su salud el poderlo continuar: lo aviso de orden de Su
Eminencia a V.S. paraque lo tenga entendido, y que con Villete de la
data de este he partecipado al Regente de dicha Gran Corte, esta deli-
beracion de Su Eminencia, guarde Dios a V. S. Palacio 27. de Noviem-
bre 1709.

D. JOSEPH CAVALIERO.

Señor Doctor Francisco Maradei.

EMI-

EMINENTISS. E REVERENDISS. SIGNORE.

François Maradei supplicando espone à V. E. che intende far stampare un Trattato Criminale. Supplica per la revisione, e licenza dell'impresione, ut Deus. Come anche far stampare alcune Conclusioni feudali con le giudicature, ut Deus.

Dom. D. Donatus Vulturale revideat, & referat. Neap. 29. Augusti 1715.

D. NICOLAUS CANON. ROTA PRO-VIC. GEN.

D. Petrus Marcus Giptius Can. Dep.

EMINENTISSIME DOMINE.

Hoc Opus, hic labor, hic liber est, quem nemo unquam satis demirari queat. Sanè JC. & Advocatus Neapolitanus D. Franciscus Maradei M.C.V. in Civilibus olim Emeritiss. Judez, ad majora promovendus, summa cura, solertia singulari, Apis instar industriosæ, nedum Tractatum Analyticum precipuum Rerum Criminalium, verum quoque Selectarum Conclusionum feudalium decisiones compilavit, in quibus contexendis Compilator eximius publici juris fecit Allegationes doctissimorum Advo- torum, deinde laudissimorum Senatorum D.D. Francisci Andreæ, Amati Danii, Petri Fuschi, Vincentii Raitani, Seraphini Biscardi, aliorumque in gravissimis controversiis meo tempore, dum etiam in Regiis Tribunalibus versabar, summa acutissimorum ingeniorum pugna exagitatis de Successio- ne Ducatus Andriæ, Marzani, Viggiani, aliorumque feudorum, ceterisque benè notis. Nunc itaque omnes agnoscant hujus operis præclarissimum Au- torem, libros non in apparatu, sed in usu, & amicitia habuisse. Et in foro non gratia, non gradu, sed jure vicisse, multa forensi eruditione saginatum, ut Magni Aarolii Cassiodori verbis hic opportunè utar primo variarum 45. At- que illi nihil, neque à natura denegatum, neque à doctrina non delatum ef- fe, Crafus apud Ciceronem 2. de Orat. Quamobrem de eodem recte dici potest, quod olim de Silio Martialis.

Hanc miratur abduc centum gravis hasta Virorum.

Hanc loquitur grato plurimus ore Cliens.

Ceterum nihil contra Orthodoxam Fidem, bonos mores, sed omnia conso- nant Ecclesiasticæ disciplinæ, Jurisdictioni, & Immunitati, à qua nil disso- num. Et idèò precibus pro impressione anni possit censeo, si ita Eminentiaz Vestraz videbitur. Neap. ex nostris Edibus hac die 7. mensis Januarii 1716.

Eminentiaz Vestra

Addictissimus, & Humillimus. Servus

Donatus Vulturale.

Attenta supradicta relatione, imprimatur. Neap. 16. Januarii 1716.

D. NICOLAUS CANON. ROTA PRO-VIC. GEN.

D. Petrus Marcus Giptius Can. Dep.

ECCEL.

ECCELLENTISSIMO SIGNORE.

IL Dottor Francesco Maradei espone, che intende dare alle Stampe un Trattato criminale analitico, *de Cognitione, Probatione, & pœnis delictorum &c.* Supplica commettersene la revisione per la solita licenza. Ut Deus.

Mag.U.J.D. Antonius Pistoja videat, & in scriptis referat.

GAETA R. MIRO R. ULLOA R.

Provism per S.E. Neap. 19. Julii 1715.

Lombardus.

EXCELLENTISSIME DOMINE.

Volumen typis mandandum, JC. & Advoc. Neap. D. Francisci Maradei duas dividitur in partes: quarum prior *Tractatum analyticum* continet *principiarum Questionum Criminalium*: altera verò *Selectas Conclusiones Jurium feudalium cum Rebus judicatis* Sæculo nuper elapo in nonnullis gravissimis controversiis. Cuncta planè respondent Authori suo doctissimo, cæterisque operibus ab eodem, omnibus plaudentibus, evulgatis. Hosque magnos, & præclaros labores haud intercidere, Reipublicæ quammaxime intererat. Cumque in iis nihil deprehendatur, quod Regiis Juribus aduersetur, typis, uti petitur, mandari posse censco, si E. V. videbitur. Neap. 15. Novembris 1715.

E. V.

*Addictissimus Servus
Antonius Pistoja.*

Visa supradicta relatione, imprimatur, & in publicatione servetur Regia Pragmatica.

GAETA R. MIRO R. MAZZACCARA R.

Provism per S.E. Neap. 17. Decembris 1715.

Lombardus.

INDEX

INDEX

CAPITUM

PRIMÆ PARTIS.

C A P U T I.

AN constare debeat de corpore delicti tñm ad effectu torquendi, tñm ad effectum damnandi reum pñna ordinaria; & an delinquenti confessio, & convicto pñna mortis irroganda veniat, si corpus delicti oculis Judicis subijci non possit, ex quo cadaver hominis de medio sublati fuit in mare, vel flumen projectum, vel aliter asconditum, combustum, vel clam sepultum, vel putrefactum; & quid in bannitis per Campaneam deambulantibus.

C A P U T I I.

De reorum cœtiōne proficidente ex testium depositionibus, vel ex indicijs, vel argumentis indubitatis.

C A P U T I I I.

De singularitate testium, & an, & quando testes singulares admittantur ad concordiam, & in quibus casibus admittantur ad faciendam probationem tam in causis criminalibus, quam in civilibus.

C A P U T I V.

De ultimo convictionis requisito.

C A P U T V.

De testibus deponentibus, vidisse de nocte, quomodo probent, & an reddere debeant causam scientiæ, quod luna lucebat, & quid in deponentibus vidisse, & cognovisse in crepusculis auctoræ, vel in tempore autumnali, vel ex igne pulveris accensi occasione emissionis ictus scopiet.

C A P U T V I.

An testes deponentes cognovisse delinquentem ex interjecto pariete, vel per rimulam ostij, vel per cortinam, aliquam probationem inducant, & quid si afferant audivisse, & cognovisse delinquentes ex vocibus, quas notas habebant?

C A P U T VII.

An idonei testes ad convincendum reputentur Rei criminis existentes in vinculis, & quid in crimine blasphemiae commissio intus carceres. Et quid in perpetuò damnatis ad triremes. Et an damnati ad mortem, vel ad metallum testamentum condere possint. Et quid in forjudicato postmodum restituto, & an sit dandus Balius filijs minoribus forjudicati, cum cœteris.

C A P U T VIII.

Depositiones duarum mulierum de visu deponentium an convincant, & plenè probent delictum de nocte commissum. Et quid favore in-

nocentia, vel ad probandam consuetudinem, vel apocham.

C A P U T IX.

An testes idonei ad convincendum reputentur Birruarij, cœterique milites, Porterij, Barricelli, Capitanei justitiæ, Scribæ fiscales, qui interfuerunt in captura inquisitorum. Et quid in militibus capientibus deponentibus de resistentia, vel afferentibus fuisse injuria affectis.

C A P U T X.

Testibus duobus deponentibus vidisse exulem in loco prohibito, vel vidisse asportantem arma; vel res asportari prohibitas contra formam bannorum, num sit locus pñnis impositis contra asportantes arma, & contra extrahentes, vel immittentes res asportari, & immitti prohibitas absque fragantia, vel reali apprehensione, & capture.

C A P U T XI.

Testes de Universitate, vel de Collegio, an sint testes idoei ad favorem Universitatis, vel Collegij. Exceptiones oppositæ contra personas testium, an sint in decisione causæ reservandas, & quid in exceptione inimicitæ capitalis.

C A P U T XII.

Vassallus an possit testimonium ferre tam pro quam contra suum Domum, & quid data terribilitate, vel sævitia Baronis, Villanus an admittatur in testem. Et quid in Nautis, Cauponibus, Stabulariis, & Rhedariis.

C A P U T XIII.

Clerici an admittantur ad serendum testimonium tam in causis civilibus, quam in criminalibus contra secularibus judicibus; Monachus, vel Monialis professus an, & quād possint esse in judicio sine licentia superioris cum, cœteris ad matrem.

C A P U T XIV.

Advocati, & Procuratores an repellantur à testificando pro suis clientibus, & an possint cogi ad deponendum contra Clientem etiam in causis criminalibus. Advocatus effectus Jūdex quando admittatur ad decernendum in causa, in qua patrocinium præstítit, vel in causa simili, vel conexa, & quid in questionibus de Commissario, vel in concedendis duabus Aulæ, vel dandis adjunctis. Afferuntur exempla tam antiqua, quam recentiora.

C A P U T XV.

An puberes, & minores, quæ non expleverunt annum

Index Capitum

num vigesimum ; arceantur à ferendo testimonium in causis criminalibus , & an possint interrogari cum tortura , & quid in minoribus factis majoribus deponentibus de his , que viderunt in minori aetate.

C A P U T XVI.

An admittantur , vel cogantur ad testificandum uxor contra virum , & vir contra uxorem , vel filius contra patrem , & econtra . Refelluntur decisiones Peguera , & Caldero , 17. & defenditur decisio D. de Francb. 538. Et quid in ceteris consanguineis , affinibus , & domesticis , & quid in defensionibus.

C A P U T XVII.

Testis an possit esse Hebraeus , vel alias infidelis contra Christianum , & an admittantur Hæretici ad ferendum testimonium contra Catholicos , sive Orthodoxos , & quid in contractibus , & ultimis voluntatibus , & an qui in hoc crimen lapsus fuit , & passus sententia perpetui carceris , patiatur bonorum publicationem , jaclitram , & administrationem , adeout suos debitores convenire nequeat , cum ceteris ad materiam pertinentibus.

C A P U T XVIII.

Testes an possint examinari in diebus feriatis ad honorem Dei tam super criminibus ; quam in civilibus causis , & quid de licentia Episcopi : Et quid ad effectum examinandi vulneratos vel reos in Ecclesia existentes , & an processus fabricatus , & sententia prolata per Judices seculares in Ecclesia sustineatur.

C A P U T XIX.

Testes inimici an probent contra inimicum , & an admittantur ad convincendum , vel ad faciendum indicium , quando inimicitia est capitalis , & an in criminibus exceptis inimicus à testimonio repellatur ; & an sufficiat allegare inimicitiam in genere , tam contra testes , quam contra Judices recusatos uti suspectos ; enumerantur casus , in quibus insurgit capitalis inimicitia , & usque ad quem gradum presumatur , durare capitalis inimicitia , examinatur.

C A P U T XX.

An existentibus testibus de visu , & illis repulsatis , & super existentibus alijs testibus de fama non repulsatis , sit locus torturæ , vel pœnae extraordinariæ , & quid existente repulsa ex causa inimicitiae capitalis , & quid inimicitia reconciliata . Et an tacita reconciliatio inducatur per literas missivas , & ex comparitione coram Judice suspecto ; Et quid si post secutam reconciliationem subsequatur nova causa inimicitiae , & de ceteris ad repulsam pertinentibus.

C A P U T XXI.

De testibus deponentibus super affirmativa : & an , & quando magis credatur testibus affirmantibus , quam negantibus , & quid si negativa esset prægnans , includens affirmativam , vel coarctatam de loco , & tempore , & quid in testibus deponentibus ad defensam , vel deponētibus de pastu animalium absque solutione fidæ .

C A P U T XXII.

Testis falsus in uno capite , an reddatur falsus in omnibus capitibus , & quid in processu fabricato sub unica commissione à Prorege data , quæ redarguitur de falsitate suspecta in parte , & partibus , & an irritus reddatur processus fabricatus ex capitibus porrectis per Vniversitatem , ipsa non congregata in publico Concilio , servata forma Regie Pragmaticæ ; Referuntur decisione S. R.C. pro questionis resolutione.

C A P U T XXIII.

Testes an habeantur pro receptis quando adversarius , sive reus impedit nè examinentur , vel repellantur ; scripturæ , & instrumenta minus solemnia an probent , præstito impedimento nè extrahantur ab Archivijs , & schedis ; Et quid in processu oecultato , & subtracto ; Et an exceptio exhibitionis processus , & scripturarum possit ad merita reservari , & an terminus ad convincendum sit impariendus.

C A P U T XXIV.

An testes sponte deponentes , probationem faciant , vel tamquam ultronei , & suspecti repellantur , & an testes examinati super attestationibus , debeant examinari per extensum , vel relativè . Et quid in testibus nulliter examinatis.

C A P U T XXV.

Testis unicus à Fisco , vel à parte productus , an plenè probet contra producentem . Et an producens instrumentum censeatur approbasse personam Notarij , ita ut non possit impugnare aliud instrumentum manu ejusdem Notarij producsum ab adversario colligitante.

C A P U T XXVI.

De corruptione testium ; & an , & quando testis pecunia corruptus dicatur subornatus , & quam probationem faciat . Plenissimè agitur de Judicis corruptione , & an argui possit ex receptione munerum , & pecunia , sub titulo Dietarum ante condemnationem , vel liquidationem , & an hæc sit justa recusationis Judicis causa , & an acta facta ante hanc recusationem nulla , & irrita redundantur . Extollitur Reg. Consil. Franciscus de Andreis , cuius celebre Responsum typis mandatur .

C A P U T XXVII.

De testium contradictione , & an testes contradicentes inter se , vel cum principali , vel vocantes alios incontestes , qui negant factum possint reduci ad concordiam eorum dicta , vindicata contrarietate , vel sint de falso suspecti , & quid in testibus vacillantibus .

C A P U T XXVIII.

Testis ille idem , qui antea contra eundem Reum criminis , testimonium jam dixit in diversa informatione , an repellatur tamquam inimicus ; Et quid in teste , qui sponte accedit ad se examinandum ; Reus si non repulsavit testes , quando fuit interrogatus super illorum qualitate , an possit postmodum illos repellere ; Judex an reddatur suspectus , quando in aliqua causa judicavit contra Titium .

CA.

Primæ partis.

C A P U T XXIX.

An testibus deponentibus inverisimilia sit fides præstanda ; & quomodo arguantur inverisimilitudo . Referuntur casus præferentes inverisimilitudinem ; & an testium inverisimilitudo possit suppleri ex numero testium ; & an testibus paucioribus verisimilia deponentibus magis credatur, quam numero majoribus.

C A P U T XXX.

Testes deponentes obscurè dubitatè , incertè , equivocè , vel de credulitate , vel per verbū vis- detur , vel de judicio , vel hyperbolice , vel per ironiam , an inducant plenam probationem ; & quid in testibus cōtinentibus verba captiosa , vel synonima per aetiologyum , vulgo figura , & an testes , qui confuse testimonium dixerunt , possint post publicationem interrogari ad dictum suum declarandum .

C A P U T XXXI.

An testes de auditu deponentes probationem faciant , & quid in testibus deponentibus tam de auditu , quām per famam , tūm in criminibus , tūm in civilibus cognitionibus ; Altius examinatur quomodo deponere debeant testes deponentes de tenore testamenti nuncupativi non sedacti in publicam formam , & an possit interponi decretum præambuli , & concedenda immisio ex voluntate testatoris probata per testes . Afferuntur novissime decisiones M. C. V. de quibus dubitat Author in judicio immissionis .

C A P U T XXXII.

Testes subscriventes eorum depositiones signo Crucis , an habeantur pro testibus omni exceptione majoribus , & an sit credendum testibus negantibus non deposuisse , prout Notarius scriptus . Examinatur an apoca privata trino te-

ste notata habeat expressam hypothecam in terminis legis scripturas C. qui posse. in pignor. Hypotheca an censeatur apposita , quemadmodum censetur apposita clausula constituti . Decisiones allatae per Consil. Arias examinantur .

C A P U T XXXIII.

An testium examen receptum in causis criminalibus sine Judicis commissione substineatur s & an possit committi audientia testium , & captura informationis infra diætam ab hac Civitate ; & an substineatur examen factum coram examinatore allegato suspecto in partibus ; & quomodo examinatorum recusatio sit proponenda ; & an Barone suspecto ex causa inimicitiae , sit remittenda causa eidem Baroni .

C A P U T XXXIV.

De testium examinatorum ad informationem Cu- rie repetitione ; & an , & quando sit facienda re- petitio , citata parte , & in quibus casibus omitti possit . Et an repetitio requiratur , citatis nomina- tis in confessionibus bannitorum deponentium contra receptatores . Testibus non repetitis , an reus veniat absolvendus ; & an nullitas ex defec- tiva citationis ad videndum iuramenta , possit in civilibus ad merita reservati ; affertur decisio Saeri Consilij .

C A P U T XXXV.

Testes an possint recipi post didicita testificata , vel publicatis attestationibus in causis criminalibus , & quid in causis civilibus , & quando , & quomodo dicantur didicita testificata . Exam- inatur an testes recepti elapsò termino nominationis , & contra formam decetti , ut non reci- piantur , sint repetendi , si pretendatur fuisse vi- sum examen , refertur novissima determinatio S. R. C.



INDEX

CAPITUM.

SECUNDÆ PARTIS.

C A P U T . I.

DE probatione resultante ex spontanea Rei Confessione.

C A P U T . II.

De Confessione non sponte, nè legitime facta, sed territione, vel metu tormentorum extorta.

C A P U T . III.

Confessio minoris facta in criminalibus sine auctoritate curatoris an sustineatur, vel concedatus restitutio in integrum non docto de lassione, vel de errore confessionis. Rejicitur *decisa* 57. Reg. *Sanfelicij*, & traditur novus intellectus per *Autborem*. An sustineatur mortis, vel forjudicationis sententia contra minores in atrocissimis criminibus. Pæna mitiganda ob minorem etatem in cuius generе pæna infligenda veniat.

C A P U T . IV.

De criminibus per scriptures, & instrumenta perpetrandis, & probandis.

C A P U T . V.

De probatione per evidentiā rei, & de ejus privilegijs, & an, & quando sit admittenda. etiam publicato processu, & ad probandum super eisdem, & de directo contraria.

C A P U T . VI.

De indicij indubitatis, & de illorum probabilitate. Examinatur, quæ dicantur indubitata indicia, tam attento jure communī, quam Regni Neapolitani, & quomodo reposita dicantur in acie mentis iudicis. Examinatur, an indicia sint tutiora, quam probatio resultans ex rei confessione, vel ex testimoniis depositionibus.

C A P U T . VII.

Judices inferiores, nempē Gubernatores, & Regij afflētiones, & cæteri Officiales Baronum nūm possint damnare Reos pæna ordinaria ex indicij indubitatis, & quid quo ad pœnam extraordianiam arbitrandam ex indicij violentis, & latis urgentibus.

C A P U T . VIII.

De tortura, & ejus origine, & an questiones sint inventæ ab Imperatoribus Ethnicis, vel moribus juris gentium. Plenè differit de antiquo tormentorum usu in omnibus Mundi Provincijs, expensis verbis eruditissimi *Joannis Othonij Taborri juris Conf. Germanici*. Examinatur, an personæ illustres possint subiici questionibus.

C A P U T . IX.

Tortura an sit probationis species, & quando Jūdex possit ad questionem dēvenire, & quæ indicia exigantur, an existentibus indicij valde urgentibus sit repositum in Judicis arbitrio dēvenire ad torturam, vel plectere Reumpēna extraordinaria, assertur in medium *Autboris* distinctio. Appellationi an sit locus, Judice decernente, questioni non esse locum. Referuntur decisiones pro resolutione propositæ questionis.

C A P U T . X.

De indicij ad torturam sufficientibus, & de probatione indiciorum; & quomodo indicia indicij trudantur, & subvertantur. Et an indicij, & presumptionibus existentibus pro Reo, & cōtrarijs, vel æqualis existentibus pro Fisco, sit locus torturæ; & an absolutio Rei ob dubiam fisci probationem debeat esse diffinitiva à crimine, vel tantum ab instantia, sed ab observatione judicij.

C A P U T . XI.

De depositionibus sociorum criminis in vñneulis existentium depónentium contra consocios; an, & quando admittatur ad probationem, vel indicium faciendum. Et quid in atrocioribus criminibus. Examinatur an furtum commissum in turibus, tugurijs, & tabernis, dicatur furtum patratum in strata publica; interpetratur *Pragm. Marcionis del Carpio* qua est 30. sub tit. de *exal.* & an sit localis respectu. Provinciarū Apenninarum; Afferuntur geminata rescripta D. Proregis pro declaratione ejudem legis.

C A P U T . XII.

De tortura inferenda ex processu informativo, & quomodo, & quibus requisitis concurrentibus inferri possit; testes convicti negantes an subiici possint questionibus ex processu informativo. Tortura an possit inferri per Judicem M.C.V. vel Auditorem missum in partibus cum præeminentijs M. C.V. & de cæteris ad materiam pertinentibus.

C A P U T . XIII.

Impuberis, & minores 14. annorum an questioni, sū tortura subiici possint, & quid si sint pubertati proximi, & quid in senibus, & in qua etate dicatur Reus in senectute constitutus, & quid in valetudinarijs, & an requiratur etas sptuaginta annorum ad præbendam excusationem à tutela, & à cæteris personalibus munericibus.

INDEX

CAPITUM

Quæ in tertia parte continentur.

C A P U T I.

De crimen Majestatis Divinae.

C A P U T II.

De crimen Majestatis Humanae.

C A P U T III.

De crimen falsæ monetæ.

C A P U T IV.

De crimen patricidij.

C A P U T V.

De crimen assassinij.

C A P U T VI.

De homicidio proditorio.

C A P U T VII.

De homicidio simplici.

C A P U T VIII.

De crimen adulterij.

C A P U T IX.

De Stupro.

C A P U T X.

De Raptu.

C A P U T XI.

De incestu, & venere prodigiosa.

C A P U T XII.

De sepulcro violato.

C A P U T XIII.

De Sacrilegio.

C A P U T XIV.

De criminibus non atrocioribus, & nonnullis le-
vioribus.

C A P U T XV.

De abigeis, & illorum pœna.

C A P U T XVI.

De crimen falsi.

C A P U T XVII.

De pœna Iulii de vi publica.

C A P U T XVIII.

De termino moto, & illius pœna.

C A P U T XIX.

De pœnis temperandis, & de causis quæ possunt
impellere Judices ad pœnas mitigandas.

C A P U T XX.

De delicti, & actionis criminalis præscriptione, &
an præscripta actione criminali, præscripta dic-
tatur civilis quoque actio, & an noceat confes-
tio Rei, delicti punitione præscripta.

C A P U T XXI.

De exceptione fori declinatoria propónenda tam
ante litis contestationem, quam post litem
contestatam, & etiam post sententiam; & de ju-
risdictione M.C. V. & cæterorum Tribunalium,
& judicium separatorum ab eadem M. C. & de
remissionibus causarum ad cætera Tribunalia

sequalia, vel inferiora habentia abdicativam, vel
privativam jurisdictionem; & de aliis ad ma-
teriam.

C A P U T XXII.

De recusatione Judicis suspecti in causis crimi-
nalibus, an admittatur recusatio quemad-
modum admittitur in causis cœlibibus, affe-
runtur verba eruditissimi Crufij, & Antonij de
Massibus pro questionis resolutione; Ad ex-
amen revocatur an Judex post recusationem pos-
sit in causa se ingerere, & an possit proprio me-
re rei jure recusationes, allatis novissimis rebus
judicatis per Collat. Confil. ad interpretationem
literarum Regalium anni 1710. & 1711. & an
recusatio possit proponi per tertium, sive Agna-
tum comparentem ad excusandum Reum cite-
tum ad fori judicandum, & afforuntur recentissi-
mae decisiones.

C A P U T XXIII.

De sententia fori judicationis, & ejus origine, & de
origine banni, & qui dicantur banniti, & an sic
dictio germanica desumpta à verbo Greco.

C A P U T XXIV.

Fori judicandi facultas an pertineat ad Curias dema-
niales, & Baronales Regni investitas de mero,
mixtoque Imperio, & quæ indicia requirantur
in iudicibus inferioribus ad effectum fori
judicandi, & an fori judicatus per tales Curias pos-
sit impunè occidi extra territorium Judicis fori
judicantis existentis sub eodem Principe.

C A P U T XXV.

Defuncto feudatario fori judicato superstribus
descendentibus, ascendentibus, vel Collateralibus
num fiat locus devolutioni in fisci benefi-
cium tam respectu bonorum feudalium; Et quid
feudatario defuncto, relieto filio primogenito
fori judicato, alijsque filijs secundogenitis super
existentibus; Num Fiscus admittatur ad succe-
sionem fori judicati, cæteris filijs exclusis, & de
cæteris ad materiam.

C A P U T XXVI.

De remedij competentibus adversus sententias
absolutorias, vel condemnantes latas in causis
criminalibus, tam Reis sententiam passis, quam
fisco, & parti querelanti, & nec non de reme-
dijs dependentibus ex sola clementia Principi.

C A P U T XXVII.

De remedio visitationis carceratorum M. G. Mi-
sciendæ per DD. Regentes Collat. Confil., & de
visitatione facienda per Judices M. C. V. & per
Auditores Provinciarum, cum ceteris ad mate-
riam pertinentibus.

See.

SERIES

ARGUMENTORUM

Decisionum selectarum feudalium.

DECISIONIS I.

ARGUMENTUM.

IMmiso ex remedio legis fiscalis C. de edit. Diz. Adr. num competit agnato qui venit claro, & aperto jure ad successionem bonorum feudaliū, tamquam vocatus ex investitura. Altius examinatur, an substitutio pupillaris possit fieri in feudis; Quid in officijs regalibus; quid si mutaretur ordo successionis, Perpenduntur, & explicantur verba Gratiarum Pragm. 33. & 34. de feudiis, & num sub eis comprehendatur totus quartus gradus; & num Gratia numeraverit gradus, vel personas, & num feudatarius possit uti beneficio Gratiae ad exclusionem proprias filiae declarantur Decisiones que prodierunt in causa Comitis Cōversani, & in causa Principis collis; Patruus Magnus, tamquam masculus, num preferatur feminis propinquioris linea, vel feminæ censeantur vocatae in defectum omnium masculorum; Rensiciatio translativa feudorum titularum facta in beneficium agnati remotioris, an requirat Assensum S.C. Majestatis, & quando renunciatio dicatur translativa, vel abdicativa dilucide examinatur. Affertur decisio quæ prodijt junctis duabus Aulis in causa successionis Ducatus Andriae.

DECISIONIS II.

ARGUMENTUM.

AN., & quando fideicommissum possit institui in feudiis absque Regis assensu, & quid quando majoratus fuerit super tenuta, seu pretio feudi. Assensus expeditus per verbū fias, non redactus in forma privilegiī infra biennium, nullam habet firmatatem; Gratia redacta in Pragm. 33. de feudiis, num extendatur ad exclusionem propriarum filiarum, & masculorum descendientium ex feminis; Examinatur an hæres universalis possit capere possessionem bonorum hereditariorum vacantium propria autoritate; Possessio bonorum feudalium capta auctoritate Judicis inferioris non habentis potestatem in causis feudalibus, num presumatur vicia, affertur exemplum rei judicatae junctis aulis per Sac. Conf.

DECISIONIS III.

ARGUMENTUM.

GRATIA anni 1595. registrata in Pragm. 33. de feudiis interpretatur, & declaratur, num extendenda sit ad casum, quo feminæ habet filium masculum, qui precedit Agnatum, & num comprehendat feuda nova, & num prescribat sibi locum, existente pacto in capitulis matrimonialibus, ut filia ultra dotes habeat legitimam, & successionem, declaratur supplicatio, & Gratia concessa in Comitijs anni 1622. Gratia, num censenda sit favorabilis, & num possit extendi ad casus non expressos. Differitur, num privilegij dubij declaratio spectet ad Principem, & num Princeps videatur sibi reservasse declarationem, si aditus pro declaratione noluit declarare; Privilegia, & Capitula concessa de non extrahendis causis à Regno, an prescribant sibi locum, quando Tribunalia decernunt esse consulendum Regem; Articulum illustravit subtilissimis speculationibus Confiliar. Petrus de Fusco; cuius Responsum hic imprimendum curavimus, cum re judicata, quæ prodijt junctis duabus Aulis.

DECISIONIS IV.

ARGUMENTUM.

FEUDI tenuta executa, & capta in causam iudicati virtute sententie obtentæ per creditorum absque assensu, num possit vendi ad instantiam ejusdem creditoris, & num venditio possit impediri per hæredem feudatarij, de cuius pecunia feudum fuerat emptum; & postmodum in eum translatum virtute cessionis obtentæ à persona illa, in cuius faciem feudum reperitur, si proponatur cessionem, & translationem fuisse attentatè peractam post inhibitionem S. C. Assensus num dicatur revocatus, si Collat. Conf. mandat, quod S. C. de justitia provideat, suspensa decreto Regii Assensus. Editum quæ in fraudem creditorum, num habeat locum in feudiis. Assensus super hypotheca instrumenti recognitionis, interponitur pro cautela illius de cuius pecunia feudum fuit emptum, & est actio merè aliquid.

Series Argumentorum

dialis transmissibilis , & cessibilis ad quoscumque . Explicatur Grātia registrata in Pragm. 27. de scudis , & altera concessa in anno 1622. & nūm Exteri , & forenses gaudeant beneficio dictarum , & iularum gratiarum Regno concessarum.Differit an , & in quibus casibus assensus favore dotis possit impetrari post mortem ejus , qui obligavit feudum , & assertur recentissima decisio Sac. Conf. pro quæstionis resolutione .

dalem materiam pertinentib[us].

DECISIONIS VII.

ARGUMENTUM.

Fan requirant, perieesse scriptoram , & assensum ; & an scriptura debeat esse instrumentum stipulatum manu publici Notarij ad hoc , ut assensus desuper obtineri possit ; Assensus an requiratur in promissione refutandi , seu renunciandi feudum , vel primogenitum , & an sit locus revocationi virtute Constitutionis Constitutionem Divæ Memoriae. Hæreditatis aditio an resultare vidatur ex mandato procuratoris ad capiendam feudi possessionem ; Herres in feudalibus , an teneatur declarare si venit ab intestato , vel ex testamento . Afferuntur decisiones S.C. pro quæstionis resolutione , & cæterorum articulorum ad materiam pertinientium .

DECISIONIS VIII.

ARGUMENTUM.

Altius examinatur an , & quando renunciatio bonorum feudalium dicatur extinctiva , vel translativa quæ indigeat assensu ; Feudi dominium an requiratur ex contractu antichresis , vulgo ad gaudendum , & quando fieri dicatur talis contractus , & quando assensus interpositus super tali contractu redargui possit de diffinitate . Assensus non registratus infra legitimum tempus in quinterionibus Regiæ Cameræ , nūm pro non præstito habeatur ; Assensus an resolvatur ex defectu juramenti ligij homagij. Et assentiationis Vassallorum ; Assensu resolutio , an feudum remaneat in hæreditate , uti tenuta burgensatica , & concedenda sit immisso æqualiter primogenito cum secundogenitis , assertur decisio S. C. facta junctis duabus Aulis . Cum cæteris ad quæstionem pertinentibus .

DECISIONIS IX.

ARGUMENTUM.

Prælationis seu jus retractus quod competit agnatis in feudis hæreditatijs an competit quoque cognatis descendentijs ex feminis ad explicationem textus in cap. 1. §. porrè qual. olim feud. alien. poter. & in cap. 1. §. si titius si de feud. d. sanct. militis fuer. controv. & in cap. 1. §. sed & res per quos fiat investit. , & nūm feudi natura ampliata , & alterata per Gratiam de qua in Prag.

Decisionum selectarum feudalium.

34. de feudis. censeatur alterata , quo ad prælationem , & nūm prælatio competat agnatis remotoribus, proximioribus non comparentibus infra annum, vel nolentibus retrahere ; casus decisus assertur pro quæstionis resolutione; Et quid petita prælatione dolosè per filium infantem , vel minorem existentem sub potestate patris, qui alienavit feudum. Refertur novissima decisiō S.R.C. anni 1700.

quod fuit ab emptore solutum ; Et quid si valor creverit ex beneficio temporis ; décisions affectuntur ad quæstionis resolutionem cum alijs ad materiam pertinentibus.

DECISIONIS XI.

ARGUMENTUM.

DE C I S I O N I S X .
A R G U M E N T U M .

PRælatio jure sanguinis nūm competat Agnato in venditione officij Magistri actorum , & nūm competat sequentibus in gradu , quando primogenitus , vel proximior , ad quem spectat successio est incapax successionis , vel infra annum prælationem non petit ; & nūm competat prælatio habito respectu ad tempus venditionis , vel petitæ prælationis ; & nūm sit solvendum justum pretium quanti feudum valet , vel illud ,

AN emphyteuta præferatur extraneo ementi à Domino directo annuos redditus inhærentes directo Dominio, tam actento jure communi quam consuetudinario hujus civitatis . Explicatur *censuetudo*, si quis emit . Typis subiicitur, tamquam aureum monumentum *Responsum celeberrimi J. Conf. Fabij Marchefi* , & afferuntur decisiones, tam antiquæ, quam recentissimæ, assignata ratione decidendi , occurritur decisio apud *Reg. Marcian.* , & refellitur *Cardinalis Corradinus*, declaratur vis emphyteusis concessæ cum potestate affancandi in simili , vel meliori situ , & alijs ad materiam pertinentibus.



FRAN-



FRANCISCI MARADEI
J. C. ET ADVOCATI NEAPOLITANI
TRACTATUS
CRIMINALIS ANALYTICVS.

P A R S I.

S U M M A R I U M.

- 1 **C**riminales causæ sunt graviores ceteris causis cum agatur de hominum fortunis, existimatione, ac capite.
- 2 Delicti corpus, quod est fundamentum, & lapis angularis generalis inquisitionis, an sit de jure Divino, vel de jure civili introductum.
- 3 Ponderatur textus satis vulgatus in l. i. §. item illud, ad Syllan.
- 4 Delicti corpore non investigato Judex non potest devenire ad specialem inquisitionem, nec ad torturam; nam ipsam rei confessio extorta, & nulla, & irrita redderetur.
- 5 Corpus delicti an probetur præsumptionibus, & conjecturis in delictis occultis, & difficilis probationis.
- 6 Textum in l. i. §. item illud ff. ad Syllanian. omnes sciunt, sed non omnes perfectè sciunt, ex Bernardin. Muscastello Magno practico, cuius verba afferuntur. Ibidem.
- 7 Delicti corpus quando oculis Judicis subjici non potest ob cadaveris combustionem, vel projectionem in mare, vel in flumine an sufficiat rei confessio ad paenam ordinariam, n. 8. & 9.
- 10 Afferuntur DD. opiniones, qui scripsérunt in Commentariis, in tractatibus, & in decisionibus pro questionis resolutione.

- 11 Author resedit in opinione, nunquam esse deviendum ad paenam ordinariam ob corporis delicti incertitudinem.
- 12 Decisiones allatae per Reg. Salernitanum, Sanfelic., Reg. de Rosa non jure, nec auctoritate probantur, & n. 13.
- 14 Corpus delicti non potest suppleri per confessionem, nec per indicia, & præsumptiones, nisi quod infilgenda paenam extraordinariam.
- 15 Delictum sine corpore est qualitas sine subiecto.
- 16 Reipublicæ interest non minus delicta puniri, quam justo, & debito modo procedi.
- 17 Opinio communis non constituitur ex numero Doctorum, sed ex rationibus.
- 18 Opinio communis est illa, quam sequuntur sex, aut septem Doctores graviores rem tractantes ex professo, & non illa, quam sequuntur perfunctorie quinquaginta, aut plures Doctores.
- 19 Et quid in causis criminalibus, in quibus adbarendum sit uni, vel duobus Doctoribus absolventibus reum à pena mortis, quam multis condemnantibus.
- 20 Judex in causis criminalibus non possit sequi opinionem probabilem pro reo, quamvis adsit opinio probabilior profiso.
- 21 Res judicata fundata in probabilitate unius

A sen-

- Sententia an tollat, vel falsam reddat probabilitatem alterius sententiae.*
- 22** *Judices an possint aliqua rationabili causa concurrente recedere à stylo recepto in aliquo Tribunali.*
- 23** *Pœna mortis an possit infligi absque corpore delicti quotiescum rei confessione concurrerent indicia indubitate cum circumstantia deficienciae hominis à longo tempore nulla existente spe supervenientie.*
- 24** *Corpus delicti in furtis Campaneæ commissis per bannitos an plene constare debeat per identitatem honorum furto substractorum.*
- 25** *Refertur novissima decisio facta per Regiam Junctam.*
- 26** *Corpus delicti an suppleri possit ex conjecturis, & presumptionibus contra contumacem ad fornicandum.*
- 27** *Tortura ex processu informativo an possit reo irrogari non existente liquida probatione corporis delicti.*

C A P U T I.

AN constare debeat de corpore delicti, tūm ad effectum torquendi, tūm ad effectum damnandi reum pœna ordinaria; & an delinquenti confessio, & convicto pœna mortis irroganda veniat, si corpus delicti oculis Judicis subjici non possit ex quo cadaver hominis de medio sublati fuit in mare, vel flumen projectum, vel aliter absconditum, combustum, vel clām sepultum, vel putrefactum; & quid in bannitis per Campaneam deambulantibus.

 Um in nostris in lucem editis lucebrationibus de variis, & diversis criminalibus quæstionibus verba facere occasio tulerit, nūnc opportunum, & utile fore existimavimus hunc absolutissimum tractatum subnecere ad plenam cognitionem, probationem, & punitionem criminum, in quo fundamenta criminalium rerum ex gravioribus Authori-

bus, tam quoad Theoriam, quam quoad veram forensem praxim explicare luculentè connotati sumus, cum nulla materia adeò frequens quam hæc, & Reipublicæ utilis magis dignoscatur, cum nulla huic utilitate, aut gravitate comparari possit; cum hic non de tritico, aut oleo legato, sed de hominum fortunis, existimatione, ac capite agatur, quibus rebus nihil est in Orbe terrarum pretiosius; Quarè quamvis valetudinarius, & ætate ingrauescente, in qua corporis intellectus, & memoria deficit, omnem imbecillam operam ad tractatum absolvendum adhibuimus, enixè rogando Principes, & monendo Magistratus, & Judices, ut curam, meditationem, operamque diligentem præstent in maleficiis puniendis, ita ut nihil durius, aut remissius decemant in actionibus, quæ in forensi criminali certamine agitantur, nam erratum esset inemendabile, & sanguis humanus semel fusus restituì non potest, nec ullam pecuniarum extimationem recipit; & insuper maleficiarum neglecta accusatio, & severa punitio audacieores reddit delinquentes; & frequentiores delinquentium grassationes juxta monitum *Claudii Saturnini in l. aut fa. §. 16. fin. ff. de pœnis.*

- 1**  Gitur, ut ordinatè materiam; absolvam, exordiar à corpore delicti, cum delicti corpus existimat fundatum generalis inquisitionis, non defuerunt Doctores assérentes esse de jure Divino, quemadmodum testatur Conrad. de Harts in præc. crim. conclus. 2. in princip. apud Maresc. de legib. publicor. judicior. glof. 9. nu. 32. & eruditissimus etiam in sacris literis Camill. Borrell. in Summ. decis. tom. 2. tit. 3. de Confessione, & confessis num. 16. considerat quod Deus Optimus Maximus noluit sententiam proferre in Cain, Abeli fraticidam, nisi prius sibi constiterit de corpore delicti. Non tamen est ambigendum, quod necessitas investigandi corpus delicti est de Jure civili statuta ad finem, ut Judex ad specialem inquisitionem devenire possit, ut cavitur in l. 1. §. item illud ad Syllan. & in l. necessario §. non alias, ubi DD. communiter ff. eod. & in l. inde Neratius 23. §. fin. ff. ad l. Aquil. l. si is qui rem pignori 66. §. penult. ff. de furt. l. si quis legatum 6. in princip. vers. cæterum ff. ad l. Cornel. de Fals. lejus qui delatorem 29. pr. vers. vereum opertet constare ff. de jure fisci, Clar. in §. fin. q. 4. Farinac. plenè lib. 1. q. 1. num. 6. Carpzov.

Tractatus Criminalis Analyticus.

3

Carpoz. part. 3. præc. crim. q. 108. Anton. de Mattheis ad lib. 48. fff. tit. 16. de questionib. cap. 1. n. 2. ut satis clarus ex ejus propriis verbis infra transcribendis apparebit.

Ex quibus juris principiis descendit quanti ponderis sit, ut constet de corpore delicti; cum illo ante omnia non investigato Judex pervenire non possit, nec ad specialem inquisitionem, nec ad torturam, ut statuitur *in citat.* l. 1. §. item illud *ad Syllan.* ibi: *Non baberi de familia questionem, & si de facto pervenerit medium actus torturæ, sed ipsamet rei confessio nulla, & irrita redditur, adeo ut reus ipse et si confessus condemnari non potest juxta antiquos, & recentiores Interpretes ductos argumento text. in sepius citata l. 1. §. item illud 27. ff. ad Senat. Conf. Syllan. Bald. in auct. sed novo jure C. de serv. fugit. n. 9. Hipp. de Marfil. in l. 1. ff. de question. col. 2. n. 3. & in pract. crim. §. postquam n. 48. Paris de Put. in tract. Syndicat. in verb. Confessio; Anselm. de Malefic. in verb. vestem Cœlestem abstulit col. 11. Robert. Marant. in specul. auct. 6. part. princip. n. 17. Boff. in pract. crimin. in tit. de delict. n. 15. Clar. in pract. crimin. §. fin. q. 4. in princip. & q. 55. vers. potest etiam Farinac. de inquisitione q. 2. nu. 7. ubi testatur de vera, & communi opinione, Cartar. in pract. crimin. interrog. reos. lib. 2. cap. 2. n. 12. Guazzin. ad defens. reorum defens. 4. cap. 3. per totum, & defens. 32. cap. 2. in princip. Caball. resolut. crimin. cas. 180. n. 1. & 2. centur. 2. & cas. 255. nu. 12. cent. 3. Vermigl. consil. 218. num. 8. & consil. 190. n. 13. Giusrb. consil. 37. nu. 21. Speckell. decis. 137. nu. 23. n. 2. Bened. Carpoz. in pract. crimin. 31. n. 4. & 21. Caren. de Offic. S. Inquis. p. 2. tit. 12. n. 57. Thom. Gram. conf. crimin. 60. nu. 5. & decis. 2. n. 38. & 41. & decis. 48. nu. 2. Foller. in pract. crimin. in verb. & si confitebuntur n. 34. Trivisan. decis. 4. n. 6. lib. 2. Nicolaus Boer. decis. 259. n. 3. & 7. Facchini. controv. lib. 1. c. 28. cum ceteris cumulatis usq. ad n. 27. per Camill. Borrel. in summa decis. tit. 3. de confessione. n. 11. tot. 2. & nos in tract. de poenis delictor. n. . . . ubi limitavimus conclusionem in confidente plura furta, quorum unum, vel duo verificantur in genere, quia etiam ceteris non liquidatis potest esse locus poenæ ordinariae, si facta confessata metentur poenam ordinariam; & accedit Reg. Mattheis de re crimin. controv. 35. à num. 2. ad 11. & Reg. de Marin. lib. 1. suarum resolut. cap. 323. à n. 9. ad 11. ubi legitur fuisse liberatum reum citra torturam ob defectum corporis delicti.*

Cum instituti nostri ratio postulet, ut initium

sumamus ab hac materia satis vulgata, quæ est lapis fundamentalis totius processus criminalis, non me terruit quod omnes profiteantur illam scire; & nullus sit qui ignoret textum illum in §. item illud *ad Syllan.* qui volitat per ora omnium Curialium: Siquidem non ignoramus, quod omnes illum textum sciunt, sed non omnes bene; cum quamplurimi vim, & substantiam illius cognitionis ignorent, ex quo infiniti processus annullantur, & irritantur juxta monitum magni practici Berardini Muscarell. qui in *proem. præc. criminal. de cognitione, seu probatione delictor.* à num. 4. ad 8. ita loquitur: *Nonnulli Judices dum reos condemnare properant compilato processu bujus nullitatis vigore necesse est; ut eos absolvant: Accedit illud quod non minus aureis verbis animadvertis eruditissimus ille Anton. de Mattheis de criminib. ad lib. 48. fff. tit. 16. de question. cap. 1. n. 2. Diligenter igitur caverendum. Judici nè supplicium præcipit. antequam de criminе constituerit l. 1. §. item illud l. 1. §. non aliis ff. ad S. C. Syllan. Constat autem non dicitur similiterque de facto constituerit, cum etiam de dolo, & causa facti liquere debet.* Aggregiendo propositam questionem fateri oportet, quod est maxima alteratio inter DD. an satis, superque sit ut in delictis occultis, & difficilis probationis constet de corpore delicti per presumptio[n]es. Nonnulli distinguendum putarunt interdilectum facti transseuntis, & delictum facti permanentis, firmantes conclusionem in primo easu sufficerent conjecturas, cum nulla criminis remaneant vestigia; aliter decernendum putantes in criminibus facti permanentis, que bene oculis subjici possint, quemadmodum est homicidium, patricidium, incendium, & cetera similia criminia. Verum quia etiam in istis criminibus facti permanentis sapè sepius potest dari casus, quod corpus delicti oculis Judicis subjici non possit ob cadaveris occultationem per combustionem, vel projectionem in mare, vel in flumine; ideo voluerunt DD. nè fraus, & dolus reis occultantibus patrocinaretur, quod accidente rei confessione occidisse hominem certum propè lictus maris, vel fluminis, & illum in flumine projecisse locum fieri poenæ ordinariæ non constituto alio modo de corpore delicti nisi per famam, vel aliis presumpcionibus, ita sane scriperunt DD. communiter in Commentariis, Tractatibus, decisionibus, & controversiis, quamvis non sint omnes concordes.

A 2

IN

IN COMMENTARIIS.

Angel. de Perusio in l. certum in princip. 2. vers.
in textu ff. de Confessis.

Augustinus de Arimino in additionib. ad Angel.
in tract. de malefic. in verbo quod fama publica
precedente nu. 114. & 115. fol. 92. & in verbo
vestem caelestem in addition. ad versic. quod si
confiteatur sub n. 22. 25. & 26. in princip. apostile
fol. mibi 171. at.

Harpocr. In institut. de public. judiciis in §. publi-
corum iudiciorum 2. institut. n. 54. & 55. tom. 4.
Cujus verba hic transcribere opportunum
existimavimus, cum tendant ad probandum
contrariam sententiam, & sic non sat esse rei con-
fessionem ad probandum, & puniendum deli-
ctum, de cuius corporis existentia manifeste
Judici non constat, & ad refellendum rationem
illam, quod si quis ex sua confessione non
damnaretur delicta remanerent impunita. Ver-
ba Authoris: Non item infringit conclusionem
nostram, quod si de delicto prius manifesto con-
fiare deberet, antequam confessus ex sua con-
fessione condemnaretur, sapè delicta impunita
mancerent, eo quod vestigium delicti non semper
remanere consuevit. Nostra namque assertio
locum non habet in his criminibus, que sunt
facti transiuntis, quorum scilicet nulla rema-
nere solent vestigia, puta in adulterio, furto,
injuriis verbalibus, & similibus. Quibus in
casibus fama publica, querela partis adverse,
& offense, & quavis alia conjectura, cum con-
fessione rei concurrens ad condemnandum suffi-
cientes erit. Ceterum autem dubie in istis deli-
citis nostra assertio procedit, que sunt facti per-
manentis; hoc est quorum certa remanent ve-
stigia: veluti homicidii ipsum cadaver, incen-
dii locus combustus, & consimilia. Quibus ca-
sibus etiam porrebat querela, vel denunciatione
non dicitur legitimè constare de delicto, nisi
prius Iudex corpus ipsum, sed locum incendi oculis subjiciat. Iudex igitur ipse debet acce-
dere ad cadaver imperfecti, illudque inspicere,
vel Notarium mittere, qui cadaver ipse inspi-
ciat, & vulnera desoribat addibitis testibus,
qui imperfectum abduc vivum neverint. Atque
*ita docent, & sentiunt *Hyppolit. de Marsil. in**
t. penult. n. 31. ff. de question. & in tract. crim.
§. postquam n. 48. Bald. Paul. Castrrens. & alii
in Autent. sed novo jure C. de seruis fugit. Ja.
Son. in t. error 7. C. de Juris, & fadt. ignorant.
Boerius decis. 164. & decis. 259. par. 1. item in
confess. Biter. tit. de jurisdict. omnium Iudic.

§. 20. & alii quos referunt, & sequuntur Mag-
siger. centur. 3. observ. 81. & Jul. Clar. lib. 5.
sentent. §. fin. q. 4. & 55. num. 10. & seq. Qui-
bus ad stipulatur Hammus in resolutionib. ad
Treutler. vol. 2. disput. 31. tbcf. 2. q. 10. pag. 384.
& seq.

IN TRACTATIBUS STANT PRO
MORTIS SENTENTIA

Albertus de Gandino in tract. maleficiarum tit. de
presumpt. & indic. dubit ex quibus plerumque
proceditur ad tormenta sub nu. 6. versic. aliud
etiam rotata dignum.

Cassaneus in consuet. Bergund. rubr. 1. §. 5. n. 40.
Blanc. in pract. crim. in princ. à num. 2. ad 5.
Marsil. in pract. crim. §. principium sub nu. 5.
versic. & banc partem.

Boffius in tract. crim. in tit. de delicto n. 15. & 16.
Clar. in pract. crim. q. 55. sub nu. 11. versic. quomodo
autem dicatur constare de delicto, & versic. be-
ne verum erga finem.

Farinac. in theoret. & pract. crim. de inquisition.
q. 2. à n. 8. ad 13. tom. 1. testatur de communia
opinione corpus delicti non probari pér famam
quando quis confiteatur occidisse hominem
ignotum in nemore, vel propè lictus maris, &
illum in mare projecisse, secùs in confidente
occidisse hominem certum de cuius vita facile
liquere potest, quia ex tali confessione admini-
culata per famam sequi potest condemnatio.

Guazim. in tract. ad defens. reor. defens. 4. cap. 4.
num. 3. & 4. concordat cum hac opinione, sed
requirit ultra famam aliam presumptionem,
vel adminiculum.

Paris de Puteo de Syndicatu in verbo confessio
cap. 1. n. 1. fol. mibi 149. dicitur concurredit cum ea-
dem sententia, & solum inquirit an sit expri-
mendum in confessione certum nomen homi-
nis interfecti.

Foller. in pract. crim. in 1. part. 3. part. principal.
verb. & si confitebasur foliis ibi 413. & n. 105.
ubi Baldax. de Angel. refert decisiones, tam
externas, quam Regni nostri pro poena mortis.
MuscateLL. in pract. crim. in tit. de cognit. deli-
ctor n. 41.

Danza de pagu. DD. 300. 2. in tit. de corpore delicti
cap. 1. à man. 1. ad 17. admittit nu. 14. conclu-
sionem, sufficere confessionem rei de certo ho-
mine occiso ad suppeditum corpus delicti. Ve-
rūm. quia in duobus casibus ab eodem relatis
imputati illi detrusi in carceribus, qui labo-
rabant gravitoribus iudicis de pretendo homi-
cido.

Tractatus Criminis Analyticus.

5

cidio in personam cuiusdam hominis de cuius cadavere non apparet, postquam detenti fuerunt post spatium novem, vel decem mensium, illi qui dicebantur occisi comparuerunt de facto, & ideo sursum pedes requiri ante omnia probationem corporis delicti, & contremiscit credere testibus deponentibus super indiciis, & presumptionibus arguentibus corpus delicti, & tandem subdit. *Moneo* igitur *Judex*, ut careant tanquam ab igne fidem probare testibus deponentibus in similibus casibus, neque procedere nisi facta liquidatione delicti in genere, & sic corporis mortui.

Marcus Anton. Sabell. in *Summ. diversor. tractatus in S. corpus delicti num. 5. verific. notat*, dicit quod opinio *Sanfelicis*, & *Salernitani*, est periculosa, & erronea, & improbata per *Cafar.* cuius dicta reassumit.

D. Anton. Police de praeminent. *Reg. Aud. tom. 1. tit. 3. cap. 5. n. 3. 1. & tom. 2. tit. 10. cap. 2. n. 17. 18.* & 19. tuetur opinionem *Constantini Cafari*, & dicit quod decisio *Salernitani* non est amplectenda.

Confil. Rocca in *tract. de officii in tit. de offic. Commissarii generatis Campanae rubr. 15 n. 182. & 188.* Stat pro opinione quod banniti, & exiles delinquentes committendo homicidia, & cetera facinora per Campaniam, condemnari possunt virtute confessionis licet probatio delicti in genere deficiat ex ratione illa, quod solent abscondere cadavera, & ita decisum refert per Regiam Junctam sub die 25. Julii 1667. Verum sententia non sicut exequitio demandata circa peccatum mortis ex quo *D. Prorex D. Petrus Antonius de Aragona* gratiam vite illis concessit; forsitan quod non merebantur pati peccatum mortis ob defecum corporis delicti.

Reg. Carobus Anton. de Rosa in *præc. decretor. par. 1. cap. 1. n. 20. ad verific. etiam usque ad vers. binc*, plenè articulum examinat, & defendit decisiones *Reg. Sanfelicis*, & *Reg. Salernitani*, secundum quam aliam recentiorem latam per *M. C. V.* ipso referente tradit his verbis: *Unde Antonius de Petro Sorice de Gravina confessus quod in comitiva alterius quatuor Sacerdotem Franciscum Antonium Scaramella de Grassano in nocte montis Pelugii pecunia accepta ab illis inimico, occidit, & quod à deo patrati sceleris unus ex sociis asportavit occisum ad aliis lacum, quem ignorabas, quia in processu aderat vobis fama, quod Sacerdos interfecit furerat, & concurrebat illius deficientia à longo tempore, ex officiis confessione in cir-*

temstantiis me referente in M. C. & in Reg. Collat. Conf. fuit morti traditus. Verum cieatus Author animadvertisendum dicit unum valde notabile, quod ab aliis animadversum non legi, teneat quod requisitum deficientia hominis occisi, quæ probanda exigitur ad supplendum corpus delicti debet esse longi temporis, quod comprobatur exemplo tradito part. 2. resolut. criminal. resol. 7. ubi n. 12. subdit, quod circumstantia temporis in similibus est de substantia delicti in genere.

Nos in observationibus ad singularia nostri Generis recolende memoria ad singular. 358. n. 15. adhæsimus decisioni *Reg. Salernitani*, dummodò circumstantia deficientia hominis mortui probanda per famam efficit longi temporis juxta exempla tradita per *Reg. Rosa*.

Christofarus Crusius in *tract. de indicis delictorum*, quem valde laetus fui dum hæc scribere rem reperisse materiam pertractantem in part. 4. cap. 2. à n. 3. ad 8. qui bene numerari potest inter gravissimos, & eruditissimos Exteros Authors, accedit ad sententiam, quod ante omnia, & prius quam *Judex* procedat, constare debet in genere de ipso delicto, etiam si quis confiteatur patuisse cædes, furta commisisse, projecisse defunctos in mare, furtivam rem feso consumpsisse, vel perdidisse, & n. 8. declarat firmatatem sue opinions his verbis. *Manet*, & concluditur igitur fixa sententia *Judici ex omni esse*, & indubitanter constare debere de malicio parato priusque ad penetratio judicij descendat, sive reus confiteatur, ut supra dicimus criminis esse commissa, sive fama dicitur una reus ita esse uti confiteretur reus; & n. 24. subdit hæc alia notabilia verba. *Tutius* verò facturus est *Magistratus* si ad regulæ generalis instituta animi sui motus direxerit, idque etiam conscientie, & consciens. *Pascos* autem dies bac de re graviter discurrens *Præclarus*, & *Consultissimus D. Joannes Woltemar Jar. Cons. & Consiliarius Cellensis*, quem bonoris causa hic allego ex relatu fide digniori recentebat, quod *J. Badernon à Modestino Ristoris* totius citatus in processu Juris à me revisus, & in publicum missus, quod cum *Lipse* dictisset peccatum capitalem reo qui confessus erat cædem sub tortura, quam post annos aliquot apparuerit commissum ab alio quopiam latrunculo, inde in tantas conscientiae angustias sit prolapsus. ne vivo solatio erigi posset, vel quovis remedia quin potius cœcitatem mentis fascinantes excipiatur, caput vitiosum colatum ad mensam, ubi prandendum erat collatum caput efficeret illius

lius innocentis, cui imprudens iniquam dixerat sententiam, exindeque perterritus paucus post dies spiritum exalaverit.

IN CONTROVERSIIS, ET OBSERVATIONIBUS.

Caball. resplost. criminal. 255. cent. 3. censuit damnari posse ad mortem ille, qui confiteatur se certum hominem occidisse, & ei subtraxisse arma, vestimenta, & nummos non constito de cadavere occisi, immo non reperto in loco nominato, sed concludenter probato quod vestimenta, & arma reperta penes confitentem erant ipsius hominis occisi.

Benedictus Carpano. in pracci criminal. part. I. q. 16. a num. 16. ad 26. stat pro opinione Reg. Salernitan. cum quo, & cum decisione quoque Sac. Cons. concordare videtur decisio ab eodem Carpano, allata, quamvis de Authoritate nullam notitiam habuerit, ex quo forsan in Regionibus Germanicis adhuc non pervenerat. Verba sunt: *In specie autem videtur indicium sufficiens in casu supradicto, qua cadaver hominis, occisi in mare suis projectum, si reus confiteatur se occidisse hominem cognitum, & certum, de cuius vita facile liquere potest, qui tamen non repertus, igitur ex necessaria consequentia dicitur liquere de ejus morte, & propter ea sequi potest condemnatio confitentis, si illam occidisse, & in mare projectisse juncto tamen adhuc alio adminiculo veluti sapientia sanguinis reperti in loco perpetrati delicti Iul. Clar. d. q. 55. n. 11. Boff. d. tit. de delict. n. 15. Prosp. Farinac. d. q. 2. n. 9. Et iuxta hanc doctrinam Scabini Rose supplicium dictaverunt M. S., qui vitricum suum recaverat, & in sumen projectat, & si enim de corpore delicti hoc casu non existit, istud tamen revera perpetratum fuisse certo conjecturarent Domini exinde, quod occisus repertus non fuit, cui accessit fama consumis de parricidio commisso, quod & Socii criminis confessi fuerunt. Neque fecellit eos hec conjectura, quia post factam executionem spatium fere mensis effluco, cadaver occisi vitrii a pescatoribus in aqua repertum fuit.*

Reg. de Marin. in obseruat. ad decis. Reg. Reverent. 5 23: 222. 3. & 4. tom. 2. comprobat Salernitan decisionem, quam juxtam reddere contatur sequentibus verbis. *In criminalibus vero probari ego lib. I. n. 10. resolut. cap. 83. confessionem delinqentis in iudicio factam delictum commississe, sat non esse ad confitentem penam ordinariam pertinendam, idque per eas in*

l. 1. §. Dicimus ff. de questionibus, & in l. qui sententiam C. de poenis, quibus addi potest teat. in l. 2. ubi glos. C. de custod. reor., que tamē opinio dubbia redditur ex dictis per Dom. Reg. Salernitanum decis. 29. ubi decisum refertur, fuisse suspensum cum qui confessus extiterat hominem occidisse, quamvis de corpore mortale non constaret, idemque Chassan. in consuet. Burgoard. rub. I. §. 5. n. 40. de qua meminit Bajard. ad Jul. Clar. q. 51. n. 12. Petr. Caball. resolut. criminalib. 3. casu 255. à n. 6. ad finem, nec contradicit Mascard. de probat. lib. I. concl. 354. Sed in hoc non immoror, quia hac raro accident; etenim prodigium est, ut quis delictum sponte commisisse confiteatur, si ut experientia docet maxime temporibus nostris nec tormenta, quamvis atrocissima, sat sunt, ut reus patrum crimen confiteatur, quamvis contra illum urgentissima adsint indicia, & presumptio-nes.

Non est verum, ut dicit de Marinis, quod haec raro accident, & quod est prodigium, ut quis sponte delictum confiteatur etiam praecedentibus acerbissimis tormentis, nam hoc prodigium accidit de anno 1650. tempore quo ipse fungebatur munere Judicis criminalis M.C.V. nam ipso decernente fuerunt morti traditi in furcis illi infelices Nautae, à quibus fuerat confessio extorta de delicto, quod non commis-erant, ut conqueritur Cafarus infra laudan-
dus.

Reg. Matthieu in controv. 64. num. 68. 69. & 70. Scribens similitè in crimen propinationis veneni, quod quamvis profiteatur esse scelus maxima animadversione dignum prout est ob ejus atrocitatem, nihilominus dicit, quod processus erit instruendus prout in catenis atrocioribus criminibus per legitimos trahentes, adeout si impossibile reddatur cognitio in ge- nere ob consumptionem, vel occultationem cadaveris erit locus tantummodo pena ex- traordinarie.

Constantinus Cafar. in specul. peregrin. q. lib. I. q. 17. a n. 39. ad 57. Mordicus improbabiliter duxit opinionem Reg. Salernitan. & Sanfelicei, extollens exemplum adductum ab Amico Roberzo cap. 4. rerum judicatarum, & illud magis deplorabile, & execrabile, quod accidit Neapoli in anno 1650., unde ad ejus cognitionem omnibus patefaciendam verba Autboris hic adnotare oportet. *Hec non viderunt Sanfelicius, & Salernitanus, vidimus tres nautas in anno 1650. sic Neapoli acerrime tor-tes, confessos, & morbi traditos ex quo mulierem,*

cum

Tractatus Criminalis Analyticus.

7

tum stupratores, ut binc aufugerent versus Romanum in suam cymbam evebissent, & quod ut eis bona, quae adolescentes à suis patribus surriperant eis suffurarentur se occidisse, & in mare projecisse vi questionum confessi erant: tamen post annum vivi extra Regnum, & inter se coeuntes reperti sunt, Nautis autem acerrime tortis furcis suspensis, & deinde cadaveribus eorum raptatis; si raptarentur Doctores qui scribunt corpus delicti probari per indicia, hæc crudelia, & inhumana in Republica non deplorarentur.

Jul. Mastrill. Reg. Fisci Patronus M. C. V. in Allegat. diversor. J. Cons. allegat. I. n. 74. 75. & 76. apud Scaylion. in Commentar. super Pragm. ubi post Parid. de Puteo, Francisc. Cason. Foller. & Farinac. concludit cum eodem Farinac. sub his verbis, ubi in fine testatur, ita communiter ab omnibus DD. esse receptum, & quod ita fuit semper observatum à bonis Judicibus, qui si aliter faciant, & innocens condemnetur non facta diligentia pro verificatione circumstantiarum, & qualitatum confessistarum; Judex erit in lata culpa, & tenetur de mala condemnatione, & punietur in hoc, & in alio sacculo.

Raynald. observ. criminal. cap. 6. §. 1. ad §. 7. & num. 157. cum seq. insequitur opinionem Benedict. Carpzov., & concludit, quod confessio rei superveniens tam in tortura, quam extra torturam supplet perfectam corporis delicti probationem, adeò quod reus poterit condemnari ad poenam ordinariam, quamvis corpora occisa non apparent, & refellit Carenam contrarium sentientem.

IN DECISIONIBUS.

Anneus Robertus rerum judicatar. cap. 4. refert casum maxima admiratione dignum de muliere, quæ dum non reperiebatur increbuit rumor fuisse occisam à quodam scelerato qui captus, & à Judicibus interrogatus, nullo adhibito tormentorum genere, ut dicit Author mulierem occidisse fatetur; & damnatus extitit ad laquei supplicium. Cujus eventus demonstravit innocentiam, Nam biennio recurso, mulier absens, quæ mortua dicebatur compatria, & Judices fuerunt accusati, & puniti.

Nicolaus Boerius decis. 164. nu. 10. versic. ubi, ex Bald. in Addiction. ad Specul. querit an sufficiat constare Judici de delicto per confessionem non constituta de corpore mortuo saltem per famam.

De Laurentiis decis. Avenionensi 20. num. 16. versic. sed quid dicendum, scribens in crimine veneni tradit, quod tanta est vis cognitionis in genere in hoc crimine, quod exquiritur, & necessaria redditur etiam in casu, quo cadaver hominis veneno interficti non reperiatur, ex quo suspectus de crimine illud humari fecit præcipitanter.

Camill. Borrell. in summ. decis. tom. 2. tit. 3. de confessione, & confessis à n. 12. ad 18. ubi post relatas illas decisiones ab Angel. Cassaneo, & Julio Claro, dicit quod ipse nunquam in dictis casibus ad condemnationem procederet nisi existentibus testibus deponentibus vidisse projici cadaver in mare, vel flumine, quod nititur probare ex sacris literis considerando, quod Deus Optimus Maximus noluit sententiam dicere. contra Cain fratricidam nisi prius sibi constaret de corpore delicti, quamvis esset jam cognitum Deo, ubi, & sanguis, & cadaver illius esset ex Genes. cap. 4. & cap. 18., & Exod. cap. 2. ubi insurgente clamore Sodomorum dixit Deus descendam, & videbo utrum clamorem, qui venit ad me opere compleverint.

Anton. Fab. in Codice ad l. Cornel. de falsis defin. 8. admittit conclusionem tantummodo in criminis Assasinii, & contrarium decernendum statuit in ceteris homicidii speciebus, ibi: Item ut quarevis: non constet de corpore mortuo posse tamē reus ex sola sua confessione condemnari si etiam in tormentis confessus sit se hominem occidisse, & in mare, aut flumine projecisse; Cum tamē in aliis homicidii speciebus necesse sit ante omnia, ut constet de corpore mortuo, adeo ut qui reūm tanquam occisorem condemnavit mori debeat, si postea probetur vivus, qui tunc occisus dicebatur. Ita Senatus, &c.

Reg. Salernitanus decis. 29. scriptit in casu cuiusdam juvenis, qui fuerat visus ire cum alio Juvene, qui deinde non fuit amplius visus, & cum fuisset torturæ suppositus ad indicandum Socium, confessus fuit illum occidisse, & huius in quodam nemore, cum assistentia duorum Sociorum, quibus captis fuerunt similiter confessi, peractis diligentia in nemore, & non invento cadavere, reis iterum quæstioni suppositis, & confessis cadaver substatuisse à nemore, & in flumine nè amplius inventetur projecisse, M. C. V. fuit in decernendo, quod furcis suspenderentur, & decretum fuit confirmatum per S. Cons., & ratione reddit Salernitanus num. 9. his verbis. Septimo dicebat Ang. in d. l. quod si confessio do-

bomicidio certi hominis non sufficeret, aperiretur via Judicibus malignandi, & ego plus dico, quod esset concedere privilegium malis hominibus impunè occidendi homines procurando præditorio, prout accidit in questione præsentis homines occidere, eorum cadaver a occultandi, & postmodum prætendere, quod si confitentur puniri non possunt, & in effectu privare Judicantem facultate procedendi contra similia patrantes sub tali prætextu, quem nunquam leges consideraverunt, neque Doctores dicere voluerunt, & esset quam pernicioſſimum exemplum. Quare fuit notatum bene judicatum per M. C., & quod furcis suspendantur die 10. Aprilis 1568. Actuarius Jo: Alphonſ. de Capua. Relator fuit D. Anton. de Orifice Reg. Consiliarius vir integerrima vita, & doctrine. Hæc Salernitani decisio 29. reperitur impressa, apud Pascal. de patria potest. part. 3. cap. 1. num. 74.

Reg. Sanfelic. decis. 28. lib. 1. refert decisum suis se processum ad torturam non aliter constitutum de corpore delicti contra gravatum de homicidio non aliis probationibus, & indiciis, nisi quod fuerat visus cum prætenso occiso, qui amplius non fuit visus concurrente fama mortis, quam decisionem esse æquè erroneam; quam illam Salernitani profitetur Cafar. in citata q. 17. n. 46. & 47.

Modò si post tantorum Patrum relatas sententias 11 mihi fas erit meum proferre judicium dicam libenter, quod alias dixi, quod nunquam concurrerem ad poenam mortis ob corporis delicti incertitudinem, cum magis verior, humior, & pietati consentanea videatur contraria sententia.

Nec me terret authoritas tot gravissimorum Patrum, qui in contrarium decertant: Nec me deterret authoritas rerum judicatarum Regni 12 nostri, apud Reg. Salernitan. Sanfelicum, & de Rosa, siquidem Doctorum authoritas, et si communis depræhendatur nec jure, nec ratione, nec authoritate probatur.

Non jure, quia in contrarium fortiter resistit tex. in saepius citata l. 1. §. item illud ad Sillianian. 13 ibi: Item illud sciendum est, nisi constet aliquem esse occisum non baberi de familia questionem, liquere igitur debet scelere intercepitum, ut Senatus Consulto locus sit.

Nec dicatur quod corpus delicti suppleri potest 14 per confessionem, vel per indicia, & præsumptiones, quia corpus delicti liquidè constare debet, ut statuitur in d. tex. adeò, quod nec dubitative, sed plenè constare debet alias pro-

cessus erit nullus, ut ex dicto textu, & ceteris allegatis probat Giurba conf. 43. n. 6. Quinimò leges generaliter loquentes confitentem esse condemnandum nulla adhibita distinctione interpretandæ, & intelligendæ sunt si de homine occiso plenè constet, vel delictum perpetratum esse verè appareat, ut magistraliter de more Harpret. de public. judic. §. publicor. judicior. n. 52. & 53. tom. 4.

Siquidem non opitulatur confessio rei etiam in criminibus atrocioribus nisi ad imponendam penam extraordinariam, ut ex Bened. Carpzov. diximus in tit. de poenis temperand. n. 345. & nunc addimus Anton. de Matthæis de criminib. ad lib. 48. tit. 16. de quest. cap. 1. num. 2. ibi: Ante omnia requiritur, ut crimen appareat, quod quis se perpetrasse se confitetur, nonnulli enim perire volentes, fingunt se admisisse, que non admiserunt: velut olim Primitivus ille servus, metu ad dominum revertendi bomicidium se fecisse commentus est d. l. 1. §. si quis ultro D. de quest. Ita Valerio narrante, M. Agrii Argentarii servus Alexandrum C. Fannii servum occidisse confessus est: mox ubi supplicio affectus esset, ille de cuius nece creditum erat domum reddit. Diligenter igitur cavendum Judici, ne supplicium precipitet, antequam de crimine constiterit l. 1. §. item illud 24. l. 5. §. non aliis D. de S.C. Silan. Constat autem non dicitur simulatque de facto constiterit: etiam de dolo, & causa facti liquere debet.

Non ratione quia delictum sine corpore est qualitas sine subiecto, nec est magnificiendum inconveniens illud impunitatis delinquentium grassantium impunè in perniciem Reipublicæ per cadaveris illam dolosam occultationem juxta sensum Doctorum contrariæ sententiæ; siquidem majus est absurdum, quod resultare potest ex abusu damnandi reos ad ultimum supplicium absque existentia corporis delicti, quam ex delictorum impunitate, nam postquam in hoc erratum est, & rei sunt morti traditi comperta demum punitorum innocentia, erratum est inemendabile juxta geminata illa exempla adducta per Annaum Robert. Crucis, & Cafarum.

Unde concludendum, cum Bened. Carpzov. p. 3. q. 103. num. 1. quod non minus Reipublicæ interest justo, ac debito modo procedi, quam debito modo delicta puniri, cuius monitum laudavimus in nostris Animadvers. ad animadvers. 360. 361. 362. & 363. Accedit Harpret. 2. institut. in §. publicor. judicior. n. 33. & 34. tom. 4. ubi saepius inculcat, quod utilitas publica

Tractatus Criminalis Analyticus.

9

blica flagitat delicta puniri, tamèn ex sacris litteris probat hoc faciendum debito modo, tamèn quoad puniendum, quam quo ad inquirendum: *Præter quæm quod hoc ipsum sacris literis consonantem est, in quibus passim Magistratus precipitur, ut gladium à Deo datum resurpet; atque in malo scilicet exerceat debito modo eos inquirendo, & severè puniendo. Num. cap. 35. vers. 30. Deuter. cap. 17. vers. 4. cum seq. Roman. cap. 13. vers. 4. multisque exemplis priorum Magistratus comprobatur. Num. cap. 15. vers. 32. cum seq. Josue cap. 7. vers. 13. cum seq.* Hæc ille.

Non authoritate, tam si respiciamus numerum
17 Doctorum constituentium communem opinionem, quam si respiciamus res judicatas.

Si respiciamus authoritatem Doctorum, ponderandæ sunt rationes, quibus moventur Doctores etiam pauciores, si sunt meliores, & non numerus, ut ex textu in l. i. §. sed neque, C. de veteri iur. enucleand. & ex Camerar. & aliis gravioribus Doctoribus monet P. de Franchis decif. 30. num. 20. ibi: *Nec mirum si contra communem opinionem judicavimus, quia postquam meliores sunt rationes, quibus tenentes contra communem moventur, rationes ponderandas sunt, non numerus Doctorum.*

Hinc fit, quod Martin. Navar. in suo manuali
18 cap. 27. nu. 889. quem insequutus fuit Arthurius Duck de authorit. iur. civilis lib. 1. cap. 8. num. 8. & novissime ille eruditissimus, & nunquam satis laudatus Consil. Franciscus de Andreis in disput. illa typis tradita ad intellectum constitutionis Regni, *Ut de successionibus, cap. 3. §. 11. num. 67. vers. unde*, habuit pro constanti illam opinionem haberi pro communione, quam docuerunt sex, aut septem celebres interpres re-examinata ex professo, & non illam, quam sequuntur quinquaginta, aut plures Doctores per transennam, & perfunditorie absque ullo examine. Accedit Benedict. Aletinus in suis opusculis de discussione Philosophiae Cartesianaæ ad defensam tertie epistole ejusdem Autoris in §. 1. fol. 35. ubi ex Felin. cap. 1. col. pen. vers. nemo fallit de Constitutionibus, advertit, quod illa dicitur communis, non quam omnes, sed quamplures, gravioresque accipiunt.

Si Navar. ita firmavit in causis civilibus, credendum erit, quod multo magis hoc firmasset in
19 causis criminalibus, in quibus si unus, vel duo Doctores reum absolvunt à poena mortis, horum potius quam multorum condamnantium adhærendum esse dixit Coras in tract. commun.

opin. tit. 9. lib. 2. cap. 102. licet hac sententia displiceat Antonio de Martibex de judic. disput. 16. in tit. de accusation. num. 67. & de criminib. lib. 48. tit. 18. cap. 4. num. 5. ubi quod tam in civilibus, quam in criminalibus est sequenda communis opinio, quoties erronea non reprehendatur. Ego pro opinione Coras intrepidè decernendum esse censeo semper quod contrareum non adest textus clarus, & apertus, ut monet Thesaur. decis. 12. num. 8. & judicatum testatur Thesaur. filius qq. forens. q. 55. num. 7. ubi quod quando sumus in conflictu studendum est ad salvandam vitam hominis.

Accedit Prosper. Fagnan. in commentar. ad cap. ne
20 innitaris de constitut. à num. 356. ad nu. 366. lib. 1. decretal. ubi refellit Theologos sentientes posse Judicem sequi opinionem probabilem pro reo in causis criminalibus, quamvis adsit probabilior pro fisco, & dicit hanc sententiam ferendam non esse, quando opinio minus probabilis est pro reo circa factum.

Si res judicatas intueamur, non possunt trahi ad exemplum tanquam fundatæ in probabilitate.
21 illius sententiae, quam in dubium revocavimus, & erroneam demonstravimus, cum res judicatae neque tollant, neque falsam reddant probabilitatem alterius sententiae, quam nos tuemur, ut ex P. Diana, Caramuele, & Joseph de Januario docuit Graffet Anatomæ necis proditoris §. 8. num. 50. vers. quod si banc.

Nequè obstat si dicatur ex rebus passim judicatis esse inductum stylum, & consuetudinem ita judicandi, quia hoc argumentum nedum corruit ex supraditatis, sed expressè improbatum legimus ab eodem P. Graffetto, qui citato loco, versic. qui oppositè ex Vasquez disput. 177. cap. 8. num. 17. loquens de decisionibus Rotæ ita loquitur: *Decisiones Rotæ licet magna cum reverentia à Judicibus recipiantur, tamèn non sunt leges omnino servanda, sed si urgeat ratio probabilior, poterunt Judices contrariam sequi opinionem, sicut etiam ratione urgenti poterunt reliquo stylo recepto in aliquo Tribunali judicare. Ratio est, quia stylus, & consuetudo 22 judicandi est variabilis, ut de stylo, & observantia Romanæ Curiae testatur Guazin. de confiscazione bonorum q. 23. limit. 13. conclusio- nis num. 27. ubi quod quilibet Pontifex inducit suam observantiam quemadmodum dicendum est de sententiis, quæ feruntur in Regno nostro in capitalibus causis, quæ ut plurimum prodeunt, & proferuntur ita postulantibus, & exigentibus temporibus; siquidem experientia doceat, quod tempore Gubernii unius Regnan-*

B

tis

tis proderint decisiones, quæ sub alio Gubernio, vel alio tempore non prodirent, quemadmodum audivimus servatum in gubernio Comitis de Onnate hujus Regni Proregis miseri à Rege Philippo IV. ad sedandos populares motus anni 1647. & nostris temporibus etiam in gubernio Marchionis de Villa franca vidimus Thomam Langella ob iustum scopicæ non sequuto effectu vulneris fuisse morti traditum, quæ nimis dura determinatio dedit causam, ut D. Petrus Antonius de Aragona reformaret *Pragmaticam primam sub tit. de iusto scopicæ*, per quam puniebatur poena mortis effectus, & conatus deductus ad actum proximum pro effectu consumato.

Exciendum tamè credarem casum, quando cum rei confessione accederent indubitatea indicia, vel præsumptiones juris super corpore delicti, & concurreret circumstantia deficienciae hominis à longo tempore, ita quod nulla supersit spes ejus supervenientiae, nec quod factum aliter se haberi posset, quia dictis circumstantiis concurrentibus, forte Judex à vero, & æquo non aberraret, si decerneret poenam mortis, ut tetigit *Carpzov. quest. 16. num. 19.* quem sequitur ejus verba trascribens *Zuffius de legitimat. process. lib. I. quest. 21. à num. 1. ad 11.*, & in istis terminis, & cum istis circumstantiis sustineri potest novissima decisio relata per *Reg. Rosa*, & cum ista opinione, quæ etiam torquet cor meum, nec ita liberter concurrerem etiam, quando re vera urgenter illa indicia, & argumenta, quæ sunt vere, & propriè indicia indubitata, quæ profectò sunt tutiora cæteris probationibus, quinimò etiam rei confessioni, & convictioni, quæ potest esse extorta, quemadmodum testes, qui adducuntur ad cōvincendum, possunt esse falsi, sed ipsa argumenta, quæ sunt signa rerum, & quæ ortum habent à præsumptionibus juris falsa esse non possunt, juxtra tradita per *Cajac. Hugonem Donell. & Anton. de Matthaeis*, & cæteros, quos laudavimus in nostra practicabil. observat. 34. num. 9. & in nostris observationib. ad *Gallupp. in prax. S.C. par. 2. cap. 20. num. 29.*

Non me latet, quod per *Regiam Pragmat. 30. in 24 §. 20. sub tit. de exculib.* statuitur, ut in furtis commissis per bannitos delinquentes per Campaneam non sit necesse, ut constet plenè de corpore delicti per identitatem, & existentiam bonorum furto subtractorum, sed sat esse, ut constet de conquæstu principalium, junctis testimoniis deponentibus de illorum probitate, ut

patet ex illis verbis: *El corpo di delicto in materia furti in campagna, non essendovi testimoni dell'esistenza, e mancanza delle robbe se denari, il luogo, il conquesto de' principali, e la prova della loro bona vita, e fama per tre testimoni integri bastantemente convincono.*

Hoc statutum concordare videtur cum opinione

Francisci Casoni in tract. de torment. cap. I. art. 24. 4. & Jo: Grand. de bell. excul., qui voluerunt, posse bannitos deambulantes, & delinquentes, per campaneam condemnati ad poenam ordinariam absque corpore delicti, quemadmodum habitum pro absoluto à Regia Juncta exulans, demonstrat *Consiliarii Rocca de officiis rubric. 15. de officio Commissurii Generalis Campanæ num. 182. & 183.*

Admissa adhuc opinione, ut possit suppleri corpus delicti ex præsumptionibus, & conjecturis limitatur, ut non procedat in contumace, qui non potest damnari, nec forjudicari in Regno, nisi constet plenè de corpore delicti, quamvis pro confessò habeatur virtute *Constitutionis Regni*; siquidem forjudicatio cum non habeat fomentum à jure communi, sed à *Reyni Constitutione*, quæ statuit, ut contumax persistens per annum in contumacia possit foriudicari, & proinde cum confessio oriatur ex ficta confessione resultante ex contumacia, & similiter corpus delicti constare dicatur ex fictione, quæ inducit ex conjecturis, concurrent duæ fictiones à jure reprobatae, ut bene arguit *Zuffius de legitimat. process. lib. I. quest. 21. à num. 12. & seq.*

Secunda limitatio se offert in tortura ex processu informativo, quæ irrogari solet reis, denegatis defensionibus, inferri siquidem non potest, non existente liquida probatione super corpore delicti, quia concurrerent plura specialia, ut colligitur ex traditis per *Scannarol. de visitat. carcerat. lib. I. sect. I. num. 30.* accedit *Reg. de Rosa resol. crim. resol. I. post præc. civil. n. 12.* ubi contradicere videtur, & de hoc dicam alibi.

S U M M A R I U M.

- 1 *T*estes duo requiruntur ad convincendum reum de ermine.
- 2 *R*eus dicitur convictus tribus modis, & quæ requisita concurrere debent, n. 3. 4. 5. & 6.
- 7 *T*estes ad convincendum an requiratur, ut sint omni exceptione maiores, & qui dicantur testes omni exceptione maiores, & adducitur discri- men inter testes non idoneos, & non omni exce- ptione maiores, n. 10. & 13.
- 8 *E*t

- 8 Et quid in crimen Majestatis.
- 9 Afferuntur verba Ant.de Matthæis.
- 11 Testes , qui arecentur à ferendo testimonium numerantur , & numerantur singula exceptiones, quæ repellunt testes, num. 12.
- 14 Testes , qui non sunt omni exceptione majores, an suppleantur ex adminiculis.
- 15 Testes ad probandum indicia , an requiratur, ut sint omni exceptione majores.
- 16 Afferuntur Authoris distinctio.
- 17 Convictus dicitur , qui gravatur indicis indubitatis.
- 18 Testis unicus an sufficiat ad convincendum in criminibus levioribus , in quibus venit imponenda pena arbitraria , relegationis , carceris , vel multæ pecuniarie. Et quid in probatione corporis delicti num. 19.
- 20 Afferuntur verba Antonii de Matthæis pro resolutione questionis.

C A P U T II.

De Reorum convictione proficiente ex testium depositionibus, vel ex indicis, vel argumentis indubitatis.

Vulgatum est axioma apud omnes rerum criminalium Authores , quod ad convincendum , & damnandum Reum pena ordinaria criminis duo testes sufficiunt , cum talis testium numerus requiratur ad perfectam probationem inducendam ex regula textus satis nota in lib. numerus, ff. de testib. & in cap. nullam, §. sed hoc in fine 2. qu. in illis verbis, duorum, vel trium testium juro convinci , & damnari poterit , accedunt alia jura concordantia in l. qui sententiam, C. de pœn. & in l. 2. num. 1. C. quor. appellat. non recip.

Ex cuius clara textus dispositione tribus modis dicitur reus convictus nempè , idoneis testibus, propria confessione, vel indicis indubitatis, & luce meridiana clarioribus , quod deducitur ex illis verbis *textus, Argumentis convi-*
ctus; unde bene arguit Farin. de Reo confessio; & convictio qu. 81. num. 1. & qu. 86. nu. 56. post Cartar. & ceteros convictum dici illam , qui indubitatis indicis gravatus reperitur , cum perinde quasi talia indicia convincant , quam testes, Larrea allegat. 96. n. 12. tom. 2.

Verum ad hoc , ut quis testibus dicatur convi-

- etus; quatuor requiriuntur.
- 3 Primo, ut testes sint duo.
- 4 Secundò , ut sint omni exceptione majores.
- 5 Tertiò , ut sint contestes ; & non singulares.
- 6 Quartò , ut concludant per necessitatem , non autem per possibile, quod comprobatur ex superacutis juribus , & ex traditis per Farinac. cons. 182. num. 1. & per Cartar. decis. crimin. 12. & num. 3. xcum seq.

Igitur opere pretium existimavimus de singulis dictis requisitis differere , & de ceteris illis circumstantiis cohaerentibus , & ad materiam conducentibus.

Exordiendo à primo, & secundo requisito, extra 7 controversiam repositum videtur, duos testes omni exceptione majores requiri ad convincendum ex dispositione saepius citati textus in l. fin. C. de probationib. & ex aliis concordantibus. Quarum legum decisio nedum juri naturali, sed juri divino consentanea est, ut constat ex autoritate sacrarum legum Deut. 17. v.6. & cap. 19. v. 15. Anton. de Matthæis ad lib. 48. fff. tit. 15. cap. 3. de probat. num. 1. & 6.

Quod axioma est adeo inconcusse receptum , quod neque crimen Majestatis , & perduelionis probari potest per testes non idoneos , & inhabiles , ut bene arguit Anton. de Matthæis ad lib. 48. fff. tit. 2. de lesa Majest. cap. 4. nu. 5.

Ajunt: Probari posse hoc crimen per testes non idoneos, seu ut ipsi loquuntur, inhabiles, inimico tamen excepto, quem nec in hoc quidem iudicio admittunt . Probari posse per testes singulares , si modo crimen fuerit commissum per plures actus , non per unum , ex his prius falsum, posteriorius non singulare , sed commune iudico .

Quaenam lege scriptum probari posse perduelionem per testes non idoneos? nonne generaliter traditum, in capitalibus causis idoneis testibus , atque apertissimis documentis opus esse, l. ultim. C. de probat. Sed contradicunt dicta per Foller. Farinac. & Mascard. & ceteros , quos laudavimus in tract. de crimin. Majest. nu. 23.

& 24. ubi admisisimus testes inhabiles, & de jure non admittendos ad probandum principale delictum, non autem adminicula illius, nisi essent adminicula delicto totaliter cohaerentia.

Illi dicuntur testes omni exceptione majores, qui nullo jure testimonium dicere prohibentur, 10 neque legitima exceptione repelli possunt, teste Bened. Carpzov. in prax. crimin. qu. I I 4. nu. 27. par. 3. qui à num. 28. ad 34. advertit, quod in causis criminalibus isti à testimonio repelluntur, nempè, consanguinei, & affines , pupillus , impuber , furiosus , inimicus , mutus , sur-

*surdus, cœcus, infamis; infamia facti, publico
judicio damnati, ob adulterium, ob carmen
famosum. Aut calumniam, ob vita turpitudi-
nem, Senatu moti, damnatae reperiundarum,
qui in vinculis, custodiique publica detinen-
tur, qui ob testimonium dicendum, vel non
dicendum pecuniam accepisse judicatur, vel
convictus est, servi in dominos, liberi in pa-
rentes, aut è contra, socius, & particeps cri-
minis, nisi delictum sit exceptum, vel veritas
aliunde baberi non potest; Domestici, &c. Ac-
cedit Crusius de Indiciis par. 4. cap. 34. num. 14.*

*12 ubi similiter suppeditat singulas exceptiones
repellentes testes subsequentibus verbis: Quod
dicta testimonia sunt generalia, nec concludentia,
obscura, & incerta, discrepantia; singularia,
contraria, falsa, nulla, quod testes sunt inimi-
ci, vel respectivè amici; parentes, affines, con-
sanguinei, patroni, domestici, corrupti, falsi,
perjuri, infames, banniti, mente capti, surdi,
muti, minores, & impuberis; & post laudatos
multos Authores subdit versiculos illos, qui
circumferuntur de reprobatis testibus.*

*Condicio, sexus, etas, discretio, fama,
Et fortuna fides in testibus illa requires.*

*Quare D. Laurentius Mattheu de re criminis consi-
13 trov. 28. nu. 14. & 15. & controv. 2. n. 26. & 27.
maximum agnovit discrimin inter testes non
idoneos, & omni exceptione maiores, quod
continet plus; dum text. in l. final. C. de probat.
Solùm requirit testes idoneos, non autem om-
ni exceptione maiores, quod est valde diver-
sum, siquidem si hoc à jure requireretur cun-
cta ferè delicta remanerent impunita, accedit
Farinac. de testib. qu. 62. num. 14. & 15. ubi ad-
vertit, quod testis præsumitur idoneus; nec
idoneitatis qualitas erit probanda, maximè
quando testes non fuerunt in termino repul-
sati, Marius Giurba cons. 47. num. 6.*

*Ex supratraditis principiis descendere videtur il-
la DD. conclusio, quæ docuit, testes non om-
ni exceptione maiores suppleri, & adminicu-
lari possè ex adminiculis, & ex aliis testibus,
ut cum Aymon. Craveit. Farinac. & aliis di-
ximus in nostris obseruat. ad singul. nostri Ge-
nitor. ad sing. 9. num. 2. quæ conclusio maximo-
pere præscribit sibi locum, si ageretur de
crimine atroci de nocte patrato; & dicta te-
stimonia nedum sunt verisimilia, sed coadjuvata
adminiculis, & conjecturis, quia tunc testes
non omni exceptione maiores, deponentes de-
visu, reputantur pro integris ad convincen-
dum, juxta illud, quod decisum testatur Reg.
Rosa in sua prax. decret. p. 1. c. 1. n. 25. vers. unde.*

*Restat difficultas, an testes ad probandum indi-
15 cia requiratur, ut sint omni exceptione ma-
iores, & in hoc DD. exteri non concordant
cum Regnicolis, nam Bened. Carpzov. in prax.
crimin. qu. 123. num. 58. & 48. tom. 3. voluit,
quod debent esse omni exceptione maiores,
accedit Crusius de indic. par. 1. cap. 31. num. 12. &
13. tom. 1. & ead. par. 1. cap. 1. num. 13. tom. 2. sed
Reg. Rosa in praxi decretor. cap. 1. num. 36.
adhærendo contraria opinioni Doctorum rela-
torum per Farinac. dicit, quod testes inhabi-
les supplentur ex adminiculis, ad effectum
torquendi; quia si requireretur, quod sint
omni exceptione maiores, omnia delicta rema-
nerent impunita, cum difficilis redderetur pro-
batio; dummodo verisimilia testes deponant,
Conf. Rocc. de offic. in tit. de modo procedendi in
causis contrabannorum §. 14. n. 26.*

*Verum ego distinguendum puto inter indicia
simplicia ad torturam, vel ultra torturam, &
16 indicia indubitate necessaria ad damnandum
reum poena ordinaria delicti; siquidem in
primo casu adhæreo opinioni de Rosa, in se-
cundo vero casu inditiorum indubitatorum
requirerem pro illis probandis testes omni ex-
ceptione maiores, maximè in Regno, ubi statu-
tum præstat plenam probationem talibus indi-
tiis, Basilio dec. 1. n. 15. quæ opinio nititur ver-
17 bis textus in superius citata l. 2. C. quor. appell.
ubi habetur pro convicto ille, qui gravatur
indiciis indubitatis, & ad hoc ut pro convicto
quis habeatur, requiritur per necessitatem, ut testes
super inditiis deponentes, sint omni exceptione
maiores, ut satis probavimus, & nunc addi-
mus Crusius de inditiis p. 2. cap. 36. n. 57.*

*Fallit conclusio in criminibus levioribus, quo-
rum poena est arbitraria relegationis, carceris,
18 vel mulieræ pecuniariæ, quia tunc sufficit
unicus testis ad convincendum, concurrente
aliqua præsumptione, ut post Hippol. de Mar-
tiol. sing. 433. Jafon. in l. admonendi num. 87. ff.
de jur. jurand. Mascal. & Farinac. plenè do-
cuit Bened. Carpzov. qu. 114. num. 53. & q. 116.
num. 53. & 54. & qu. 140. num. 101. p. 3.*

*Idemque procedit in corpore delicti, quod non
19 debet necessario constare in levioribus crimi-
nibus, juxta distinctionem ejusdem Bened.
Carpzov. qu. 108. num. 23. 39. & 108.*

*Sed in contrarium satis urgent scripta per An-
ton. de Mattbeis de criminib. tit. 15. de probat.
cap. 3. num. 3. Cujus authoritas cum satis su-
perque sufficere videtur ad tollendam contro-
versiam, ejus verba adnotanda duximus. Sed
cum in ead. l. 9. Constantinus præcipiat, ut unius
testis-*

Tractatus Criminalis Analyticus. 13

testimonium nemo judicum in quacumque causa facile patiatur admitti; videndum, an illud facile, idcirco ab eo sit adjectum, quod aliquando unius testimonio stari possit? Ita sane interpretibus videtur, qui excipiunt causas modicas, & summarias; in quibus, quoniam de re non magni prejudicij ayit, unicunq; testem sufficere putant; Hanc exceptionem in causis civilibus forte quis admiserit; in criminalibus qui admitti possit, non video. Quippe civiles quedam ita sunt comparatae, iudex non plenam, sed summariam adhibeat cognitionem, & re aliqua a petitione alkata, quæ vel leviter pro eo facit, ei concedat, quod petit, interim contento eo, quod contra adferatur a reo, si obscuriorem habeat questionem, l. 3. D. de Carbon. & l. à Divo 15. §. si rerum, D. de re judic. l. 3. §. 1. D. ut in poss. legar. l. un. C. si de moment. poss. fuer. appell. l. 8. C. unde vi. At circa ejusmodi nulla sunt, nec si quid accusator afferat, quod vel leviter pro eo facit, illico reus condemnandus erit. Levia quidem crimina de plano discutiuntur, ut Ulpianus respondit in l. levia 6. D. de accusat. Verum planum istud, non probationes legitimas, sed observationem dumtaxat solemnum excludit. Ceterum absurdissimum foret uno teste ab accusatore producto, reum illico, vel fustibus castigari, vel flagellis cedi. Sic & cum Magistratus ex officio in reum inquirit, observatione solennium necessaria non est, l. ea quidem 7. C. de accusat. nec tamen inde consequitur, vel leviter probato crimen, reum ab eodem damnari posse. Nemo enim ex suspicione condemnandus, seu gravioris, seu levoris criminis reus sit, satiusque vel nocentem absolvit, quam innocentem condemnari, l. 5. D. de paen. At unicus testis suspicionem dumtaxat facit non fidem. Quare proposita exceptio nequaquam ad crimina porrigenda est.

S U M M A R I U M.

- 1 **T**estibus singularibus non est creditum, quemadmodum non creditur unius testi, & de ratione num. 2.
- 3 Testium singularitas resolvitur in singularitatem obstativam, adminiculativam, & cumulativam, & num. 4.
- 5 Testes an videantur ad invicem contradicere, si unus deponat de decem, aliis de quindecim, aliis de viginti.
- 6 Testes an admittantur ad concordiam, si non convenient de tempore, nempe si

- 7 Testis unus si deponat homicidium fuisse commissum idem hunc, aliis alio die.
- 8 Et quid in testibus dicentibus, vidisse Titum à Mevio occidi, sed non recordari diem.
- 9 Et quid si esset elapsum biennium, vel aliud longum tempus. Et quid in testibus, quorum unus dicit delictum fuisse commissum domi, aliis in ostio domus.
- 10 Testes non dicantur singulares, si unus deponat de delicto commisso per Sempronium, quem unus testis vocat per nomen, & alter describit per signa.
- 11 Testes an dicantur varii, si unus deponat de percussione cum ensè pundi, & aliis deponat de percussione cæsi.
- 12 Testium recognitio, seu confrontatio cum principali, an sit necessaria, quando testes ignorant nomen principalis, sed illum describant per signa.
- 13 Et quid quando reus in primo examine dicit nominari uno nomine, & in secundo examine alio nomine.
- 14 Testes singulares admittuntur ad faciendo probationem in crimen Majestatis, & ad probandum delictum in genere in crimiisibus comprehendentibus actus successivos. n. 15.
- 16 In crimen stupri.
- 17 In crimen usuræ.
- 18 In furtis commissis de nocte intus Civitatem.
- 19 In receptione bannitorum.
- 20 In crimen repetundarum, seu barattaria.
- 21 In crimen extractionis.
- 22 Ad probandum metum contra extorquentem a partibus offensis remissionem.
- 23 Testes singulares admittuntur ad faciendo plenam probationem in causis civilibus. nempe.
- 24 Quando testes tendunt ad probandum quid universale.
- 25 Quando ageretur ad probandum servitiam viri in uxorem.
- 26 Ad probandum aditionem hereditatis.
- 27 Ad probandum quid in genere, quid in materia jurisdictionis, & servitutis, ibid.
- 28 Ad probandum donationem causa mortis, vel inter vivos.

ca:

C A P U T III.

De singularitate testimoniū , & an,
& quando testes singulares ad-
mittantur ad concordiam , & in
quibus casibus admittantur ad
faciendam probationem tam in
causis criminalibus , quam in ci-
vilibus.

Testibus singularibus non creden-
dum , quemadmodum uni testi
non creditur , nec Xenocrati qui-
dem , Aristidi , Phocioni , Catoni ,
aut si quis alius integratissimae lau-
de celebratior , sunt verba Anton. de Mat-
thæis ad lib. 48. ff. tit. 15. cap 3. de probat.
num. 2. & in tract. de probationib. cap. 5. n. 41.
subdit : De capite , & fortunis , & condemnan-
nando cum agitur , nec credendum quidem Ca-
toni , si sit solus , qui testetur , rationem assi-
gnat Anton. Fab. in Cod. de testib. lib. 4. tit. 15.
definit. 46. his verbis : Vulgatum est , testes sin-
gulares non probare , cum non sunt contestes ,
non possunt jungi ut numerum faciant , ideo-
que non plus probant mille , quam unus , quo-
niam alter alterius fidem debilitat , accedit
Anton. de Matthæis de probationib. cap. 6. nu-
m. 44. Caball. resol. crimin. cas. 292. num. 9. ubi
subdit : Infingit enim , ac dividit , lacerat sin-
gularitas testimonia , quia omne divi-
sum laceratum est , ideoque testes singulares
non probant , tamquam divisi , & lacerati ,
Baldu. cons. 25. col. 1. in fine num. 2. lib. 3. Cra-
vett. cons. 41. num. 7. quod procedit etiam , si
essent plures numero , quia numerus eorum
exceptionem non tollit , unde tantum pro-
bant mille testes singulares , quantum unus .

Hæc conclusio intelligenda erit in singularitate
3. obstativa , ut ex Puteo decif. 476. lib. 2. adno-
tavit Faber in annotat. ad superius citatam
definit. num. 2. siquidem quando singularitas
effet adminiculativa , & cumulativa non ex-
cluderet plenam probationem , sed bene con-
jungerentur ad plenè probandum , Reg. Mat-
thæu de re crimin. controv. 76. num. 18. & 51.
Et dicitur singularitas adminiculativa , quan-
do actus in genere reiterabili est probandus ,
Farinac. de testib. qu. 64. num. 78. & de hac
4. tripli specie singularitatis clare loquitur

Reg. Rosa in Decretor. M.C.V. prax. crimin.
par. I. cap. 1. num. 2. & Raynald. observat. cri-
min. ad cap. 32. supplet. 7. & num. 8. cum plurib.
seq. tom. 3. ubi num. 9. declarat , quod testes
obstativi præsumuntur falsi , & ideo nihil
probant cum plures involvant contrarieta-
tes , & repugnantias in eorum depositionibus ,
& vulgo dicuntur Testes Susannæ.

Non videntur ad invicem contradicere testes ,
5 si unus deponat de 10. aliis de 15. aliis de
20. ut firmat , & decisum per S.C. in materia
perceptionis fructuum refert Affict. dec. 240.
num. 5. ubi quod videntur probare minorem
summam , accedunt declarationes , quas tra-
dit Ursill. à num. 11. ad 14. ubi quod in practi-
ca fit coacervatio , & sumitur quarta pars .

Planè admittuntur ad concordiam testes , qui
inter se non convenient de tempore , nempe
6 si unus dixerit , quinquennium ; alter septen-
nium ; quia non censendi sunt discordes , dum
inter se convenient saltem quoad quin-
quennium , Anton. de Matthæis de probat.
cap. 6. num. 44. Quare si unus testis deponat
homicidium fuisse factum die lunæ , & alii
testes deponant alio die fuisse factum homi-
cidium , reducuntur ad concordiam , ut post
Addentes ad Claram Reg. D. Michael de Cal-
dero decif. 7. nu. 35. accedit Reg. Rosa in prax.
Decretor. crimin. par. I. cap. I. nu. 25. ubi quod
non est curandum de singularitate testimoniū
in circumstantiis ad factū substantiam non
pertinentibus .

Et esse admittendum testem , qui dicit se vidis-
se Titium à Mævio occidi , quamvis dicat , se
7 non recordari diem , habetur ex Doctoribus
laudatis à Samuele Strikio de jure sensuum
dissertat. 9. de jure oblivionis cap. 2. de pre-
sumpt. oblivionis à num. 33. cum sequentib. vi-
dendus est Farinac. de testibus qu. 64. n. 107.
in fine , ubi non simpliciter admittit regulam
hanc se habentem , quod testes in facto con-
cordes , sed in tempore discordes , vel non se
recordantes admittantur , quemadmodum
non probarent testes , qui unanimiter depo-
nentes in una causa , dicentes non recordari
de tempore , ex Alex. in l. 2. §. idem labeo. ff. de
agu. pluv. arcend. Marant. in suis singular.
8 vers. Testibus. Nisi esset elapsum triennium ,
vel aliud longum tempus , quia potest esse ,
quod testes viderint , sed elapsi dicto tem-
pore non recordentur per Viv. decif. 64. num.
22. & 23. de quo plenius dicam alibi .

Quoties tamen testes discordant inter se , ut pu-
9 ta , si unus , vel duo deponant delictum do-
mi ,

Tractatus Criminalis Analyticus.

75

mitti, & affl in hostio dormus sunt responendi; & maximè quando non concordant cum dicto principalis, videndus est Farinac. de testib. quis 65. par. 4. num. 245. & decisum restatur Tbor. in compend. decis. p. 3. sect. 3. vers. tester examinati fol. 364.

Nori dicuntur singulares testes, si unus deponit de furto commissè per Sempronium, ex primendo ejus nomen, & alter deponit de eodem describendo illum per signa, & un' albo, un macrino, biancolillo, mostaccio, biondo, ut habetur apud Reg. Capiclatro dec. 132. num. 9. tom. 2.

Nec quoque est habenda ratio de varietate, si unus deponit percussorem cum ense vulnerasse punctum, & aliis affirmet vulnerasse cæsum, quia dum concordant circa percussione, & sic in facto principali non est in consideratione varietas percussionis, Novar. decis. 107. num. 6. Ideò si Titius dicat vidisse Titium cum ense, & aliis testis dicat cum ronca plenè probant. Et non dicuntur singulares, Bajard. ad Clar. §. fin. q. 66. n. 26.

In istis duobus ex tribus casibus ad comprobandum veritatem, succurrendum est Fisco per confrontationem, quam in casu, in quo testes ignorant nomen delinquēntis, sed illud describunt per statuam, & alia signa absolute necessariam existimavit post Zuffium Raynald. in observat. ad cap. 34. supplet. 4. num. 67. & 68. tom. 3. Reg. Martbeli de Regim. Regni Valentie cap. 8. §. 4. à num. 29. cum sequentib. accedit Responsum Regentis Januarii Andreæ per nos allatum in prax. presentat. Instrum. cap. 4. à num. 27. cum seq. usq. ad nu. 76. ubi exquiritur de viribus hujus recognitio- nis, & quid quando reus in primo examine dixit nominari uno nomine, & in secundo alio nomine. Præterea animadvertere non erit omittendum, quod testes singulares admittuntur ad faciendam probationem in sequentibus casibus.

Primus est in crimen Majestatis, juxta rece- ptam sententiam, quam probavimus in tit. de crimen Majest. num. 21. & 22. ubi adduximus Marecam admittentem propositam conclusionem in probatione conjurationis, seu tractatus.

Secundus casus, quando ageretur de delicto in genere, cæterorum criminum sub se comprehendentium species differentes, & actus particulares, & successivos, queadmodum sunt heresis, sortilegium, adulterium, & similia, Anson. Gomez. tom. 3. variar. resol. cap.

12. num. 12. Mastard. de probation. vol. 2. cont. 894. num. 1. cum aliis apud Bened. Carpzon. qu. 23. num. 54. par. 3. ubi quod testes singulares essent conjugandi ad effectum torquendi ream, quando unus de hoc indicio, alias de alio, & tertius de alio deponeret.

Hinc est, quod in crimen stupri admittuntur testes singulares deponentes de pluribus casibus ad eundem finem tendentibus, quia in casibus reiteralibus singularitas non refragatur, DD. cumulati per D. Hieronym. Basiliaco decis. 15. num. 33. verfic. supra enim, & quod in his delictis probationes, & conjecturae Iudicis arbitrio committantur, Reg. Mattheu controv. 76. num. 11. 12. & 13. Reg. Rosa in prax. decretor. M.C.V. par. 2. cap. 2. à nu. 14. & Resol. 39. tom. 3.

Tertius casus est crimen usuræ, in quo testes singulares & in facto proprio deponentes admittuntur ad faciendam plenam probationem ex privilegio hujus probationis tributo in Regno nostro, per Constit. Regni usurariorum, & per Prag. 1. de usurar. ad quorum iurium intelligentiam videndus est Muscat. in præcrimin. de privileg. & pœn. usuræ, & Reg. Petri super Rit. 196. num. 3. tom. 2. & ea, quæ nos cumulavimus in nostris observat. & animad. ad sing. 401. nostri Genitoris recolendæ memorie à num. 1. ad 3. quibus addendum putamus, quod modus iste privilegiatus probandi usuram intelligitur ad imponendam pœnam extraordinariam, nunquam autem quoad pœnam ordinariam, Reg. Mattheu de re crimin. controv. 40. num. 44. & 45.

Quartus casus de furtis commissis de nocte in tuis hanc Civitatem contra itinerantes, vel in domibus tam de die, quam de nocte, cum fractura, vel scallatione, in quibus criminibus depositiones trium sociorum criminis etiam singularium, & in tortura confitentium sufficiunt ad convincendum, & condemnandum nominatos socios, ut extat provisum per Pragm. 3. sub tit. de furtis, de qua memores fuimus in observ. ad sing. 179. nostri Genitoris num. 1. Verum concurrentibus duabus depositionibus sociorum criminis, cum pluribus indicis nominatus condemnatur ad tritemes ad tempus, juxta decisionem Reg. Capiclatro 132. num. 6.

Quintus casus est receptatio bannitorum, quæ probatur per testes singulares, Pragm. 6. de Receptator. & Pragm. 1. de perseq. malefactor. tamen si testes sunt contrarii non probant, quia Pragmatica tollit singularitatem, non autem

autem contrarieatatem, *Theodor. alleg. 97. nū. 5.* quem sequitur *Police de prævin. Regiar. Audient de Receptat. hancit. tit. 13. cap. 1. nū. 46. & 47.* ex exteris adeundus est. *Caball. ro-sel. crimin. cas. 293. nū. 7. & 8. cent. 3.* ubi quod ubi adest singularitas in testibus, videtur adesse varietas, & contrarietas, quibus testibus contrariis, & variis non est in aliquo credendum, propter individuitatem juramenti, quamvis contrarietas non esset in omnibus, *Vermigliol. conf. 256. num. 7. & conf. 430. num. 6. & 7.*

Sextus casus in crimine repetundarum, seu b
20 ratteriae, *Larrea allegat. fīc. 48. num. 12.* ac-cedit *Reg. Caym. in suo tract. de Regia Visitat. impresso post meas practicab. observat. art. 11.* ubi scribens in terminis Pragmaticarum Re-gni Neapolis sub tit. *de munerib. conceden-tium privilegium probationibus in talibus cri-minibus,* dicit testes singulares ad probandum admissos esse debere omni exceptione maiores, & necnon requiritur, ut testes de-ponentes contra officialem corruptum ex-primant mensem, & modum, *Bald. conf. 353. lib. 5. Grammat. conf. 35.* ubi consuluit ex pluribus pro Judice Syculo cōtra quem ade-
rat confessio in tormentis ejus familiaris, qui confessus fuerat illi dedisse pecuniam, & concludit, quod nec etiam inditum contra ipsum inferebat, *Camill. de Medic. conf. 143. num. 29. & 30.* ubi quod idem in testibus de-ponentibus, quod viderant plures Thomam N. ingredi in ædibus, ubi habitabat officialis cum pecuniis extortis, & sine illis egredi judi-cantibus, quod illas officiali consignasset. Qui-nimo ad hoc, ut in hoc crimine dicatur con-stare delictum in genere requiritur conclu-dens probatio, propter quam fuit data pecu-nia officiali; alijs sola probatio de datione pe-cuniae non sufficeret, nisi saltem constet de causa per famam publicam ejusdem causæ, *Muscat. in præc. crimin. tit. de Judic. corrup-ta à n. 10. ad 15.*

Septimus casus in crimine extractionis, quod
21 potest concludenter probari per testes singu-lares, ut conatur fundare *Confil. Rocc. de Of-fic. de privileg. crimin. Extractionis §. 1. n. 27.* de quo memores fuimus in nostra practicab.
observ. 30. n. 56.

Septimus casus contra extorquentes à partibus
22 offensis remissiones per vim, & metum, in
quo crimine admittuntur ad convincendum
tres testes deponentes de casibus diversis,
Pragm. 27. in §. E per estirpare de excubibus,

Cujus dispositio non videtur multum discre-pare à dispositione juris communis, quo at-tento minæ probantur per testes singulares, quando minæ tendunt ad eundem finem, & concordant in qualitate earum, *Foller. in præc. crimin. vers. Item quod sororem venena-vit nam. 25. Grammat. decis. 5. Surd. conf. 395. num. 26. Rota apud Ludov. dec. 316. num. 47. & 374. num. 20.*

Hactenus adduximus limitationes, in quibus
23 recipiuntur testes singulares in capitalibus causis, nunc recensendi sunt casus, in quibus admittuntur testes singulares ad probandum, & ad faciendam plenam probationem in causis civilibus.

Quorum primus est, quando testes singulares
tendunt ad probandum quid universale, ut
24 puta si ageretur de consignatione sextario-rum frumenti 3957. *Rota Romana dec. 197. num. 1. recent. par. 4. tom. 2. sed contradicit An-ton. Merend. controv. lib. 5. cap. 49. nū. 10. vers. nibil enim.*

Secundus casus est, quando ageretur de pro-
25 banda sævitia viri in uxorem in judicio sepa-
rationis thori, *Reg. de Marin. lib. 1. suar. resol. cap. 268. n. 14. to. 1.*

Tertius ad probandam additionem hæreditatis.
26 conjunguntur testes singulares ad facien-dam plenam probationem, quia gestio pro hærede consistit in actu successivo, *Mart. de success. par. 4. qu. 1. 4. artic. 2. num. 45. tom. 2.* & de communi testatur *Viv. opin. 468. n. 1. & 2.*

Quartus, quando ageretur de probando quid
27 in genere; nempe quod virgo est impudica;
quod Titius est infamis, vel furiosus, vel si probanda veniat jurisdiction, aut possessio, aut novatio, *Anton. de Mattbæis de probat. cap. 6. num. 41.* Sed an admittatur probatio per te-stes singulares in materia jurisdictionis servi-tutis, vel decimarum, videndum est *Vivius,* qui testatur affirmativam esse magis commu-nem opinionem *lib. 3. opin. 909. num. 10.* & quod testes singulares probent erimen, sive actum in genere, ex *Riminald. Michel. Graff. & Oſaſcb. decis. 79. num. 38. Antonell. de loco legali cap. 3. num. 39.*

Quintus in donatione causa mortis, vel inter-vivos, ad quam probandam sufficiunt testes
28 deponentes in genere donationem factam fuisse, licet dicant, non audivisse cui donatio facta fuit, quia dicuntur contestes, & con-junguntur cum aliis, qui donatarii personam, ex-plicant *Farinac. conf. 174. n. 15. to. 2.* sed con-tradicere videtur decisio *D. de Francb. 693.*
ubi

Tractatus Criminalis Analyticus. 17

ubi decisum fuit, non probare testes depo-
nentes, non omnes sicut præsentes tempo-
re donationis, sed erant singulares de loco,
& tempore.

S U M M A R I U M

1. **T**estes ad convincendum debent con-
cludere pernecessè, & non per possi-
bile.
2. **T**estium depositio debet esse cathegorica,
concludens; & quid in testibus deponentibus
per verbum forte, vel puto, videtur, & si be-
nè memini, num. 3.
3. **T**estes ad hoc, ut concludenter deponant,
debent deponere per sensum visus, assignan-
do causam scientiæ.
4. **T**estes deponentes de visu ad hoc, ut plenè
probent, tria concurrere debent.
5. **T**estibus deponentibus delictum patra-
tum de nocte, & vulnerantem pallidum co-
gnovisse, an fides praestanda sit.

C A P U T IV.

De ultimo convictionis re- quisito.

Accedendo ad ultimum convictionis requisitum, breviter concludimus probando regulam, quod te-
stes debent de necessitate conclu-
dere, quia si deponeret pe possibi-
le, & non pernecessè, depositio non releva-
ret, juxta communiter tradita in cap. in
præsentia extra de probat. & pleniùs per
*Farinac. de testib. qu. 68. §. 1. num. 3. & 4. Fol-
ler. in præc. crimin. in tit. dentur capitula,*
quod suffocavit uxorem num. 21.

Ex hoc principio descendit, quod testium de-
positio debet esse clara, cathegorica, & con-
cludens, testificando de crimine verbis lu-
cidis, & indubitatis, nam qui exhitante
deponit, vel vacillat, aut sibi ipsi contradic-
it, nihil probat, nec indicium facit ad tor-
turam, *Bened. Carpzov. qu. 121. num. 19.
par. 3.*

Diceretur obscura, dubia, & non concludens
pernecessè depositio testium, quando plus
res, & diversos pateretur intellectus, & plus
ribus modis intelligi possit, nempè si testis
deponat testimonium per verbum forte,
vel puto, vel per verbum videtur, vel si be-

nè memini, vel similibus distinctionibus, ex tra-
ditis per *Farinac. cit. qu. 68.* quem aliis cu-
mulatis sequitur *Carpzov. in præc. crimin.
qu. 114. num. 57. & 58. par. 3.* Et de hoc di-
eam plenius in particularibus questionibus.
Quibus sic stantibus concludendum erit, quod
ad hoc ut testes probent, debent conclu-
denter deponere per sensum visus, vel au-
ditus, assignando causam scientiæ, sine qua
nihil probarent, ut ex eruditis advertit *An-
ton. de Matthæis ad lib. 48. fff. tit. 15. c. 4.
num. 12. 13. & 14.* de quo differendum erit
alibi.
Nec sat erit sola depositio de visu ad convin-
cendum, quia testes de visu deponentes
ad hoc ut plenè probent, tria concurrere de-
bent. Primo, justa distantia; Secundo, quod
oculorum vitio non laborent. Tertio, aer
non obscuratus, ut ex *Jo. Sperling. insti-
tution. Physic. lib. 8. cap. 3. qu. 1.* docet *Sa-
muel. Strykies de jure sensuum dissert. 1. de
visu cap. 4. de testibus de visu num. 32. & 34.*
ubi ponit exemplum in homicidio in rure
patrato, de quo si testis deponat è longin-
quo illud vidisse committi, & forte vel ex
statura, vel ex vestibus afferere vellet Sem-
pronium illud commisissè, quamvis ipsum
de facie cognoscere non potuisset, & sub-
dit, quod talis testis licet de visu repellitur,
& non facit indicium, neque ad torquen-
dum, aliis non concurrentibus, ex quo vi-
sus ultrà distantiam non se extendit, ex
Bart. in tract. de testib. num. 42.

Ex quibus principiis descendit, quod si testes
deponant delictum patratum de nocte, &
vulnerantem pallidum cognovisse repro-
bantur, cum hoc testimonium de visu con-
veniens non videatur. Sed inverisimilia, &
repugnantia contineat, ex sect. in l. ob car-
men, §. ult. ff. de testib. cum multis concor-
dantibus allegatis per *Conf. Marcell. Mar-
cian. conf. 50. num. 4. tom. 2.*

S U M M A R I U M.

1. **T**estes de visu deponentes in crima-
libus, ad hoc ut plenè probent, que
requisita concurrere debent.
2. **T**estis de visu, qui deponit de homicidio,
& dicit, vidisse, & cognovisse delinquentem
de longinquò, quem cognoscere non poterat
ob longam distantiam, an repellatur.
3. **T**estis cœciliens, vel non habens vi-
sum perspicuum, non probat, si deponat de
visu

- visu cum aliqua distantia.*
4. *Testis deponens vidisse, & cognovisse delinquentem obscurato aere densissimis nebulis non probat.*
5. *Testes deponentes de visu tempore nocturno redduntur de falso suspecti, non reddit ratione scientiae visus.*
6. *Limitatur in testibus babentibus visum perspicuum, & acutum, qui de nocte bene videre, & cognoscere possunt etiam absque lumine.*
7. *Limitatur secundo in testibus deponentibus vidisse de nocte, luna lucente, vel accensis luminaribus vicinorum, & quomodo debeant reddere rationem testes deponentes ad lumen lunæ. num 8.*
9. *Testes deponentes ad lumen lunæ ad hoc ut probent, debent deponere, vidisse in stratis, vel plateis, non autem vidisse transire per portam, vel fenestram; & quomodo se gerere debent in hoc cauti Advocati, & quæ alie circumstantie requirantur ad hoc, ut tales testes probent. n. 10. & 11.*
12. *Testes duo deponentes de nocte, quatuor concurrentibus, plenam probationem faciunt; & refertur casus decisus de anno 1678. num. 13.*
14. *Limitatur tertio in testibus deponentibus vidisse delinquentem in crepusculis auroræ, vel serotinis, & refertur casus, qui accidit in facto.*
15. *Limitatur quarto in testibus deponentibus de visu in nocte autumnali, vel in noctibus astris.*
16. *Limitatur quinto in testibus deponentibus vidisse, & cognovisse delinquentem de nocte ex igne pulveris accenso, occasione explosionis sclopi rotati.*
17. *Limitatur sexto in testibus deponentibus ad defensam.*



C A P U T V.

De Testibus deponentibus, vidisse de nocte, quomodo probent, & an reddere debeant causam scientiæ, quod luna lucebat, & quid in deponentibus vidisse, & cognovisse in crepusculis auroræ, vel in tempore autumnali, vel ex igne pulveris accensi oceatione emissionis ictus scopictæ.

Diximus alibi, & nunc iterum differere res, & occasio tulit, quod ad hoc ut testes de visu deponentes, sat sint ad convincendum, & plenè probandum maximè in crimini bus probandis, tria copulativè concurrere debent: Primo iusta distantia: Secundo, quod testis oculorum vitio non laboret: Tertio, ut aer non sit obscuratus, ex Samuele Strikio de jure sensuum differt. I. de visu cap. 4. de testib. de visu num. 32. & 34. qui laudat Joan. Sperling. institut. physicar. lib. 8. cap. 3. qu. 1,

Repellitur igitur testis de visu, qui deponit de homicidio in rure, vel alio loco patrato, si deponit vidisse, & cognovisse delinquentem de longinquo, & quando delinquentem ipsum de facie agnoscere non poterat ob longam distantiam, ad quam sensus visus se extendere non poterat, & proinde talis testis repellitur etiam, si cognitionem comprobare vellet ex circumstantiis vestium, vel stature, juxta exemplum traditum ab eodem Samuele Strikio in locis citatis,

Repellitur similiter testis, qui laborat oculorum vitio; siquidem testis cecutiens deponens de visu cum aliqua distantia non probat, ut firmat satis lucide citatus Author his verbis n. 35. Organum quoque debet esse dispositum in teste de visu deponente, testatur enim experientia quosdam incœcutire, tanta que oculorum caligine laborare, ut homines aliquot tantum passibus ab iis distet, quis ille sit cognosci nequeat, & saepiuscule errorem in personam committunt; debile ergo, & infirmum erit testimonium, praesertim si de illis circum-

Tractatus Criminialis Analyticus.

19

cumstantiis deponere velint, quae accuratè demum oculorum indagine animadvertenda.

Testis deponens vidisse, & cognovisse delinquentem obscurato aere densissimis nebulis non probat, quia error facilissime committi potest in deponendo de visu tam circa personas, quam circa circumstantias, unde credere, quod talis depositio esset perinde, quasi facta à testibus deponentibus de visu tempore nocturno, qui redduntur de falso suspecti, non redita ratione scientiae visus, juxta communem apud *Mascard.* conclus.

1392.num.25.lib.3. & concl.894.num.7. & concl.1109.num.4.

Limitatur tamen conclusio in sequentibus casibus.

Primus est, quando constaret ex medicorum attestationibus testem habere tales visum perspicuum, & acutum, ut de nocte bene videre, & cognoscere posset absque lumine lunæ, quia tunc cessat ratio obscuritatis noctis, juxta exemplum *Tiberii Cæfaris*, quod ex *Suetonio Tranquillo* post *Plotum* tradit *Farinac.* de testib. qu.62.b. mtr. 2.n.44. & ex eruditis *Samuel Strikius de iure sensuum* *dissert. I.* de visu cap.4. de testimoniis de visu n.39. & 40.

Secundus est; si testes de nocte deponentes redderent causam scientiae, nempe quod luna lucebat, vel luminaria vicinorum erant accensa, juxta tradita per *Grammat. conf. crimin. 45 num. 7. & conf. 58. num. 1.* & per *Pragm. 27 §. 17. de Offic. Justit.* ubi *Nostrar. in scris collectan. num. 1.* alias si illa nocte luna non lucebat, vel lucere non poterat sub nostro Orizonte, testes redderentur convicti de falso, quia argumentum validum est, *Roxas de incompatibilitate in jure naturali par. 2. cap. 1. num. 12. & 13.* ubi dicit ita consuluisse revocata sententia, quæ prius fuerat lata contra reum pro tortura, & latè scripsit de hoc *Confiliar. Prat. discept. forens. cap. 20. to. 3.* qui tamen obtinere non potuit, & dum hæc scriberem inveni de *Roxas meminisse Samuel Strikium de iure sensuum cap. 4. de testib. de visu nu. 45.* qui num. 46. dicit necesse esse, ut testis rationem reddat nedum vidisse, quia luna lucebat illa nocte, sed quia luna illa hora lucebat, ex *Polydor. Rip. de tempore nocturno cap. 57. num. 8.*

Insuper animadvertisendum erit, quod tunc testes deponentes ad lumen lunæ admittun-

tur, quando testificarentur vidisse in stratis, vel plateis, & similibus locis, secus si deponerent vidisse, & cognovisse aliquem ad lumen lunæ, dum transibat per portam, vel fenestram, vel salam domus, quia tunc nullatenus credendum erit, sed per cautos *Advocatos* erit petendus accessus *Judicis ad locum delicti*, ad hoc ut lucente luna oculis propriis inspiciat, & possit recognoscere si testes potuissent hominem, vel prius umbram videre ad lumen lunæ, ut perpendit *Viv. in communi opinione opin. 951. num. 8.*

Rursus testes deponentes ad lumen lunæ, ad hoc ut faciant probationem, requiruntur multæ circumstantiæ, nempe an viderint in loco vicino, an testi alias facies inquisiti fuerit plenè cognita, *Samuel Strikius de jure sensuum* *dissert. 4. cap. 4. de testib. de visu num. 43.* comprobat ex *Regnicolis Confiliar. Marcellus Marcianus conf. 50. num. 4.* & 7. tom. 2.

Sed quod duo testes de visu deponentes de homicidio patrato de nocte, quatuor currentibus plenam probationem faciant, decisum refert *Mattheu de regim. Regn. Valentiae c. 8. §. 8. n. 205. & 206.* & similiter decisum habemus per *M.C.D.* in causa homicidii commissi in personam *Thomæ Prato* per *Antonium Roya* de mense Julii 1678. 13. circa horam unam noctis in hac Civitate in Platea Castris novi, tres deponebant de visu, quia luna lucebat, qui testes patiebantur alias exceptiones, nihilominus, quia testimonia dicta erant verisimilia, & pluribus coadjuvata conjecturis fuerunt habita pro integris, & reus fuit morti traditus, ut demonstrat accuratissimus *Reg. Rosa in præc. decretor. par. 1. cap. 1. num. 26. vers. unde Antonius.*

Limitatur tertio in testibus deponentibus vidisse delinquentem in crepusculis auroræ, vel serotinis, dummodo dicant, quod aderat talis claritas, quod delinquens cognosci, & discerni poterat, quia crepuscula attribuuntur diei, dummodo non adsit multa distantia ab ortu, vel occasu Solis, quod remittitur prudentis *Judicis arbitrio*, qui in dubio eligere debet minorem partem, ut de communi post *Clar. Nastan. Adentes ad Bertaz. Ripa, & Antonell. de tempore legali*, advertit *Conciol. resol. crimin. v. Nox resol. 1. num. 10.* quare *Vincent. Maxil. in Confusat. Civitatis Bari n. 4. fol. 306.* dixit,

C 2

hoc

hōc habuisse in factō , & obtinuisse abso-
tionem Viti de Majella de Terra Cafema-
ximae inquisiti de homicidio , contra quem
testes deponebant , quod viderunt pradi-
ctum in loco delicti in die clara , & interro-
gati , si sol fuerit ortus dixerunt , quod non ,
Maxillam sequitur Vir. opin. 951. n. 16.

Limitatur quarto in testibus deponentibus de
visu in nocte autumnali , vel in noctibus
festis , quae ob maximam brevitatem non
noctes esse videntur : sed perpetua quedam
crepuscula , ut perpendit *Polidor. Ripa de*
nocturno tempore de visu cap. 57. à num. 23.
ad 27 , quod esse repositum in Judicis arbitrio ,
concurrentibus aliis circumstantibus ex
eod. *Ripa; Farinac. & Carenā dixit Conciol.*
resolut. crimin. v. testes quoad dicta, resol. s.
num. 3.

Limitatur quinto , in testibus deponentibus de
delicto commisso de nocte , qui dicunt
vidisse delinquentem ex igne tormentario
pulveris accenso occasione explosionis sclo-
pi rotati , videtur affirmativè apud *Caren.*
de officio S. Inquisition. par. 3. tit. 6. ante nu.
25. quem allegat Calderò decis. Catbal. 7. num.
48. lib. 1.

Limitatur sexto in testibus deponentibus ad
defensam de gestis tempore noctis , nam non
tenentur reddere rationem ad hoc , ut probent ,
quod luna lucebat , vel aliud lumen
artificiale aderat , vel assignare aliam ratio-
nem sui dicti , *Caren. de offic. S. Inquisition.*
par. 2. tit. 6. num. 20. Vermigliol. conf. 74. nu. 1.
& conf. 468. *Conciol. resol. s. vers. testis quoad*
dicta D. de Calderò decis. 7. n. 45. lib. 1.

S U M M A R I U M .

1 **T**estes cortinati deponentes vidisse , & cognovisse delinquentes mediante cortina , vel pariete , vel per rimulam , & foramen ostii , an probent , vel dicantur singulares , num. 2.

3 Testibus deponentibus cognovisse delin-
quentem ad vocem noctis tempore , an creda-
tur . Et an tales habeantur pro testibus
omni exceptione majoribus affirmat *Farinac.* cuius verba referuntur num. 4. Sed in
contrarium stat *Giurha* , cuius verba infe-
runtur pro questionis decisione , num. 5. Et
de ratione ejus sententiae , num. 6.

7 Testis afferens cognovisse aliquem accla-
mantem non probat , neque facit indicium ,
quia ex notitia clamoris non colligitur noti-
zia vocis .

8 Testes cortinati , seu deponentes vidisse
virum . & mulierem commiscentes per rimu-
lam ostii an dicantur contestes ad proban-
dum adulterium , vel sodomitam . Et quod
non possit interrogari pessa mortis ex depositio-
nibus taliter testium cortinatorum in ne-
fando crimine sodomia non consumata delicto
per emissionem semenis , sed potius erit locus
torture , & de ratione . n. 9. & 10.

11 Testes deponentes vidisse mulierem jacen-
tem cum viro , vel nudam cum nuda probant
adulterium quoad tbori separationem , & ad
babendam questionem si personarum condi-
cio patiatur .

12 Testis an possit esse cæcus in re audita
perceptibili , in qua cœcitas impedimento
non est .

13 Testis cæcus esse potest , si deponat de visu
delicti , quod committi viderat ante cœcita-
tem .

14 Cæcus à nativitate tortura subjici an
possit ; & quid insurdis , & mutis à nativ-
itate .

C A P U T VI.

An testes deponentes cognovisse
delinquentem ex interjecto pa-
riete , vel per rimulam ostii , vel
per cortinam , aliquam proba-
tionem inducant , & quid si af-
ferant audivisse , & cognovisse
delinquentes ex vocibus , quas
notas habebant ?

Receps delinquentium secundum opinionem
Felini , & aliorum quam veram profitetur
Farinac. de test. qu. 69. cap. 5. num. 166. &
num. 189. Et quod tales testes cortinati de-
ponentes vidisse , unus post alium per rimu-
lam , & foramen non dicantur singulares ,
sed contestes ad probandum adulterium ,
vel aliud simile crimen ex *Mascard.* fir-
mavit *Vivius decis. 241. num. 9.* de hoc ple-
nius dicam infra .

Et

Tractatus Criminalis Analyticus. 21

Et quamvis ex testibus deponentibus de non
3 Ete, & afferentibus se cognovisse delin-
quentem ad vocem oriri indicium ad tor-
turam ex *Alexand.* & *Baldo* dicat decisum
Viv. dec. 169. par. 1. Hoc tamen intellige-
dum est juxta magis communem, quam
probat *Farinac. de testib. qu. 62. num. 46.* &
qu. 69. num. 168. nempe tales licet admittantur ad faciendam probationem, non es-
se tamen omni exceptione majores, & proin-
de unum testem non facere indicium ad
torturam, nec duo sufficere ad condemnan-
dum, cujus verba pro firmitate opinionis
hic adducere placuit: *Sublimita hanc limi-
tationem, ut nec isto casu testis dicatur omni
exceptione major, & propterea unus tes-
tis non faciet indicium ad torturam, ut per
Bos. in tit. de indic. num. 173. ubi reprobas
Jaf. & Soccin. contrarium tenentes, late
land. conf. 1. num. 42. & seq. lib. 3. ubi alios
rebutis, ac reprobatis, Plot. & Iaf. contra-
rium tenentibus, ita apud Doctores rece-
ptum testatur, & ante Roland. hoc idem af-
firmarunt, *Felin. in cap. sicut num. 5. in fin.
de re judic. Cors. conf. 217. viso themate col.
1. num. 3. Aym. conf. 99. num. 9. Brus. conf.
crim. divers. 115. num. 42. lib. 2. Catel. Cotta
in suis memorial. verbo testis deponentes de-
eo, &c. ubi quod licet contraria opinio verior
sit, ut infra. & mox cum referam, fuit tam-
en secundum istam declarationem tunc ea
anno in quadam causa Papie practicatum,
& ita etiam se babere communem Doctorum
opinionem testatur *Mascard. de probat. lib.
2. concl. 1109. num. 9.***

Sed haec *Farinac.* intelligentia recipienda vi-
detur juxta rationem, quam affignat *Giurb.*
conf. 37. n. 42. ob fallaciam scientiae, quæ de-
sumitur à voce, ubi ita loquitur: *Responde-
tur tertio causam scientia defunpream à vo-
ce, nimis fallacem esse, cum satis sit alienam
imitari, & alias fallere etiam domesticos,*
*Clar. d. qu. 21. Polidor. Rip. de nocturn. temp.
cap. 58. n. 11. 15. Tusc. lit. T. concl. 176. Felic.
d. alleg. 85. n. 5. Proinde addit Clar. d. qu. 21.
Adeo notam necesse est, quod testis habeat de-
linquentis vocem, ut decipi non possit, *Felin.
d. cap. sicut num. 5. 6. Farinac. qu. 62. n. 45.
Mascard. d. concl. 1114. num. 7. Polidor. Rip.
d. cap. 57. num. 6. Sesse decis. 107. n. 2. Bos.
tit. de indic. ante tortur. num. 173. Tusc. lit.
F. conclus. 186. num. 4. Nec facit indicium
ad torturam testis deponens babuisse notam
vocem Titii, quem non videbat, nisi alia**

*concurrentia indicia, Roland. conf. 3. num. 43.
in 3. Bos. d. num. 173. Tusc. lit. T. concl. 173.
num. 7. Accedit ad hanc sententiam ex Re-
gnicollis Consil. Prat. in resp. crimin. 6. num.
27. 28. & 29.*

Alia ratio, quæ adduci potest pro firmitate hu-
ius sententia, est illa, quod voces sèpè mutan-
6 tur, cum alia sit vox pueri, alia adulsti, alia
juvenis, alia sani, alia negroti, alia rauci, alia
senis, alia jejuni, alia saturi, alia ebriosi, alia
spirante vento, alia tempore quieto, ut post
Bart. & Rip. de noct. temp. cap. 58. num. 11.
declarat *Concial. resol. crimin. verb. testes quo
ad dicta num. 7. ubi advertit, quod Judex
debet esse summopere oculatus, adverten-
do, an vox testis adeo nota sit, quod nullo
modo decipi possit in illam cognoscendo.*

Nec ex notitia vocis colligitur notitia clamo-
ris, unde si testis afferat cognovisse voce ali-
7 quem acclamantem non probat, nec facit
indictum ad torturam ex traditis per *Fa-
rinac. in tract. de testib. qu. 69. num. 112.* &
per *Strikium de jure sensuum differt. 3. de
auditu cap. 1. de objecto auditus n. 172.*

Aliter resolvendum in testibus cortinatis, seu
8 potius deponentibus vidisse unus post
alium per rimulam ostii virum, & mulierem
commiscentes, quia dicuntur contestes, &
probant adulterium, etiamsi dixerint vidis-
se solum virum, & mulierem se osculantes,
*ex Mascard. de probat. concl. 65. à num. 2. ad
10. vol. 1. Viv. decis. 241. num. 25. lib. 2. acce-
dit ex exteris, & eruditis Samuel Strik. de
jur. sensuum cap. 4. de visu num. 54.*
ubi refert practicatum in testibus de-
ponentibus vidisse actus sodomiticos per
foramen ex parte superiori stabuli, & dicit
tales testes facere plenam probationem
commisi criminis, tanquam deponentes de
actu successivo, & ex nostris modernis Re-
gnicollis accedit *Reg. Rosa resol. crim. resol. 2.*
ubi refert practicata sententiam mortis ex
testibus deponentibus de visu nefandi cri-
minis per januæ foramen, & idem dixerat
in *decretor. prax. par. 2. cap. 3. num. 25.*

Intelligenda erit supratradita conclusio con-
sumato delicto per emisionem seminis intus
9 anum, quod necesse exigitur ad hoc, ut possit
irrogari pena mortis, juxta opinionem, quæ
invaluit in Regiis Supremis Tribunalibus,
juxta decis. Reg. Sanfel. 364. num. 6. & 7. ubi
fuit reformata sententia mortis per Colla-
terale Consilium, & iussum, quod reus tor-
queatur, accedit *Reg. Rosa in prax. decretor.
cap.*

cap. 3. à num. 37. ad 49. Quinimmo etiam in reo convicto de tali nefando crimine confidente non emisisse semen, pro tortura decidum testatur ex exteris, & eruditis *Samuel Strikius de jure sens. differt. 1. de visu cap. 4. de testib. de visu num. 52. & 53.* cum quo concordat *Carpzov. in prax. crimin. qu. 76. num. 59.*

Ratio cur in hoc casu erit locus torturæ, & non penæ ordinariæ, quia hoc crimen, prout illud adulterii directè, & sufficienter probari non potest per testes de visu deponentes, se vidisse hunc, & illam se commiscentes, etiam si adderent apprehendisse adulterantes in ipso coitu; & vidisse eos habere membra in membro cum delicti consumatio inducatur per emissionem semenis, que visu à testibus percipi non potest per supervenientes testes, vel vitio quodam intrinseco impotentiae, ut ex *Ioanne Zanger. de quaest. cap. 2. num. 220.* docet citatus *Samuel Strikius cap. 4. de testib. de visu num. 29. & num. 52. & 53. & differt. 3. de auditu cap. 1. à num. 38. ad 42.* accedit *Ant. de Matthæis de probation. cap. 2. num. 22. in fine,* qui loquitur hoc comprobando his verbis: *Gravis enim presumptio est, fuit nudus cum nuda; ergo nudam compressit: sed quid si fuit frigidus, aut si quid illa nimis arcta;* unde in his casibus ad eruendam veritatem tortura adhiberi debet, ut benè advertit *Carpzov. in prax. crimin. qu. 122. n. 75. par. 3.*

Quibus accedit, quod non indubitate probatum dici potest crimen adulterii per testes dicentes, quod viderint mulierem jacentem cum viro, aut quod aspicerint nudum cum nuda in lecto cubantes, ut habetur apud *Harpred. in §. Item lex Cornelia 4. tit. institut. de public. judic. num. 59. tom. 4.* ubi advertit, quod benè adulterium probatur per actus prædictos ex *cap. præterea 27. extra de testib.* quoad thori separationem, & ad habendam questionem, & tormenta, si personarum conditio patiatur ex *l. milites 8. C. de quaest. & l. 5. §. Divus, ff. eodem.*

An testis possit esse cœcus in re auditu perceptibili, in quibus cœcitas impedimento non est, quominus deponere possit, ut in stipulationibus, injuriis verbalibus, blasphemias, & aliis rebus, *Mascard. de probat. concl. 278. num. 15.* sed *DD.* tunc cœcum in testem admittunt, si vocem loquentis optimam cognitam habuerit, ut ex *Mascard. cit. loc. num. 10. & Farinac. de testib. qu. 61. nu. 26.*

idem *Samuel. loc. cit. num. 35. cum seq. ubi quod si super notitia vocis dubium incidet; cœcus nullam fidem mereretur ex *Mascard. & Farinac. loc. cit.**

Non tamè cœcus testis esse potest, si adhibetur ad deponendum de visu de delicto, 13 quod committi viderat ante coecitatem, cum personam certam demonstrare non valeat, quia depositio testis debet esse certa, ut post *Brunem. in process. inquisit. cap. 8. memb. 2. num. 99.* docet cit. *Samuel. Strikius de jure sens. differt. 2. de jure cœcor. cap. 4. de jure cœcor. circa judicialia num. 27.*

Restat denique exquirendum, an cœcus à nativitate subjici possit torturæ pro delicto 14 negativè resolvit *Gizzar. dec. 26.* quemadmodum questioni subjici non possunt mutus, & surdus à nativitate, quibus cœcus æquiparatur, de *Gizzarelli decisione* non immemor fuit accuratissimus *Angel. Scialoya in prax. torq. reos cap. 13. num. 21.* qui tamen loquitur in furdo, & muto à nativitate, & limitat in mutis, & surdis scribere scientibus, qui possunt cogi per torturam ad confitendum delictum, & ad scribendum propriam confessionem, accedit ex exteris *Carpzov. in prax. crimin. part. 3. qu. 147. num. 40.*

S U M M A R I U M.

5 **T**estis idonei ad convincendum, an reputentur rei criminis existentes carcerati. Et quid in carcerato pro delicto interrogante infamian num. 2. & 3. Et quid in carceratis, inquisitis, tortis, vel condemnatis deponentibus contra officialem condemnatum, vel commentariensem num. 4. & 5.

6 Testis idoneus ad convincendum, an reputetur carceratus, qui deponit de criminis blasphemie commissio intus carceres.

7 Testibus carceratis deponentibus de confessione extrajudiciali inquisiti, an credatur.

8 Testium damnatorum ad triremes deposicio an admittatur pro delictis commissis in ipsis triremibus resolvitur negativè ex decis. Regni Sicilie, cuius verba inseruntur, num. 9. & 10.

11 Damnati ad mortem, vel ad triremes, vel ad metallum, vel ad perpetuas carceres an possint testamentum condere.

12 Forjudicatus an possit testamentum condere, vel contrabere.

13 For-

13. *Forjudicationis sententia prolata an interponendum sit decretum preambuli in beneficium filiorum, vel aliorum venientium ab intestato, & an providendum sit filii de Balio respectu feudalium. & de iure respectu burgensaticorum. Referuntur exempla num. 14.*
14. *Balius quod sit dandus filii minoribus forjudicati caveretur dispositione Constitutionis Regni.*
15. *Balius est dandus per Collat. Consil. feudatario furioso, vel prodigo.*
16. *Et an interpositio decreti, quod expedire vendere bona prodigi spectet ad Collat. Consilium,*
17. *Balius an sit dandus babenti actionem ad feudum, & an acta facta cum eodem fine Balio irrita reddantur, num. 19.*
20. *Et quid respectu feudatarii possidentis feudum parvi redditus.*
21. *Balius an sit dandus filio existenti in utero matris pregnantis.*

C A P U T VII.

An idonei testes ad convincendum reputentur rei criminis existentes iu vinculis, & quid in crimine blasphemiae commisso intus carceres. Et quid in perpetuo damnatis ad tritemes. Et an damnati ad mortem, vel ad metallum testamentum condere possunt. Et quid in forjudicato postmodum restituto, & an sit dandus Balius filiis minoribus forjudicati cum cæteris.

Negative resolvit Anton. de Mattheis etiam in atrocioribus sceleribus in tract. de probationib. cap. 5. num. 83. ibi: *Quod autem ad reos criminum, & qui existunt in vinculis, nec pro sociis audiri, nec contra ipsos admitti possunt, l. si filium, ff. de liber. cauf. l. repeti, ff. de question. l. 3. S. 5.* & ibi *Gloss. ff. de testib. nisi forsitan id fiat,*

cum est scelus atrocius ad inquirendam veritatem, non ad istam probationem, ut si crimen sit Majestatis, si latrocinium, si parriculum, si crimen falsæ monetæ, arg. l. 7. pr. l. 8. ff. ad leg. Iul. Majest. l. 1. pr. C. de fals. monet. l. 1. C. de fer. l. Divus Adrianus ff. de cust. & excub. reor. l. ult. C. de malef. & malib. Farinac. qu. 56 num. 180. Gomef. 3. resol. 12. num. 18. in fin. Donell. ad l. 2. C. de testib. Mantic. tract. de testib. verb. accusatus, Anton. Fab. Cod. de testib. definit. 20. Menoch. arbitr. 28. Vesemb. par. ff. de testib. Resp. Ultrai. 1. cons. 1. num. 20. & 115. nu. 5. & seq. concordat cum sententia Antonii de Matthæis, Christoph. Crucii de indicis delictorum par. 1. cap. 95. à nu. 1. ad 4. ubi quod carceratorum attestations faciunt dumtaxat bonum indicium ad torturam, plenam autem probationem quoties carcerati detinentur ob causam criminalem, non propter crimen famosum, vel quoties captivi testentur in delictis exceptis, in quibus admittuntur ad plenariam probationem, ex recc. in cap. fin. de testib.

Comprobatur hanc sententiam Anton. Gomef. qui testatur de communi opinione varian resol. tom. 3. cap. 12. sub num. 18. accedunt Masicard. de probat. concl. 267. lib. 1. & concl. 1316. lib. 3. Farinac. de testib. qu. 56. num. 180. & 181. cum seq. ubi declarat conclusiōnem habere locum in carcerato pro delicto irrogante infamiam, videndus est pro resolutione Carena de Offic. S. Inquisit. part. 3. tit. 5. num. 46. Grammat. cons. 35. num. 18. Giurb. cons. 72. plenè Rep. Mittheu de re crimin. controv. 18. num. 56. & 57. ubi loquitur de testibus carceratis deponentibus contra commentariensem, eo quod carcerati inquisiti, torti, vel condemnati ab aliquo Judge non sint idonei testes, Berart. in specul. visitationis de testib. cap. 5. num. 34. cum aliis, quos refert D. Michael. de Caldero decis. Catbal. 18. num. 13. cuius verba imprimi curavit Rev. de Luca in meliorat. ad resolut. Reg. de Marin. 209 num. 8. tom. 1.

Pugnant pro contraria sententia scripta per Reg. Merlin. controv. cap. 98. cent. 1. ubi firmat. testem carceratum esse testem idoneum ad convincendum de crimine blasphemiae commisso intus carceres, nisi accedat capitalis inimicitia, vel sententia, & sic num. 13. resolutum refert, ibi: *Eoc qui. bies omnibus excepti, quod cum in presenti nulla pro parte rei probaretur eum testibus capi-*

capitalis inimicitia, neque in ipsis infamia, quæ pro criminis eisdem imputatis non inducitur ex sola criminis probatione, nisi ad sit sententia, vel confessio secundum celebrem gloso. in l. sed & si possessori §. fin. verbo probatum esse de jure jur. & cum aliis solvit Farinac. qu. 56. num. 22. Grammat. decis. 34. num. 34. num. 29. testes inquisitos, & carceratos deponentes contra predictum Augustinum plenè probare ad ipsum condemnandum, verum solum remaneat arbitrio Iudicis, quanta fides sit ei detrabenda ex illa levissima inimicitia in actis probata, Farinac. d. qu. 53. num. 54. quæ vere nullius est momenti.

An credendum sit testibus carceratis depnentibus de confessione extrajudiciali inquisiti, & non probare, nec facere indicium ad torturam habetur apud Thor. in 3. pars. compend. v. Testis.

Aliter decernendum foret in perpetuo damnatos ad triremes, qui non admittitur in testes contra alios etiam pro delicto commisso in ipsis triremibus, iuxta distinctiones traditas per D. Hieronym. Basiliaco decis. 35. n. 50. & 51. qui nu. 46. refert decisum esse à testimonio repellendos verba decisionis.

Illud vero anno 1640. contingit in M.R.C. disputari. In causa enim criminati pars testem, perpetuū damnatum ad triremes producebat, quem M.R.C. iussit à testimonio repellere ratione, quia sicuti damnati ad metallum deferre non possunt, ex l. deferre 18. ff. de jure Fisci, ibi: Item damnati deferre non possunt, ut Divi fratres de eo rescripsierunt, qui fustibus cæsus in opus publicum erat datus, & desperati facile deferrent, & alienam salutem in dubium reducerent, qui de sua desperarunt, ex cap. 1. & Cujac. ibi de confessis, quem citat, & sequitur Zanger. de tortur. cap. 2. num. 56. ita pari ratione, nec eorum testimonio fidem adhibendam esse, quibus in infelicissimo statu degentibus, vita est pena, & mors cederet in solarium.

Secundo, quia infames infamia juris sunt publico iudicio damnati, excommunicati, prescripti, perjuri, item dediti malis artibus, vel lenociniis, & similibus, & ob carmen famosum damnati à ferendo testimonium arcantur. Quæ enim fides pessimis capitibus babenda? ex l. 3. §. 7. l. 14. 20. 21. ff. de testib. in criminibus enim testes debent esse inculpata vita, integræ existimationis. sincera fidei, in quos nulla cadat suspicio falsitatis,

- ex l. final. Cod. de probationibus.

Sumendo occasionem ab hac decisione loquente de perpetuis damnatis, non admittendi testes; exquirendum supereft, an damnati ad mortem, vel ad perpetuas carceres, vel ad perpetuos triremes, vel ad metallum, vel ad opus metalli testamentum condere possint, & respectu damnatorum ad metallum possè ex novo jure Novellar. tradit Barry de successionib. lib. 1. de testam. tit. 7. num. 31. qui num. 32. dicit non posse testamentum condere damnatos ad perpetuum carcerem; sed respectu damnatorum ad mortem in negativam sententiam inclinare videtur, Reg. de Marin. lib. 1. suar. resolut. cap. 332. qui contrariam decisionem D. de Franch. 502. fundatam dicit, ex quo condemnatus pendente appellatione, quæ judicatum suspenderat, testamentum considerat; Quare sumendo argumentum à contrario sensu arguit, quod si appellatum non extitisset testamentum validum declaratum non fuisset; Verum contra opinionem D. Reg. invaluit contraria consuetudo in hac Civitate, & Regno Neapol. ex tacita Principis permissione, quam comprobata legimus rebus judicatis, de quibus testis est Rev. de Luca in meltorat. ad dict. resolut. 332. num. 6. & 7. & hanc consuetudinem ubique invaluisse testatur Bened. Carpzow. in prax. crimin. par. 3. q. 135. & nu. 17. ad 22. & Brunneman. in commentar. ad t. si quis filio 6. num. 5. & 6. ff. de injusto, rupto, & irrito facto.

Aliter statuendum censeo, in forjudicato, qui cum pro mortuo habeatur, & publicus hostis reputetur, verè efficitur servus poenæ, & amittit omnia beneficia juris communis, & municipalis, & proinde non potest testamentum condere, nec contrahere, ut ex Petro de Monteforte perpenditur Campagn. de forjudicat. resolut. 19. & 20. num. 4. & 2. adeout testamentum etiam factum ante forjudicationis sententiam nullum, & irritum foret, quod in Regno decisum habemus per Sac. Cons. Inter Baronem Serini, & fratres della Tolfa, ut testatur Cons. Staibani. in addit. ad conf. 62. Staibani senioris, quam decisionem refert etiam Paul. Fuscus Epistop. Ravellens. in suo singul. 139. lit. F. cuius verba typis mandare curavit Reg. de Marin. cit. cap. 132. num. 6. Verum forjudicato restituto, & effecto Cive Romano tempore mortis, testamentum convalescit, ut

ex

Tractatus Criminalis Analyticus.

25

ex s.6.institut. quib. mod. testam.infirmitate.
& recUlpian. fragment. notat Nicol. Antonii
de excilio lib. I.I.cap.6. num. 17. accedit Bar-
ry de successib. I. de testament. tit. 7. num. 30.
ubi aliter dicendum dicit de testamento fa-
cto post condemnationem, quia fuit mul-
tum ab initio; sed valere testamentum con-
cludit secuta sententia absolutoria, ex A-
utor. Fabro lib. 6.C. tit. 5. definiit. 2.

Quibus principiis nascitur praxis illa, quae in-
valuit in M.C.V. ubi praesentata sententia
forjudicationis interponitur decretum praes-
titum, ambuli in beneficium filiorum, quibus
providebitur de tutori, vel Balio si forju-
dicatus fuerit feudatarius, & tale decretum
præambuli, quod interponi non potest, nisi
in casu mortis, interponitur in casu forjudi-
cationis; Verum praetexta cautione de resti-
tuendis bonis superveniente gratia, vel de-
clarata nulla sententia forjudicationis, ju-
xta exempla, quæ habentur in causa Ma-
14 rini Loffredi in causa Marchionis Vasti, in
causa præambuli Principis Carpini, ac in
præambulo Duci Tocco, de quibus testa-
tur Maresc. de legib. publicor. judicior. in rit.
de penit. capitalib. glos. 2. num. 54. fol. 69.
& 70.

Diximus, quod praxis invaluit providendi de
Balio filiis minoribus forjudicatorum, nunc
15 advertere oportet, quod talis praxis nasci-
tut dispositione Constitutionis Regni, in-
cipiente: Si quando aliquem forjudicari con-
tigerit, quod notavit D. de Francb. decif.
213. num. 12.

Et dum de Balio verba fecimus superadden-
dum erit, quod Balius, & non Curator est
16 dandus furioso, vel prodigo, cuius da-
tio spectat ad Regem, & sic ad Collat. Con-
silium, & non ad Sac. Consilium, vel alium
Judicem ordinarium, Cons. Marcian. cons.
39.n.3.tom. 1. Reg. Rovit. conf. 75. n. 3. ad seq.
to. 3. qui n. 8. notabiliter subdit, quod quan-
do feudatarius prodigus, qui fuit provisus
de Balio à Rege, si debet procedere ad feu-
di venditionem, & alienationem, non ur-
gentibus creditoribus; sed quia utile, &
expediens videtur, adire debet Collaterale
Consilium, ad quod spectat cognosce-
re, si expedit, nec ne feudum vendere, alias
actus venditionis nullus, & irritus redde-
retur.

Verum Collaterale Consilium in similibus so-
let remittere negotium Sacro Consilio, ut
17 provideat de decreto, quod expedit, ex D.

de Francb. decif. 302. num. 11. & 12.
Non tamen erit dandus Balius habenti actio-
nem ad feudum, ut decisum refert Consil-
iar. de Georg. in repetit. feudal. cap. 43. à nu-
m. 14. ad 19. quem refert, & sequitur Petr. su-
per rit. 244. num. 27; accedit Consiliar. de
Reg. in prel. feudal. lection. 8. num. 96.
Et an reddantur nulla acta agitato judicio
cum persona habente actionem ad feudum
19 sine Balio, negative decisum inspicitur
apud eundem de Georg. in cit. cap. 43. à nu-
m. 15. ad 19. idemque dicendum erit respectu
20 feudatarii possidentis feuda parvi reddi-
tus, quia acta non redundunt nulla, nec
venditio feudi facta sine Curatore, vel Ba-
lio, Reg. Sanfelici. dec. 281. n. 1. & 2. tom. 2.
Balius an sit dandus filio existenti in utero
21 matris praegnantis; vide Thor. in compend.
decif. par. 2. verb. Balius fol. 136. ubi re-
fert decisum per Collat. Cons. esse dandos
Curatores, & administratores salva provi-
sione facienda edito partu.

S U M M A R I U M.

1. **M**ulieres an admittantur ad probandum delictum commissum de nocte. Affirmativa opinio probatur attento jure civili, & attenta practica fori Saxonici, ut testatur Bened. Carpzov. cuius verba referuntur num. 2.
2. Mulieris honesta fides ob secessus labefaciari non debet.
3. Mulieres probantur esse testes in testamentis.
4. Mulieres probantur esse testes in causis capitalibus.
5. Mulier questum sui corporis faciens non admittitur ad testificandum in causis capitalibus.
6. Mulieres dice, vel phores de visu depontentes, an convincant vel ad torquendum sufficiant nec. 7.
8. Et an convictus per mulierum depositi-
nem possit saltim damnari pena extraor-
dinaria.
9. Mulieres an babeantur pro testibus omni exceptione majoribus, in causis, quibus admitti possunt.
10. Et quid in delictis exceptis.
11. Et quid in feminis deponentibus favore innocentie.
12. Mulieres an admittantur ad probandum confuetudinem.
13. Mulieres an admittantur ad probandum apoclam.

D

Monasterio S. Sebastiani, per quam cum
fuissest institutum judicium coram eodem
Domino Præside, fuit provisum, quod non
procedatur in causa ad instantiam dictæ Mo-
nialis, donec non comparuerit Monasterium.

Fallit si supervenerit post sententiam licentia
Superioris, quia convalidantur acta, *Ricc. dec.*
116. num. 2. part. 1., conducunt per nos tradita
in observat. ad sing. 376. n. 26. & 27.

Fallit secundo, quando Religiosus, qui agit,
vel convenitur sine licentia Superioris, re-
portaverit sententiari favorabilem, quia
tunc valet judicium, *DD. in l. causam ff. de
judic. latè Virgil. de legitimat. personæ Mo-
nasterii cap. 23. num. 75.*

Fallit tertio, quando Religiosus ageret nomine
Monasterii, & nomine proprio pro juribus,
vitalitiis competentibus ipsi Religioso ad
effectum ponendi pecuniam in deposito,
vel arca Monasterii sub dispositione Super-
riorum, cum possit Religiosus comparere, &
utilia facere pro Religione, etiam sine man-
dato Monasterii juxta tradita per Rotam
apud Post. de manutenen. obser. 55. n. 133., &
per Cardinal. de Luca de Regular. discurs.
57. à nu. 18. ad 20.

S. V M M A R I V M.

- 1 **T**estis an possit esse Advocatus in cau-
sa, in qua patrocinium præstat. Ee-
si fuerit receptus, an sit testis omni exce-
ptione major, n. 2.
- 3 **E**t quid si depositio respiciat illud, quod
Advocatus scit ut merus testis.
- 4 **E**t quid in Agentibus, & Procuratoribus
salariatis, ibidem.
- 5 **A**d vocatus produci in testimoniū, vel cogi ad
testificandum in causis capitalibus adversus
Clientem an possit.
- 6 **Q**uestio resolvitur negative per Crispolt.
in casibus militaribus, cas. 23., & ejus ver-
ba adducuntur tanquam singularia, atten-
tis legibus, & eruditioribus Romanorum,
nu. 7. & 8.
- 9 **S**ed in contrarium pugnat Ant. de Mat-
thæis de probation. cap. 5. à n. 60., cuius ver-
ba etiam transcribuntur, in quibus assigna-
tur discrimen inter advocatos, qui sunt pro-
priè Advocati, & inter patronos illos, qui
tempore Romanorum patritii eligebantur
more Majorum, & proinde concludit, quod
possint Advocatus, & Procurator admitti
contra Clientes, & si nolint, possunt cogi,
dummodo non pandant secreta cause commis-
se, num. 10.
- 11 **A**d vocatus effectus Iudex admittitur ad
ferendum testimonium; & ad jus dicendum
in causa diversa, in qua non fuit præstitum
patrocinium. num. 12.
- 13 **R**ecusatio Iudicis in causa, in qua fuit
patrocinium præstitum, admittitur ex legi-
bus Regni in lite, de qua pendet controver-
sia, & non in diversa; & refertur novissima
decisio Collateralis Consilii de anno 1711.
num. 14.
- 15 **A**d vocatus, qui scripsit uti advocatus in
una causa consimili, & suas consultationes
typis mandavit in aliquo Commentario, ef-
fectus Iudex an possit intervenire in causa
consimili, ubi controvertitur idem juris ar-
ticulus.
- 16 **S**uspectus redditur Iudex in causa anne-
xa, connexa, vel à causa principali depen-
dente cum illa, in qua non fuit advocatus, &
affertur ratio, & decisio S.R. Conf.
- 17 **P**ragmat. 22. de suspicionibus. loquens
de advocate in eadem causa non substitut
recusationem in causis connexis, emergenti-
bus, & dependentibus ab eadem causa.

28 Ju-

Tractatus Criminalis Analyticus. 49

- 18 *Iudex, qui fuit advocatus in causa principali, & uti talis recusatus an reddatur suspectus in decernendo super questionibus de Commissario, in dandis Adjunctis, vel quando tractatur de concedendis, vel denegandis duabus Aulis.*
- 19 *Aularum omio an concedenda, vel deneganda sit per Praesidem S. R. C. non est delegare, sed judicare.*
- 20 *Iudex suspectus in judicando, ideo est suspectus in concedendis, vel denegandis duabus Aulis, vel in decernendo super questionibus de Commissario; quia judicium est ferendum cum causa cognitione. Afferuntur exempla anni 1649., & satis recentiora anni 1714. num. 21. 22. 23. & 25.*
- 24 *Iudex suspectus, ex quo fuit advocatus, est suspectus nedium in judicando, sed etiam in committendo, & delegando.*

C A P U T XIV.

Advocati, & Procuratores an repellantur à testificando pro suis Clientibus, & an possint cogi ad deponendum contra Clientem etiam in causis criminalibus. Advocatus effectus Judex; quando admittatur ad decernendum in causa, in qua patrocinium praestitit, vel in causa simili, vel connexa, & quid in questionibus de Commissario, vel in concedendis duabus Aulis, vel dandis Adjunctis. Afferuntur exempla tam antiqua, quam recentiora.

Cavetur expressè in l. fin. ff. de testib. Advocatos in causa, in qua patrocinantur, non solum non esse testes omni exceptione maiores; sed omnino repellendos; nec ullo modo admittendos ad ferendum testimonium pro ejus Cliente, ibi: *Ne patroni in causa cum patrocinium praestiterunt, testimonium dicant, & de iure Canonicco cavetur in cap. Romana de testib., quod*

apud omnes U. J. Scriptores est citra controversiam ob affectionem illam, quam habent, vel habere presumuntur ad causam, nisi depositio facienda concernat illud quod Advocatus scit ut merus testis; non autem ea, super quibus fuerat consultus ut Advocatus juxta terminos decisionis D. de Francib. 222., quam insequuntur Ricc. collect. 232. 2225. & 3512. Surd. decis. 95. plenè Mascard. de probat. conclus. 66. Farinac. de testib. q. 60. illat. 4. 5. & 6. Paul. Christin. decis. Belgic. 83. Carena resol. 52. plenè Reg. de Marinis lib. 2. suar. resol. cap. 9., ubi quid in solicitatore, Reg. de Ponte conf. 2. nu. 12. versic. 4. testes enim, tom. 2. qui loquitur in Advocatis, Procuratoribus, & Agentibus salariatis, & decisum in Senatu Sabaudiae testatur Anton. Fab. in suo Cod. in tit. de testib. definit. 19.

Major est difficultas, an possit Advocatus produci in testem, vel cogi ad testificandum in causis capitalibus adversus Clientum, & negative resolvit Tullius Crispolt. in casib. militarib. cas. 23. nu. versic. atque binc, ex quo Romanorum tempore legibus interdictum erat, Patronum contra Clientem testimonium dicere, unde cum satis eleganter, & eruditè scribat ejus elegantiora verba hic subiectere placuit: *Atque binc patet simile presumptum ex Procuratore, & Advocato nibil urgere, quia verius sentiunt, qui putarunt Procuratorem, vel Advocatum de secretis sibi à cliente commissis, vel iis, quæ occasione officii norunt ad perhibendum testimonium non esse cogendos, quod ex nostris tenuerunt Odofr. in l. ult. ff. de testib. in verb. Patroni, vers. sed pro Deo, Bart. in l. deferre num. 2. vers. dic tu breviter ff. de jur. fisc. Abbas in capit. insuper, num. 8. vers. vide Bartolom de testibus, Prob. ad Monach. in capit. ut animarum num. 66. de constit. in 6. Afflict. in constit. Regni Advocatos num. 6. versic. et si advocatos, ubi distinxit inter ea, quæ non secreto, & uti tales à Cliente babuerunt, afferens, quod ista non magis tenetur revelare, quam Confessarius peccata pénitentis in foro fori, Zahar. in d.c. insuper col. ultim. vers. licet de testib. Caball. resol. crimin. cas. 159. nu. 24. & seq., & fuit decisum in Senatu Parisiensi, ut referunt Tolos. in sintagm. lib. 48. cap. 13. n. 31. Joann. Gall. 968. de Franc. dec. 222. n. 9. Surd. decis. 190. in fine v. in præsenti, qui eandem distinctione amplexi sunt, in quod nec teneantur, licet moniti*

G

sub

sub pena excommunicationis fuerint post Theologos firmarunt Nevizan. in silva lib. 3. verb. monitione nu. 47. Cof. de fact. & jur. ignor. distinct. 55. n. 2. & seqq. Lazar. de monitor. fact. 2. quæst. 16. nu. 1. cum seq. ubi nu. 4. intelligit procedere etiam si veritas aliter haberet non possit.

Et vere in eandem sententiam iverunt antiquissimi illi Romanorum legum conditores, 8 Catonem enim dicere solitum, pro Cliente factè contra cognatos adversus Clientem nemo bonus unquam testimonium dixit, refert Gellius lib. 5. cap. 13. noct. attic. Marius cum post Tribunatum praefecturam peteret, & ambitu accusaretur, contra eum testis addidus Caius Herennius non esse moris patrui, patronum adversus clientem testem adduci. Ipse enim Marius, Mariique progenitores Herennie familiae clientes fuerant. Plutarc. in Mario, & quod legibus interdictum esset contra clientem patroni testimonium, testis est Tullius in Verrem act. 4. dum enim Verrem reum criminum in Sicilia patratorum postularet, & Verris causam ageret, Hortensius insignis Orator, Cicero sic prosequitur. Qui melius bæc cognovit, quam tu Hortensi, qui Romæ fuisti, ad quem Dio confugit, qui de Dionis injuriis gravissime per literas cum Verre quæstus est nova tibi bæc sunt, & inopinata? Nunc primum hoc aures tuæ crimen accipiunt, nonne multa mei testes, quæ tu scis, nefciunt, te mihi testem in hoc crimine eripuit non istius innocentia, sed legis exceptio; & servatum etiam videmus è contra à clientibus erya patrinos, & omnes alios, quibus debetur reverentia, isti namque stante statuto, ut quilibet teneatur denunciare maleficium sub pena, cessat pena si non denunciat ille, qui revertentiam delinquenti debet, ut sunt servus, colonus, uxor, filius, aliquo bujusmodi. Marent. conf. 132. nu. 34. ubi quod isti tenentur defendere, & non offendere post Farin. q. 51. n. 27. & 41.

Sed in cōtrarium, & sic quod possint Advocati admitti in testes contra clientes, & si nolint, possint cogi, dummodo non pandant secreta ipsis commissa, firmat satis nervosè, & non minus eruditè eruditissimus Antonius de Matthæis in tract. de probat. cap. 5. à n. 60. & 64. ex cuius scriptis, & ex distinctione tradita inter Advocatos, qui sunt propriè Advocati, & inter patronos illos, qui ex patribus eligebantur more majorum, tempore

Romanorum satis, superque responsum videtur eruditionis principiis supra traditis per eundem Tullium Crispolti, ideo existimamus tanti authoris verba hic quoque typis vulgare, ad hoc ut controversia sublata censeatur: Possunt tamen procurator, & advocate admitti etiam contra clientes, & si nolint, possunt cogi, modò tamen non pandant secreta ipsis commissa, & nisi aliud quid obstat, Cof. inven. van. Tiel. par. 2. tit. 9. §. 7. Jason ad rub. C. de procur. n. 4. vers. illud tamen. Ann. Robert. lib. 2. rer. judic. cap. 19. Morn. ad l. 3. ff. de rec. arb. Christian. I. decif. 83. num. 7. & seq. Mev. ad jus Lubec. f. tit. 7. art. 15. nu. 3. Argent. ad consil. Brit. art. 157. in fin. Tuden. Cod. 6. n. 4. Graenev. ad l. ult. ff. de testib.. Pro cliente etiam possunt, si alia sit causa, & de alia re agatur ut & possunt, si de causa, cui olim patrocinati, jam facta transactio, praesertim si binc nulla ad eos prorsus utilitas l. 18. §. item eos ff. de jur. fisc. Mascard. de probat. concl. 123. 2. n. 29. & seq. Mev. ad jus Lub. d. loc. Sand. I. dec. 10. def. 4. Sed in causa, in qua præstant patrocinium, non possunt, quamvis facta appellatio l. ult. ff. de testib. cap. si testes & testes quos accusator 4. qu. 3. cap. ult. ext. de testib. in 6. nisi forte in subsidium, si aliter rei veritas explorari non possit, aut nisi dolo, & in fraudem captatum constet patrocinium, ne possent scilicet bac ratione ad testimonium compelli. Certè ejusmodi consilium æquum ut consiliori sit damnosum, non utile, l. 3. §. scio ff. de minor. l. procurator 11. §. 1. ff. de dolo mal. & met. exc. Farin. tract. de testib. qu. 60. n. 155. 170. & seq. Mascard. de probat. I. concl. 66. nu. 14. Ant. Fabr. C. de testib. def. 19. Coler. 2. decif. 241. Berlich. decif. 101. & sequi. Carpzov. I. def. 16. def. 59. & sequi. Dicxi præstant, non præstiterunt. Nam ita jam juris est, si præstiterint, admittuntur, & recessum, ni fallor, hæc tenus à d. l. ult. ff. de testib. Diff. Jaf. d. loc. n. 4. Cravet. conf. 56. nu. 6.: Quorum etiam sententia, ut puto, potest tum admitti, cum quis sperat abducere aliquid vel commodi, vel incommodi post sententiam jam latam, Mev. d. loc. n. 5. Ant. Fab. d. loc. Coler. d. loc. Carpzov. d. loc. Loquor jam de iis, qui Advocati sunt propriè. Olim Romulus cum plebejos commendasset patriciis, unicuique de plebe optione facta, & potestate eligendi ex patriciis patronum, quem vellet, cum gentes bello subactæ haberent more majorum patronum, qui devictas in potestatem acceperat, patroni sic electi, ut dicerent contra clientes testi-

Tractatus Criminalis Analyticus.

51

testimonium invicti compelli non poterant. Plutarc. in Mar. cap. 6. C. quoque Herennius testis adversus Marium adductus patronum dicendi contra clientem testimonii necessitate antiquitus recepta Romanorum lege liberari respondit: Marii parentes, ipsumque ab in-eunte aestate Marium Herenniae domus clientes fuisse. Sed non propriè bi advocati, nec cuiusvis, qui adibat, agebant causam in iudicio. Agebant tantum clientum, & non semper ipsi per se. Agebant etiam per alium. Iudices etiam erant ad eos gentium controversiis à Senatu remissi. Clientum propriè custodes, tutores, defensores, ut est tutor pupilli, & ut pater est filii. Dion. Halicarn. lib. 2. cap. 2. Idem ibid. Non solum autem in ipsa Urbe plebs patriciorum patrocinio defendebatur, sed & coloniarum, & civitatum, que societatis, & amicitiae causa se populo Romano adjunxerunt, & bello subactarum una quæque &c. Sueton. in Tiber. cap. 6. Per Siciliam quoque, & Acbajam circumductus, & Lacedemonis publicè quod in tutela Claudio-rum erant, demandatus. Nec mirum quod, ut dixi, non possint cogi inviti. Arctissima invicem propinquitate censemantur conjun-ti. Dion. Halicarn. ibid. Et nefas existimatim, imò crimen nefarium si vel ultero, & sponte patronus contra clientem, vel cliens contra patronum quid dixisset ut testis, id erat perduellio. Et impune poterat à qualibet, qui id ausus, interfici, huc usque de Mattheis.

Accedunt plenissimè tradita per Solorzan. de Indiar. Gubern. lib. 2. e. 1. n. 40. ad 44. ubi latè differit de Patroni, & Advocati ethymologia.

Et quod Advocatus Officialis, qui paret Syndicatu, possit cogi ad ferendum testimonium contra eundem officialem, resolvit Caball. resol. criminal. cas. 159. in principio, ex quo cessant supradictæ rationes, & pro parte, contra quam postulat, potest recipi, & cogi ad testificandum, dummodò agatur de iis, quæ scit uti testis, non ut advocatus. Et ex Regnicolis ad eandem sententiam accedit Reg. de Marinis lib. 2. suar. resol. cap. 9. num. 2. ubi quod advocatus, vel procurator cogi potest ab adversario ad deponendum in causa contra suum clientem, cum cesseret illa causa timoris, & affectionis, propter quam advocatus, vel procurator repellitur à ferendo testimonium pro suo cliente.

Ex qua ratione affectionis cessantis in causa di-

versa admittitur advocatus ad fereandum 12 testimonium in alia causa, in qua patroci-nium non præstítit pro cliente, Zaccbia de salario q. 30. n. 46.

Ex eadem supratradita ratione, ex qua admit-titur advocatus ad ferendum testimonium 13 in alia causa, in qua non fuit advocatus, ex eademmet ratione admittitur ad jus dicen-dum in causa diversa, in qua patrocinium non præstítit, ex clara dispositione tex. in l. quisquis in princip. C. de postul. ibi: Si in eo-dem negotio sit advocatus, & in l. postremo de appellat. ibi: Aut in eodem negotio Advocati officio functi: alia jura habentur apud Con-sil. Rocc. in respons. 87. à nu. 1. ad 3. tom. 2., ubi quod omnes DD. tam antiqui, quam mod-erni ita sentiunt; accedunt decisiones alla-tæ per Reg. Petr. super Rit. 265. n. 55. tom. 2. Quæ juris communis dispositio comproba-tur per Regiam Pragmat. 15. in §. 18. & in Pragm. 22. in §. Limitiamo de suspitione, per quas advocati recusatio est permissa in ea-dem causa, in qua fuit præstitum patroci-nium, & dummodò constet per publica do-cumenta de patrocinio in lite, de qua adest controversia, secundum quas pragmaticas passim judicatur, & judicatum novimus no-vissimis temporibus per Collaterale Consili-um in causa inter Marchionem Jo: Bapti-

14 stam Imperiale, & Curatorem Patrimo-nii Status Siciniani cum Ill. Duce Acherun-tie, per quem proposita recusatione in per-sonam Spectabilis Reg. D. Gaetani Argento, nunc dignissimi Præsidis S.R.C. in causa al-terius recusationis per eundem Ducem pro-positæ in eodem Collaterali Consilio in per-sonam Ill. Marchionis Falletti dignissimi Regii Consiliarii nunc Præsidentis Regiæ Cameræ, ex quo idem Regens extiterat ad-vocatus Patrimonii Status Siciniani ad fa-vorem emptorum; & sub die 26. Septembris 1711. fuit latum decretum, quod interve-niat, referente D. Reg. D. Octavio de Gae-ta, ut ex actis.

Idem judicium ferendum est in causa consi-mili penitus separata, in qua controvertitur 15 idem juris articulus, sed inter diversas per-sonas nam poterit intervenire uti Judex ille, qui uti advocatus super consimili articulo consuluit, vel scripsit, consultationibus im-pressis, vel typis traditis in aliquo libro, seu Commentario juxta decisionem prolatam per S.C. jun&is Consiliariis duarum, & qua-tuor Aularum sub die 1., & 23. Aprilis

1623. in recusationibus propositis in personam Reg. Roviti per IH. Ducem Nuceriz, & per Marchionem Lareni, ut ipsem Rovit, testatur in Pragm. 11. de feud. num. 43. & in Pragmat. 1. de suspicion. num. 50., quas decisiones extollit multis additis Larr. allegat. 118. à n. 10. ad 22. tom. 2., ubi dicit suam sententiam non exprimere, ex quo ipse quoque recusatus extiterat in Supremo Consilio Castillæ ex opinione, quam in suis operibus sustinuerat, quæ recusatio adhuc indecisa pendebat, sed ex allegatis satis, superque suam sententiam expressissime, & declarasse videtur. Scriptit contra recusationem propositam in personam Reg. Roviti Consil. Tbeod. allegat. 87., qui nu. 2. vers. 2. advertit, quod si talis suspicio admitteretur, nec Bartolus, nec Baldus, si viverent, possent esse Judices, dum omnem legalem scientiam explanarint, nihil intactum relinquendo; & ita prius decisum extiterat in recusatione proposita in personam Præsid. Vincentii de Franchis, ut ipsem testatur in decif. 77. n. 18. sub his verbis: *Et ego fui advocatus pro Venatis in causa prædicta, ob quam causam cum fuisset allegatus suspensus in praesenti causa, quia similem causam, quando eram Advocatus, defendi, Sacrum Consilium non admisit banc suspicionem, quia Advocatus prohibetur esse Judex in eacausa, in qua consuluit, non autem in causis similibus; in ea enim presumitur habere affectionem;* accedit Reg. Petr. super Rit. 3. nu. 14. & Rit. 265. n. 155. & 156. & n. 186. tom. 2. & super eod. Rit. 265. n. 154. & 155. tom. 3.

Restat difficultas in eo, qui fuit Advocatus in causa simili, vel connexa, vel ab illa invicem dependente; nam quamvis Præses D. Gregorius de Ganaver, in decif. 11. à num. 23. firmaverit, tales causas non esse comprehensas sub dispositione Pragm. 15. dum simile, & connexum non est idem, nihilominus urget in contrarium communis DD. sententia comprobata rebus judicatis, de quibus apud Rep. Petr. super Rit. 265. num. 153. in fin. vers. siquidem, & n. 154. qui num. 156. tom. 2. advérbit, quod neque Advocatus Fisci potest jus dicere in causa connexa, vel dependente, ex text. in l. Advocati C. de jur. Fisc., & habetur ex plenissimè congestis per Consiliar. Præt. discept. forens. c. 47. n. 50., & c. 48. à num. 1. tom. 3. accedit distinguendo Reg. Sanfelic. decif. 78. n. 8. tom. 1. post Giur. bam decif. 53. n. 5. in fin.

Ratio, qua fulcitur communis Doctorum assertio est, quia ratione connexitatis consideratur eadem fundamentalis ratio prohibitionis, juxta terminos, in quibus loquutus fuit Regens Merlinus controvers. 37. num. 11. centur. 2., cuius magistralia verba cum re judicata hic adnotanda duximus: *Vero etiamen Sacrum Consilium judicavit, suspectum quoque reddi Judicem, etiam si causa non sit numero eadem cum illa, in qua patrocinium præstítit, dummodo conexa sit eidem, vel quoquo modo ab illa dependat.* Ex sollempni doctrina Philiippi Fræcb. in d. cap. postremo col. 2. de appellat., ubi hæc inquit: *Sed tu intellige, & limita, bac, & supradicta procedere, nisi alia negotia, & aliæ causæ essent connexæ, & invicem dependentes, tunc ratione connexitatis esset eadem ratio prohibitionis, supra de constitut. cap. translato, & ita voluit Ioh. Andr. in c. final. de constitut. lib. 6. accedunt tradita in proposita specie à Reg. Rovit. super Pragm. 15. nu. 14. de suspicion., ubi ad firmandum, quod idem est cognoscere de causa principali, quām cognoscere de quavis incidenti hæc verba protulit: *Cognoscere de causa principali, sive de quavis incidenti, aut emergenti in eadem causa totum est cognoscere de eadem causa,* accedit Bertazoh cons. 550. n. 5. in fine, non allegatus à Rovito, sed bene à R. de Marinis in loco inferius allegando. Nec adversatur Pragm. 22. de suspicionibus, nam non tollit Judicis recusationem in causis connexis, sed tantum statuit, ut recusatio proponenda contra Judicem, ex quo fuit Advocatus, proponi debeat in eadem causa, in qua fuit præstitum patrocinium, sed in eadem causa proponitur, quando Judex recusatur in incidentibus, & emergentibus connexis, ex superiorius traditis per Reg. Rovitum, & dum in eadem lege declaratur ut recusatio hæc proponi possit, non obstante quocumque temporis lapsu, dummodo de patrocinio constet ex publicis documentis controversiam non recipientibus, videtur sub dictis verbis virtualiter inclusa, & comprehensa causa, annexa, & dependens ab illa, in qua fuit Advocatus, dum consideratur eadem ratio affectionis, & legalis recusationis juxta perpensa in terminis præcedentis Pragm. 15. per D. Reg. de Marinis lib. 2. suar. resolut. cap. 114. n. 17. ubi subsequentibus paucis verbis quæstionem dirimit: *Conclusio modo firmata, dicitur semper, ut non solum**

Tractatus Criminalis Analyticus.

53

lum procedat, quando Iudex fuit Advocatus illius causa, in qua postea judicare debet: sed etiam in alia, quo forsan esset eidem connexa, vel dependens ab illa, in qua fuit Advocatus.

Inter causas connexas, emergentes, & dependentes enumerari potest controversia, quae incidunt decernenda de concedendis, vel denegandis duabus Aulis pro decisione cause principalis, & necnon quæstio emergens de 18 Commissario, vel de dandis adjunctis, in quibus controversiis, cum ut plurimum examinanda veniant merita cause principali, ille, qui fuit advocatus in causa principali, & in ea uti suspectus recusatus, reditum quoque suspectus in decernendis illis incidentibus, in quibus merita cause principali panduntur, cum non tractatur solum de delegando Judices, sed de decernendo, & judicando, ut bene ratiocinatur Ferdinand. Brancia in allegat. 69. apud Reg. de Marin. tom. 3. ad declarationem textus in l. prætor ff. de jurisdict. omn. Iudic., maximè quando ageretur de concedendis, vel denegandis duabus Aulis, quæ in causis arduis, & magni momenti postulari solent ex decisio apud Tasson. de antefat. vers. 3. obseruat. 3. n. 113.

19 vers. sed adverte, ubi hec verba subnequit: *Vel si causa esset decidenda in una, vel pluribus Aulis, nam tunc non solum est delegare, sed judicare, & ita in fine per Collat. Consil. decifum refert de anno 1614. existente suspecto ex causa consanguinitatis Marco Antonio de Ponte Præside S. R. C., concordat R. Rovit super Pram. 15. de suspicion. n. 7. in fin. & n. 13. & 14. ubi quod Præses S.R.C. ex quacumque causa suspectus non potest intervenire, quando agitur de quæstione Commissarii, vel de dandis adjunctis, vel quando agitur de unione Aularum, & maximè in primo, & hoc ultimo casu, in quo est necessaria cause cognitio, dum nulla potest fieri provisio à Præside sine partis citatione, & discussione; & proinde dicit, quod ideo verba decreti lati ad relationem Regentis Salernitani non comprehendenterunt hos casus, sed restricta extiterunt ad illos duos, de quibus decretum loquitur; & ne alia moderniora exempla deesse videantur, dico sic suisse determinatum per idem Collat. Consil. de anno 1649. in recusatione proposita à Jo: Vincentio Brancia in personam Reg. Presidentis S.R.C. D. Francisci Merlini, quo uti suspecto recusato uti conjuncto*

uni ex litigantibus, cum insurrexerit quæstio de Commissario decidenda per eundem Spectabilem Præsidem, & fuisset oppositum pro parte recusantis non posse quæstionem illam decernere D. Præsidem, qui erat suspectus in causa principali; sub die 22. Aprilis 1649., referente Reg. D. Antonio Caraciolo Marchione S. Sebastiani, fuit decisum, quod non interveniat in praesenti articulo Commissarii Ill. Marchio Ramontis Præses S.C. Reg. D. Franciscus Merlinus. Cum postmodum post paucos menses in eadem causa inciderit controversia de duabus Aulis concedendis, vel denegandis, iterum se opposuit Jo: Vincentius Brancia dicens, in decienda controversia duarum Aularum neque intervenire posse Præsid. Merlinum, ex quo multo magis examinanda veniebant merita cause principalis; Et proinde in calce memorialis porrecti, per Branciam sub die 13. Augusti 1649. fuit dictum: *Respectu articuli unionis Aularum fiat in 22 la Decana, ut in fol. ult. processus penes Lombardum.*

Hæc exempla fuerunt allata in Collaterali Consilio in novissima recusatione proposita per Marchionem D. Franciscum Serra in personam Reg. D. Vincentii de Miro, qui uti suspectus fuit reeensus in causa vertente in Sacro Consilio inter dictum Marchionem, & Ducem Coriolani, ex quo D. 23 Reg. tempore, quo erat advocatus, patrocinium præstiterat pro Marchione in eadem causa, additis quoque aliis capitibus super prætensa inimicitia contracta cum Marchione. Sed quia ad præsens in Collat. Consil. non erat decidenda, nec tractandum de illa causa principali, in qua fuit præstitum patrocinium, sed tantum disputandus inciderat articulus unionis Aularum, fuit valde hæsitatum, si erat locus necne propositæ recusationi in concedendis, vel denegandis duabus Aulis, in quibus incidentibus non versatur articulus, in quo R. de Miro fuit advocatus; & addebatur, quod etsi ipse Reg. esset suspectus in judicando, non esset suspectus in decernendo super duabus Aulis, quod non importat nisi Judices dare, & delegare, applicando terminos decisionis relatæ per R. Capyc. Latr. 87. à n. 7. ad 9. tom. 1.

Quæ argumenta fuerunt resoluta per doctissimum Marchionis Advocatum U. J. D. Antonium Pistoja innixum super traditis rebus judicatis, & quampluribus rationibus.

Et

Et pro resolutione ultimi argumenti fuit responsum, quod Judex recusatus, uti advo-
catus est suspectus, nedum in decidendo,
sed etiam in committendo, ut judicatum te-
statur Reg. Sanfel. in prax. judiciar. sct. 40.
num. 17. pag. 159. de qua decisione non im-
memor fuit Gizz. in observ. ad dec. 87. Reg.
Capyc. latr. num. 8. & quod in omnem casum
semper erat examinanda, & cognoscenda
justitia causæ principalis, & proinde facta
relatione in Collat. Consil. sub die 1. Septem-
bris 1714. per D.R.D. Octavium de Gaeta
Ducem S. Nicolai scissa fuerunt vota DD.
25 Regentium, quorum tres censuerunt,
quod capiatur informatio super capitibus re-
cusationis, & tres fuerunt in decernendo,
quod non interveniat. Sed datis tribus Ad-
junctis pro paritate dirimenda, nempe D.
Reg. D. Andrea Juvene, & D. Præf. R. Cam.
D. Frâcisco del Tufo, Marchione Chiuppeti
& Reg. Consil. & Comite D. Saverio Pansuto
fuerunt in decernendo, quod Reg. de Mira
interveniat, ut ex actis penes Mastellonem.

S U M M A R I U M.

- 1 **C**riminalia judicia sunt graviora ci-
vilibus.
- 2 Testes possunt esse puberes in causis civi-
libus.
- 3 Minores, qui non attingerunt annum vi-
gesimum, an possint esse testes in criminali-
bus, & quid deficientibus aliis argumentis,
vel testibus, & quomodo Judex se gerere de-
beat. ibid.
- 4 Textus in l. testim. 20. ff. de testibus, an
abierit in desuetudinem.
- 5 Minor ante annum decimum octavum an
possit esse testis in criminalibus.
- 6 Constitutio Regni Minorum jura est stri-
cta, & correctoria.
- 7 Testis ad probandum indicia an debeant
esse majoris etatis.
- 8 Minores quatuordecim annis an possint
interrogari, & examinari cum tortura.
- 9 Minores admittuntur in criminalibus, de-
ficientibus aliis testibus, vel aliis argumētis.
- 10 Testis esse an possit infans, vel infantiae
proximus, & an minor septennio possit ex-
aminari, terreri, vel ferula cedi.
- 11 Tortura ad convalidandam depositionem
in caput socrorum an possit inferri minori-
bus, & impuberibus sodomiam passis.
- 12 Et quid in minoribus crimen passis spon-
tē, & sine vi.
- 13 Testes deponentes de his, quæ viderunt

in minori ætate an convincant.

- 14 Et quid si minor major factus deponas
vidisse, & cognovisse falsam monetam respo-
re sue infantie.
- 15 Testes existentes in legitima ætate an ad-
mittantur ad ferendum testimonium super
bis, quæ viderunt in ætate pubertati pro-
xima.
- 16 Testibus depontibus da tanto tempo in
qua, vel audivisse 20. ab hinc annis, an cre-
datur remissive.

C A P U T XV.

An puberes, & minores, qui
non expleverunt annum vi-
gesimum, arceantur à ferendo te-
stimonium in causis criminali-
bus, & an possint interrogari
cum tortura, & quid in minori-
bus factis majoribus deponen-
tibus de his, quæ viderunt in
minorí ætate.

GRAVIORA sunt criminalia judicia
civilibus; siquidem in causis ci-
vilibus puberes testes esse pos-
sunt, & sufficit masculos esse
maiores 14. annis, & femi-
nas duodecim, ad text. in l. 3. §. lege, ff. d te-
stib. In criminalibus non possunt, nisi exple-
verint annum vigesimum, ex textu in l. te-
stimonium 20. ff. de testib. *Gigas de crimin-
les. Majest. lib. 2. tit. quon. & per quos crimin-
les. Majest. prob. qu. 12. nu. 1. & de commu-
ni, & veriori opinione in foro recepta testa-
tur Bened. Carpzov. par. 3. qu. 114. num. 41.
in fine, qui num. 41. limitat conclusionem,
si Judex admiserit testes minores viginti
annis, quia potest ex officio illos recipere,
maximè aliis probationibus deficientibus,
concordat Brunneman. in process. crimin. in-
quisitor. cap. 8. membr. 2. num. 32. ubi testa-
tur textum in l. testimonium, in desuetudi-
nem abiisse, cuius verba hic adnotanda du-
ximus, cum Authorem adhuc allegatum
non viderim in proposita specie, ibi: *Et
quamvis minor viginti annis in criminali-
bus non possit testis esse, juxta l. in testim.
20. ff. de testib. maxima tamen concertatio
inter DD. bac de refuit, ut videre est ex
Farinac. d. qu. 58. m. 19. & seq. sed sentimus
nos**

nos cum Dom. Carpa. d. qu. 114. num. 42. qui d. l. 20. ad processum ordinarium, in quo accusator intervenit, restinguat, sicut & de accusatore expresse loquitur. Vel dicimus illam legem desuetudine abolutam, ob favorem eruenda veritatis in rebus, que salutem Reipub. concravunt; præsertim si veritas barbari non possit. Farin. quæst. 58. n. 22. Mafcard. concl. 1253. num. 7. Poterit itaque iudex inquisitionis minores viginti annis, modo quatuordecim annis sunt maiores in testimonium adhibere.

Sed difficultas subesse potest in Regno nostro, attenta *Constit. Regn. Minorum jura*, ex illis verbis in fine, *Quo decimo octavo anno completo ipsos tam in contractibus, quam in iudiciis, & in omnibus perfectæ etatis voluntatis reputari: & nihilominus post ponderata à me verba Constitutionis substituit mihi hæsitationem, Consil. Prat. discept. forens. cap. 40. à num. 30. ad 48. tom. 3. qui perennis verbis Constitutionis docet. Verbum illud omnibus comprehendere omnia iudicia, & contractus, ex quibus minor lædi potest, sed non comprehendere minores ferentes testimonium, præsertim in criminalibus, dum ex sua depositione ille nunquam lædi potest, sed bene alios lædere potest.*

Accedit pro fundamento hujus sententiae, quod depositio dicti statuti est stricta, & correctoria, idè strictè erit intelligenda, & ut minus lædat jus commune *Reg. Mattheu de regim. Regn. Valentie cap. 8. §. 8. à num. 207. ad 214.* ubi loquitur in terminis legum fori Hispaniarum, an correcta videatur dispositio juris communis in d. l. *testimonium* concordat in *contr. 2. n. 30.*

Sed non minor difficultas suboriri potest, an hæc ætas requiratur in probandis inditiis in dubitatis, affirmat *Consil. Prat. discept. forens. cap. 20. à num. 68. ad 71.* sed contrarium habitum fuit pro vero in decisione cause, in qua ipse scripsit, in qua fuerunt rei ad mortem damnati virtute depositionis testium minorum, nedum annorum viginti, sed decem, & octo, accedunt ea, quæ diximus in nostra observ. ad sing. 288. nostrì Genit. n. 5.

Illud extra controversiam repositum videtur, quod minores 14. annis non possunt interrogari cum tortura, nec tamquam testes, nec tamquam principales, ex l. 1. §. *impuberi ff. ad Senat. Consult. Syllan. Lex libero, §. de minore ff. de question. Foller. in prax. crim. rub. rei indurati torqueantur num. 20. Angel.*

Scial. in prax. torqu. reos cap. 13. num. 3. & cap. 14. num. 47. ubi quod possunt ferula cedi ad ferendum testimonium.

Verum quod impuberis admitti possint in criminalibus ad ferendum testimonium definiens alijs argumentis, vel testibus definitum de anno 1674. demonstrat Anton. de Mattbeis de probat. cap. 5. num. 29. qui num. 31. advertit, quod in hoc cautus debet esse Judex. Audiantur ejus verba: *Unde & causus sit, necesse est, & prudens admodum. Iudex cum admittit impuberem, vel ne credat, nimis facile, vel prorsus etiam rejiciat, præsertim si indicia, & presumptiones concurrant, observet etiam cum admittit, ne jurare cum cogat, non tam quod perjurii hic ultimum subfit periculum, quam quod humiliis sit puerorum, ac pura simplicitas, Chrisost. humili. 59. in quo tamen sepius peccitur à pluribus, qui per prudentiæ bujus forensis, & summarum juris imperitiam exigunt jus iurandum, etiam à pueris, ut Mornac. etiam queritur ad d. l. 3. §. 7.*

Hæc procedunt in impubere, & minore maiore infante, secus in infante; quia infans, vel infantiae proximus, nullum prorsus facit indicium in criminalibus, ex traditis per *Farinac. de testib. qu. 58. num. 4.* unde minor septennio non potest examinari, nec terreri, vel ferula cædi, *Foller. in prax. crimin. in rub. rei indurati torqueantur num. 20. in fine;* Quare in M.C.V. depositio infants non recipitur; sed interrogatur à Judice, interveniente Actuario, sive Scriba causæ, qui de hoc facit actum ad Judicis instrutionem; juxta praxim, & formam actus, quam tradit *Reg. Rosa in prax. crim. par. 1. in formularii complement. in fin. n. 14. fol. mibi 144.*

Quibus principiis innixa videtur praxis, quæ invaluit non subjcere quæstionibus infantes, & impuberis. Sodomiam passos ad purgandam infamiam, & ad convalidandam depositionem in caput sociorum, juxta distinctionem traditam per *Raynald. observat. criminal. cap. 21. §. 4. & 5. à num. 15. ad 31. & per Policem de præbemin. Regiar. Audient. tit. 10. cap. 32. num. 37. tom. 2.* Majores verò, & puberes quæstioni subjiciuntur, dummodo crimen sit commissum sponte, & sine vi, *Basilico decis. 4. num. 31. & minores in hoc casu debent terreri, & ferula cædi, juxta praxim, quam tradit Reg. Rosa in prax. decret. par. 2. cap. 3. num. 24. sed apud Reg. Capic. latro dec. 163. à num. 9. ad 13. ha-*

13. habetur, quod fuit convalidata in tortura depositio minoris annorum quatuordecim, qui fuerat sine vi sodomitam passus.
 Cæterum animadvertere oportet, quod testes deponentes de his, quæ viderunt in minori ætate non probant, nec convincunt si sint duo, Ricc. decis. 151. par. 1. Gratian. discept. forens. cap. 561. num. 30. sed in contrarium accedit eruditus *Crusius de Indic. delictorum 14 par. 1. cap. 97.* à num. 1. ad 20. ubi quod minor major factus testari potest de iis quæ vidit, & cognovit ante septennium, dummodo sint ea, quæ cadere possunt in sensum infantis, secus si deposuerit vidisse falsam monetam excussam, cuius cognitione cum cadat in virum gnarum, & experientem non recipitur tale testimonium, & reddit rationem hisce verbis: *Cujus testimonium inde non recipitur; cum non videatur cecidisse in puerum intellectus, & discretio tanta, qua judicare potuerit, utrum ne moneta in bonitate intrinseca, vel extrinseca, ut loquuntur, defecerit.*

Verum testes existentes in legitima ætate constituti testimonium dicere possunt; 15 de his, quæ viderunt, vel audiverunt in ætate proxima pubertati, dummodo sint talia, quæ possunt cadere in sensum infantis, *Vivius opin. 964. Rota par. 10. recent. decis. 75. num. 9. & 10. & par. 13. dec. 293. nu. 7.* dummodo non obstat præsumptio oblivionis ob lapsum longissimi temporis, *Rota par. 13. dec. 428. n. 9. & 10.*

Et quid in testibus deponentibus *da tanto tempo in qua*, vel audivisse à Titio viginti 16 ab hinc annis, & infra quod tempus præsumatur testis oblivio, diximus in *qua*.

S U M M A R I U M

- 1 **T**estis quilibet potest esse, nisi expresse prohibeatur.
- 2 **T**estis esse an cogi possit uxor contra virum, & vir contra uxorem, an hoc jure causum reperiatur. Et quid in filio contra patrem, *ibidem*.
- 3 **E**t an cogi possit, quando veritas alia inquiri non potest.
- 4 **U**xor in caput viri, & è contra an possit torqueri ad videndum, quenam ex duabus depositionibus sit vera.
- 5 **T**esti pupillo in causam contra patrem an sit credendum, & an cogi possit pupillus, vel filius contra patrem.
- 6 **O**ccurritur decisioni 17. Calderò.
- 7 **P**ena ultimi supplicii an possit inferri ex

depositione unius testis de visu, junctis duobus aliis de fama.

- 8 **P**egueræ decis. 17. sustineri non potest.
- 9 **D**ecisio D. de Franchis 538. explicatur, & applicatur in proposita facti specie, & traditur per Autborem novus intellectus ab eius non traditus, num. 10. & 11.
- 12 **T**estes consanguinei, affines familiares, & cæteri inhabiles admittuntur in defensionibus, sed in contrarium afferuntur verba de Matth. cui Author non adberet, n. 13. & 14.
- 15 **T**estes inhabiles an admittantur ad repulsandum testes per Fiscum examinatos.
- 16 **E**t quid quando testes producuntur ad partis querelam, & non ex Judicis officio.
- 17 **T**estes domestici, qui dicantur. Et an repelluntur domestici Prelatorum, & Nobilium Dominorum, num. 18.
- 19 **T**estes affines in linea collaterali an repellantur à dicendo testimonium. Et quid disoluta affinitate. num. 20.

C A P U T XVI.

An admittantur, vel cogantur ad testificandum uxor contra virum, & vir contra uxorem, vel filius contra patrem, & econtra. Refelluntur decisiones Pegueræ, & Calderò 17. & defenditetur decisione D. de Francb. 538. Et quid in cæteris consanguineis, affinibus, & domesticis, & quid in defensionibus.

Permissorium, & prohibitorium est certarum personarum edictum de testibus; nam quilibet regulariter admittitur in testem, nisi expresse prohibeatur, ad *text. in l. 1. ff. de testibus*.

Quare nedum uxor contra virum, & è contra, sed nec filius contra patrem testificari coguntur, *ex tex. in l. inviti, ff. de testib. & ex aliis juribus concordantibus firmat Vivius comm. opin. lib. 8. opin. 929. à num. 14. ad 19.* ubi quod si non cautè, sed spontè deponant, probent, tamen scribendum erit in actis, quod spontè accesserunt ad deponendum ad hoc ut efficax testimonium reddatur, accedit *Thom. Grammat. conf. 14. num. 4.* ubi voluit

Tractatus Criminalis Analyticus. 57

voluit nulla lege cautum reperiri , ne uxor contra virum , & è contra testimonium serre prohibeatur , si velint , & Grammat. opinionem refert , & sequitur *Ant. Faber in definitione* inferius alleganda.

Sed exquirendum erit , an cogi possint , quando veritas aliter inquire non potest , videndum est *Anton. de Mattheis in tract. de probat. cap. 5. num. 47. & 48.* ubi quod durum , & non facile admittendum ex *Anton. Fabr. lib. 4. tit. 15. defin. 1.*

Hinc fit , quod uxor contra virum , & in caput viri torqueri non potest ad videndum , quænam ex duabus depositionibus contrariis factis , nempe una per uxorem confitentem , & alia per virum negantem , vera esset , ut definitum habetur apud *Fabr. in Codic. de testib. definit. 1. plenè Calderò decif. 17. à nu. 5. cum sequ. & rationem adducunt Zanger. in tract. de questione seu torturis reor. cap. 1. nu. 25. & 28.* nam qui invitus testimonium dicere non cogitur , neque torqueri potest in illius caput.

Et quamvis testi pupillo in causa homicidii contra patrem credendum putaverit *Ant. Fabr. in Cod. tit. 15. de testib. definit. 1. 2. in fine lib. 4.* & depositionem duorum infantium facere inditium ad torturam adversus patrem ipsorum , dixerit *Papon. lib. 24. tit. 90. arrest. 7.* & mirabilius apud *Quesad. Pilo controv. forens. cap. 30. à nu. 42. ad 53. habetur* , fuisse examinatum filium impubrem octo annorum contra matrem , & habitum fuisse pro teste idoneo in criminis infanticii etiam quoad infiligendam poenam furcarum junctis aliis adminiculis ; tamen semper fatendum erit cogi non posse quemadmodum nec filium contra patrem cogi posse ad testimonium ferendum in causa injuriarum pronunciatum à fratribus post *Sand. testatur Anton. de Mattheis in citat. cap. 5. de probat. num. 48.*

Ex quibus ferendum non est illud , quod scribit *D. Calderò dec. 17. num. 17.* ubi firmavit depositionem filiae contra matrem de necesse patris facere semiplenam probationem , ex qua depositione , & aliis indicis superantibus efficaciam unius testis de visu practicata dicit puenam ordinariam.

Dixi , quod ferenda non est opinio *Calderò* cum decisione ab eo allata ; quia nullo pacto sustineri potest , tanquam innixa in non receptis principiis , & signanter in *decif. Pegueræ 17.* ubi ex depositione unius testis de vi-

su , junctis duobus aliis de fama , fuit imposta poena ultimi supplicii , & sic fuerunt junctæ probationes imperfæctæ , & semiplenæ ad faciendam plenam probationem contra notissimas juris regulas , & contra communem Doctorum opinionem , quæ invaluit contra *Ludovicum Peguera* , ut testatur *Farinac. in cons. 108. num. 103. & 104. lib. 2.* quam decisionem quamvis defendere conetur ab illis , qui crudelem existimant *Joan. Petrus Fontanell. decif. 258. num. 9. & 10.* tamen illam salvare non potuit , nisi quoad poenam extraordinariam.

Accedit insuper ad infirmandam supratraditam decisionem , decisio S.R.C. Neapolitanæ apud *D. de Francibis decif. 538.* in qua non fuerunt junctæ ad convincendum , & ad faciendam plenam probationem tres illi testes deponentes de visu homicidii cum qualitate parricidii commissi per fratrem in domo sui fratribus , nempe ancilla mortui , & duas filias ejusdem mortui ; & proinde censuit S.C. non esse confirmandam , sed infirmandam mortis sententiam , ad quam deve-nerat Regia Curia Civitatis Capuæ , & confirmaverat Mag. Cur. Vic. sed reum esse quæstiōni subjiciendum , & postmodum post torturam toleratam damnandum poena extraordinaria , & decisio innixa videtur nedum in ratione à nobis assignata , quod probationes in criminalibus non junguntur ad damnandum reum poena ordinaria , sed etiam ex quo dicti testes reddebantur suspe-cti , & inhabiles ad deponendum ob mortem eorum patri illata , ex qua resultabat odium , & inimicitia contra fratrem occidentem , & sic non poterant esse testes idonei ob suspitionem falsitatis , ex doctr. *Gomesii* per eundem allegata var. *resol. de probat. delict. cap. 12. nu. 21. in fine versic. advertendum* , cui ego addo *Farinac.* testantem de communi de testib. qu. 53. num. 7. quæ ratio etiam congruit ad refellendam decisionem 17. *Calderò* , dum depositio filiae suspecta reddebat contra matrem ob odium , & inimicitiam resultantem ob parricidium commissum in personam sui patris , sed an aliter decernendum sit hodie in Regno virtute inditorum indubitatorum , quæ non improbabiliter concurrere videntur ex supra traditis probationibus , perpendenda sunt tradita per nos de crimine Assassinii à nu. 103. ad 105. Nec me deterret , quod tempore *D. de Francibis* ex talibus inditiis indubitatis fuit arbitrata H poena

poena extraordinaria post torturam acriter illatam, siquidem tunc non erat edita *Prag.* 12. de offic. *Judic.* quæ fuit edita de anno 1621. sub gubernio Cardinalis Zapatae.

Praetermittendum tamen non erit, quod in defensionibus admittuntur testes consanguinei, & affines, familiares, hirruarii, & cæteri inhabiles ex generali limitatione posita per *Riminald.* conf. 183. n. 9. lib. 2. quam prius tradiderat *Marfil.* in l. unius §. cognitorus n. 49. ff. de quest. & in sing. 59. *Anton. Gomez*, qui testatur de communi var. resol. tom. 3. cap. 12. de probat. n. 23. cum aliis apud *Farinac.* de testib. q. 62. limit. 5. n. 91.

Et quamvis hujusmodi communi traditioni aduersetur *Anton. de Matthæis* ad lib. 48. 13. ff. ff. tit. 15. de probation. cap. 5. n. 3. ubi clare ratiocinatur: *Tertio quod crimen non probetur, nisi per testes omni exceptione maiores: innocentia verò per testes minus idoneos, imo per quamlibet semiplenam probationem, quam tamen differentiam non omnes admisserent, eo quod absurdum videretur producere reo illos, quibus omnino adempta est testimonii dictio.* Ego tamen adhærendo supra 14 traditæ communi, & receptæ sententiae illam sublimitandam censeo in sequentibus casibus.

Primus est quando testes consanguinei, vel affines, & cæteri inhabiles examinarentur super articulis repulsatoriis ad reprobandum 15 testes ad instantiam fisci examinatos, quia tunc requiritur, quod testes sint omni exceptione maiores, non obstante quod agatur de innocentia rei, *Gramatic.* decif. 34. n. 14. plenè *Farinac.* de testib. in cit. q. 62. n. 91. & q. 54. n. 32. *Reg. de Marinis* in observat. ad decif. 154. *Reg. Reverterii* n. 2. lib. 1. ex Extensis addendi sunt *Berart.* in *specul. visitat.* cap. 5. n. 112. & *Crusius de indicis par.* 1. cap. 73. n. 8. ubi quod ad testes reprobando requiritur probatio plena, ne reprobatione testium delicta occultentur, & remaneant impunita.

Secundus casus est, quando procederetur ad partis quærelam, & non ex *Judicis* officio 16 ex traditis per *Farinac.* in *citat. quest.* num. 53. & rationem assignat *Berart.* in *specul. visitat.* de *testibus* cap. 5. num. 109. ex quo in hoc casu testes familiares, consanguinei, & minus idonei afficerent parti quærelanti; & non solum fisco, de cuius interesse si dumtaxat ageretur, non esset curandum, dum agit de lucro captan-

do cum alterius jactura.

Supereft exquirendum qui dicantur testes domestici; & quod testes domestici, qui repelluntur à testimonio, dicuntur illi, quibus sumptibus producentis præstantur alimenta juxta *text.* in l. 24. de *testib.* & qui sunt domestici tempore, quo ferendum est testimonium, quia si deserunt esse, admittuntur, dummodo id gestum sit sine fraude, & deceptione, ut ex *Gabriel.* concludit *Anton. de Matthæis* in *tract. de probation.* cap. 5. n. 84. Non tamen repelluntur testes familiares Praetatorum, & caterorum Nobilium domino- 18 rum, quia tales presumuntur personæ egregiæ, & bonæ conditionis, ut per doctrinam *Bartol. Bald. Salic. Felini*, & *Antonii de Butrio* firmat, & decisum dicit cum familiaribus Marchionis Padulæ *Reg. Reverter.* decif. 385. ubi *Reg. de Marinis* n. 4. allegat concordantes tom. 2.

Insuper affines in linea collaterali à testimonio 19 arceti non debent, *Farinac.* de *testib.* tom. I. tit. 6. q. 53. n. 27. *Anton. de Matthæis* de probat. cap. 5. n. 53. ubi quid dissoluta affinitate, 20 & resolutum refert, affines fide dignos admissos fuissent, quamvis alii id relinquant arbitrio judicantis, & quod quidem rectius, ut ipse opinatur.

S U M M A R I U M.

- 1 **H** Ebrei testes non possunt esse contra Christianum, & de ratione, n. 2. & 3.
- 4 **H** ebreorum libri an probent contra Christianos, & an statuto caveri possit ut credatur dictis libris.
- 5 **N**eophiti an admittantur in testes contra Christianos.
- 6 **E**t quid in mancipliis factis Christianis de recenti. **E**t quid in criminibus exceptis, num. 7. **E**t quid in heretico contra Catholicum, num. 8. **E**t quid in heretico contra hereticum, num. 9.
- 10 **H** eretici cuiuscumque Sectæ non admittuntur in testes contra Catholicos, & quæ sit ratio, num. 11.
- 12 **E**t quid in contractibus, & ultimis voluntatibus.
- 13 Camilli Borrelli verba pro questionis decisione afferuntur.
- 14 Majestatis divinæ, vel humanae crimen committens an statim patiatur bonorum iuram, & administrationem, ita quod debitores non possint solvere debitum in fisci per-

Tractatus Criminalis Analyticus.

39

- niciem, vel requiratur sententia declaratoria, num. 15. & 16.
- 17 *Hæresis in crimen lapsus, qui prævia abjuratione passus fuit sententiam perpetui carceris, an patiatur quoque pœnam amissio-nis crediti, ita quod non superfit actio competendi suos debitores pro solutione, n. 18. & 19.*
- 20 *Pœna publicationis bonorum ad hoc ut exigi possit à dñatis pro crimine Majestatis divinae, vel humana, an requiratur sententia declaratoria ad pœnam ordinariam, n. 21.*
- 22 *Decisio Reg. Moles in tit. de jure devolu-tionis declaratur, num. 23.*
- 24 *Et quid si in sententia lata per Tribunal Sanctæ Inquisitionis nulla fuit facta men-tio de bonorum publicatione.*
- 25 *Judex Secularis an possit procedere ad sequestrum pro pœna confiſcationis in crimi-ne hæresis, non exhibita sententia lata per Judicem Ecclesiasticum.*
- 26 *Et an suffragetur Neapolitanis privile-gium adversus bonorum publicationem.*
- 27 *Hereticus an possit instituere judicium pœventionis adversus instrumentum.*

C A P. XVII.

Testis an possit esse Hebraeus, vel aliis infidelis contra Christianum, & an admittantur Hære-tici ad ferendum testimonium contra Catholicos, sive Ortho-doxy, & quid in contractibus & ultimis voluntatibus, & an qui in hoc crimen lapsus fuit, & passus sententiam perpetui carceris patiatur bonorum publi-cationem, jacturam, & admini-strationem, adeout suos debito-res convenire nequeat cum cæ-teris ad materiam pertinenti-bus.

Questio non est inutilis, cum sèpissi-mè contingere potest nendum in Re-gno, sed extra Regnum.

Ambigendum non est, Hebraum, aliumve infidelem repellendum esse à di-

cendo testimonium contra Christianum, ex clara dispositione nendum Juris Canonici, de qua in cap. *Judæi de testib.* & in cap. *non po-test, & cap. paganus, & ibi glsf. in verb. accu-sare 2. qu. 7.* sed expressè cautum est per Jus Civile in l. *Quoniam C. de heretic. & Manich.* & in Novell. *Justiniani 45.* cæteraque jura concordantia tam canonica, quam civilia ad-ducit Gonzalez lib. 2. *decretal. in cap. Judæi num. 2. tit. 20. de testib. & attestacionib.* Mar-quar. de *Susannis in tract. de Iudeis par. 2. cap. 5. n. 5.* Langelott. Conrad. de *offic. prætor. in causis civilibus lib. 1. cap. 9. §. 2. tit. de per-sonis testium n. 34.* Iodoc. Damauder. in *prax. rer. civilium c. 186. n. 7.* Nepos de Monte Al-bano in *tract. de testib. n. 136.* Paris de Puteo in *tract. Syndicatus, in verb. testis cap. incip.* fui semel rogatus nu. 1. Marfil. sing. 41. *incip. Iudeus,* ita *decisum in Sacro Consilio apud Matth. de Afflict. in decis. Neapol. 214.* Ludo-vic. Carer. in *tract. de heretic.* §. *modo quali-ter n. 26.* Andr. Tiraq. de *primogen.* q. 66. nu. 15. Marc. Ant. Natt. in *conf. 394. n. 10. vol. 2.* Francis. Bursat. in *conf. 135. num. 10. vol. 2.* Bern. Alph. in *collect. 466. lac. Novel. in tract. crim. tit. de testib. in materia crimin. cap. in-cip. criminia objecta n. 19.* Io. Coras. miscellan. cap. 20. nu. 6. Francisc. Viv. in *commun. opin.* 982. nu. 5. Ioan. Bapt. de *Tboro in compend. de-cis. Neap.* in *verb. Iudei, Cacher. in decis. Pe-demont.* 72. num. 5. Bertazzol. in *conf. crimin.* 253. num. 1. vol. 2. Matthias Coler. in *decis. German.* 127. nu. 1. Specul. in *tit. de test.* §. 1. num. 59. *vers. Item quod Iudeus, Alexand. in conf. 35. in fin. & in conf. 70. col. pen. vol. 1. Ioan. Monach.* in *defens. juris tit. 9. n. 29.* plenè Im-brian. de *repulsa considerat.* 6. à nu. 49. par. 1. Rota *decis. 371. nu. 5. in decisionib. posthumis apud Farinac. tom. I.*

Plures sunt rationes, quibus nititur hæc con-clusio, & signanter, quod cum receptio te-

stium exquirat juramentum, quod Judæi præstare non possunt secundum legem Evangelicam, ideo repelluntur.

Alia ratio, quæ mihi magis placet, est illa, quod cum Judæi infames reputentur, juxta text.

3 in l. I. C. de *Summa Trinit.* nil mirum, quod ob istam notam à testimonio repellantur, ut perpendit Gonzalez in locis citatis, ubi subdit: *Iustum est, ut qui testimonium Ecclesie, & Christiani non credunt, fide digni non existimentur, & qui Divina dogmata con-zemnunt, humani testimonii pondus perdidis-se se noscant.*

H 2

Am-

Ampliatur ut Hebraei repellantur nedum à dicens testimonium contra Christianum, sed quod nec libris Hebreorum sit praestanda fides contra Christianos, immo quod neque Statuto caveri potest, quod illis creditur, ut post Alex. Cravett. Scacc. & alios firmat doctissimus Auditor Ansald. de commerc. & mercat. in discurs. generali à num. 139. cum seqq.

Ampliatur secundo in Neophyta, qui neque recipitur in testem contra Christianum, ex quo talis Judaeus de recenti factus Christianus suspectus est, ne relabatur, cum adhuc extent Judaeismi reliquias, ex traditis per Farinac. de heresi q. 188. §. 7. n. 122.

Verum mancipia vulgo Schiavi de recenti effecti Christiani admissa ad ferendum testimonium contra Christianum in Curia Archiepiscopali Neapolitana legimus apud Ricc. decis. 5. 1. par. 1. quod intelligendum in defectum aliorum ex textu in l. servi ff. de testib. & ex eod. Ricc. collect. 2364.

Principalis conclusio limitatur in criminibus exceptis, ut dixit Farinac. de testib. qu. 56. n. 227. & 228. non tamen ad faciendam plenam probationem, Card. de Luca de alienat. disc. 60. n. 5. & 13. qui loquitur in causis criminalibus, & civilibus.

Supradic exquirere an Hæreticus admittatur contra Catholicum, & quod arceatur, non est ambigendum tam attento jure communi canonico, quam civili, & Regni nostri.

De Jure Canonico adest textus in cap. si hæreticus 2. q. 7. qui sumptus est ex Novella Iustiniani 45. ubi Cujac. & caverit in l. credentes C. de hæreticis, & in l. quoniam C. eod., & in aliis juribus concordantibus apud Gonzalez ad cap. 1. de hæreticis n. 2. cuius verba hic transcribere omittere non possumus, ibi: Unde hæreticus contra Catholicum ut testis, vel accusator non admittitur, cap. non potest, cap. si hæreticus, §. orthodoxis, cap. testes, in princip. vers. & veræ fidei 2. q. 7. cap. Beatus, cap. si quis verò 3. q. 4. cap. suspectas 3. q. §. cap. qui crimen, versic. Christum 6. q. 1. can. 74. Apostol. l. 12. Cod. de hæretic. Felix II. in Synodo Romana epist. 1. cap. 9. Testificandi, vel accusandi licentia denegetur bis, qui Christianæ religionis, & nominis dignitatem, & sue legis, vel sui propositi normam, aut regulariter prohibita neglexerint. Ex cap. 11. & 13. Personæ accusantium tales esse debent, quarum fides, & conversatio, & vita probabilis, & absque reprehensione sit. Et

cap. 15. A quibus nimium opprimitur, excommunicatique nullatenus ad accusationem, vel ad testimonium erant admittendi. Fabianus Papa epist. 1. in medio, & epist. 2. ante medium. Ipsi Apostoli, & successores eorum olim statuerunt, eos ad accusationem non recipi, qui sunt suspecti aut dubii in re. & a fide. Item epist. 3. cap. 1. Marcell. Pontifex epist. 1. ad medium. Dionysius epist. 2. Quorum, & aliorum autoritates congerit Antonius Augustinus in epit. juris lib. 14. tit. 18. & nonnullas adduxi in cap. Judæi, de testibus. Hoc autem non procedit, si hæreticus contra hæreticum testimonium dicat, cap. si hæreticus 2. qu. 7. cap. in fide 5. de hæretic. in 6. vel si pro orthodoxo testimonium ferat d. cap. si hæreticus versi autem, Novella 45. §. enim verò notavit Vigbel. in metod. jur. Pont. lib. 2. cap. 13.

Ex quibus juribus voluerunt Interpretes, & signanter glos. in l. cunctos populos C. de Summa Trinit. & fide Catbol. quod hodie omnes hæretici cuiuscumque Sectæ à testimonio repellantur, & glos. reddit rationem illam, quam reassumit Camill. Borrell. in summ. decision. tit. 15. de testium reprobatione, sive repulsa n. 115. & 116. nempe quod omnes hæretici cuiuscumque Sectæ sunt, infames ipso jure.

Eadem ratione nititur Constitutio Regni nostri incip. Patarenorum, per quam Federicus Secundus statuit, ut hæretici in testes non admittantur; rationem assignando, sub illis expressis verbis, Ut nec in testes, nec in causis, in quibus repelluntur infames, aliquatenus admittantur.

Restat difficultas in contractibus, & ultimis voluntatibus, in quibus voluerunt DD. esse admittendos hæreticos in testes contra Catholicos, & Christianos ducti ex text. in l. quoniam in fine C. de hæreticis, & ex decisionis apud Affl. decis. 214. Verum Camill. Borrell. in summa decis. in citato loco à n. 117. ad 122. non acquiescendum putavit cum supradicta limitatione, & cum satis eruditè ratiocinetur, ejus verba hic transcribenda duximus. Verumtamen ego nimium ambigo, supradicta limitationem hodie minime procedere, cum postquam fuit facta dl. quoniam ab Ecclesia Romana, & Summis Pontificibus facti fuere plures Canones, quibus omne commercium, & communicatio interdictitur Catholicis, ut cum hæreticis nullo modo convertentur, inducitur ad hoc tex. in c. non potest 2. q. 7.

Tractatus Criminalis Analyticus.

61

q.7. qui est si loquatur in Iudeis, nibilominus loquitur de Iudeis, qui Christiani effecti sunt, & demum prævaricantes fidem Christianam, Christianos se esse annuntiant; & sic loquitur de Christianis prævaricantibus à fide. Contra quos Innocentius Tertius omnem conversationem cum illis esse prohibuit in c. excommunicamus il. 1. & il 2. extra de Hereticis, propterea non comprehendatur in c. prædicto, & idem nec in contractibus, nec testamentis, aut aliis admittantur, quod & voluit repertorium inquisitorum, §. testis, Zacin. Uyolin. in tract. de heretic. c. 13. n. 2. illosque referens Franciscus Perna ad Eymeriebum in directorio inquisitorum ad qu. 68. commentar. 117. versic. & quamvis, quo in loco facit etiam quod dicit ex Conrad. Bruno in tract. de heretic. lib. 5. c. 10. nibilominus aliorum sit judicium. Sed in hoc videtur expeditum hereticos in testes non admitti ex Federici Secundi Regni Const. incip. Partenorum, dum inquit, Nec in testes, nec in causis, quibus repelluntur infames, aliquatenus admittantur, quam constitutio- nem allegat Zacin. in tract. de hereticis c. 13. n. 1. in fine.

Accedit videndum de jure communi Farinac. de heresi qu. 188. §. 7. & num. 129. ad 131. ubi concludit, quod jure canonico attento, te- stes heretici repelluntur à ferendo testimo- nium tum in contractibus, tum in ultimis voluntatibus, cum sint excommunicati.

Dum hic de nefando heresia crimine verba fecimus, aggredimur illam quæstionem satis utilem, & contingibilem, num eo ipso quod quis in hoc scelus inciderit, patiatur bonorum jacturam, & administrationem, pro affirmativa sententia sunt jura aperta in cap. vergentis, & in cap. excommunicatus 15. §. damnari extra de hereticis, adeo ut bona heretici transirent ipso jure in dominium fisci, ex text. in cap. cum secundum de hereti- cis in 6. quod procedit etiam respectu bonorum rebellium, & proditorum committen- tium crimen Majestatis humanæ, quorum bona ipso facto in fiscum transirent, ex cap. Regni bona proditorum n. 171. & ex Pragm. 1. de bonis proditor. quod erat statutum de jure communi, & per Pragmaticam tan- tum fuisse additum, ut devolvatur ad Re- gem dominium, & possessio quando de jure communi non transferebatur, nisi possessio, ut notavit Reg. Rovitus super d. Prag. n. 3.

Quæ adeo vera sunt, quod non possunt debi-

tores post patratum hoc crimen solvere de- linquenti in fisci præjudicium, ex Reg. Re- verter. quia sic decisum refert decis. 126. to. 1. ubi latissime Reg. de Marinis, requiritur tamen sententia declaratoria, quæ retro- trahitur ad diem commissi criminis, ut ex- plicat Reg. Tap. in adnot. ad cit. cap. Regni Bona proditorum lib. 5. Juris Reg. tit. 4. fol. 43. Montan. de regalib. rubric. bona com- missentium crimen Majestatis n. 8. fol. 300. Quibus principiis fretus Reg. de Marinis, dum Advocati non incelebris officio fungeba- tur, proposuit in Sacro Consilio nullam su- peresse actionem Josepho de Vicariis adver- sus suos debitores; dum passus fuerat bono- rum jacturam, & administrationem ob hæ- resis crimen, in quod lapsus fuerat, & ob quod ad perpetuos carceres, prævia abjura- tione extiterat damnatus à Tribunal. San- ctissimæ Inquisitionis, ut patet ex responso impresso lib. 2. suar. resol. cap. 5.

Verum in contrarium pro Josepho de Vicariis calamum arripuit Franciscus Maria Pra- tus, cuius allegationes leguntur impressæ in 2. tomo discept. forens. cap. 41. de quibus me- mor fuit tom. 5. discept. forens. cap. 5. & n. 33. & à n. 90. cum seqq. & in adnot. ad Musca- tell. in praxi crimin. tit. de poen. heresis, in 18 quibus locis satis, superque refellit assump- ptum de amissione crediti, dum fundare nixus fuit poenam carceris perpetui non trahere secum amissionem bonorum.

Perpendendum erat ad tollendam confis- cationem, & per consequens poenam prætentæ amissionis crediti; si damnatio ad poenam perpetui carceris erat necne consideranda ut poena ordinaria, vel extraordinaria cri- minis, quem articulum non possum non mirari non fuisse perpensum, nec disputatum apud doctissimos, & æquè peritissimos illos Viros, quorum memoriam venera- mur, siquidem si damnatio ad poenam 19 perpetui carceris, quæ resultat ex abjura- tione, quæ nil aliud est, nisi commissi crimi- nis lachrimosa confessio, quæ operatur ut ex misericordia de medio tollatur poena or- dinaria mortis, quam certè subire debebat hereticus jam confessus, juxta textum sa- tis clarum in cap. ad abolendam, non impor- tant poenam criminis ordinariam, dum subro- gata fuit poena extraordinaria perpetui car- ceris, quæ succedit loco deportationis juxta principia, quæ expendit Reg. de Marinis in joco superius citato & num. 6. ad 19. Cur di-

dicendum locum fieri confiscationis; & pœnae amissionis crediti, quando ad hoc ut confiscationi sit locus, requiritur ut reus
 20 condemnetur in pœnam ordinariam, & non sufficit ut deveniatur ad pœnam extraordi-
 nariam, ut habetur ex DD. allegatis in *voto Consiliarii de Fusco* per nos allato in *prædictab. obseruat. 21. n. 19.* & nunc ad tollendam
 controversiam tradenda duximus verba
Marii Giurba in conf. 8. à num. 15. ad 19.
Minorata itaque ordinaria mortis pœna in extraordinariam: Bonorum quoque confisca-
tionis pœnam sublatam dixit Nig. Campan.
R.N.C. frequens 7. sub num. 88. verific. sed po-
ne aliquis. Quia confisatio à mortis pœna
pendet, immo generale esse declaravit, Medi-
olan. Senat. Quod iis in casibus, quibus ex-
cusa minoratur pœna, à bonorum confisca-
tione abstinendum quoque erit. Teste Rogi-
nel. præct. quest. 35. num. 69. Et ubi à princi-
pali criminis pœna receffit iudeo, à confisca-
tionis pœna, tanquam illi accessoria, recef-
sum defendit, Ias. non dubium à n. 56. C. de leg.
Non obstat Mastrill. decif. 271. nu. 28. quia ne-
minem citat, obstat ergo vulgare illud, Lo-
21 qui sine lege, in iis, quæ à juris decisione de-
pendent, erubescens est, l. illam, C. de collat.
exornat Osafc. conf. 11. num. 109.
Respon. 11. Vnam esse Mastrill. rationem, quod
satis sit judicem expressim bona publicasse,
non obstante corporalib[us] pœnae diminutione.
Quia si data pœna extraordinaria, cumula-
ri non possit confisatio, sententia, quæ confisca-
tionem impunit, nulla est ipso jure, Thob.
Non conf. 104. nu. 3. Adeo ut, si in dubio ver-
saremur, contra Fiscum judicandum esset,
bonorum (nempè) confiscazioni locum non esse,
Carpan. Mediol. Constit. c. omnium num. 576.
Covar. 1. resolut. c. 16. num. 1. Guaz. de confi-
scat. conclus. 16. num. 37.
Ex his dixi, minùs rectè Straticotiales judi-
ces aliàs condemnasse Ambrosium Mancuso,
& socios false monetæ reos ad remigandum,
stanchibus indiciis, & bona eorum omnia Fi-
sco Straticotiali confisca ta declarasse.
Concordant decisiones allatae per Reg. Mat-
theū de regimine Regni Valentiae cap. 8. §. 8.
à n. 176. ad 178. ubi quod confiscazioni pœ-
na nullo paecto subingredi potest, ubi de-
linquens puniri non potest pœna delicti or-
dinaria, & decisiones prodierunt in accusa-
tis de fabricatione falsæ monetæ, quemadmodum
hoc in Regno passim servari vidi-
mus, nedum in sententiam paessis de hoc

crimine, sed etiam in reis Majestatis huma-
 nae, quos vidimus passim ad triremes dam-
 nari absque bonorum publicatione.
 Istis, & non aliis principiis nititur *decisio 10.*
Reg. Moles in tit. de jure devolutionis, quam
 22 extollit D. *Pratus in citato cap. 5. à n. 71.*
cum seqq. dum legitur ibidem, quod Ioan-
nnes Bernardinus Garganus, qui fuerat con-
fessus crimen hæresis, facta abjuratione, non
fuit molestatus pro pœna confiscazioni, sed
demum relapsus in anno 1566. fuit damna-
tus ad mortem, & ad confiscazionem bono-
*rum omnium, sunt verba Regentis *Moles*,*
que sequuntur: Postea idem in anno 1566,
fuit relapsus, & proinde condemnatus ad
*mortem, & ad confiscazionem bonorum se-
 cundum regulas canonicas in cap. ad abole-
 dam.*
 Igitur sateri oportet, quod ideo confiscazioni
 23 pœna fuit irrogata, quia demum deven-
 tum fuit ad pœnam mortis, quæ est ordina-
 ria criminis hæresis.
 Fortius vindicant sibi locum supradicta argu-
 menta, quando in sententia lata per Sac. Tri-
 bunal Inquisitionis nulla fuerit facta mentio
 24 de bonorum confiscazione, sed tantum im-
 posita pœna perpetui carceris, ut servatum
 comperimus in causa Comitis Molæ, in qua
 quamvis per Regium fiscum fuisset proces-
 sum ad sequestrum omnium bonorum tam
 feudalium, quam allodialium possessorum
 per dictum Comitem, qui post abjuratio-
 nem passus fuerat sententiam perpetui car-
 ceris ob hæresis crimen, in quod lapsus
 fuisset dicebatur, nihilominus sequestrum
 fuit sublatum, & pœna non fuit executa, ut
 habetur ex allegatis per *Consiliar. Pratum*
disceptat. forens. tom. 4. cap. 5. quicquid in
 contrarium pro fisco scripsiterit *Consiliar. Io-*
seph de Roja consult. 4. seu 74. tom. 2. qui nro.
40. fundare nixus fuit, quod Sacræ Inquisi-
tionis Tribunal iis solis pœnam confisca-
tions remittere solet, quibus remittit pœnam
perpetui carceris; sed quia in casu Comitis
Molæ hanc pœnam non remiserat, sed eam
in sententia expresserat luendam per Comi-
tem, credendum esse putat, quod non re-
mittendam censuerit alteram publicationis
bonorum, quam exigisset, si ad Sacrum
Tribunal spectasset; Sed salva reverentia
tanto Viro debita, hæc est mera divinatio,
quemadmodum exitus demonstravit, & nos
demonstravimus.
Siquidem ad hoc ut in hoc crimine recte,
que

Tractatus Criminalis Analyticus. 63

qui procedatur ad confiscationem bonorum per Principem laicum nedium procedere debet declaratio heresis, prævia sententia ferenda per Judicem Ecclesiasticum, ad quem privativè spectat cognitio criminis, *juxta text. in cap. pensuit. de heretic.* & juxta ea, quæ diximus supra in tit. de crim. heresis num. 8. sed sententia debet contine-re poenam ordinariam delicti. Quinimò ne-
que Judge secularis procedere potest ad se-
questrum, nisi ei constiterit de crimine per
sententiam Judicis Ecclesiastici coram eo,
cum omni sollennitate exhibenda; nec sat
est delictum esse notorium, *Reg. de Mari-*
nis in observationib. ad decif. Reverter. 92.
num. 7. 8. & 9. lib. 1.

Sed exhibita coram Tribunalibus sæcularibus
sententia declaratoria, juxta formam supe-
rius traditam; an suffragetur Neapolitanis
Breve Julii III. ad confiscationem effugien-
dam scripsimus in nostra practicab. observ.
13. num. 12.

An hæreticus possit prævenire adversus instru-
mentum, videndus est *Anicbin. de prevent.*
cap. 6. qua. 3. qui nu. 26. concludit, quod ante
sententiam condemnatoriam non repella-
tur à præveniendo, nec ab agendo contra
suos debitores, *ex Curtio juniori conf. 2. nu.*
3. lib. 1.

S U M M A R I U M.

- 1 **T**estes examinari an possint in diebus
ferialibus, & an cogi possint.
- 2 **T**estes in causis criminalibus an exami-
nari possint in diebus feriatis ad honorem
Dei delato juramento in dictis diebus, nu. 3.
- 4 **C**onfessiones reorum an possint recipi in
diebus feriatis ad honorem Dei, & an in ra-
tificatione rei possint subjici questionibus in
dictis diebus in criminibus enormibus, *ibid.*
- 5 **S**ententia lata in Ecclesia, earumque ce-
meteriis an reddatur nulla. Et quid in pro-
cessu ibidem fabricato, *ibid.*
- 6 **E**t an Episcopi possint impartiri licen-
tiam sæcularibus Judicibus, ut examinent
testes, vel reum in Ecclesia. Et quid in cau-
sis civilibus num. 7. Et quid si examen sit
factum in Ecclesia, juramento tamen pre-
stito extra Ecclesiam num. 8.
- 9 **E**t quid in protestatione an possit fieri in
Ecclesia.
- 10 **E**t quid in contractibus initis, & celebra-
tis à laicis in Ecclesia an sustineantur.

- 11 **E**t an citatio verbatis possit fieri in Ec-
clesia.
- 12 **E**t quid in mandato factio configienti ad
Ecclesiam de se presentando coram Judice
pro causa criminali.

C A P U T XVIII.

Testes an possint examinari in
diebus feriatis ad honorem Dei
tam super criminibus; quam
in civilibus causis, & quid de
licentia Episcopi: Et quid ad
effectum examinandi vulnera-
tos, vel reos in Ecclesia existen-
tes, & an processus fabricatus,
& sententia prolata per Judices
sæculares in Ecclesia sustinea-
tur.

Anon. de Mattbeis in tract. de
probationib. cap. 7. num. 9. te-
statur de communi sententia,
quod testes examinari possunt
die feriato si velint; si tamen
nolint subdit, quod non possunt cogi, ex
quo contentiosa jurisdictio in eo die est pro-
hibita, *ex text. in l. actus 8. & in l. ultima, C.*
de feriis, & laudat Guid. Pap. Menocb. &
Fenzon.

Reg. Sanfelicius decif. 173. num. 6. tom. 2. com-
probat eandem sententiam, quod testes pos-
sunt recipi in causis criminalibus, in diebus
2 feriatis ad honorem Dei, delato etiam jura-
mento in dictis diebus, & adducit *Cavalcan.*
de brachio Regio, sic testantem de observan-
tia omnium Curiarum, cui nos addimus
Consil. de Altimar. de Nullitatib. rub. 13. qu.
8. num. 34. qui maximè hoc admittit in cau-
sis gravibus.

Hanc observantiam nos limitandam putavi-
mus in confessione rei in *observat. ad singul.*
3 nostri Genitoris 316. num. 4. ex *Guazz. &*
Bossio. Sed postmodum inveni Raynald. con-
trarium sustinentem in *observ. criminal. ad*
1. §. 9. num. 42. & 43. tom. 1. qui comprobat
stylum, & observantiam receptam tum ex-
aminandi testes in diebus feriatis, tum tor-
4 quendi nendum ipsos testes, sed in enormi-
bus

būs examinandi, & torquendi reos, placuit ejus verba tamquam satis punctualia hic transcribere: *Et cum in criminalibus videatur semper urgere necessitas, receptius est in tempore, etiam feriato in honorem Dei, ut dicit Guazz. reor. def. I 4.c.9.n.3. & Pafferin. loc. cit. n. 84. & non solum possunt examinari, sed etiam torqueri testes in die festo, ut dicunt Guazzin. & Pafferin. ubi proxime, imo in causis arduis, & enormibus possunt examinari, & torquori, etiam ipse rei, ut dicunt Guazzin. defens. 30. cap. 4. num. 29. Farinac. qu. 38. num. 107. & seq. Scial. de torqu. reis cap. 8. num. 24. ubi ait, quod die feriato potest torqueri insignis latro, & is, qui commisit homicidium appensatum, sacrilegium, raptum, & is, qui interrupt divina officia, & Caball. de omni gener. homicid. num. 577. & Catalan. de indul. cap. 37. num. 48. subdit hoc procedere ex interpretatione legis divinae, & ex Riceiull. inquit Capon. discept. 268. nu. 32. quod magis solidè confirmatur, & communis voto resolutum refert per Senatum Reg. Mattheus de regim. Regni Valentiae cap. 8. §. 6. a num. 30. ad 33.*

Major suboritur difficultas in processu fabricato in Ecclesia per Judices seculares an suffineatur, vel irritetur, & esse nullum processum, & sententiam latam in Ecclesia, earumque cemeteriis expressè fuit statutum per Concil. Lugdonense, de quo in cap. decet §. ordinarii de immunitate Ecclesiarum, sub hoc tenore verborum. *Et nibilominus processus Judicum secularium, ac specialiter prolatæ sententiae in eisdem locis omni careat robore firmitatis, quod esse quoque statutum de jure Regni nostri ex cap. Regni 96. testatur Consil. de Altimar. de Nullitatib. rubric. 9. qu. 31. num. 10. tom. I.*

Hæc adeo tuta, & firmiora censenda sunt; quod est prohibitum Episcopis, caterisque 6 Prælatis Ecclesiasticis licentiam impartiri secularibus Judicibus, ut examinent testes, vel aliquem reum in Ecclesia, sed talis licentia postulanda est à sede Apostolica, juxta declarationes Sacra Congregationis Immunitatis 2. Martii 1629. de quibus apud Pafferin. in Commentar. ad cit. cap. decet in §. ordinarii num. 21. & Raynald. observat. cap. I. §. 11. num. 17. & 18. tom. I. Verum, quod actus factus cum licentia Episcopi suffineatur, dixit Pignatell. consult. 122. n. 4.

Quæ licentia Episcopi neque suffragatur in cibilibus causis, in quibus si impartiatur li-

7 centia pro examinandis testibus in diebus festivis feriatis ad honorem Dei actus non sustinetur, etiam accidente consensu partis, ex textu in cap. ultim. de feriis, Reg. Marciān. disp. 24. num. 17. tom. I.

Fallit, quando examen fuit factum in Ecclesia, sed juramentum fuit prius delatum 8 extra Ecclesiam, quia examen trahitur ad tempus juramenti, ut post antiquiores Canonistas tradit Pafferin. in superius citatis locis n. 21. in princ.

Fallit secundo in protestatione, quæ cum non sit actus judicialis bene potest fieri in Ecclesia, ut tradit idem Pafferin. num. 23. accedit ex novissimis Authoribus Jo: Hieronym. de Irano de protestatione considerat. I 4. nu. 7. ubi Pilaja in addict. num. 3. quod procedere in omnibus actibus voluntariae jurisdictionis dixit Consil. de Altimar. de Nullitat. rubr. 9. qu. 31. num. 16. cum cesset ratio finalis prohibitionis, de qua in d. cap. decet.

Ex eadem decidendi ratione, contractus in Ecclesia initi, & celebrati, etiam à laicis repudiatur validi, ut communiter DD. apud eundem Pafferinum num. 24. sed quod neque contractus à laicis fieri possint in Ecclesia, nisi ad opus pium, tamen sustinentur si de facto fiant, ut resolvit Sperell. decis. 51. num. 22. quem laudat Consil. de Altimar. in cit. qu. 31. num. 15. accedit videndus Raynald. observat. cap. I. §. 11. num. 7. 8. & 9. to. I.

Restat tractandum, an citatio verbalis possit 11 fieri in Ecclesia, videndum est Borrelus in summ. decis. tit. 44. de citat. n. 74. & 75. tom. I. sed de recepta opinione citandi in Ecclesia testatur Cardinalis de Luca laudatus à Rever. de Luca in meliorat. ad resol. 44. Reg. de Marinis lib. I. Sed quod hæc sententia sit intelligenda de citatione ad comparendum per Procuratorem, non de citatione, ut compareat personaliter, quia tunc violaretur immunitas Ecclesiæ, à qua citatus cogereatur exire, ut perpendit Baron. de citat. qu. 42. n. 28. tom. I.

Hinc fit, quod mandatum injunctum confungi ad Ecclesiam de se præsentando pro 12 causa criminali sustineri non potest, cum contineat realem, & non verbalem citationem, Reg. de Marinis lib. I. suar. resolut. cap. 44. cum quo concurrit Reg. Rosa in præc. decretor. cap. 4. nu. 12. lib. I. quicquid in contrarium dixerit Reg. Sanfelic. dec. 141. lib.

An, & quando, & in quibus casibus testes examinati possint in diebus feriatis, & exami-

Tractatus Criminalis Analyticus. 65

nati quando probent, adeundus est Farsi
nac. qu. 30. opposit. 36. à n. 58. ad 59.

S U M M A R I U M.

- 1 **T**estes inimici inimicitia capitali, an repellantur in totum. Et quid in causis civilibus num. 2. Et quæ sit causa inimicitiae gravis, vel capitalis ex Antonio de Matthæis, & Reg. Mattheu, quorum verba transcribuntur num. 3.
- 4 **T**estis inimicitia non sufficit ut allegetur sed probanda est causa gravis procedens eodio privato.
- 5 **T**estium inimicitia ut sit capitalis, nec ne valde interest, nemus quoad probationem, sed etiam quoad causas civiles, & criminales.
- 6 **T**estis inimicus non capitalis non admittitur ad probationem faciendam, sed bene ad probandum indicia etiam in delictis exceptis ex Crufio de indicis, cujus verba inseruntur num. 7.
- 7 **T**estis inimicus non capitalis probat in civilibus, licet non sit omni exceptione major.
- 8 **T**estis inimicus, qui repellitur à testificando contra principalem, repellitur quoque contra auxiliatorem.
- 9 **T**estis, vel Judicis capitalis inimicitia non sufficit si allegetur in genere, sed opus est, ut in specie proponatur, & probetur, quod confirmatur per pragm. 15. in §. 15. de suspicion. num. 11.
- 10 **I**nimicitia capitalis am oriatur ex injuriis verbalibus.
- 11 **I**nimicitia capitalis refutat ex omni causa, quæ tangit honorem.
- 12 **I**nimicitia capitalis oritur ex depositione facta contra aliquem in causa criminali.
- 13 **I**nimicitia capitalis insurgit ex lite bonorum.
- 14 **E**t quid in controversia de praecedentia ex causa dignitatis.
- 15 **J**udex an recusari possit uti suspectus ex contentione literaria orta inter duos Autborens scribentes, & contendentes pro tritione alicujus scholæ, nempe inter scholam Peripateticam, & modernam Chartistanam, si contentio degeneraverit in injuriis, & contumelias; refertur casus novissime decisus per Collat. Conf. num. 18.
- 16 **I**nimicitia an presumatur durare usque ad quartum gradum; & quid respectu inimicitiae orientis ex causa litis.

- 20 **J**udicis recusatio ex causa inimicitiae in linea descendenti, & ascendi extendor usque ad infinitum, & de ratione num. 21.
- 21 **I**nimicitia ad hoc, ut sat sit ad testem repellendum, vel Judicem recusandum requiritur, ut non sit à partibus procurata, vel affectata.

C A P U T XIX.

Testes inimici an probent contra inimicum, & an admittantur ad convincendum, vel ad faciendum indicium, quando inimicitia est capitalis, & an in criminalibus exceptis inimicus à testimonio repellatur; & an sufficiat allegare inimicitiam in genere, tam contra testes, quam contra Judices recusatos uti suspectos; & enumerantur casus, in quibus insurgit capitalis inimicitia, & usque ad quem gradum presumatur, durare capitalis inimicitia.

- 1 **I**Nimicitiam capitalem in totum repellere testem, cavetur in Novell. 70. c. 7. Sed ob non capitalem inimicitiam, quod non repellatur in totum, sed admittatur, salvis exceptionibus, ex Anton. de Matthæis ad lib. 48. tit. 15. cap. 2. num. 9. advertit Brunneman. de process. crimin. cap. 8. memb. 2. de delicti probat. num. 21. vers. inimicitia. Verum Anton. de Matthæis in cit. loco refert distinctionem traditam à
- 2 Doctoribus inter causas civiles, & criminales, quam non sequitur cum leges non distinguant, & discrimen traditum inter inimicitias capitales, & non capitales, cautius esse, ut remittatur ad Judicis arbitrium, ad hoc ut decernat qualis inimicitia ad repellendum testem sufficiat.
- 3 Concordant scripta per eundem Autborem in tract. de probat. cap. 5. num. 80. vers. quod autem, ubi perpendit, quæ sit causa gravis, & quæ capitalis, ibi: **Q**uod autem ad inimicos, si gra-

si gravis sit inimicitia admitti non possunt.
*Gravis est sine dubio, quæ spirat, nihil aliud quam vindictam, & sanguinem. Reward. s. variar. 15. i. m. & si non spirat, si tamen causa sit capitalis vix auditur inimicus, & quod dicit, vix fidem habet, et si inter tormenta dicat, & quamvis ejus culpa, qui excipit de inimicitia, inimicitia contracta sit, cap. sicut & seq. extr. de Simon. cap. quoties extr. de testib. Lantr. van Jutlant lib. 1. cap. 1. Felin. ad cap. cum oporteat extr. de accus. Boss. tit. de inquis. num. 52. Bouric. captiv. cap. 5. num. 57. & seq. Etiam gravis est haud dubie, quæ orta ex controversia de universa substantia; nam & causa hæc capitalis, & cum pecuniae sunt loco sanguinis, capitali equiparatur, nov. 90. cap. 7. Gloss. ad l. adv. C. de adv. div. jud. Matthæi de Afflict. dec. 24. num. 4. Menoch. 2. arbitr. 110. Bald. ad l. parentes, C. de testib. Cravett. conf. 31. num. 3. vers. & in terminis, & conf. 75. nu. 1. Thesaur. decif. 61. num. 4. Verum ut capitalis potest tamen, & inimicus ad testimonium admitti, si utrique litigantium cum constet inimicum. Nam ut ratio affectionis, si par utrinque, & equalis, prorsus testimoniū non rejicit, ita nec par odium, Farin. tract. de testib. qu. 53. num. 66. Gomez. 3. resol. 12. nu. 14. Carpzov. 1. def. for. 16. def. 56. cum theorica ejusd. Ant. de Matth. ad lib. 48. fff. concordat Reg. Mattheu de re crim. controversial. 76. à num. 19. ad 22. ubi quod non sufficit excepti pere de testis inimicitia, sed probanda est causa gravis procedens ex odio privato, itaut arbitrio Iudicis repositum videtur, quanta fides adhibenda sit talibus testibus verba Authoris: *Sed non sufficit dicere, testimoniū inimicum esse, sed probare cum causa gravi precedente ex odio privato, sic limitant Farin. d. qu. 52. Decian. lib. 3. cap. 25. nu. 28. Anton. Mittb. d. num. 9. ex nostris tribus Anton. Gomez. lib. 3. variar. cap. 12. num. 14. Gutierrez d. qu. 76. num. 5. Larrea d. alleg. 48. num. 42. & 43. & Dominus Solorzano d. lib. 4. cap. 6. num. 12. itaut arbitrio Iudicis remittatur, quanta fides adhibenda testibus sit, quod explicant Farin. Anton. Matth. & cæteri proximè laudati, præsertim quando constat, quod odium oritur ex eodem crimen, de quo agitur, qui per hoc nullus testis excluditur, quia ex causa privata, & non publica oriri debet, ut notat Farinac. ibidem num. 21.**

Prætermittendum non erit, quod satis profi-

cua redditur distinctio inter inimicitias capitales, & non capitales, nedium quoad gradum probationis, sed quoad causas civiles, & criminales.

Quoad gradum probationis animadvertere oportet, quod testes inimici etsi non faciant plenam probationem, faciunt tamen indicium ad questionem inferendam, quod tamen est declarandum, non praescribere sibi locum in testibus, quibus objicitur capitalis inimicitia, audiantur verba *Crusu de indit. delict. par. 1. cap. 78. num. 1. & 2. Inimicum testimoniū indicium questioni facere tradit Bajard. ad Clar. qu. 24. nu. 22. quam sententiam intelligendam esse ait Farin. lib. 2. de test. tit. 6. qu. 53. de inimico non capitali, quoniam capitalis hostis dictum, sit omnis fidei expers, nec probationem, indicium, nec presumptiōnem producat, Bald. conf. 36. lib. 4. Crav. conf. 9. num. 5. Menoch. de arbitr. jud. lib. 1. qu. 28. num. 5. Boss. de inquis. nu. 52. Carol. de Graff. de except. cap. 24. num. 18. nisi Iudex circa inquisitionem generalem formandam occuparetur, quo casu inimici testimonium admitti posse, refert Boss. d. loc. num. 52. Menoch. de presumpt. 1. qu. 158. num. 13. Et demum cit. Author num. 16. hanc conclusionem admittit etiam in delictis exceptis, in quibus quoque inimicus à testimonio repellitur; quare subdit hæc verba: *Sed hæc quantum ad probationem inferendam, secus ad indicia, de quibus inimicus deponit, & fidem ceteris paribus facit, ex Cravet. conf. 99. num. 10. Alexand. conf. 94. lib. 6. Corn. conf. 172. num. 20. lib. 2. Dec. conf. 85. num. 20.**

Et in istis terminis, & cum hac distinctione intelligenda est doctrina Andreæ Foller. & Jo: Anton. de Nigris, quos laudavimus in nostris observ. ad singul. 391. nostri Genitoris num. 1. & 2.

In civilibus siquidem testis inimicus non capi-
8 talis probat, licet non sit omni exceptione major, Cyriac. controv. 409. num. 72. & 73. Imbrian. de repulsa considerat. 4. num. 14. & 15. & 16. Baron. de effect. inimicitæ effect. 113. num. 70. & 71. ubi quod in criminalibus levis sufficit inimicitia.

Restat animadvertere, quod testis inimicus, qui repellitur à testificando contra principalem, repellitur etiam à dicendo testimonium contra auxiliatorem, contra quem minus probat, ut per Alessand. conf. 99. n. 4. post princip. vers. præterea iste testis lib. 1. Marsili. conf. 49. nu. 42. Vermigliol. conf. 341. n. 1. & 2.

Illud

Tractatus Criminalis Analyticus. 67

Illud denique non erit omittendum, quod non sufficit inimicitiam in genere allegare tam 10 contra Judicem, quam contra testes, sed necesse est, quod in specie allegetur, & probetur talis causa, quæ inducat capitalem inimicitiam, ut post Thom. Gram. Carrer. & alios satis bene Decian. lib. 3. cap. 25. nu. 30. accedit Berart. in specul. Visitat. cap. 6. num. 56. in fine, ex regnicalis Reg. de Marinis in obseruat. ad decif. Revert. 456. num. 2. tom. 2. Reg. Petra sup. rit. 265. num. 161.

Quod in Regno confirmatum habemus respectu recusationis Judicis per prag. 15. in §. 15. t1 de suspicion. ibi: Allegandosi alcuno Giudice per sospetto per causa d'inimicitia, non si riceva la petitione di tale recusatione, se non si esprima in essa distintamente la specie della inimicitia.

Allegandæ igitur sunt, & postmodum discutiendæ, & probandæ cause, quæ inducunt inimicitiam capitalem, vel non capitalem, & inter causas inducentes capitalem inimicitiam, sequentes numerandas duximus.

Prima insurgit ex injuriis necrum realibus, sed 12 etiam verbalibus, ex text. in l. 1. §. contumelia, & l. item apud Labeonem, §. ait Praetor, ff. de injur. Marsil. conf. 3. n. 28. Jason in l. procurator, ff. de procur. Rimini. conf. 21 l. n. 42. Rol. à Vall. conf. 24. n. 38. Bajard. ad Clar. qu. 24. n. 31. cum aliis adductis per Reg. Capyc. Latr. consule. 101. num. 10. & 11.

Secunda est causa, quæ tangit honorem, omnis causa, quæ tangit honorem capitalis di- 13 citur, Parex. de univers. instrument. edition. tract. 10. resolut. 4. n. 5.

Tertia causa inimicitæ capitalis oritur ex de- positione facta contra aliquem in causa cri- 14 minali, ex cap. 1. de recusation. Reg. Rosa in prasc. crimin. par. I. cap. 1. num. 69. vers. ex te- stimonio, ex cumulatis per Baron. de effectib. inimicitæ effect. 113. num. 66. ubi num. 67. limitat in depositione coacte facta, tamen talis testis non est omni exceptione major, & de hoc dicam in sequenti questione.

Quarta oritur ex lite bonorum, ex qua etiam infertur injuria, nam inimicitia contrahitur, 15 nedum ex injuriis, quæ fiunt in corpus, vel in Yamam, sed etiam in bonis, in quibus lis movetur, Tiber. Decian. lib. 3. cap. 25. nu. 38. & 56. ubi tradit., hanc inimicitiam ex lite bonorum orientem non appellari à DD. capitalem, sed quasi capitalem, accedit Fontanell. decif. 14. num. 25. & 26. & ex Regnicalis Reg. Rev. sup. prag. 1. de suspic. n. 22.

Et inter has lites numeratur controversia de præcedentia ex causa dignitatis, Reg. de 16 Ponte decif. 30. quem laudat Reg. Rovio. su- per pragm. 1. de suspicion. num. 22. & decif. 80. Reg. Petr. super rit. 265. num. 128. tom. 2. & super rit. 265. num. 165. tom. 3. Conf. Rocc. de offic. rubric. 7. num. 2. de Official. supernumer. & nos numeramus contentionem literariam inter Authores scribentes, & contendentes super doctrinæ excellentia, maxi- mè si contentio literaria degeneraverit in injurias, & contumelias; quemadmodum 17 accidit in differentiis illis literariis annis præteritis agitatis inter nunc Consiliarium D. Constantimum Grimaldi, & Rev. P. Joannem Baptistam de Benedictis Societatis Jesu super firmitatem veteris Philosophiae Scholæ Peripateticæ, & modernæ Chartesianæ; si quidem pro tuitione Scholæ Peripateticæ Aristotelis arma sumpsit dictus Rev. P. de Benedictis, in contrarium pro neotericis Chartesianis prodiit in aciem Dom. Grimaldus, qui in suis opusculis typis traditis con- futare nixus fuit eundem de Benedictis, contra quem cum nedum acribus contumeliis inveherit, sed obtrectaverit conspi- cuam Religionem Societatis Jesu, contra quam publicare ausus fuit decretum facul- tatis Sorbonicæ olim latum in ejusdem con- tumeliam. Ex quibus PP. conquesti apud Proregem recusaverunt uti suspectum eun- dem Reg. Consiliarium ad hoc ut in omni- bus Religionis causis non interveniret, & ita 18 bis per Collat. Conf. valde discussio, & tru- tinato negotio, fuit determinatum sub die 14. Decembris 1710. & sub die 17. Decem- bris anni 1711. votantibus dignissimis Re- gentibus Reg. Cancellariam D. Nicolao Ga- scon Marchione Acerni Decano, D. Osta- vio de Gaeta Duce S. Nicolai, D. Carolo Antonio de Rosa Marchione Villarosæ, D. Gaetano Argento, nunc dignissimo Præsi- de Sac. Reg. Conf. D. Petro Jacobo Rubino, tunc Præside S. R. C. & D. Comite D. Joseph Bolagno tunc Locumtenente Reg. Cameræ, & nunc Regente in Supremo Italiae Consil. De hoc decreto memores fuimus in nostra animadver. 388. à num. 63. ad 69. ubi ple- nius differuimus de decidendi rationibus. Ampliatur, ut hæc inimicitia præsumatur du- 19 rare usque ad quartum gradum agnatio- nis, Tiber. Decian. cit. loc. num. 67. plenè Bar- ron. de effect. inimicitæ effect. 113. num. 46. qui num. 45. firmavit, quod consanguinei ini-

inimici mei repelluntur à ferendo testimonium, tam si consanguinitas venit ex linea ascendentia, quam ex linea transversali, de quo alibi dicam.

Veram aliter statutum est in Regno respectu inimicitiae orientis ex causa litis per pragm. 15. in §. 10. de suspic. official. per quam statutum fuit, ut inimicitia oriens ex causa litis sit causa recusationis inter ipsosmet litigatores, nisi lis fuerit magni momenti, taliter quod inducat inimicitiam capitalem, quia tunc transit causa inimicitiae ad proximos, & immediatos successores ab intestato venientes eorundem litigantium, & ad ceteros coniunctos existentes in secundo gradu, sed extenditur usque ad quartum gradum consanguinitatis, & tertium affinitatis, inimicitia, quae oritur ex causis totam familiam laudentibus.

Hec tamen intelligenda erederem in linea collateralis, quia in linea descendenti, & ascendenti suspicio fundata in causa inimicitiae, extenditur usque in infinitum, ex Reg. Rovit. super pragm. 1. de suspic. num. 22. Ratio est, quia in linea descendenti non datur gradus, sed ordo successionis, ex text. in §. 1. insit. de nupt. Affict. de success. foud. in cap. 1. num. 20. fol. mibi 104. ubi quod addid in linea descendenti non considerantur gradus, quod si Adam viveret, non reparet uxorem.

Requiritur tamen, ut inimicitia non sit affectata, tam in personam Judicis, quam in personam testis; quia si causa inimicitiae esset a partibus affectata, & procurata; tanquam in fraudem non obstaret, ut per doctrinam Bart. & aliorum gravissimorum Authorum Reg. Rovit. super pragm. 1. de suspic. num. 25. qui addimus Baron. de effectib. minic. effect. 113. num. 11. & 17. plenè Imbrian. de repulsa considerat. 4. num. 45. Reg. Petri super rit. 284. num. 29. ubi quod habetur pro affectata recusatio proposita illa matre, qua erat decidenda causa, & ita decisum testatur plenissime Farinac. de testib. qd. 53. num. 64. ubi testatur de communi, & ex hac communi traditione reficitur regula illa, quod inimicitia repellit Judicem, & testimoniem, quamvis inimicitia oriatur ex facto recusantis Judicem, vel repulsantis testimoniem, quia semper hoc intelligitur, nisi inimicitia esset affectata, Mascard. de probat. conclus. 855. num. 54. Decian. lib. 3. cap. 25. num. 16. respectu Judicis recusationis ultra juris

communis dispositionem, quae videtur fratre dispositione textus in l. 2. S. si mihi ff. si quis cautionibus, habemus dispositionem pragm. 19. de suspic., ubi nos plenè in nostris practicab. observat. 79. per totum.

Cetera de inimicitia capitali, & illius reconciliatione differenda erunt in sequenti Cap.

S U M M A R I U M.

- 1 **T**estes de visu deponentes si fuerint repulsi, an sit locus tortura ex depositione eatorum testimoniis de fama, qui non fuerunt repulsi, Refertur causa decisus pro tortura, juxta opinionem Grammatici, n. 2.
- 3 **T**estes repulsi non faciunt indicium ad torturam, constito de qualitate inquisiti, vel probato quolibet indicio ad rei favorem.
- 4 **T**estes deponentes de fama si fuerint repulsi una cum testibus de visu, an sit locus torturae juxta opinionem Grammatici.
- 5 Repulsa ex capite inimicitia capitalis totam fidem testimoni prosternit, n. 6.
- 7 **T**estes de visu deponentes repulsi ex capite inimicitiae capitalis, nec ad inquirendum indicium faciunt.
- 8 **T**estis, qui dicit esse inimicum, coniugium, vel familiarem partis, an possit per Iudicem repici ex officio.
- 9 Et quid si testis ex abrupto, & affectata, nella precedente Iudicis interrogazione hoc afferat.
- 10 **T**estimoniam qualitas est inquirenda in Tribunali Sanctae Inquisitionis ad hoc, ut inquisitor certificari possit de inimicitia testimoniis, cum in hoc potissimum consistat reorum defensio, & afferuntur verba Francisci Pegnae, num. 11.
- 12 **T**estis, & Iudicis inimicitia, si fuerit reconciliata, an admittantur, & que sint signa reconciliationis, ibidem.
- 13 **T**estis idoneus non erit inimicus in causis criminalibus, non obstante reconciliatione.
- 14 Inimicitiae reconciliatione inducitur per litteras missivas, & ita decisum afferatur per Sac. Conf.
- 15 Inimicitiae reconciliatione an inducatur eod comparitione coram Iudice inimico. Et quid si post securam reconciliationem subsequatur nova causa inimicitiae n. 16.
- 17 Inimicitiae reconciliatione; nedum in testibus, sed in Iudicibus ati suspedis recusatis est metienda juxta mores hominum, pa-

pt.

Tractatus Criminalis Analyticus. 69

- putorum, & nationum, qui plus, & minus
sunt rigidi excrucatores excitationis.
- 18 Referuntur verba eruditii Germani.
- 19 Testes inimici consanguinei usque ad
quartum gradum an admittentur in testes.
- 20 Testis, vel Iudicis inimicitia quandiu du-
rare presumatur.
- 21 Repulsa non datur in criminibus Maje-
statis Divina, vel humana, in crimen
Blasphemie, in crimen Sodomie, & in re-
perio in fraganti crimen, n. 22. 23. & 24.
- 22 Repulsa, quando fit ob crimina, non suffi-
cit, quod fiat genericè, sed crimina sunt ar-
ticulanda, & probanda.
- 23 Repulsa petens tenetur speciem repul-
sa declarare, parte instante. Et quid in pe-
nitente editionem instrumenti ad finem ihid
redarguendi de falso, an teneatur declarare
in qua parte velis instrumentum de falso
redarguere, n. n. 27.
- 24 Repulsa an sit concedenda in casis summa-
riissimis; & quid in judicio summario nove
conventionis, satisfactionis, & exequitionis
in bonis alienis.
- 25 Terminus ad impugnandum an sit conce-
ndendus in possessorio summarissimo.
- 26 Repulsa an sit concedenda, vel denegan-
da, quando pars, qua produxit examen, re-
pudiatur testium depositis infra dies octo
à die publicationis.
- 27 Reprobari, & repulsi an possint testes
apodicarii tanquam ab utraque parte ap-
probati; & quid in testibus rogatis, ut in-
terveniant in testamentis.

C A P U T XX.

An existentibus testibus de visu,
& illis repulsatis, & superexi-
stentibus aliis testibus de fama
non repulsatis, sit locus tortu-
ræ, vel pœnæ extraordinariæ,
& quid existente repulsa ex
causa inimicitæ capitalis, &
quid inimicitia reconciliata. Et
an tacita reconciliatio induca-
tur per literas missivas, & ex
comparitione coram Judice su-
specto; Et quid si post secutam
reconciliationem subsequatur no-
va causa inimicitæ, & de cæte-
ris ad repulsa pertinentibus.

Ffirmativam sententiam pro tor-
tura nervosè tuetur Gramma-
tic. decif. 11. & conf. 32. n. 13. 14.
& 15. & conf. 70. n. 10. Marant.
in special. par. 6. n. n. 329. act. 2. &
secundum Grammatic. opinionem habemus
determinationem Collateralis Consilii apud
Tber. in Cod. rer. iudicatar. cas. 12. à n. 1. ad 9.
in qua facti specie reperiebatur quidam in-
quisitus in Regia Audientia Calabriæ Citra
de vulnere illato in faciem cuiusdam cum
deformitate, & cicatrice, & delictum con-
statbat per depositionem unius testis de visu
jam repulsi in defensionibus, & per alios
de fama, cumque dubitatum extitisset in
Regia Audientia de poena, Domini Audi-
tores non fuerunt concordes in decernen-
do; nam Commissarius fuit voti pro tri-
mibus, alter pro exilio, & tertius pro tortu-
ra, factaque relatione D. Proregi ob voto-
rum scissuram, mandavit Collaterale Con-
silium esse executioni demandandum vo-
tum torturæ, ut ex actis penes Villanum
concordat alia decisio apud eundem Tber.
in compend. decision. par. 1. ver. tortura de ius-
re communis fol. 155. & 156.

Contrariam sententiam amplexus fuit Far-
mac. conf. 193. nam. 66. tom. 2. ubi testatur de
communi, & veriori opinione, & hanc com-

3 munem, & verlorem opinionem probavit *Francisc. Vivius lib. 3. commun. opin. opin. 925. à nu. 7. ad 9.* ubi refellit *Grammatic.*, & dicit testes repulsatos non facere præsumptionem, nec indicium ullum ad torturam, quam sententiam profitetur tutissimam, & sacrosanctissimam, maximè constito de bona qualitate inquisiti, vel probato quolibet indicio ad rei favorem, non obstante quod concurreret mala fama inquisiti; & proindè monet *nu. 9.* nunquam omittendam esse repulsam testium tamquam speciem defensionis.

Sustentabilis nihilominus videtur opinio Grammatici In simplici repulsa, prout loquitur; non autem in repulsa ex capite inimicitiae, & similiter opinio Grammatici non vindicat sibi locum, quando testes de fama deponentes essent similiter repulsi juxta cat-
4 telam per nos traditam eum auctoritate *Follerii in observat. ad singul. nostri Genitoris 391. n. 1. § 2.* & plenius in *qu.*

Ratio cur opinio Grammatici non potest prescribere sibi locum in repulsa ex capite inimicitiae capitalis illa est; quia talis repulsa totam fidem testium prosternit, ita quod nullū superesse potest indicium pro tortura juxta tradita per eruditissimum *Crusium de process. indiciorum criminalium par. 4. cap. 30.* ad secundum *nu. 4. fol. 175.* cuius verba hic subiecta duximus ad hoc, ut non incidamus in crimen plagiatus ex mutuatis Authoris verbis, verba Authoris: *Praterea quanquam testes alias inepti, & inhabiles, ut minimum indicia delictorum præbent, ut Iudex ad questionem rigorosam possit descendere per notissima, tanta tamen est inimici inhabilitas, & imbecillitas, ut ne umbra fidei, vel credulitatis inducat, Mirfil. conf. 15. n. 6. Cravet. conf. 9. n. 6. Bald. conf. 36. lib. 2. 4. Menoch. de arbitr. queſt. lib. 1. qu. 28. n. 5. Bertazol. conf. 8. n. 44. Bursat. conf. 20. lib. 1. binc. inimici depositio, nedum indicium suggerit ad inquirendum, Boff. in cit. tract. crimin. de inquisit. n. 52. Farinac. præcitat. ibi amplia 10., in tantum inimicum repetiti a testimoniis ferendo, ut si pars citata ad vindendum examinari testes opponat de inimicitia, offeratque se in continentia illam probaturum, differetur examen, nec testes recipiuntur, nisi prius fuerit judicatum de inimicitia, quando causa est criminalis.*

Hanc praxim traditam per *Crusium* superfedendi in receptione testium par. prom-

6 ptuariam probationem inimicitiae in Regno receptam habemus tantummodo in exceptione capitalis inimicitiae, ut decisum legimus apud *Grammaticum decis. 86.* & apud *Rég. Sanfelic. decis. 174. tom. 2.* quos laudavimus in *observat. ad sing. 391. num.* & plenius diximus *cap. 11. n. 18. v. bæc tamen,* quibus nunc addimus, quod testes etiam de visu deponentes de delicto, si fuerint repulsi ex capitalibus inimicitiis, nec ad inquirendum indicium faciunt, *Imbrian. de repulsa considerat. 5. n. 17. par. 1.*

Quam praxim servandam credimus nedum in casu, in quo reus offerat incontinenti se probaturum inimicitiam. Sed etiam si testis in 8 sua depositione diceret se inimicum, coniunctum, vel familiarem partis, quia Judex poterit tales testes repellere, quamvis a parte nihil fuerit oppositum, ut considerat *Vivius decis. 235. n. 14. § 15.*

Verum in hoc animadvertere oportet, quod si testis ex abrupto, & affectate, nulla praecedente Judicis, vel adversarii interrogatione inimicum capitalem se profiteatur, vel alia exceptione, vel infamia laborare afferat; hoc casu ejus dicto standum non esset, dura argueretur suspicio, quod velit sub hoc figimento reo morem gerere, & se à testimonio subtrahere juxta singulariter perpenſa per *Iul. Cesar. Imbrian. de repulsa considerat. 6. & n. 69. ad 72. par. 1.* ubi quod regulariter credendum omnino est assentienti se infamem; & de inimicitia affectata tam in personam Iudicis, quam in personam testis diximus in *qu. præced. versic. Requiritur.*

Meritò igitur inolevit praxis in Tribunali Sanctæ Inquisitionis interrogandi ex officio de inimicitia tam ipsos testes, quam inquisitos, diligenter inquirendo super hoc ut Inquisitor certificari possit de inimicitia testium, ut plenè habetur apud *Farinac. de bæresi qu. 188. §. 6. n. 106.* & de circumstantiis, de quibus rei sunt interrogandi in suis constitutis adeundus est *Tiber. Decian. lib. 5. cap. 35. nu. 10.* ubi subdit rationem, qua praxis subnixa videtur, Ibi: *Etiam testium dicta in hoc crimine non pandantur, ideo debet Iudex ex officio inquirere de qualitate testium, quia inquisitus de tali qualitate divinare non potest, ut per *Felin. in cap. cum & an 7. de re judic. Boer. decis. 321. n. 4.* Et quod hoc interrogatorium de inimicitia testium sit sèpius inculcandum, & repetendum; cum in hoc potissima reorum defensio consistere videatur,*

Tractatus Criminalis Analyticus.

71

tur, monet Francisc. Pegna in praxi inquisit. c. 31. obseruat. 2. nu. 4. par. 2. post Caren. in 11 tract. de Sanctiss. Inquisit. cuius verba hic subnecienda duximus: *In hoc tamen foro, in quo potissima, & frequentissima reorum defensio consistere solet in odio, & inimicitia capitali, quam rei opponere consueverunt testibus contra se deponentibus, hoc interrogatorium de odio, & inimicitia capitali, tanquam ad causam maxime pertinens, scèpè repetendum est, & toties testibus inculcandum, quoties reus causam dederit, allegando scilicet odium, & inimicitiam capitalem, & conspirationem contra se initam, & deducet am ex causis sufficientibus ad repellendum testes, de quibus in directorio copiosè dictum fuit, Speculator tit. de test. §. 6. de interrogat. num. 19. vers. cauteat tamen Judex, in directorio inquisit. par. 3. q. 67. comment. 116. ubi recententur cause unde oritur inimicitia capitalis.*

Difficultas subingredi potest, quando inimicitia fuerit reconciliata, & reconciliationis novum signa ponuntur per Viv. decis. 330. ubi num. 3. habetur, quod reconciliatio inducitur per litteras missivas; verum nulla inducitur reconciliatio ex perfunctoriis reconciliationibus, nempe ex signis generalibus, & dubiis, scilicet salutationibus, visitationibus, & aliis actibus socialibus, quia dicti actus fiunt honestatis causa, ut bene explicat Farin. conf. 98 lib. 1. nu. 4. & 12., quem sequitur Vermigl. conf. 363. ubi num. 7. advertit, quod existente inimicitia capitali, requiritur, quod reconciliatio non sit de recenti, sed longo tempore confirmata per lapsum triennii, vel ex aliis circumstantiis arbitrio Judicis perpendidis; accedit Grasser. de nece prodit. §. 13. à nu. 1. ad 3. fol. 169. Verum quacunque reconciliatione non obstante, adhuc inimicus reconciliatus non erit idoneus testis 13 in causis criminalibus, ex traditis per Camill. Borrell. in sum. decision. tit. 15. de testium reprob. n. 316. tom. 2. Baron. de effect. inimi- cit. effect. 113. n. 89.

Adeò verum est, quod reconciliatio inducitur per litteras missivas, ut supra diximus, quod 14 ita fuit decisum per S. Conf. sub die 16. Junii 1681. in recusatione proposita per Marchionem Latiane in personam Reg. D. Trojani Miroballi Ducis Campimellis, & fuit dictum, quod interveniat post reconciliationem subsequentam per litteras missivas cum dicto Regente, non obstante suspicione prius

declarata in personam Reg. Antonii Miroballi Soceri dicti Ducis ex causa inimicitiae contractæ cum Principe Schenzani, & Andrea Imperiale, de qua nos in obseruat. ad singul. 388. n. . .

Insuper inducit tacita reconciliatio ex comparitione coram Iudice suspecto ex capite inimicitiae, Reg. de Pont. conf. 99. nu. 16., quia 15 consensus in Iudicem inimicum est vehe mens præsumptio reconciliationis cum Iudice, Reg. Rovit. conf. 19. nu. 4. tom. 1. Consil. de Altimar. in obseruat. ad consil. 2. ejusdem Reg. Rovit. à nu. 11. ad 14. tom. 3. ubi subdit, quod tacita reconciliatio, quæ arguitur per consensum in Iudicem, non procedit, quando tacita reconciliatio, prætenderetur inducta per comparitionem procuratoris coram Iudice suspecto, ex Lancellotto, & Farinac. ab eo laudatis. Verum in Regno respectu inimicitiae contractæ, & reconciliatæ cum principali inimico, & ipso Iudice, adhuc dubitandum crederem, attenta dispositio ne pragm. 15. in §. 15. de suspicion., nam dum per d. pragm. fuit sublata reconciliatio expressa cum principalibus; cur assèverandum erit sufficere debere tacitam reconciliationem inductam per comparitionem, & consensum coram Iudice præstitum? ad tradita per Reg. Rovit. super dict. pragm. 15. n. 20.

Illud obliiscendum non erit, quod si post sequentiam reconciliationem subsequatur nova 16 aliqua causa inimicitiae, tollitur reconciliatio per causam inimicitiae subsequentem, ut ex Riminald. conf. 724. nu. 33. & Farinac. de testib. qu. 53. nu. 60. & Testay allegat. 7. num. 107. docet Baron. de effect. inimicit. effect. 113. nu. 79. & 80. Consil. de Altimar. in obseruat. ad cit. conf. 2. Reg. Rovit. n. 17. tom. 3.

Ulterius perpendendum erit in hac reconciliationis materia illud, quod tangit mores 17 inimici reconciliati, & ejus Nationem, quam aliquando interest scire, juxta text. in l. 31. §. 21. ff. de ædilit. edict. , & juxta monitum. 18 Feltman. de jur. perborrescentia cap. 5. disp. 2. n. 27. ubi per sequentia notabilia verba loquitur: *Interest & scire nationem, ut loquitur I.C. in l. 31. §. 21. ff. de edilit. edict. quare sicut Merula d. cap. 4. nu. 12. tradit quod Ital. & Siculis id linquere debeamus solis; posse eum rejici ut suspectum, cum quo inimicitiae reconciliatio intervenerit, ita, & hoc ad eas gentes, populosque relegemus, qui molestissimi civilitatis morum sunt exactores, & existimationi suæ nimis care pretium sta tuunt,*

tuunt, dissimulare autem nolo, quod et si posteaquam reconciliatio intervenit, burrire non definas, & nihil nisi simulationem deprehendas in eo homine, eum ejerare possis, cum inter mortales longa sit differentia, & ingenii, & institutionis, argum. l. 3. i. 1. ff. de solutione. de quo superior cognoscetur, argum. l. 1. ff. de iur. delib. qui advertet non tantum ad ejus mores, sed examinabit, an reconciliatio novae sit facta necne, Farin. in fragm. erimin. par. 2. vers. Index n. 866.

Postremò animadvertere oportet, quod nēdum principales inimici repelluntur à feren-
tia 19 do testimonium contra suos inimicos, sed etiam illorum consanguinei, qui sunt de sanguine inimicorum usque ad quartum gradum inclusivè, per doctrinam Baldi re-
latam per *Contrad. de officio Praetoris singulariter docet ex Regnicolis Novar. in forens. qu. 134. n. 7. par. 1.* videndum est *Reg. de Martinis in observat. ad Reverter. decif. 456. à n. 10. ad 15.* loquens in materia recusationis. Et quod testibus de agnatione offensi credendum non sit contra offendentem, plenif-
simè *Giurb. conf. crimin. 37. n. 33.*

Et quando inimicitia præsumatur durare usque ad quartum gradum, vel extendatur
20 usque ad infinitum diximus in *qu. 19. nu. 20. vers. hæc tamen.*

Consentaneum est hīc recensere causas, in quibus testium repulsa non admittitur tūm in criminalibus, tūm in civilibus causis.

Primus casus est in criminibus Majestatis di-
vinæ, vel humanæ, in quibus testium repro-
21 bationi locus non datur, ut in *c. fidei*, & *c. accusatus de heret.* in 6. & in *l. famosi*, & in *l. questione* in 6., & in *l. de minore ff. de quest.* ubi communiter DD., plenè *Imbrian. de repulsa considerat. 3. à nu. 40. ad seqq.*, ubi limitat in repulsa ex capitali inimicitia, quæ de-
negari non debet. Sed hæc conclusio intelli-
genda est juxta tradita per *Crusum de in-*
dicis delictor. par. 1. cap. 73. à n. 10. ad 13. ubi quod testes inhabiles admittuntur. in itis criminibus non ad plenam probationem, sed ad indicia tantūm.

Secundus est casus in crimen blasphemiae, in
quo non admittitur repulsa, nisi ex capite
22 inimicitæ capitalis, *Anna singul. 67. Gram-*
mat. confil. crimin. 15. num. 12. Muscatell.
prax. crimin. in rubric. de blasphemant.
num. 6.

Tertius casus in crimen Sodomie, in quo re-
pulsa non habetur in consideratione, prout

23 in adulterio, & in cæteris similibus delictis,
quæ occultè committi solent, *Reg. Capyc.*
Latr. decif. 163. à n. 53. ad 62. tom. 2.

Quartus est casus in reperto in fraganti crimi-
ne, cui cum nulla competit defensio, neque
24 repulsa concedenda erit, *Imbrian. de repulsa*
considerat. 3. nu. 58. 59. 60. & 61.

Illud animadvertere oportet, quod quando repulsa testium fit ob crimina, non sufficit,
25 quod fiat genericè, sed opus est, ut articu-
letur, & in specie probetur crimen, *Boer. de-*
cif. 321. n. 2. Novar. quest. forens. lib. 1. c. 4. nu.
9. in fine. Hinc praxis recepta se habet, quod petens repulsa cogitur speciem repulsa declarare ad partis instantiam, ex eodem No-
26 var. & *Gallup.* & cæteris à nobis laudatis in singular. 391. n. 12. bis decisum demonstrat *Reg. Petra in commentar super Rit. 285. nu.*
8. tom. 4.

Restringitur conclusio in petente editionem in-
strumenti ad finem illud redarguendi de
27 falso, qui compellendus non est ad decla-
randum in qua parte velit redarguere de
falso, juxta communem DD. sententiam, de
qua post *Alexand. Trentacing. lib. 2. variar.*
tit. de fid. instrum. resolut. 9. nu. 3. testatur Pa-
rex. de instrument. edition. tit. 7. resol. 8. n. 56.
par. 2.

In civilibus causis non erit locus repulsa in se-
quentibus casibus.

Primus casus est in possessorio summariissimo
ex DD. quos laudavimus in nostra animad-
28 versione ad *singul. 345. a num. 9. ad 11.*, ubi
habentur limitationes, & cæteras adducit
Reg. Marchio Villa Rose in civili decret.
prax. c. 6. distint. 2. nu. 38. & 39., ubi concur-
rit cum supradicta conclusione in possesso-
rio summariissimo, non autem in judiciis
summariis, in quibus decernitur, quod *Ca-*
piatur summaria informatio, prout fieri est
consuetum in judicio novæ conventionis,
satisfactionis, & esse exequutum in bonis
alienis; accedit *Confil. de Altim.* quem com-
perimus post hæc nostra scripta, sed non im-
pressa in *tract. de nullit. contract. to. 6. r. rubric.*
2. & 3. nu. 711. vers. in *judicio fol. 380.*, ubi
quod in tali judicio summariissimo, neque
terminus ad impugnandum concedi potest,
29 & laudat *Pragm. 4. in §. 25. de dilation.*, sed
Pragm. hoc non dicit, sed dicit terminum
repulsa esse concedendum; igitur si conce-
dendus est terminus repulsa, concedendus
erit quoque, parte petente, terminus ad im-
pugnandum, juxta principia practicæ per
nos

Tractatus Criminalis Analyticus.

73

nos tradita in obseruat.ad singul. 347. n. 9. &
10. & in obseruat.ad Gallus. ad p. 2.c. 18. n. 7.
& 8. ubi tradidimus optimam cautelam ad
tollendum terminum ad impugnandum,
quando fuit petita repulsa; nempe instandi,
quod terminus super petita repulsa cutrat
etiam ad impugnandum, ex Capycio, &
Reg.Rovit. in locis citatis.

Secundus casus, in quo repulsa denegatur,
quando pars, quae produxit examen te-
stium, renunciat testium depositionibus in-
fra dies octo, computandos à die publicatio-
nis, juxta praxim, de qua testatur *Imbrian.*
de repulsa. confid. 2. n. 13. & 24. quam praxim
nos quoque servatam vidimus per Collat.
Consil. in cauā inter Venerabile Monaste-
rium Cassinense, & Principem Mugnani.
Tertius casus est in testibus apodixariis, qui
reprobari non possunt, quia censentur ab
utraque parte approbati, ut post *Farinac.*
de testibus qu. 62. n. 116. advertit Reg.Rovit.
decis. 88. nu. 1. Sed an hoc procedat in omni
actu, in quo testes sunt vocati, & rogati à
partibus, ut intersint, & signanter in testa-
mentis, videndus est *Gaspar Manzii in*
tract. de testament. valid. vel invalid. tit. 5.
de testib. testamentar. qu. 2.

S U M M A R I U M.

- 1 **T**estibus affirmantibus magis est cre-
dendum, quam negantibus, quam
vis affirmans esset unus, & negantes essent
mille, de ratione, ibidem, & de ratione
num. 2.
- 2 **T**estibus duobus deponentibus de sana
mente plus creditur, quam mille deponenti-
bus de dementia. Et quid in testibus depo-
nentibus de ebrietate, ibidem.
- 3 **T**estibus duobus deponentibus de metu
plus creditur, quam centum deponentibus de
libera voluntate.
- 4 **T**estibus duobus deponentibus super negativa fa-
cti praegnantis, que affirmativi includit,
creditur perinde quasi deposuerint sub sim-
plici affirmativa cadente in sensu visus. Et
que sunt exempla huius negative praegnan-
tis, que equipollent affirmative, afferuntur
exempla ex Consil. Carlevalio, cuius verba
transcribuntur, ibid.
- 5 **T**estibus deponentibus super negativa fa-
cti praegnantis, que affirmativi includit,
creditur perinde quasi deposuerint sub sim-
plici affirmativa cadente in sensu visus. Et
que sunt exempla huius negative praegnan-
tis, que equipollent affirmative, afferuntur
exempla ex Consil. Carlevalio, cuius verba
transcribuntur, ibid.
- 6 **T**estes deponentes ad rei defensionem su-
per negativa coarctata de loco, & tempore
probant quam negativam probatur fuisse
moribus receptam etiam temporibus Roma.

vorum ex Anton. de Matthæis, n. 7.

- 8 **T**estibus deponentibus super negativa
non coarctata, sed generali, & vaga non cre-
ditur tanquam de falso suspectis.
- 9 **T**estes super negativa non admittun-
tur, quando delictum esset plenè probatum.
- 10 **T**estes super coarctata an recipiantur, si
non constituantur in carceribus.
- 11 **A**rticuli non recipiuntur, nisi fuerint
fisco offensi.
- 12 **T**estes an admittantur in defensionibus
in causa appellationis super negativa, seu
affirmativa includente negativam.
- 13 **T**estibus ad defensionem deponentibus, an
aliqua fides sit adhibenda.
- 14 **T**estes deponentes in civilibus super nega-
tiva, sed non coarctata de loco, & tempore,
nempe si deponant de pastu animalium abs-
que solutione fidæ an probent.
- 15 **T**estes deponentes contra instrumentum,
an deponere debeant per coarctatam loci, &
debeant esse omni exceptione majores.

C A P U T XXI.

De testibus deponentibus super af-
firmativa; & an, & quando ma-
gis credatur testibus affirmantibus,
quam negantibus, & quid
si negativa esset prægnans, in-
cludens affirmativam, vel coar-
ctatam de loco, & tempore; &
quid in testibus deponentibus
ad defensionem, vel in deponenti-
bus de pastu animalium absque
solutione fidæ.

I **C**ommunis est regula, quod magis
credatur testibus affirmantibus,
quam negantibus; itaut plus
credatur uni, vel duobus testi-
bus affirmantibus, quam mille
negantibus, juxta text. cum glos. ordinaria
in l. diem proferre §. si plares, in verb. con-
senserunt ff. de recept. arbitr. Bartol. Bald. &
Angel. in l. bæredes palam in princip. ff. de te-
stament. Jacob. de S. Georg. in l. ob carmen, §.
fin. 7. vers. & ideo melius, ff. de testib. Arctin.
K in

in cap. in nostra num. 18. & num. 21. vers. sed, Bald. & ibi etiam Felic. num. 5. juncto na. 8. extra eod. Nell. in tract. de testib. num. 200. & 211. vers. negativa aequè creditur, Soc. reg. 426. in princip. Bald. conf. 101. num. 3. in fine lib. 5. Alex. conf. 148. Excellentissime Domine, col. 1. num. 2. lib. 2. Aym. conf. 226. nu. 11. vers. secundo respondeo, Roland. conf. 93. num. 1. lib. 4. Bertazz. conf. 273. num. 19. & 36. & conf. 348. num. 3. & num. 119. Claud. ad eundem Bertaz. conf. 497. litera C. in fin. ubi alios refert concordantes. Boff. in tit. de defens. reor. num. 31. Corrad. in tract. rubr. personas test. aggred. in princ. num. 5. fol. 74. col. 2. vers. dic etiam convenire videtur, Mising. observat. 38. vers. praeferunt tamen, sent. 4. Montic. in repert. test. rub. affirmantes negantibus col. 1. vers. fin. & seqq. ubi alios refert concordantes. Rota divers. decis. 355. n. 2. p. 1. & dec. 619. n. 9. lib. 3. par. 3. Mascard. de probat. lib. 1. concl. 70. n. 1. & seqq. & lib. 3. concl. 1374. n. 6. Hector Emil. in tract. de testib. verb. testis affirmans, vel negans, n. 1. & 2. Fulv. Pacian. de probat. lib. 1. c. 36. n. 12. Ratio, quæ assignatur ad hanc sententiam comprobandam illa est; quia negativa non cadit sub sensu, sicut affirmativa, & sic testis deponens de negativa, quæ non cadit sub sensu corporeo nihil probat tamquam removens sensum ab actu.

Hinc fit, quod testibus duobus deponentibus de sana mente plus creditur, quam mille deponentibus de dementia, Boer. decis. 23. num. 72. & 93. Gizzarell. decis. 79. num. 10. Andreol. controv. 223. Reg. de Marin. lib. 2. cap. 225. nu. 5. ubi de communi num. 3. Anton. de Matthæis de probat. cap. 5. n. 36. & 37. 4. ubi quod testibus deponentibus de ebrietate non creditur, & plus creditur duobus, qui testantur de metu, quam centum deponentibus de libera voluntate; nam depositio de metu cadit sub sensu corporis, sed depositio de libera voluntate vix cadit in sensum corporis, & non nisi ex indiciis probari potest.

Declaranda tamen venit regula principalis conclusionis, ut intelligenda veniat de simplici negativa, non autem de negativa facti prægnantis, quæ affirmativam includit, & negativam implicitam probat, itaut talibus testibus deponentibus super dicta negativa creditur perinde quasi deposuerint sub simplici affirmativa cadente in sensum testis, juxta exempla adducta per Prosper. Farin-

nac. de testib. qu. 65. à num. 215. ubi tradit exemplum illud in teste deponente, quod Titius possedit per annum, nam ex hac Titii possessione probatur negativa, quod Jesus non possedit, juxta regulam, quod duo insolidum possidere non possunt. Et quia quamplurima alia exempla satis clariora hujus negativæ qualitatis prægnantis, quæ æquivaleret affirmativæ, suppeditat doctissimus Conf. Cartaval. de iudiciis tit. 2. disp. 3. num. 38. tom. 2. ideo ejus propria verba hic typis vulgare placuit: Quemadmodum idem affirmare, quem vivere: quid negare, esse mortuum; & qui negat quem esse mortuum, affirmat esse vivum, qui negat quem esse vivum, affirmat esse pauperem: qui negat esse mente sanum, affirmat esse mente captum, qui negat esse mente captum, affirmat esse mentis compotem. Hujusmodi autem negativa qualitatis jure vocatur negativa prægnans, utpote intrasse includens affirmativam. Ita docuit Innoc. in cap. super hoc 4. n. 7. in fine de renuncia: Speculator. lib. 2. de probat. S. 1. n. 3. Hostiens. in summa tit. de probat. num. 2. vers. negativa vero facti prægnans. Marian. Soccin. in c. super bis 16. nu. 105. ad accusat. Cynus in Lector 23. n. 3. Bald. n. 12. & 15. & Salicet. nu. 10. & 15. Cod. de probat. Idem Bald. in cap. tertio loco 5. num. 9. de probat. Romanus in l. in illa stipulatione 8. nu. 24. ff. de verbis. obligat. Rebuff. in repe. glossa in cap. cum Ecclesia Sutrina, de causa posse. & proprietat. sub tit. explicatio glossa verbi vocem ex num. 37. latè, & propriè nu. 45. Antonius de Arena de positionib. in prefat. num. 35. Herculanus de negativa probanda num. 10. & num. 157. cum seq. Pacian. de probation. lib. 1. cap. 36. ex num. 19. & cap. 43. ex num. 1. Cevallos dict. qu. 900. ex num. 135. ad 140. Illa verè communis DD. doctrina post glossam in l. diem proferre S. Si plures verb. consenserit ff. de recept. arbitr. magis credi duobus testibus affirmantibus, quam mille negantibus, non est intelligenda de hac negativa qualitatis prægnantis, quæ affirmativam includit, sed denegativa facti simplici, & indeterminata, quam dicunt communiter Doctores probari non posse, ut eleganter admonuit Pacian. de cap. 36. num. 11. vers. de bac eadem negativa. Anton. Gabriel. lib. 1. commun. tit. de testib. concl. 4. nu. 6. Nam tum negativa qualitas prægnans, de qua agimus, æquivaleat affirmativa, juxta traditionem Doctorum superiorius allegatorum, idem

Tractatus Criminalis Analyticus.

75

idem de illa dicendum est, quod de affirmativa dicitur.

Declaratur secundo ex limitatione illative descendente ex precedenti limitatione, non procedere regulam, quando testes deponentes super negativa deponerent ad favorem rei coartando locum, & tempus; si quidem eo ipso, quod testis affirmat, quod Sempronius illo tempore, & illa hora commissi delicti, erat in uno loco tantum distanti ab alio, quod non potuerit, nisi miraculose esse in alio, ubi dicitur crimen patratum, de necessitate etiam negat delictum, & probat, quod non potuit adesse in dicto loco, nam hoc casu obliquè probatur negativa, argumento ex affirmatione ducto, ut magistrus straliter advertit *Antde Matth.de criminib. ad lib.48.fff. tit. 15. de probat. c.7. de probat.innocentie n. 1.* ubi habetur hanc negativam fuisse in usu etiam temporibus Romanorum. Verba Authoris sunt: *E*xempl. grat. Kalendis Martii Romæ fecisse cædem arguor, produco testes, qui me eo die widerunt Atenis, nemo dubitabit, non posuisse me eo die, Romæ cædem facere, quo die fui Atenis. Ita Roscius filius, cum dicere: non occidisse patrem, defensus est à Cicerone hoc argumento: *A cava rediens occisus est ad balneas Palatinas pater: Ruri fuit filius: igitur filius non occidit patrem.* Alcibiades accusabatur, quod visus esset nocte evertire statuas, probavit ille; noctem eam illuminem fuisse, eo ipso probavit, visum se non esse ab adversariis testibus.

Secus dicendum erit, si negativa non esset coartata, sed esset generalis, & vaga, & de sui natura inverisimilis, & improbabilis, quia tunc cum non credatur testibus super ea deponentibus tamquam de falso suspectis, ut probat *D. Hieronymus Basilio decis. 19. num. 31.* ubi quod Judex potest ex officio rejicere testes venientes ad deponendum super tali negativa.

Nec similiter admittitur negativa, quando delictum est plenè probatum, ut ex *Pugnat. in Pragm. 4. num. 144. de falsis, Danza de pugna Doctor. tom. 3. tit. de negativa cap. unic. num. 39. Tbor. in Cod. rer. judicant. cas. 11. nu. 3.* Verum advertendum est, quod *Danza in cit. loco* respondet ad doctrinam *Pugnatarii*, & illam intelligit in negativa implicita facti, non autem in negativa coartata loco, & tempore.

Hinc sit, quod in multis Regionibus usus in-

valuit non recipere testes ad defensam de ponentes super coartata, nisi illis constitutis in carceribus obtimorem falsitatis, quemadmodum servari in Cathalonia profitetur *Reg. Cortiada decis. 21. num. 131.* & in Statu Mediolani examinantur in præsentia Fisci, & postea dimittuntur sub fidejussione, vel mandato de se præsentando, *Concio. resolut. crimin. v. negativa num. 7. latè Calderò dec. 8. & num. 8. cum seq.*

Et in Regno nostro articuli super defensionibus non recipiuntur, nisi fuerint prius *11. sco ostensi, Pragmat. 39. in §. 7. de offic. Magistr. Iusticiar. Rvcc. de officiis in §. 14. de modo procedendi in delict. contrabandor. num. 70. & 71.* & per *Pragm. 44. in §. 3.* statuitur, quod quando inquisiti non allegaverunt negativam, seu affirmativam includentem negativam in defensionibus factis in Magna Cur. Vic. non possunt audiri in causa appellationis super dicta negativa, nisi cum maxima discussione.

Ex quibus usus invaluit, quod testibus ad defensam deponentibus nulla adhibetur fides, *13. juxta illud, quod scriptum reliquit De exart. decis. Sardinia 75. num. 9. & Raynald. obseruat. crimin. in obseruat. ad cap. 34. num. 100. tom. 3.* & rationem assignat. *Reg. D. Antonius de Gaeta,* qui fuit tamdiu versatus in rebus criminalibus, & tamquam magni nominis Advocatus, & tamquam Fisci Patronus, & Judex Aulae Praefectus Tribunalis M. C. V. in *Discurs. super reformat. Bullæ Gregorianæ impresso sub nomine Onantii Atega fol. 50. & 51.* sub tenore sequentium verborum: *Come giornalmente lo vediamo ne' Tribunali nostri medesimi quando depongono i testimonii negl' articoli delle difese d'un reo, sopra de' quali giurano con molta franchezza, non per altro, se non perchè come testimonii à difesa, & quali non si dà troppo fede, non hanno molto timore d'esser puniti.*

In civilibus quoque testes deponentes de negativa, sed non coartata loco, & tempore, *14. nullam probationem faciunt, tamquam suspecti de falso, nempe si deponant de immissione, & pastu animalium absque solutione fidæ, cum fida ipsa potuisset solvi testibus absentibus, Reg. Rovit. conf. 30. nu. 5. tom. 2. Conf. Altimar, ad conf. Rovit. 77. num. 10. tom. 3.*

Similiter testes deponentes contra instrumentum, debent deponere medium per coartationem loci, & temporis, sed debent esse

omni exceptione majores, ex glof. in l. optio-
mem, Cod. de contrab. & committ. stipul. latè
Alex. Trentacing. lib. 2. varior. resolut. 12. de
probas. à nu. 8. ad seqq. qui tamen limitat n.
10. quando testes essent plures, quam duo.

S U M M A R I U M.

- 1 **T**estis falsus in uno capite an reddatur falsus in omnibus capitibus.
- 2 Processus fabricatus contra reum, si redarguatur de falsitate super uno capite an resulet falsitas totius processus. Referuntur decisiones S.R.C. ex Gizzarello, & Novario, quorum verba transcribuntur, n. 3.
- 4 Et quid si aliqui testes fuerint examinati a solo Notario, & alii testes examinati a Notario, & Judice, an ex falsitate testimoniū examinatorum a solo Notario redarguatur falsitas testimoniū examinatorum, & receptorum a Notario, & Judice, resolvitur questio cum distinctione tradita per Raynald. cuius verba inscruntur num. 5.
- 6 Testium omnium subornatio an presumatur apparente de subornatione aliquorum testimoniū.
- 7 Et quid quando falsitas versaretur in accessoriis, & non in substantiis, distinguuit Author cum Reg. Capic. latro.
- 8 Testis depositio an possit scindi.
- 9 Falsitas scripturarum & instrumenti in aliqua parte an reddat instrumentum falsum in totum, resolvitur questio cum Fachinco, cuius verba typis mandantur n. 10.
- 11 Processus fabricatus virtute rescriptorum, & literarum Apostolicarum continentium vitium subreptionis, an corrueat.
- 12 Processus, & informatio fabricata contra officialem, & alias personas virtute capiturum, & libellorum porrectorum per Sindicos, & Electos Universitatis, non congregata prius Universitate in publico concilio, servata forma Regiae Pragmat. an nullus reddatur. Referuntur decisiones num. 13.
- 14 Nullitas actus resultat ipso jure ob formam non servatam.
- 15 Nullitas actus non sanatur per confirmationem actus post nullitatem incursum.
- 16 Quarela, denunciations, & libelli accusationis, an debeant subscribi ab accusatore, vel admittantur absque subscriptione, & tanto nomine denunciantis in criminibus contrabannorum, referuntur observantia ex verbis Consil. Rocco num. 17.

C A P U T XXII.

Testis falsus in uno capite, an red-
datur falsus in omnibus capitib-
bus, & quid in processu fabri-
cato sub unica commissione à
Prorege data, quæ redarguitur
de falsitate in parte, & partibus,
& an irritus reddatur processus
fabricatus ex capitibus porre-
ctis per Vniversitatem ipsa non
congregata in publico concilio
servata forma Regiae Pragma-
tice ; Referuntur decisiones
S.R.C. pro quaestionis resolu-
tione.

- 1 **C**ommunis est scribentium Scho-
la falsum in uno, dici falsum in
omnibus, & qui in parte est fal-
sus, in totum creditur falsus,
communiter DD. in l. si ex falsis
C. de transact. & ex Felim. in c. fraternitateis
de heretic. plenè Giurb. conf. 91. n. 25. ple-
nissime Prat. discept. forens. cap. 40. num. 18.
tom. 3. & in resp. crim. cap. 3. num. 51. Ma-
strill. decis. 295. num. 43. Vermigliol. conf. 74.
num. 25. Caball. resol. 287. num. 33. plenissi-
mè Bajstico decis. 35. num. 22. & in processu
2 fabricato sub unica commissione Prorege
supposita falsitate partis, vel unus capitibus
resultare falsitatem totius, firmat Consil.
Gizzarel. decis. 86. ratione negotii indivi-
dui, ut diximus supra in crimen de falsa mo-
neta num. 46. & 47. accedit Novar. in pra-
ludiis de gravaminib. vassallor. grav. 9. nu. 9.
& 10. cuius verba hic transcribere oportet
3 pro illis, quibus libros aperire pigebit: Ut in
simili, quando processus per Iudicem reperi-
tur falsus in uno, debet judicari falsus in
reliquis, quod sepius judicavit, & passim ju-
dicat S.R.C. Gizzarel. dec. 86. lib. 2. annuens
pariter attestaciones in aliquo repertas in
omnibus censeri falsas, immo quod ex produc-
tione testimoniū falsorum in causa etiam, quod
alii essent legitimi, rotus processus impedi-
tur propter illos falsos, affirmat idem nu. 16.
ex

Tractatus Criminalis Analyticus. 77

ec theorica Bald. in l. 1. num. 3. Cdc quæst. secundum quam scio fuisse decisionem per Magnam Curiam Vicariæ in anno 1632. referente D. Iudice de la Ratha in causa Matthei Vadigliæ cum Beatrice de Mansis apud Bancam Pulsori Actorum Magistri.

Contendit in contrarium Raynald. obser. criminal. cap. 18. §. 7. usque ad §. 13. num. 153. ubi sub tenore sequentium verborum declarat decisionem Gizzarelli. *Et mibi non placet, si sic indistinctè sumatur conclusio, quod processus in una parte falsus sit reputandus falsus in totum, itant debeas comburi, ut comburendum firmat Gizzarell. d. dec. 86. nam debet considerari qualitas testimoniū, qui deposuerunt, & debet considerari qualitas eorum, qui confecerunt, & compilaverunt processum, & depositiones testimoniū receperunt, nam si testes, qui remanent pro scriptura sint bona conditionis, existimationis, & fame, certè non bene inferunt ex falsitate alterum testimoniū ad falsitatem istorum, nisi aliquid aliud concurrat ad hoc demonstrandum, ut dixi supra. Quo verò ad eos, qui processum confecerunt, si aliqui testes sint examinati à solo Notario, & alii testes sint examinati à Notario, & Iudice, certè non potest inferri ad falsitatem testimoniū examinatorū, & receptorum à Notario, & Iudice, si testes examinati à solo Notario, dicunt, non depositisse ea, quæ reperiuntur scripta, vel dicant nullatenus depositisse, quia non debet ex hoc inferri, quod etiam Iudeo commis-
5 rit falsitatem, quando testes ab ipso examinati permanent in eorum dicto: insuper non video, quare isti testes non probent ex eo, quod testes examinati à solo Notario dicant non depositisse, siquidem non militat eadem ratio in isto casu, que militat in casu, quo omnes fuissent examinati ab una, eademque persona, & ratio differentia est, quia qui deficit in uno, censetur defecisse in omnibus, semel malus, semper censetur malus in eodem genere mali, vulgatis iuribus, & dicere contrarium esset prorsus iniquum, quia ex mala præsumptione, quæ resultaret contra Notarium inferretur suspicio etiam contra Iudicem, quod non est ullatenus dicendum: & si bene ponderentur dicta per Gizzarell. d. dec. 86. apparebit ipsum loqui in casu, quo processus fuit fabricatus sub unica commissione, & ab uno Iudice, ut videre est ibidem num. 11 & 13.*

Aliter sentire videtur idem Auber in Addit.

6. *Sionib. ad dict. cap. 18. §. 7. num. 53. supplet. 4. num. 1. 2. & 3. foli mibi 182. ubi concludit, quod apparente de subornatione aliquorum testimoniū, omnes censeantur subornati, nam eo ipso quod constat, quod pars aliquos subornaverit, præsumitur, quod eodem modo se gesserit cum reliquis testimoniis, verum videnda sunt, quæ dixi in quæst. de testimoniis subornatione.*

Sed ego distinguendum censeo cum Reg. Capit. latro. decif. 173. num. 38. & 39. tom. 2. ubi

7. quod principalis conclusio præscribit sibi locum, quando falsitas versaretur in substantialibus, secus in accessoriis, sed quod etiam si falsitas sit in circumstantiis, fiat locus traditæ conclusioni, semper quod falsitas tangit negotium principale, dixit Basili. decif. 35. num. 22. in fine.

Ex quibus principiis descendit, quod testis depositio non potest scindi cum sit individua ratione juramenti, & per consequens debet tota approbari, vel tota improbari, Zuffius de legitimis processu. qu. 189. num. 8. Vermigl. cons. 25. num. 61. Cons. Hodierna ad Surd. decif. 16. num. 2. ubi dicit Surdi opinionem non esse tutam, ceteros allegat Conciol. resolut. criminal. verb. testes quoad dicta resolut. 7. num. 1 & 2. de communi testatur Reg. Merlini centur. 2. cap. 15. n. 36.

Aliter resolvendum videtur in scripturis, seu instrumentis, quorum falsitas pro parte redit instrumentum falsum in totum, etiam quando capita sunt separabilia, vel falsitas versatur circa substantialia, & non circa accessoria, ut affirmare videtur Ant. Fabr. in Cod. lib. 4. tit. 16. definit. 29. de fide instrum. cum totius instrumenti fides una, & individua sit, adeo quod utile per inutile vitetur, Parec. de instrum. ad dict. tit. 1. resol. 3. §. 2. num. 25. sed in contrarium pugnat Facbin. controv. jur. lib. 9. cap. 79. sub his verbis: *Alli agitur voluerunt instrumentum in aliqua parte falsum. non tamen falsum in aliis partibus præsumi. Aretin. in d. l. si ex falsis, C. de transact. & multi alii allegati à Menoch. & Gabrielio. Istis ego planè assentior, nisi 10 v. g. talis sit falsitas in una parte, quo per se totam fidem instrumento adimat, ut puta si scriptum sit, actum fuisse in uno loco, cum alio in loco fuerit actum. Sic enim totum falsum apparet. Moveret me illa ratio, quia non est hoc jure causum, nec satis juris rationi consonum, & quod in una parte causum nullum, & vitiosum est, in alia parte quaque vi-*

siosum

siosum esse presumatur. Delicta non sunt presumenda. Dolus non est presumendus, sed potius error. Et non si in una parte dolus est, idcirco sequitur etiam alia in parte adhuc censeri; Iuvare potest hoc argumentum ecc l. jubemus; C. de testament. illis verbis. Quod si non fuerit observatum, & nomen heredis, vel heredem non fuerit manus testatoris scriptum, vel voce coram testibus mincipatum; hoc testamentumflare minimè patinuer, vel in totum, si tota heredem novina fuerint prætermissa, vel in ejus heredis institutionem, cuius nomen neque lingua, neque manus testatoris significavit. Pertinet autem hoc ad rem nostram, quia inferius dicit Imperator (scripturis, tabellinibus, & iis, qui conficienda instrumenta procurant, quod si aliter facere ausi fuerint, prenam falsitatis non evitabunt quasi dolose, in tam necessaria causa versatur). Sic discimus testamentum vitiari quo ad heredis institutionem, cetera firma manere. Aut. præterea, Cod. de lib. præterit. Et generaliter (vide utile per inutile non vitiari.) l. i. §. sed si mibi, ff. de verbis obligat. Huc usque Faccineus. Comprobant Anton. Morend. contro. lib. 5. cap. 50. sed conclusionem fatis aperte declarat D. Christopher Crespi de Valdaur. observat. par. 1. observat. 22. qu. 3. ad num. 13. ad 16. ut quoties instrumentum redarguitur suspectum de falsitate in parte ex præsumptiva probatione non infertur ad suspicionem totius instrumenti; quia necessarium foret, ut plenè, & non præsumptivè constaret de falsitate partis, ad hoc ut inferri possit ad falsitatem totius, ex Farinac de falsitate, & simulat. qu. 152. n. 34.

Restat exquirendum, an valeat processus fabricatus virtute recriptorum, vel literariorum Apostolicarum subreptitiarum, videndum est. Fagonian. in cap. ad audientiam il. 2. de rescriptis à num. 28. cum seq. ubi tradit distinctionem inter literas beneficiales gratias, & literas contentiosas ad lites; & in literis contentiosis, resolvit valere parte non opponente, quia non vitiatur ipso jure rescriptum, si non fuerit de subreptione oppositum; sed nullum adesse discrimen circa hanc nullitatem inter rescriptum gratiae, & justitiae, dixit Gonzal. in cap. super literis de rescript. num. 8. lib. 1. decretal. accedit videndum Alexand. Trentacing. variar, resolut. 5. de rescript. & privileg.

Major potest insurgere difficultas in Regno in

12 terminis Pragmat. 3. in §. 5. de procurat. prohibentis Sindicis, & aliis Officialibus Universitatum porrigere memorialia, seu libellos continentis capita criminum contra officiales, sive alias personas, non congregata prius Universitate in publico Concilio in ore solito, & precedente conclusione cum distinctione capitum, nam dicta forma non servata, informationes irritae redduntur, & informationes nullas fuisse declaratas ob formam Reg. Pragm. non servatam decisum comperimus in causa informationis captæ contra D. Didacum de Lux., & contra Alphonsum Pardo, contra quem quamvis 13 fuisset per M. C. V. processum ad defensiones intus carceres per S. C. fuit decilum, dicentiarii, salvis juribus Fisco, & partibus legitima capta informatione, referente D. Judice D. Michaele Chiaves in Aula Regii Consiliarii Carleval sub die 7. Maii 1641. & alias in causa U. J. D. D. Francisci de Colutiis condemnati ad relegandum per M.C.V. fuit per S.C. determinatum, quod excarceretur salvis juribus fisco, & partibus relictis agendi, sub die 9. Julii 1637. ad relationem Regii Consiliar. Vargas sub patrocinio doctissimi illius temporis Advocati rerum criminalium Augustini Molli.

Ratio est, nam quoties ordo, & modus à statuto datus non fuit servatus, nullus est processus ipso jure. Cyriac. contr. 457. n. 2. vers. siquidem tom. 3. quod in terminis firmavit in causa Principis Casalis majoris Conf. Prat. in respons. fiscal. 29. & Tbor. in Codic. rer. judicat alleg. 2. par. 1.

Nec validatur processus, si post informationem captam Universitas faciat conclusionem ad 15 formam Reg. Pragm. quia confirmatio actus nulli non relevat, Reg. de Ponte de potest. Pro reg. in tit. de divers. provis. §. 1. de decret. Collat. Conf. à num. 20. cum aliis allegatis per Danzam de pugna Doctor. tom. 1. i. sit. de privileg. Baron. cap. 3. num. 5. & 6. & haberet vim novi actus, qui operaretur ex nunc, non autem ex tunc, Card. de Luca de jure patronat. disc. 43. num. 12.

Limitatur principalis conclusio innixa in Prag. §. de Procurat. in causis contrabannorum, in 16 quibus criminibus speciale est admittere accusationes, tacito nomine accusatoris, non obstante dispositione dictæ Pragmat. si creditus Consil. Rocco, qui per spatium undecim annorum præfuit uti generalis Commissarius in Regia Juncta Contrabannorum,

Tractatus Criminalis Analyticus. 79

- norum, quemadmodum testatur in tractat. de offic. in tit. de modo procedendi in causis contrabannorum §. 14. a nu. 3., ubi ita in terminis dictæ Pragmaticæ ratiocinatur:
- 17 Sed talis dispositio nec quicquam offendit bujusmodi speciale, ne dum quia dicta Pragmatica accusationem, vel denunciationem predictam sollemnitatem carentem non irritat, sed tantum poenam contra producentem irrogat; verum etiam quia interest Fisco innoscere contrabanna, que in Regno committuntur, & dum frequenter perpetrantur a Baronibus, reliquaque Proceribus, ac Personis locupletibus, metum, & timorem incutientibus, tali qualis accusatio, seu denunciatio satis est, & communis praxis illam non negligit; & quandoque vox, & non in scriptis denunciationem admittit, ut quotidie observamus, & de jure testatur Mauzon. de contrab. q. 16. n. 32.
- S U M M A R I U M.
- 1 **T**estibus occultaris, vel impeditis, ne examinentur, vel repetantur, an insurgat presumptio de delicto contra imponentem, vel occultantem.
 - 2 Testes subtrahens ne examinentur videatur tacite confessus de crimine.
 - 3 Testes an baberi possint pro repetitis praevio decreto, si latitaverint post monitionem factam, ut veniant ad se repetendum. Referuntur praxis M. C. V. cum rebus judicatis, num. 4.
 - 5 Citandus an babeatur pro citato, quando familiares impediane ne citatio perveniat ad notitiam citati.
 - 6 Examen factum sine citatione partis an babeatur pro valido, quando pars recusavit citari, vel fecit carcerare, vel alia injuria afficerit cursorum.
 - 7 Possessio an habeatur pro capta si adversarius impedit possessionem capiendam. Et quomodo in hoc casu possessio sit capienda, n. 8.
 - 9 Procurator quamvis domi citari non possit, sed personaliter si sit in hac Civitate, tamèn si latitans, habita relatione, quod non reperitur citatu principalis, vel notificatur domi. Et quid in casibus in quibus principales essent de persona citandi, n. 10.
 - 11 Scripturæ, & instrumenta minus solemnia an probent si adversarius impedit ne scripturæ extrahantur a schedis, vel Archiviis.
 - 12 Processu criminali occultato opera adver-
- sarii post expeditionem citationum ad informandum, & ad capitula quid servandum in præcio.
- 13 Processus informativus subtrahens cuius opera presumatur subtractione.
 - 14 Scriptura si non fuerit exhibita ad mandatum Iudicis an possit Iudex decernere, ut nulla fides scriptura adhibeatur. Et quid contra presentantes scripturas de falso suspectas, & non curantes declarare circa usum, num. 15.
 - 16 Exceptio exhibitionis processus an possit ad merita reservari, & an exceptio exhibitionis scripturarum sit quaestio præjudicialis.
 - 17 Terminus ad convincendum an sit impartiendus contra non exhibentem libros, vel scripturas penes se existentes, & referuntur decisiones S.C. ibid.
 - 18 Testis citatus ad se repetendum si compare recusaverit insurgit presumptio factatis contra testem, & innocentia ad favorem rei.
 - 19 Testes deponentes affirmativè super processu informativo, si in repetitione dicant se non recordari nihil probant.

C A P V T XXIII.

Testes an habeantur pro receptis quando adversarius, sive Reus impedit ne examinentur, vel repetantur. Scripturæ, & instrumenta minus solemnia an probent, præstito impedimento ne extrahantur ab Archivijs, & schedis; Et quid in processu occultato, & subtrahendo; Et an exceptio exhibitionis processus, & scripturarum possit ad merita reservari, & an terminus ad convincendum sit impariendus.

A Firmativam sententiam amplectuntur DD. cum insurgat maxima presumptio contra reum, quod sit suspectus de delicto, de quo fit inquisitio, & communiter adducunt ad hoc probandum testimoniū

xtam in cap. pervenit ; de testibus con-
gēd. cuius verba : *Astrinxit, ut non depo-
neret contra ipsum: Nos igitur attendantes,
quod nemo debet adversario instrumenta
(quorum appellatione testes continentur)
subtrahere ; & quod tam illo, qui subripit
instrumenta, quam qui adversario parem ad-
vocationis copiam subtrahit, iniquam ostendit
a se litem foveri, & experiri debet in sa-
judicis auctoritatem elusam.*

Quare Hostiens. in d. cap. dixit quod subtra-
hens testes ne examinentur tacite se confes-
sum de crimine profitetur ; sequitur *Zuf-
fius de legitimat. process. quest. 89. num. 1.
& quod constito de impedimento habean-
tur pro examinatis in odium impudentium
dixit cum antiquis, & Rotae decisionibus,
Gratian. discpt. forens. cap. 370. num. 18.
tom. 2. Serapb. decif. 1154. n. 2. & decif. 1296.
n. 10. Gregor. decif. 327. Rot. decif. 255. nu. 2.
part. 10. recent. Larrea allegat. 66. num. 86.
tom. 1. Mastrill. decif. 225. & signanter n. 10.
ubi citat. Glos. in cap. cum causam, & ibi
Hostiens. de testib. in verbo compellas Ca-
ball. resol. criminal. cas. 43. & cap. 273. n. 5.*

Quibus principiis, & Doctorum authoritati-
bus nixa videtur praxis illa, quæ invaluit
in M. C. V. quod monitis testibus, ut ve-
niant ad se repetendum. Illis latitentibus
capta informatione prævia Fisci instantia de
latitatione, rei opera, interponitur decre-
tum, quod testes ad informationem Curiae
recepti babeantur pro repetitis, ut testatur
Reg. Rosa in praxi decreorum M. C. V. p. 1.
cap. 8. n. 50. qui dicit ita vidiisse observatum
nulla facta mentione de antiquioribus re-
bus judicatis de quibus testis est Reg. Petra
super Rit. 127. n. 10. Unde ejus verba per
necessitatem recensere existimavimus. *Testis
monitus ad testificandum, nec veniens dici-
tur se subtrahere, odio; timore, vel gratia
alterius partis, & juxta predicta manavit
scitum anno 1659. Rota M. C. V. in Crimi-
nalibus testes baberi pro repetitis eo quod
Marcellus Pennacchio, & Camillus Caccia-
puoti inquisiti de homicidio in persona U. I. D.
Pauli Buccini de Casali Iuliani occultari, &
latitari eos curaverint, ne repeterentur
prævia instantia degnissimi nunc Regii Con-
siliarii D. Thome Caravita tunc Fisci
aciem strenue sustinentis penes Gregorium
Ferrarium Actorum Mag. de hoc decreto
altius conqueritur Consiliar. Franciscus
Maria Pratus, qui tunc uti Adylocatus*

magni nominis reorum partes acerrime su-
stinebat, ut patet in suis discpt. forens. c. 20.
n. 75. tom. 3.

Hæc conclusio est adeo solidis principijs robo-
rata, quod receptam legimus in cæteris ca-
sibus in quibus eadem ratio considerari po-
test. Nempe in citationis actu qui habetur
pro expleto ; & citandus habetur pro citato
quando amici, familiares, & domestici ci-
tandi impediunt ne citatio ad eum perve-
niat Baron. de citat. q. 26. n. 35. Cardinal de
Luca de Benefic. disc. 50. n. 7. & disc. 92. n. 23.
& in Miscellaneis disc. 19. n. 20. Rota p. 12.
decif. 246. num. 18. ubi quod est validum
Examen factum sine citatione partis ; quo-
ties pars recusavit citari ; vel fecerit carce-
rare Cursum, idemque erit si Nuncius
fuerit aliqua alia injuria affectus, quia præ-
sumuntur omnia gesta de scientia principa-
lis citandi, ut advertit Bart. & Cardinal de
Luca in locis citatis. Et quod testes ex-
aminati non citata parte, vel alias nulliter
probent in præjudicium partis impedimen-
tum præstantis quominus valide examinen-
tur de communi Doctorum sententia te-
statutur Salgad. de Retentione Bullarum 2. par.
cap. 20. n. 13. & 14.

Possessio quoque habetur pro capta si adver-
sarius impedit actualem possessionem ca-
piendam Reg. Rovitus super Pragm. 11. de
feudis à vu. 96. & seq. qui n. 99. advertit,
quod hoc casu potest expleri actus effectua-
lis possessionis jure militari, & coadunatis
hominibus ; Sed melius Consultum crede-
rem per possessionem capiendam, vel tra-
dendam per ocularem inspectionem, quam
cautelam proficuam existimavit Rota etiam
ad effectum obtinendi mandatum de ma-
nutenendo, ut habetur apud Rot. in dec. 319.
post secundum volumen Consiliorum Fa-
rinac. accedunt aliæ decisiones apud Post. de
manutenend. observ. 21. n. 25.

Insuper accedit quod si Procurator latitat, ita
quod non reperiatur in loco judicii facta re-
latione per duos porteros M. C. V. vel
S. R. C. quod talis procurator non reperi-
tur interponi solet decretum, quod notifice-
tur domi, quamvis domi alios notificari non
possit, juxta decisionem factam in causa
Principis Conchæ, quam refert Reg. Petra
super Rit. 108. n. 8. & Consil. de Altimar. de
nullitat. rubr. 12. q. 20. n. 63. de quibus me-
mores fuimus in nostra Observat. 348. ad
Singularia nostri Genitoris n. 13. Et quod
hæc

Tractatus Criminalis Analyticus.

81

10 hæc praxis præscribat sibi locum etiam in casibus in quibus principales essent de persona notificandi; Nempe si ageretur de prima citatione facienda principali, & principalis latitaret, ut habetur ex traditis per Consil. Prat. in Addiction. ad Muscatell. p. 1. glos. intimare verific. sed non minus fol. mibi 387.

Hinc fit quod si quis præstat impedimenta, vel 11 est in causa ne scripturæ, vel instrumenta formiter extrahantur tunc in odium impedimentum præstantis, vel quoquomodo legitimam extractionem impeditis stabitur scripturis minus sollemnibus, & informibus, juxta DD. & Rotæ Romane placitum in pluribus decisionibus apud Gratian. discept. forens. cap. 370. n. 19. tom. 2. ubi quod impedimenta præsumuntur illata, & præstata à partibus sentientibus commodum.

Quibus rationibus sustineri potest illud, quod 12 diximus in nostris Observationibus ad Singul. 378. nostri Genitoris num. 3. fuisse in praxi deductum in M.C.V. in causa forjudicationis D. Flavii Amendola, siquidem occultato processu informativo non sine rei, & conjunctorum opera, prævia instantia D. Fisci Patroni ejusdem M. C. V. fuit interpositum decretum esse reficiendum processum, firmis remanentibus citationibus ad informandum, & ad capitula, vigore quarum fuit processum ad forjudicationis sententiam.

Accedit, quod subtracto processu informativo 13 fabricato contra reum, in dubium verti potest an reus cuius opera præsumitur subtractione, habeatur pro confessio, videndum est, Fagnam. in cap. pervenit il 1. à nn. 10. ad 22. de testibus cogend.

Non erit prætereundum quod in causis civilibus si proponatur exceptio exhibitionis processus, vel alterius scripturæ, nempe sententia, supplicationis, quas reus dicit penes actorem esse, vel actor penes reum, praxis invaluit, ut respectu supplicationum, memorialium, cæterarumq; scripturarum, pars adeat Spectabilem Præsidem S.R.C. ad finem obtinendi præcepta cum decretatione, quod pars statim, vel infrà biduum exhibeat supplicationem, vel memoriale penes acta alias de eis nulla habeatur ratio, quæ præcepta consueum est, interponi 15 contra præsentantes scripturas de falso suspectas, & non curantes facere declaratiohem circa usum, juxta illud quod monet

Prat. in respons. fiscal. 5. num. 2.

Respectu exhibitionis processus servatum vidimus fuisse hanc exceptionem ad merita reservatam apud Mocc. in Sylva cas. forens. cap. 74. n. 6. & apud Thor. in supplem. decif. verb. Actor. an teneatur, ubi S. C. fuit in decernendo, quod procedatur ad expeditiōnem cause non obstante exceptione exhibitiōnis processus deperditi, quæ præponebatur contra actorem, ex quo sumpserat à processu scripturas præsentatas in judicio; Sed quod quæstio editionis scripturarum sit quæstio præjudicialis cause principali, & per consequens decidenda antè decisionem cause principalis diximus in nostra præc. presentation. instrumentor. cap. 13. num. 17. & 18. ubi quid in exceptione falsitatis incidente in causa civili.

Hinc fit quod petita librorum, vel scriptura- 17 rum exhibitione ad fundandam petentis intentionem, negata librorum existentia, vel facta declaratione habere nonnullos libros, & alios non habere, potest peti, ut impartiat terminus ad convincendum, qui est concedendus per Judicem. Verum si nihil in termino fuerit probatum, erit procedendum ad expeditionem cause, petita librorum exhibitione non obstante, ut decisum per Sac. Consil. sub die 21. Junii 1616. testatur Gizz. in Observat. ad decif. 139. Reg. Capyc. Latro n. 30. & 31. tom. 2. videndum est Thor. in Compend. decif. par. 2. V. Terminus ad convincendum, ubi habetur an dictus terminus sit dandus à Judice ex officio quando non fuit petitus, & per decretum Sac. Consil. interpositum sub 26. Novembbris 1602. in causa Portiæ, & sororum de Cacciatore, cum Cæsare, & Augustino de Cacciatore fuit datus terminus dierum quatuor utrique parti ad convincendum circa exhibitiōnem librorum.

Redeundo ad principalem conclusionem repetitionis testium materiam respicientem animadvertere non erit omittendum, quod si testis citatus ad se repetendum fugam arripiat absque ulla inquisitorum diligentia, nedum præsumendus est falsus, sed insurgit præsumptio innocentiae in favorem rei, juxta illud quod singulariter animadvertisit de Angelis ad Foller. in rubric. & demum repetantur testes Curiae n. 4. Cujus verba hic transcribere non erit omittendum, dum profitetur ex hac doctrina maximum honorem fuisse consecutum in quadam causa

L in

in M. C. V. quod si testis fuerit citatus, ut se repetat, & arripuerit flagam, presumuntur falsus, & est maxima praesumptio innocentiæ accusati, sive inquisiti, allegavi in quadam causa in M. C. V. & fecit mihi bonorem magnum, & observa tu advocate criminalista, qui defendis pauperes inquisitos ex Bottu in conf. I. num. 75. & 76. non omittas Reg. Sanfelic. par. I. fol. 185 num. 12. repetitionem testium fieri per Judicem, quando ei videbitur, accedit Caball. resol. crim. casu 55. nu. 2. centur. I. Danza de pugna Doctor. in tit. de testib. repet. tom. 2. cap. I. n. 13.

Demum erit advertendum, quod testes examinati pro informatione Curiae, parte non 19 citata, si deponant factum affirmative, si deinde in repetitione iterum examinati dicant se non recordari, non redditur varii, & contrarii, sed nihil probant tam in primo, quam in secundo examine, ita post Foller. in prax. crimin. verb. & demum repeatantur testes num. 7. vers. addo, quod explicat Farinac. de testib. qu. 66. num. 330.

S U M M A R I U M.

- 1 **T**estes sponte deponentes sunt suspecti de falso, & nullum faciunt probationem, & an sint torturæ subjiciendi n. 2.
- 3 Et an faciant indicium, donec non fuerit doctum de subornatione, & falsitate.
- 4 Testes non citati, qui reperiuntur examini, an babeantur pro ultroneis, num. 5. Et quid ob inopiam probationum. n. 6.
- 7 Et quid in personis egregiis.
- 8 Et quid si mandatum Iudicis de citandis testibus subsequatur post citationem.
- 9 Testes examinati super fidibus, quas ante subscriperunt, an probent.
- 10 Testes examinati, & repetiti super attestacionibns, etiam habitis ad revelationem excommunicationis debent deponere per extensum, & non relative.
- 11 Testes nullatenus examinati ad hoc, ut probent, debent per extensum deponere.

C A P V T XXIV.

An testes sponte deponentes probationem faciant, vel tamquam ultronei, & suspecti repellantur, Et an testes examinati super attestacionibus, debeant examinari per extensum, vel relative. Et quid in testibus nulliter examinatis.

Testes sponte deponentes nullam probationem facere voluerunt, communiter DD. ex textu in l. si quando, C. de testibus, & ex Novella 90. de testib. DD. laudati per Giurbam conf. 70. num. 45. ubi reddit rationem, quod tales testes sunt de falso suspecti, & per consequens non integræ fidei, Bossius in tit. de oppositionib. contra testes num. 29. & Farinac. cum cæteris apud Scialoyam in prax. torq. reos nu. 34. Reg. Petra super rit. nu. 3. tom. I. ubi quod concurrere videtur causa inimicitæ cum adversario, Reg. Rosa in prax. decretor. M.C. V. cap. 2. num. 16. qui tradit, quod subjicitur torturæ testis, qui sponte, & non vocatus accedit ad testimonium ferendum, & quod suspectus dicatur testis sponte se offerens, Grammat. conf. 21. n. 6.

Verum enimverò quod dicti testes indicium pariant, donec fuerit doctum de subornatione, docet Christopb. Crusius de indicij delictor. par. I. cap. 98. num. 10. & 11. ibi. Ceterum licet testes suggestionis convicti non probent, utpote reprobati, & inbabiles, non tamen ambigitur, quin dicta jurata eorum indicium pariant, donec de falsitate, & subornatione eorum malitia, & injusta dilucidè fuerit edocatum, l. 3. S. Julia, ff. de testib. ubi requiritur ad hoc, ut testis reprobetur dilucida probatio, & sententia, imd exceptio testi hoc passu debet esse specialis, & qualificata cum adjectione circumstantiarum, DD. in diil. l. 3. Et quamquam Farinac. d. loc. in fine existimet non indicium, sed praesumptiōnem parere banc depositionem num. 26. non tamen id, sed ita accipiendum est, ne sufficiens per se solum inde nascatur indicium, sed

Tractatus Criminalis Analyticus. 83

sed ad miniculantibus indiciis, quorum quedam præsumptiones, quedam indicia, quæ juxta majus, & minus saltem distinguuntur, vulgo dicta sunt, Angel. Aretin. de malefic. cap. 1.

Dicuntur testes ultronei, & sponte deponentes illi, qui examinati reperiuntur absque partis citatione, *Mainard. decif. 87. par. 4. advertit Novar. in Collectaneis sup. Prag. 1. de testium refrenat. num. 4.* quia citatio tollit spontaneitatis præsumptionem, ut docet *Reg. Petra super cit. rit. 78. num. 3.* quod dixerat *Gramm. conf. 21. num. 6. & conf. 35. nu. 22. Caball. resol. crimin. cas. 247. Decian. tract. crim. lib. 3. cap. 25. num. 63.* & satis clarus *Confil. Pratus ad Muscatell. par. 5. glos. jura-menta vers. quatenus, & glos. citatis,* ubi etiam querit quis debet probare testem esse spontaneum, & regulam probat, spontaneum reputari eum testem, qui citatus non reperitur ad deponendum, cum nemo præsumatur sponte venire ad judicium, & ulterioris perpendit, quod ex spontanea oblatione testis oritur affectatio, & causa inimicitiae, cum parte, contra quam deponere intendit, comprobat *Regens Rosa in civili decretorum prax. cap. 11. de decretis fieri solitis in possessorio num. 44. & cap. 6. in cur-
su ordinarii judicis fieri solitis num. 96. fol. 433.*

Comprobat hanc conclusionem ex eruditis, & exteris scriptoribus *Anton. de Mattbeis in tract. de probat. cap. 7. num. 1. & 8.* ubi excipit, quando aliter suadeat inopia probationum. Nam, ut ipse ait: *Non citati qui accen-dunt ut subornati, suspecti sunt, nec facile admittuntur, nisi aliud suadeat res ipsa ob inopiam probationis, & si aliter rei veritas explorari non possit. Men. ad jus Leob. 5. rit. 7. art. 1.* quamvis non videre suspectos tales testes productos non citatos, ex Bartolo, *Paulo de Castro, Felino, & Abbate,* voluerit *Crusius in superius citata qu. 98. num. 8.* qui num. 9. subdit pulchram limitationem in personis egregiis, quæ proculdubio testificari possunt sponte ex *Campeg. de testib. reg. 167.*

Supratradita conclusio prescribit sibi locum, etiam si mandatum Judicis subsequatur post citationem, quamvis mandatum præcedat relationem Nuncii, non vero citationem, *Sese decif. 315. par. 3.* quod practicum refert *Novar. decif. 155.* sub tenore sequentium notabilium verborum: *Non fuscit*

habita ratio in una causa Civitatis S. Seve-rini depositionis nonnullorum testium; nam apparebat, illos fuisse citatos, nullo precedente ordine Regii Tribuualis, licet mandatum, seu ordo datum ab uno ex Dominis Auditribus precederet relationem Porterii, sed non citationem, & ego allegabam pro confirmatione in propriis terminis decif. Rot. Ara-gonie apud Sese decif. 315. par. 3. ubi in spe-cie tutatur, testes citatos absque mandato Judicis, non probare, si mandatum precede-ret relationem Nuntii, non verò citationem: indè judicatum fuit in processu Joan-nis Casæ de monte, super juris firma, an-no 1597. testes illos receptos esse monendo: tanquam male citatos, ex quo citatio erat nulla.

Ex traditis rationibus descendit illa conclusio communiter recepta, quod testes examinati, & si citati super fidibus, quas antea scriperunt, non faciunt fidem, nec ullam probationem, quia videntur sponte accessi-sse ad deponendum, *Marta voto 138. num. 12. cum aliis apud Pratum in respons. crim. 2. num. 104. & Reg. Petr. super rit. 78. num. 4.* ubi restringit in fide facta ordine Ju-dicis.

Huc pertinet illa alia conclusio, quod testes examinandi super attestationibus, debent examinari per extensum, & non relativè ad dictas primas attestations, seu fides, quia alias non probarent, quemadmodum in terminis testium examinatorum ad revelationem excommunicationis; dixit *Reg. Rot. super Prag. 9. de ordin. judicior. num. 23.* ubi inquit decisum, tales testes esse interro-gandos non per viam simplicis depositionis, sed illorum dicta esse per extensum in scriptis redigenda, quam decisionem comprobant *Reg. Sanfelic. decif. 87. à num. 1. cum seqq. tom. 1. idem Reg. Rot. in conf. 13. ubi Conf. de Altomar. num. 51. tom. 2. & de nulli-tatibus sentent. rubric. 13. qu. 8. num. 70. & 71. tom. 2. Andrecol. contrav. 270. p. 4.* & quod eadem conclusio vindicet sibi locum in om-

nibus testibus nulliter, & invalidè examinatis, qui ad hoc ut probent, non sat erit, ut se referant, primæ nullæ, & invalidæ depositioni, firmat cum communi Regniculo-rum calculo *Reg. Petra super rit. 288. num. 116. tom. 4.* videnda est distinctio allata per *Cancerium variarum resolution. cap. 20. de testibus num. 85. tom. 1.*

Cetera videnda sunt in questione de corruptione testium.

SUMMARIUM.

- 1 **T**estis unicus à Fisco, vel à parte querelante productus, an plenè probet contra producentem, & n. 2. Et quid quando testes numero maiores contradicant. Afferuntur decisio Collateralis Consilii n. 3.
- 4 Textus in l. si quis testibus, C. de testib. ponderatur.
- 5 Testis à parte productus probat quoad personam approbatam à producente, non autem quoad substantiam dicti ex Antonio de Matthæis, cuius verba afferuntur, cuius sententia adberet auctor, num. 6.
- 7 Testis productus tantum, & adnotatus in calce citationis, sed non examinatus, an probet plenè contra producentem.
- 8 Testis persona semel approbata per producentem in una causa, an censeatur approbata in aliis causis.
- 9 Et quid in producente instrumentum videatur approbasse personam, & qualitatem Notarii.
- 10 Instrumentum producens confessum manu Notarii num possit impugnare aliud instrumentum confessum manus ejusdem Notarii productum ab adversario collitigatore in eadem lite, vel in alia diversa cum alio contigatore.
- 11 Limitatur conclusio in testibus non dependentibus super articulis, sed super interrogatoriis partis adversæ.
- 12 Testis examinatus pro Fisco an possit examinari per reum ad eius innocentiam probandam.
- 13 Affirmant Cavalcanus, & Guazzinus, sed negat Basilico, qui refert articulum determinatum ad favorem Fisci, & Basilici decisio, tanquam suisodalis bic iterum typis mandatur, num. 14.
- 15 Testis à parte, vel à Fisco productus, quem reus produxit ad sui defensionem, si pars illum reprobaverit, an possit reus illum repulsare, non obstante approbatione facta.

CAPUT XXV.

Testis unicus à Fisco, vel à parte productus, an plenè probet contra producentem. Et an producens instrumentum censemur approbasse personam Notarii, itaut non possit impugnare aliud instrumentum manu ejusdem Notarii productum ab adversario collitigante.

Celebris est hæc controversia inter Doctores, nam affirmativam sententiam tuentur Abb. & ceteri alii in cap. examinata de iudiciorum, cuius sententia antesignans fuit Romanus conf. 104. num. 6. quam post Vv. in comm. opin. v. testis productus, communem profitetur Vasq. de success. creat. §. 12. num. 7. & Farinac. de testib. qu. 62. nu. 237. Mascard. concl. 1235. nu. 28. & 29. Boss. in tract. crim. tit. de public. process. num. 16. Boer. dec. 215. num. 3. Reg. Sanfelic. dec. 163. num. 1. & 2. Consil. Staiban. resol. 120. nu. 2. & 3. centur. 2.

Receptior est tamen contraria sententia, ut unicus testis non probet contra inducendum, quam sententiam receptam habemus apud Rotam dec. 344. par. 9. recent. & apud Cavalier. dec. 366. & penes Zacc. qq. Medic. legal. tom. 2. dec. 39. nu. 5. & par. 4. recent. tom. 2. dec. 42. n. 5. & 6.

Receptam habemus eandem sententiam apud Reg. Sanfelic. decis. 163. part. 2. num. 4. & 5. ubi intelligit conclusionem, si alii testes maiores numero non contradicant, quia tunc unicus testis contra producentem non probat, allegat Handed. & judicatum recentet per Rotam decis. 592. num. 1. vers. conchafsum, & facta relatione in Coll. Consil. sub die 14. Octobris 1624. hanc eandem sententiam nulla facta mentione de Reg. Sanfelicio comprobat Reg. de Marinis in observat. ad Reg. Reverterii decis. 210. num. 6. cum sequ. qui testatur de hac communis opinione, quam dicit probari per textum in l. si quis testibus. Cod. de testibus, & ex illis verbis, Non adiungendo scilicet ei licentiam ex ipsis depo-

depositionibus testimonium eorum arguere, qui num. 7. advertit ex Maranta, quod si producens post publicationem, non reprehasset dictum suorum testium, censeretur illum approbasse per taciturnitatem, & procederet Consilium Romani.

Et ne exterorum graviorum Authorum auctoritate carere videamus, addimus *Ant. de Mattheis de probat. cap. 6. num. 14. in fine, & num. 15.* qui pro hac sententia ita contendit: *An non uni credendum contra ipsum producentem. Multi certe id admittunt: nec fidem putant derrogandam, nisi alios quis producat, qui attestentur contrarium, l. si quis 15. C. de testib. cap. cum tu, & cap. cum in nostra extr. de testib. Soccin. juri. 1. conf. 69. nū. 11. Surd. decis. 288. nū. 49. Farin. tract. caus. crim. qu. 62. num. 211. Gabriel de testib. conclus. 1. num. 14. Sed rectius sentiant qui dicunt, quod qui testem producit; probet quidem personam, sed non quicquid dicturus est. Christin. ad leg. Mechti. tit. 1. art. 28. num. 24. Marant. par. 6. vers. de repulsa test. num. 10. & 12. Zurphen. Hederl. tract. tit. Getuyge 5. 5. Qui enim id divinabit? Etsi frustra id divinabit, cur adversus producentem ergo soli credetur? Certè ratio vix potest reddi.*

Ista ratio, qua nonnulli ex citatis Doctoribus nituntur vera mihi videtur; siquidem ap-
6 probatio illa tacita, quæ inducta videtur per inductionem testis cœsetur quoad personam tantum, non verò quoad substantiam sui di-
cti, nec quoad alios defectus, qui ex testimoni-
o, vel ex inverisimilitudine resultant, ut post *Farin. in cit. qu. 62. n. 125.* multis lau-
datis probat *Basilico dec. 19. n. 9.*

Ampliatur prima affirmativa sententia in teste producto tantum, & annotato in calce citationis ad testes, qui licet non fuerit examinatus à producente, sed ab altero colliti-
gante plenè probat contra producentem, à quo repulsari non potest, *Vivius decis. 172. num. 9. & 10.* ubi sic alias decisum testatur, accedit *Caravita super rit. 72. num. 20. & Rey. Sanfelic. in prax. judiciar. sect. 57. n. 18.* plenissime *Cardin. Albitius de inconstantia in judiciis qu. 36.* ubi tradit plures limita-
tiones, & signanter, quando pars, contra quam fuit testis productus, illum repro-
bavit, quia tunc producens poterit illum reprobare, ex *Farinac. qu. 62. n. 254. & Boer. dec. 245. num. 5.*

Ampliatur secundo, ut conclusio procedat ne-
8 dum in eadem causa; sed in ceteris aliis cau-

sis producentis; in quibus persona semel ap-
probata in una causa, non poterit in qua-
cunque alia causa de cetero repulsari ab il-
lo, qui semel talem testem produxit, ut sin-
gulariter docet *Alexand. Trentacing. var. resolut. lib. 2. resol. 4. de probat. n. 48.*

Ampliatur tertio supra tradita conclusio, ut prescribat sibi locum etiam in producenti-
bus scripturas, seu instrumenta, qui nedum
videntur fateri esse vera omnia contenta in
instrumentis productis, ita quod adversus illa nihil opponere possint; sed neque adver-
sus personam Notarii, qui confecit instru-
menta, cuius personam approbasse presu-
mitur quoad qualitatem Notariatus, ut ex
Bald. Castrenf. Alexand. Marsil. Guid. Pap. Boer. Menocb. Miercz, & Card. Tusc. singu-
lariter notandum tradit *Parex. de univers. instrum. edition. tit. 7. resolut. 3. num. 7. tom. 2.*
qui num. 8. magis notabiliter infert hoc pro-
cedere etiam in casu, quod unus ex colliti-
gantibus produixerit in judicio instrumen-
tum confessum manu alicujus Notarii, &
postea ejus adversarius collitigator produ-
cat aliud instrumentum manu ejusdem Notarii; nam primum producens non pote-
rit impugnare hoc ultimum instrumentum ex defectu personæ Notarii, quod dicit esse
constantissimum in jure, & procedere non
solum in una, eademque lite, sed in causa di-
versa; & distincta à prima, sub tenore se-
quentium verborum: *Ex qua ampliatione
infertur, quod si aliquis ex litigantibus in
judicio produixerit instrumentum manu ta-
lis Notarii confessum, & postea ejus collitiga-
tor ipsiusmae Notarii, seu tabellionis aliud
instrumentum producat, primus producens
hoc ultimum instrumentum impugnare non
poterit ex defectu personæ Notarii, seu Ta-
bellionis, aut eorum Notariatum negare,
quod constitutissimum de jure est, & procedere
non solum in una, eademque lite, in qua si-
milia instrumenta fuerint producta, verum
etiam in alia, & inter diversas personas, ut
ex *Alexand. conclusit Card. Tusc. d. conclus.*
872. nū. 35. illis verbis: *Ex tende, ut proce-
dat, etiam si cum aliena persona sit lis, & in di-
versa questione, vel causa, ex quo semel ap-
probavit eum Notarium producendo instru-
mentum ab eo rogatum, non poterit impug-
nare amplius personam Notarii, quod non
sit Notarius; *Alexand. d. conf. 133. n. 14.*
in fin. lib. 7. *Guid. Pap. qu. 503. num. 1. ubi
ampliat, etiam si id contingat in alia causa
di-
ver-***

diversa, & his vertatur cum alio distincto à primo litigatore, quod comprobavit ex generalitate regule, d. l. si quis testibus, Cod. de testibus.

Limitanda venit principalis conclusio, quando testis non deponit super articulis praesentatis per producentem, sed super interrogatoriis partis adversæ, quia tunc non plenè probat Hieronym. de Leon. dec. Valent. 186. num. 3. qui sic decisum refert post Cavaler. dec. 12. num. 40. Farinac. de testib. qu. 63. n. 22. decisionem de Leon. sequitur D. R. Crespi de Valdaur. obser. 23. qu. 8. num. 62. & 63. adducit illam limitationem, quando aliis testibus ab eodem productis esset probatum contrarium, quia tunc testis unicus non probat contra producentem.

Pergimus ad aliam quæstionem, quam non abs re examinandam duximus, num testis examinatus pro Fisco, possit etiam examinari per reum ad ejus innocentiam probandum?

Affirmat Cavalc. de brach. Reg. de testib. par. 3. num. 200. vers. rursus, Guazzin. ad defensam reorum defens. 25. cap. 2. in fin. Conciol. resolut. crimin. v. testis quoad dicta resol. 14. dummodo testis à Fisco examinatus non deponat de directo contraria ad illud, quod prius deposuerat.

Negat Basilico decis. 19. à 200. 1. ad 7. qui cum articulum determinatum referat ad Fisci favorem, ideo sat erit ejus verba hic transcribere, & typis vulgari pro illis, quibus pigebit librum invenire, & aperire.

Decisio 19. Basili.

Testis deposuerat pro Fisco, pars in termino defensionum volebat eundem pro se produce-re, disputatum proinde in M. R. C. fuit, an id jure licet? Et contra Fiscum dicebatur, posse quemlibet uti ad sui defensionem iisdem mediis, quibus oppugnari prætendebatur cum in judiciis servari debeat aequalitas, l. fin. Cod. de procurat. l. non debet actori, ff. de reg. jur. l. si id, quod in fine, ff. de rescindend. vendit. l. non tantum 20. ff. de re judic. & quemlibet uti posse testibus etiam impugnat, Gabriel. conclus. 1. per tot. de reg. jur. lib. 6. Surd. conf. 328. num. 1. vol. 3. & testem inductum ab una parte posse repeti ab altera, etiam invita parte inducente, Capic. decis. 39. per tot. Aretin. conf. 140. num. 2. vers. ad quæsum, Cavalc. de testib. par. 5. nu. 200.

ubi quod testes inducti pro Fisco, possunt etiam examinari ad defensam rei, ea ratione, quia si admittuntur contra reum, cur non debeant recipi ad ejus favorem. Et si Fiscus velit eos examinare, quod non poterit per reum impediri, Farinac. & alii per Guazzin. ad defens. defens. 26. num. 5. tom. 2.

Verum à Fisco replicabatur bunc casum specialiter fuisse à textu decisum in l. produci, ff. de testibus, ibi, produci testis non potest, qui ante in eum reum testimonium dixit, & ratio assignatur à glos. ibi. Quia presumitur redemptus, ubi Bart. & DD. Replicabat verò ad doctrinam Gabrielis, & Surdi; quod eorum opinio procederet, ut possit quis uti testibus impugnatis ad declarationem falsitatis, vel veritatis, ut explicat Cravett. conf. 9. & alii.

De aliis verò Doctorum opinionibus non esse curandum, ubi enim habetur expressa legis dispositio simpliciter probata, simpliciter servanda est ex bono, & aequo, l. prospexit 12. ff. qui, & à quibus manumissi, &c. l. stichum 39. §. si stichus 8. ff. de statu liber. cum enim in verbis nulla est ambiguitas, non debet admitti voluntatis quæstro, l. ille, aut ille 25. §. 1. ff. de leg. 3. leg. 1. & ult. C. de legib. Ex quibus à dominis fuit ad favorem Fisci decisum 1640.

Restat animadvertere ad declarationem primæ affirmativæ opinionis, quod idem testis à Fisco, vel à parte productus, quem reus iterum produxit contra partem, si pars illum reprobaverit, erit permisum quoque reo illum repulsare, non obstante, quod ante fuerat ab ipso productus, & per consequens approbatus, ut firmat Farinac. de testib. qu. 62. num. 54. & 55.

S U M M A R I U M.

- 1 **T**estium corruptio, & subornatio ex quibus resultet. Et quid si testis pecuniam accipiat ad testimonium dicendum, vel non dicendum, num. 2.
- 3 Testis non debet vendere verum testimonium.
- 4 Teste uno subornato an omnes testes corrupti, & subornati presumantur.
- 5 Sententia lata à tribus Judicibus, quorum unus fuit corruptus an reddatur nulla in totum.
- 6 Testis deponens sub spe præmii, & utilitatis tantum promisso an dicatur corruptus.

7 Et

Tractatus Criminalis Analyticus.

87

7. *Et quid in testibus accendentibus ad depo-
nendum sub promissione amplissimorum pro-
missorum, & future impunitatis.*
8. *Testes quibus fuit data pecunia pro sala-
rio, & expensis in itinere erogandis an pre-
sumantur corrupti, & subornati. Et quid
quando pecunia daretur publice, & palam
resolvitur questio ex Farinacio, cuius ver-
ba tanquam magistralia inscruntur, num. 9.
& 10.*
11. *Testium seductio presumitur si unus te-
stis reperiatur examinatus uno mense, &
alius alio mense.*
12. *Testis corruptio presumitur in teste fu-
giente à carceribus Iudicis Ecclesiastici, &
spontè se exhibente ad deponendum coram
Iudice Seculari.*
13. *Testium subornatio arguitur in testibus
deponentibus per eundem premeditatum ser-
monem.*
14. *Iudicis corruptio an argui possit ex recep-
tione pecuniae, vel munerum sub titulo dicta-
rum, vel sub colore salarii, & an ad sit ali-
qua discriminis ratio inter Iudicem acceden-
tem ad instantiam fisca, & Iudicem acceden-
tem ad explendam commissionem ad partis
instantiam, & num. . . Refertur casus de-
cisis per Collaterale Consilium, n. 20. & 21.*
15. *Salarium an sit solvendum Commissariis
ab inquisitis ante condemnationem in causis
criminalibus, & ante liquidationem in cau-
sis civilibus.*
16. *Pœna subornationis compræbenditur sub
lege loquente de extorsione, & an commissa
dicatur subornatio per receptionem pecunie
ultra solitam taxam.*
17. *Suspitionis causa erit in Iudice, qui in
accessu cum aliqua ex partibus litigantibus
bospitetur, & simul comedat.*
18. *Suspicio Iudicis ex capitibus corruptele
redit Iudicem suspectum ex capite inimici-
tia.*
19. *Suspitiones ex capitibus corruptele, & si-
milibus denigrantibus autoritatem Iudicis
non recipiuntur; sed sit certior D. Prorexc.*
20. *Reg. Consiliarius D. Franciscus Andreas
summis, & debitis condecoratur laudibus.*
21. *Recusatio proponenda in personam Regii
Consiliarii, vel alterius Iudicis Tribuna-
lis Collegiati delegati extra Civitatem, an
sit proponenda ad formam Regie Pragmati-
cae, cum deposito, & expressione cause. Et
an acta facta per Delegatum, ante, & post
propositam recusationem veniant annullan-*
- da, num. 24. 33. & 34.
25. *Iudex ex receptione pecuniae, vel mune-
rum ex causa remunerationis, vel suborna-
tionis an videatur contrabere inimicitiam,
cum altera parte colligante adeout acta fa-
cta per dictum Iudicem dicantur nulla.*
26. *Iudex dicitur legitime procedere ante pro-
positam recusationem, etiam si sit notoriè su-
spectus nisi sit suspicio ex defectu jurij di-
ctionis prout in Advocate, qui non potest es-
se Iudex nec potest intervenire, neque de
consensu utriusque partis, num. 27.*
28. *Iudex cui fuerunt missa munera; vel
fuit soluta pecunia palam, & bona fide pro-
dictis ad quas pars se obtulit in precibus
Principi porrectis an reddatur suspectus ex
capite corruptelæ, & inimicitæ, n. 29.*
29. *Inimicitia capitalis, cum Iudice contrabi-
tur ex homicidio alicujus consanguineis aut
ex accusatione Criminali, vel ex minis mor-
tis, inferenda, vel ex injuriis verbalibus,
aut ex controversia omnium bonorum.*
30. *Inimicitia capitalis extenditur in infini-
tum in linea descendenti, & usque ad quar-
tam gradum in linea collaterali.*
31. *Iudicis inimicitia capitalis reddit acta
nulla etiam ante recusationem propositam.*
32. *Iudicis inimicitia capitalis reddit acta
nulla etiam ante recusationem propositam.*
33. *Pragmaticæ loquentes de suspicionibus an
comprehendant Delegatos per D. Proregem,
vel per alia Tribunalia ad capiendam infor-
mationem, vel ad alia commissa explenda
extra Civitatem. Interpretatur Pragm. 10.
in §. 2. de Suspicionib. Official. n. 36.*
34. *Suspitiones, que proponuntur in perso-
nas Regiorum Auditorum Provinciarum
Regni quibus est commissa captura informa-
tionis sunt proponenda formiter, cum deposi-
to in Collaterali Consilio, & refertur obser-
vantia, cum quamplurimis exemplis, n. 38.
39. 40. 41. & 42.*
35. *Recusatione interpolata in partibus in
personam Iudicis Delegati absque deposito, &
absque expressione cause, an possit recusatus
Iudex procedere ad ulteriora recusatione non
obstante.*
36. *Recusatio Iudicis delegati extra Civita-
tem, an sit casus omisus à Regiis Pragma-
ticis.*
37. *Recusatio Iudicis tam attento jure civi-
li Romanorum, quam attento jure Canonico,
est proponenda cum expressione legitime cau-
sa, coram arbitris probanda.*
38. *Recusatio si proponatur absque legitima
causa poterit Iudex recusatus attento jure
cano-*

- canonico ad ulteriora procedere, & acta erunt valida; Cujus juris Canonici dispositio servatur in toto Regno in recusationibus proponendis num. 47. 48. & 49.
- 50 Acta facta per Iudicem recusatum an sint valida si fuerunt facta cum interventu ejusdem partis, quamvis contradicentis.
- 51 Examen testium nullum ex defectu jurisdictionis aliqualis, sed non totalis sustinetur, quando fuit factum cum interventu partium comparentium, etiam premissa protestatione de non consentiendo in Iudicem.
- 52 Suspitioni propositae in partibus in personam Iudicis delegati, si fuerit cumulata appellatio interposita ab actis factis post recusationem non propositam ad formam Regiae Pragmaticæ, an appellatio operetur nullitatem actorum; si acta fuerint facta cum interventu partis, & non presentata cedula appellationis, num. 53.
- 54 Et an acta facta post appellationem viant annullanda postquam fuit declaratum in gradu appellationis, suspicionem militare. resolvitur cum distinctione num. 55.
- 56 Suspicionem proponens inepte, & non servata forma Regiae Pragmaticæ, an possit eandem suspicionem ritè, & rectè proponere, num. 57.
- 58 Suspicio Iudicis ad hoc ut attentorum effectum producat, non sufficit proponi coram Iudice superiori; nisi sit nota Iudicii inferiorei per inhibitionem, ne ad ulteriora procedat, adeo ut non sufficit partibus esse notam recusationem.
- 59 Recusatio Iudicis equiparatur appellationi, quæ ad hoc ut Iudicis jurisdictionem suspendat, non sufficit fuisse interpositam, & inhibitionem obtentam, nisi Iudicii inferiorei presentata sit, & ideo idem dicendum in recusatione num. 60.
- 60 Rescriptum Comitis de Pignoranda ius Regni Proregis affertur ad probandam actorum validitatem.
- 62 Iudex an removeatur à judicando in causis illius, à quo ejus filius consecutus fuit beneficium Ecclesiasticum, vel quando ejus filia fuerit dotata, vel effecta Monialis sumptibus litigantis, vel consimile commodum Iudicii, vel suis pervenerit, quia effet crimen barattarie. Referuntur decisiones Sac. Reg. Consil. de anno 1668. & de anno 1708. num. 63. & 64.
- 65 Iudices Regii prohibentur recipere beneficia Ecclesiastica inconsulto Rege.

- 66 Iudices prohibentur intervenire ad ius dicendum in causis illorum, à quibus eorum filii, fratres, aut consobrini consecuti fuerunt beneficia, & dignitates Ecclesiasticas, vel quorum ope, & suffragio consecuti fuerunt senatoriam dignitatem, num. 67.
- 68 Iudicis recusatio ex causa collationis beneficii an sit legalis, quæ nullo praescribitur tempore ad illam proponendam.
- 69 Recusatio Iudicis, ex quo ejus consanguineus intervenit uti Advocatus an sit suspicio legalis, quæ tollit potestatem judicandi etiam nulla proposita recusatione, & proinde quocunque tempore proponi possit. Interpretatur Pragm. 5. in §. 4. de munib. & Prag. 23. in §. 3. de offic. S.R.C. & Pragm. edita de anno 1689. num. 70. 71. & 72.

C A P U T XXVI.

De corruptione testium; & an, & quando testis pecunia corruptus dicatur subornatus, & quam probationem faciat. Plenissime agitur de Iudicis corruptione, & an argui possit ex receptione munierum, & pecuniarum, sub titulo dietarum ante condemnationem, vel liquidationem, & an hæc sit justa recusationis Iudicis causa, & an acta facta ante hanc recusationem nulla, & irrita reddantur. Extollitur Reg. Consil. Franciscus de Andreis, cuius celebre Responsum typis mandatur.

- T**1 Estis corruptio, & subornatio ex pluribus causis resultare potest, inter quas primum locum obtinet, datio pecuniarum, vel alterius rei, juxta textum in l. 3. §. ideoque in fine, ff. de testib. in illis verbis: *Qui ad testimonium dicendum, vel non dicendum pecuniam accepisse judicatus, vel convictus erit, & hoc casu testis presumitur falsus, & non probat etiam si verum dixerit, ex communis*
- 2

mini, & recepta opinione latè comproba-
ta per Farinac.de testib. qu. 67. à num. 236.
Vivius decif. 171. num. 5. & cæteri apud
Giurb. conf. 64. num. 27. & apud eundem
Farinac.in conf. 130. nu. 33. tom. 2. ubi quod
sola pecunia datio, & acceptio subornatio-
nem, & falsitatem depositionis probant.

Ratio assignatur, quia testis non debet vende-
re verum testimonium, Harpret. de public.
judic. tom. 4. §. item lex Cornelia de falsis nu.
15. Carpzov. in præc. crimin. par. 2. qu. 93.
num. 50.

Est adeo potens subornationis præsumptio;
quod omnes testes corrupti præsumuntur;
4 quando unus ex testibus subornatus, aut
corruptus extiterit, si credimus Farinacio
in conf. 130. num. 43. tom. 2. ibi: Ex quibus
nihil superesse video, quod possit carcerato-
rum omnium liberationem, & absolutionem
impedire. Non omittendo tamen, quod cum
constet Hieronymum, & Petrum Paulum
prædictos fuisse subornatos, ut supra, intrat
juris præsumptio, quod sic etiam, & Felix,
& alii testes contra eosdem carceratos depo-
nentes subornati fuerint, & falsum dixe-
rint, Ruyyn. conf. 36. nu. 4. Guidon. P. conf. 75.
col. 2. in fine, Mascard. de probat. lib. 3. conclus.
1340. num. 6.

Sed quid dicendum in sententia prolata à tri-
bus Judicibus sedentibus in aliquo Tribu-
nali, quorum unus fuit corruptus, viden-
dus est Borrell. in summ. decif. tit. 30. de sen-
tentia à num. 313. ad 317. tom. 2. ubi adhæ-
ret sententiae, quod sententia est nulla in
totum ratione individuitatis.

Non tamen diceretur corruptus testis depo-
nens sub spe præmii, seu utilitatis, non ta-
men promissæ, ut ex Bald. & Mascard. fir-
mavit Prosper Farinac. conf. 115. num. 21.
tom. 2. sed bene testes, qui veniunt ad de-
ponendum sub promissione amplissimorum
7 promissorum, & futuræ impunitatis om-
nium delictorum dicuntur magis, quam
pecunia corrupti, & ideo non probant, In-
trigliol. dec. Siciliae 12. n. 11. lib. 1.

Maxima suboriri potest difficultas in testibus,
quibus pro salario, & expensis in itinere, vel
8 laboribus erogatis, fuit data pecunia, an
præsumantur corrupti, & subornati, & ideo
possint repulsari, affirmativè resolvit Guid.
Pap. dec. seu qu. 68. quando fuit data pecu-
nia, secretè comprobatur Decian. respons. 52.
num. 27. vol. 4.

Sed in contrarium, quando pecunia daretur

publicè, & palam; comprobatur de communi,
9 & recepta opinione doctissimus Farinac. in
illo eximio suo tract. de testibus, secundum
quem parem in mundo non habemus sic di-
gestum, & absolutum in qu. 67. num. 270.
cujus Authoris verba hic transcribere con-
sentaneum visum fuit. Limita tertio di-

10 Etiam regulam non procedere, si testi pecunia
datur pro expensis in itinere, & pro operibus
amissis; tales enim expensæ de jure debentur
testibus, ideo eas licet recipiunt, & sine cor-
ruptela, textus expressus in cap. statutum
in fin. de rescript. lib. 6. & §. venturis, 4. qu.
3. & in l. quoniam liberi, C. de testib. Host. in
cap. 1. ante num. 1. & ibi etiam lo: Andr. nu.
1. in verb. conductur, & ibi in addit. lit. A.
Anan. num. 2. Bald. num. 2. vers. oppono, &
videtur Inol. in vers. si tamen necesse habet
ire de loco ad locum, Anchalan. num. 1. in ...
notab. Zabar. in princip. vers. oppono, quod
dicuntur pretium, Bellamer. in princ. vers. ex-
pone literam, & num. 1. & sequ. ubi ampliat
etiam, quod expensæ factæ essent lautiores,
But. num. 4. vers. non intendit hic prohibere
expensas. Abbas num. 2. ad fin. vers. nam pro
expensis, Felin. num. 2. extra de testib. Cyn.
Jacob. Buttr. & Salic. in l. quoniam liberi, eo-
dem Jacob. de Bel. in tract. crim. in vers. de te-
stibus num. 21. Specul. in tit. de teste §. 1. nu.
44. in fin. vers. expensis tamen, Florian. in
lex bac lege, ff. si quadrup. pauper. fecis. di-
cat. Albert. de Malet. in tract. de testib. cap. 7.
num. 81. & seq. ubi qualiter, & quando ta-
les expensæ sint taxandæ, & loquitur etiam
quod opera amissas, & quod contraria opini-
o Alberici in d. l. quoniam liberi, est multò
iniqua, Nel. de testib. num. 37. in fin. & num.
97. Jacob. Butrig. de testib. rub. quedam for-
ma circa testes num. 2. Guid. Pap. qu. 68. nu.
5. & sequ. ubi ita in Curia Delphin. serva-
tum testatur Dec. conf. 189. num. 12. Boss. in
tit. de opposit. contra test. num. 132. & seq. Co-
var. reg. peccatum par. 2. §. 3. num. 4. de regul.
jur. in sexto, Clar. in §. falsum vers. sed quid
è converso in fin. Menoch. de arbitr. cas. 310.
num. 10. Ofasc. decif. Pedem. 46. num. 7. & om-
nibus seq. ubi in specie de refectione amissa-
rum, latè comprobatur, concordantes adducuntur,
contrariis respondet, & in fine decisionis te-
statur de veriori, & æquiori opinione, quam
amplexus est ille Senatus, Claud. ad Bert.
conf. 157. lit. B. vers. testis tamèn, & vers. sen-
tit Bal. Mont. in repert. test. rub. an debe. in-
tur testibus expensa. fol. 262. col. 1. vers. 4. &
seq.

M

seq. ubi de materia Andr. Gal. observ. 99. num. 8. & seq. ubi quod ad operas omissas sequissimam putat refectionem, & bene comprobat, & generaliter de expensis, dicit. observat. 99. num. 1. & sequent. ubi etiam bene comprobat, & testatur de communi opinione lib. 1.

Arguitur seductionis suspicio si unus testis reperiatur examinatus uno mense, & alius alio mense *Camill. de Laratba conf. 19. n. 18. versc. quoad 6. Marciān. conf. 50. n. 7. in fin.* qui loquitur in teste examinato post quinque menses.

Insuper arguitur corruptionis suspicio in teste fugiente à carceribus Judicis Ecclesiastici, & sponte se exhibente ad deponendum coram Iudice seculari impunitatis consequendæ spe, quia habetur magis quam pecunia corruptus, ut ex *Boss. perpendit Giurba conf. 70. n. 45. in medio.*

Rursus arguitur subornationis præsumptio in testibus deponentibus per eundem præmeditatum sermonem, & sub eisdem formulis verborum, ut ex *Menoch. conf. 35. 8. n. 26. & Gratian. discept. 461. n. 20. & 21.* advertit *Petrus Pacion. de loc. & conduct. cap. 19. n. 117.* & quod tales testes tamquam suspecti repellantur, ex *I. 3. §. 2. ff. de testib. & ex DD. aquid Reg. Capye. Latro decif. 179. n. 5. tom. 2.* Cætera videnda sunt in questione de testibus sponte deponentibus.

Huc usque egimus de corruptione testium, nunc aliquid subnectendum duximus de corruptione Judicium, & an, & quando, & in quibus casibus Judex corruptus dicatur ad effectum; ut à munere ius dicendi repellli possit.

Dicitur corruptus Judex etiam per recepta munera, vel per receptam pecuniam sub titulo, vel colore dietarum vacatarum ratione accessus super locis controversis, quod præscribit sibi locum, tam si Minister accedit ad instantiam fisci pro criminalibus cognitionibus, quam si accesserit partibus pertinentibus; quia in utroque casu non debentur salary, nempè ab inquisitis, seu contumacibus contovenientibus salary non debentur ante condemnationem transactiōnem, seu contumaciam contractam, & in altero casu ante liquidationem juxta terminos *Pragm. 10. in §. 67. de offic. Iudic.* per quam expressè cavetur; ut Salary, sive diete Commissariorum non solvantur ab inquisitis, seu contravenientibus ante con-

demnationem sub poena extorsionis nota obstante quavis clausula; & dum in lege irrogatur poena extorsionis Ministris contrariantibus comprehensa videtur poena subornationis *Mastrill. de Magistratib. lib. 6. cap. 8. num. 24. 25. & 26.* qui *n. 26. 11.* advertit quod subornatio verisimiliter dicitur quoties Officialis, scū Magistratus aliquid recipiunt ultra solitam taxam faciendam à Magistro Notario etiam si non vi, sed à sponte dantibus receperint, quod plenius probat, *Berart. in Specul. Visitat. cap. 17. n. 13.*

Quod fuit extensum, & ampliatum per Regales literas etiam si Judex, & pars hospitentur; & simul comedant in accessu pro visura loci de quibus literis Regalibus memorares fuimus in nostris *Observationibus ad singul. 387. n. 7.* & memor fuit *Reg. Petrus super Rit. 265. n. 145. & 146. tom. 2. & super eod. Rit. 265. n. 140. & 141. tom. 3.* ubi refert res judicatas hinc inde; Unde quoties Officialis recusatio proponitur ab altera partium ex capitibus corruptelam involventibus, redditur suspectus ex capite inimicitiae, ex parte proponentis recusationem; & maxime familiaritatis, & amicitiae contractae cum partibus munera præstantibus, quæ inimicitia efficitur capitalis ex talibus capitibus de corruptela, vel baraptaria, ut manet *Reg. Capyc. Latro consult. 101. num. 17. 18. 19. & 20. tom. 2.* qui in dictis locis animadvertere non desinit, quod hæc capita barattaria, & corruptela non recipiuntur, tamquam tangentia Regiam Visitationem, unde caveant Advocati à proponendis talibus recusationibus in S. C. ex quo paſſim illas rejicere consuevit, quamvis non esse simpliciter rejiciendas, sed redito certiore D. Prorege habetur ex rescripto apud *Reg. Petram super Rit. 265. n. 23. in fine tom. 3.* concordat *Fontanell. decif. Cathalon. 3. à n. 31. ad 32. tom. 1.*

Hinc fit quod non somniati fuimus in Parano dum diximus in nostra *Observat. ad sing. 385. 386. & 387. n. 7.* quod justa existimat causa recusationis receptiones munerum, & pecuniae, quæ proponuntur fuisse præstata ratione salarii Judici accedenti, tam ad instantiam Fisci, quam partium ad capiendum informationem, vel ad explendas diligentias in partibus, & ita per Collaterale Consilium decisum retulimus in causa recusationis propositæ per Principem Cariati in

Tractatus Criminalis Analyticus. 91

in personam Consiliarii Vallenillæ contra quem inter cætera recusationis capita illud fuit præcipuum , quod dictus Consiliarius receperat pecuniam sub titulo dietarum à Marchionissâ Serra pendente accessu , quod idem Consiliarius non negavit confitendo in sua replicatione , quod vere receperat ducatos centum in compotum dietarum , & quod sui milites mercedem acceperunt ab eadem Marchionissâ pro eorum salario , per duos menses anticipatè , & proindè ex hac replicatione sumpsit ansam Princeps Cariati instanti , stante hac Iudicis confessione , caput corruptelæ esse plenissimè probatum , & Consiliarium reddi suspectum suspitione juris , & proindè nulliter , & invalidè processisse etiam nulla proposita recusatione.

Nec ullum considerare posse discriminem inter 21 Iudicem accedentem ad partis instantiam , vel accedentem pro Fisco; prout nos supposuimus fuisse casum accessus Consiliarii Vallenillæ ; Siquidem in dicta proposita facti specie Regius ille Consiliarius fuerat Delegatus à Comite de Pignoranda nedum pro sedandis civilibus illis differentiis vertentiibus inter Principem Cariati , & Marchionem Serra ; sed prosedandis , & coercendis quoque criminalibus controversiis originem trahentibus à civilibus dissensionibus ; pro quibus potissimum præsumendum est Principem illum hujus Regni Gubernium sustinentem fuisse motum ad causam delegandam ; nam quamvis Marchionissâ in ejus memorialibus institisset pro accessu , & obtulisset expensas necessarias , necessario tandem erit hoc egisse pro terminandis differentiis civilibus super confinibus feudorum Castrovillari , & Civitatis Cassani , non autem pro criminalibus controversiis pro quibus non est consuetum inter Nobiles , & Magnates proponi querelas , & accusationes cum nullus ex eis velit subire partes accusatoris ; Et proinde tam justus , quam pius ille Comes de Pegnoranda delegavit causam integerrimo illi Consiliario Hispano D.Joanni Vallenilla eidem demandando informationem differentiarum civilium , & cognitionem cæterarum controversiarum adhoc , ut adhibere possit illa media salutaria , quæ capienda forent circa quietem , & bonum regimen inter duos Magnates.

Quæ adeo vera sunt , quod quamvis doctissimus ille Iuris Consultus , & per celebris

22 causarum Patronus postmodum Consiliarius Amplissimus Franciscus Andreas , qui tunc pro Marchione Serra patrocinum præstabat moverit omnem lapidem ad tollendam Iudicis recusationem , & firmandam actorum validitatem non sine solida doctrina ; & validis argumentis , nihilominus obtinere non potuit , ut constat ex rebus judicatis supra allatis , & ex tenore consultationis per eundem editæ ; Cujus viri monumenta cum non contemnenda ; sed in summo pretio habenda sint evulgatione digna sum arbitratus.

Responsum Regii Consiliarii Francisci de Andreis.

EXORTIS DIFFERENTIIS inter Illustrem Principem Cariati , & Illustrem Marchionem Serra , super confinibus feudorum Castrovillari , & Civitatis Cassani , Excellentissimus Comes de Pegnoranda non tam pius , quam justus Princeps , ad sedandas inter hos magnates dissensiones mediante delegatione commisit Regio Consiliario de Valleniglia informationem differentiarum inter eos vertentium , qui pro exequutione ordinum S. E. de mense Novembri 1662. partibus auditis incepit diligentias facere . Die vero 11. mensis Decembris ejusdem anni fuit pro parte dicti Principis allegatus suspectus in partibus absque deposito , & sine expressione alicujus causæ , qua suspitione non obstante , uti non formiter , & non legitimè proposita , dictus Regius Consiliarius processit ad ulteriora in diligentiis sibi commissis usque ad diem 23. mensis Ianuarii , quod per S. E. fuit ordinatum , quod stante suspitione proposita in ejus personam in Collaterali Consilio , quod interim se abstineret in procedendo . Et postea per aliud decretum ejusdem Collateralis Consilii dictum fuit : Quod abstineat.

Prætenditur pro parte dicti Principis , quod omnia acta facta per dictum Regium Consilium delegatum ante propositam suspicionem in partibus , debeant per Collaterale Consilium nulla declarari , vel saltem annullari acta facta post dictam recusationem in partibus in dicta die mensis Decembris 1662. & omnia alia facta post propositam recusationem in Collaterali Consilio , in die 15. ejusdem mensis , & anni.

Pro nullitate actorum factorum ante proposi-
tam suspicionem in partibus, considerat
idem Princeps, quod dictus Regius Consiliarius à principio contraxit maximam amici-
tiam, cum Ill. Marchionissa Serræ matre
dicti Ill. Marchionis, ex causa solutionis du-
catorum centum sibi factæ, & maximam
inimicitiam cum eodem Principe, ex qua
causa dicit fuisse per Regium Collaterale
Consilium remotum; quæ pecuniarum re-
ceptio, licet non fuisse extorta per dictum
Regium Consiliarium à dicta Ill. Marchio-
nissa, quia tunc fuisse delictum extorsio-
nis, fuit nihilominus (prout afferit) ex
causa remunerationis, seu subornationis,
quæ parit maximam inimicitiam cum alia
parte, quo casu dicit acta fuisse, & esse nul-
la, *ex l. i. C. de pœnis Iudic. qui mal. judic.*
& venales, quando provoc. non est nec prag.
2. de muner. offic. & prag. 10. §. 67. de offic.
Judic. Bajard. ad Clar. §. fin. q. 75. Reg. T ap.
in rubr. ne official. mun. recip., & ita refert
in simili causa Pompillii Galiani fuisse per
Regiam Iunctam decisum.

E contraria, tamen Ill. Marchio Serra prætendit
in Collaterali Consilio, omnia acta facta per
dictum Regium Consiliarium delegatum,
fuisse, & esse validissima, non solum ea quæ
reperiuntur gesta ante recusationem; sed
etiam ea quæ fuerunt facta post suspicio-
nem allegatam in partibus, & postea propon-
sitam in Collaterali Consilio usque ad tem-
pus quo fuit mandatum per S. E. quod in-
terim se abstineret in procedendo.

Et quod ita sit, dicit Marchio Serra, quod in
quantum ad primum articulum, facilis est
resolutio, Iudicem posse semper legitimè
procedere, etiam quod sit notoriè partibus
suspectus, antequam ab eisdem recusetur,
26 & acta erunt valida; *ex Tex. in cap. ab*
Apostolica, de offic. deleg. in 6. Farinac. in
fragm. crim. par. 2. num. 705. Carol. Tapp.
decis. 40. n. 7. Reg. de Ponte conf. 99. n. 5. 6.
& 16. Reg. Rovit. pragm. 8. de suspic. offic.
n. 5. Nisi fuisse suspectus ipso jure ex de-
27 *fectu jurisdictionis, prout in Advocato,*
qui de consensu utriusque partis non potest
esse Iudex, & acta erunt nulla, etiam si
non recuserit, prout dicit Pragm. 5. §. 18.
incip. Volemo, ubi Reg. Rovit. & Gallip. in
sua pract. cap. 5. n. 40. & in his terminis pro-
cedit decisio relata in dicta causa Pompillii
*Galiani, v3. *Advocatum Fiscalem non pos-**
tuisse etiam de consensu partium pro Judice

intervenire, obstante dicta Reg. Pragmatica,
secundum ea, quæ in dicta causa scripsit
Judex Pratus lib. 3. discept. forens. cap. 47.
num. 49. & Reg. de Marinis lib. 2. resolut.
juris, cap. 114. num. 18. quam decisionem
Pompillii Galiani, pars licet nulliter ad hanc
causam, non sine manifesto Iuris errore vi-
detur applicare.

Et ad ea, quæ dicit idem Princeps, ex rece-
28 ptione prædicta duc. 100. facta per dictum
Regium Consiliarium ab Illustrè Marchio-
nissa, fuisse à principio contractam amici-
tiam cum dicta Ill. Marchionissa, & inimi-
citudinem cum eodem Principe, ex qua causa
fuisse remotum, afferit, dictum Regium
Consiliarium delegatum, quæ inimicitia
causa oppositione opus non est, *ex doctrina*
Bald. in cap. constitutus, de rescripto.

Respondeatur. Partem in somniis effingere,
quod dictus Regius Consiliarius fuerit re-
motus ex receptione prædictæ pecunie,
dum capita admissa, super quibus deposita
dictus Regius Consiliarius fuerunt septem,
ut legitur, fol. 14. usque ad 16. & proinde
potuit ex aliis causis removeri.

Et eò fortius, quia pecunia prædicta non fuit
extorta per dictum Regium Consiliarium,
nec clam, & occultè recepta, sed palam, &
publicè soluta, non ab initio, sed post in-
cepas diligentias, non causâ remuneratio-
nis, sed pro suis dietis, ad quas se teneri de-
jure Marchionissa existimavit, non solum
ex vulgata pragm. 6. de commiss. & ex alia
prag. 8. de offic. Judic. sed etiam quia eadem
Marchionissa in ejus memorialibus S. E.
porrectis obtulit expensas pro accessu Offi-
cialis per S. E. delegandi.

Ex quibus legitimè credidit dictus Regius
Consiliarius sibi dietas deberi, & Marchio-
nissam de Jure Pragmaticarum, & ob ejus
29 promissionem in memorialibus S. E. porre-
ctis contentam, ad dictas expensas teneri.
Ad quid igitur? tam petulanter ex parte
dicti Principis arguitur dictus Regius Con-
siliarius Valleniglia vir aliquoquin integerri-
mus, de prohibita munerum receptione, de
extorsione, & subornatione, dum legitimè
credidit auctum facere lege permittente, ad
tex. in l. Graccus, C. de adulteriis, Cagnol.
de reg. jur. reg. 194.

Nec ex tali receptione pecunie fuit contracta
inimicitia, quæ quando contrahitur, nisi
30 fuerit capitalis, puta ex homicidio alicujus
consanguinei sui adversarii, aut ex accusa-
tio-

Tractatus Criminalis Analyticus. 93

tione criminali , mortis inferendæ comminatione , vel injuriis verbalibus , aut omnium honorum questione , prout considerat *Cald. de jure emphyt.* lib. 1. qu. 7. n. 21. & 22. quæ inimicitia eo casu dicitur capitalis , & extenditur usque ad infinitum in linea descendenti , & usque ad quartum gradum 31 in linea collaterali , prout dicit *Reg. Prag. 15. cap. 15.* & 16. de suspic. Official. ubi *Reg. Rovit. n. 24.* qui eodem loco sequitur *Cald. supra cit.* & in *Prag. 1. eod. tit. num. 32.* tunc enim , quia est capitalis inimicitia reddit acta nulla , etiam ante propositam reculat 32 actionem , secus in aliis casibus , prout cum *Prop. Bald. & Angel.* declaravit *Farinac.* in *fragm. crimin. par. 2. num. 706.* & *Reg. de Ponte conf. 99. nu. 13.* & 19. lib. 1. & *Berart.* in *Specul. Visitationis cap. 16. n. 13.*

Quo ad secundum articulum , dicit idem Ill. Marchio Serra , certissimi juris esse Judicis jurisdictionem non suspendi , nisi legitimè , & formiter suspicio in ejus personam fuerit proposita , & prouidè omnia acta facta post 33 allegatam illegitimam suspicionem esse valida , indistinctè probarunt *Franch. in cap. cum speciati* , de *appell. lib. 6. Bertrand. conf. 184. Alexand. in l. quia poterat. ff. ad Trebell. Gabriel. tit. de Judic. conclus. 5. Rota Roman.* relata per *Pegn. decis. 1646. n. 1. to. 2. Foller.* in *addit. ad Marant. q. 4. dist. 16. n. 4. Vaut. de nullit. sub tit. de nullit. ex defectu jurisdict. n. 140. Gallup. in sua pract. cap. 5. nu. 61. Reg. Sanfelic. decis. 85. lib. 1.* & *Reg. Tap. in Jure Regni Neap. lib. 3. tit. de suspic. Official. in Comment. Ritus M.C. 265. num. 18. fol. 180.* vers. *Imponendi paenas.*

Quibus positis clarissimè fulget justitia dicti Marchionis prætententis acta facta per dictum Regium Consiliarium post ejus recusationem allegatam in partibus per dictum Principem esse valida , non obstante suspicione in partibus per dictum Principem allegata in personam dicti Regii Consiliarii uti illegitimè , & non formiter proposita contra formam Regiarum Pragmaticarum , *Ritus M.C. ac Juris Civilis* , & Canonici dispositionem .

Et quod dicta suspicio nulliter in partibus fuerit proposita apparet ex eo , quia non fuit expressa causa suspicionis contra *Prag. 1. de suspic. Official.* & *prag. 40. de offic. S.R.C.* & *prag. 15. eod. tit. de suspic. Official.* Nec tempore allegatae suspicionis fuit factum depositum , servata forma *Pragm. 5.* & *9.*

eodem tit. de suspic. Offic.
Et licet pro parte dicti Principis dicatur , Pragmaticas prædictas loqui solum de Officialibus residentibus in Civitate Neapolis , 35 non autem de Officialibus delegatis per S. E. aut per alia Tribunalia ad capiendas informationes , quasi quod non sit casus comprehensus per Regias Pragmaticas , & consequenter poenitatem , & depositum respectu ipsorum non procedere , ex dictis per *Consilior. Gizzarell. decis. 66.*

Tamen quam longè fallitur Ill. Princeps Capriati , videtur non solum ex eo , quod *prag. 10. nu. 2. ojusdem tit.* loquitur expresse de officialibus majoribus , vel minoribus Regni , & quia in *pragm. 18.* committitur in fine observantia quibuscumque Officialibus , majoribus , vel minoribus Regni , ex quibus apparet *pragm.* sanctiones habere locum tam intra , quam extra Civitatem , ut ait *Apicell. in tit. de suspic. Official. num. 111.* & *Troyfius in pragm. 9. de exam. test.*

Verum etiam , quia in practica semper obser- 37 vatum est , recusationes in personam horum officialium delegatorum ad capiendas extra hanc Civitatem informationes nunquam fuisse admissas , nec admitti absque deposito , tum propter favorabilem recusationis materiam , ut dicit *Rot. Rom. dec. 43.* part. 1. tum etiam quia in poenalibus ex identitate rationis fit extensio de similibus ad similia , secundum *Bald. in cap. 1. quæ fuit prima causa benefic. amitt. cap. inter ceteras, de rescript. in fine, Villaust. in tract. de extens. leg. correct. n. 41. vers. in penalibus,* & odiosis .

Et eo magis , quia militat eadem ratio expressa in dictis *pragm.* sanctionibus , videlicet ne calumniosè causarum cursus impediatur , ac Iudicis dignitas conservetur , quæ ratio militat etiam in his Commissariis delegatis , prout pluries refert decisum per Collaterale Consilium *Reg. Sanfelic. in addit. seff. 40. sua practis judiciar.* ubi testatur de communis observantia , & de pluribus casibus .

Et primo decisum refert , non fuisse admissam 38 recusationem propositam pro parte *Ducis Petritii* , in personam *Spectabilis Comitis Molæ* , cui fuerat commissa capura informationis multorum capitum in partibus Provinciæ Calabriæ , ubi prò aliis negotiis degebat , ut ex decreto Supremi Collateralis Consilii de anno 1645. inserto per dictum

Etum Dom. Regentem Sanfel. in addit. n. 13.
Secundò observatum tradit in recusatione allegata pro parte D. Alonsi Carafa Ducis Castrinovi, in personam D. Antonii Capitanī tunc Auditoris, cui fuerat demandata captura informationis, & de anno 1645. fuit dictum per idem Collaterale Consilium, *Non recipientur capita, & solvuntur paenam.*

Tertiò, in suspicione Auditoris Merula in Provincia Basilicata, cui de ordine Collaterale Consilii fuerat commissa informan-
40 tis captura, & recepta fuerunt capita cum deposito, servata forma Reg. Pragmaticæ, & non aliter.

Quartò, decisum, & observatum etiam tradit per idem Collaterale Consilium in suspicione proposita Regii Consiliarii Xart, à Cittate stylī, prætendentis capita suspicionis debere absque deposito admitti, quia recusatio erat proposita uti contra delegatum ad capiendam informationem in partibus, & non uti Consiliarium, & per idem Regium Collaterale Consilium fuit dictum de anno 1646. proposita formiter suspicione providebitur, prout ex fide, & decreto inserito, per dictum Dom. Reg. Sanfel.

Quintò, judicatum etiam refert in suspicione Judicis M. C. D. Blasii de Botiaya, ad praesens Consiliarii S. C. delegati ad capiendam informationem in Provincia Aprutii de anno 1646.

Et ita testatur Reg. Sanfel. in prax. servari in d. addit. per tot. prout ad praesens viridè observatur, recusationes delegatorum officialium degentium extrà Civitatem, nisi formiter, & facto deposito non admitti. Quod videns idem Princeps Cariati suspicionem per eum propositam in partibus dicti Regii Consiliarii de Valleniglia, uti nulliter, & illegitimè allegatam non servatis 43 Regiis sanctionibus non subsistere, statim recursum habuit in Collaterali Consilio, & dictum Reg. Consil. delegatum suspeclum, formiter, & cum deposito coram Domino Prorege proposuit, & proindè de suspicione allegata in partibus fine expressione capitum, & absque deposito, nulla est habenda ratio, ac si non fuisset proposita; unde meritò dictus Regius Consiliarius delegatus poterat procedere, ut in punto testatur Tap. in jure Regni Neap. tit. de susp. official. lib. 3. in comment. super Ritu M. C. 265. in versimponendi penas, fol. 180. n. 18.

ibi: *Attamen bodie nisi suspicio sit formiter allegata potest procedere, Gallup. in sua præctica, cap. 5. n. 61. Foller. in addit. ad Marant. par. 4. dist. 16. n. 4. & alii citati in princ. hujus 2. art.*

Sed quando hic casus fuisset omissus à Regiis sanctionibus, ut pars afferit, quod contrarium consuetudo, & communis observantia demonstrat, adhuc videndum est, an hic casus remanere debeat sub dispositione Juri: Civilis Romanorum, aut Juris Canonicī, vel Ritus M. C. V. 265. qui in Regno pro lege communi reputatur, quorum iurium dispositione considerata, faciliter videbitur recusationem propositam in partibus per prædictum Principem, nullius fuisse roboris, & momenti, & proindè justissime dictum Regium Consiliarium potuisse ulterius in diligentissimi sibi commissis procedere.

Nam si consideres dispositionem Iuris Civilis 45 Romanorum, in eo magis communis opinio fuit, Judicem ex causa debere recusari, in qua opinione cum Pyl. residet Gl. in l. apertissimi, Cod. de Iudic. vers. Aliis, ubi citat Text. in l. si pariter, ff. de liberal. causa, l. cuiusbi, §. in cause, ff. de privileg. credit. Ioan. Fab., Jacob. de Arena, & alii, in d. l. apertissimi, qui concludunt coram arbitris probandam causam suspicionis, prout in præctica observari testatur Mysing. observ. 63. num. 3. cent. 3. & ita etiam fuit interpretatum per Ritum M. C. 265. in medio, ibi: *Non obstante dispositione Iuris Civilis, qua cavetur, quod sufficiat causam suspicionis simpliciter allegare, nec allegans teneatur ad probationem illius.* Tamen communis judiciorum usus, etiam de Iure Civili causa expressionem, & probationem requirit, quæ consuetudo optima legum interpres attendenda est, l. de interpretatione, ff. de legibus. Et hanc communem observantiam, ultra Mysing. & alios probarunt DD. relati, per Barbos. in d. l. apertissimi, n. 17.

Qua igitur Iuris Civilis dispositione posita suspicio dicti Consiliarii in partibus allegata non sustinetur, ex eo, quia non solum non fuit inserta, & probata causa suspicionis, sed etiam quia nec eam allegavit secundum interpretationem DD. & Prudentum hujus Regni.

Sed quidquid sit de Iure Civili, verum est de Iure Canonico, suspicionem proponi debere 46 cum legitima causa, non generaliter, sed spe-

Tractatus Criminalis Analyticus.

95

specialiter exprimenda, & coram arbitris probanda, cap. inter Monasterium, de re iudic. cum speciali, & cap. Secundo requiris, de appellat. ubi omnes Canonistæ, Laurent. de Iudic. suspect. cap. 5. nu. 35. Gaill. observ. 33. sub num. 14. Mysing. observ. 63. num. 1. cent. 3. Carav. in Ritu M.C. 265. n. 6. Apicell. tit. de suspic. official. n. 72. vers. De lice verò Canonicæ, Alexand. Sperell. decis. 93. nu. 10. tom. 1. & alii.

Et secundum hujus juris Canonici dispositio-
nem si contingerit suspicionem proponi abf.
47 que insertione legitimæ cause Judex pote-
rit ad ulteriora procedere, & acta erunt va-
lida, cum ejus jurisdictione non sit suspensa,
prout aliis relictis pluries decisum refert per
Rot. Rom. Pegna dec. 1646. à num. 1. coram
Lancell. Serapbin. & aliis.

Quæ juris Canonici dispositio in toto Regno servatur secundum Ritum M.C. 265. in me-
dio, ibi: Sed sequendo juris Canonici sanctio-
nem, quæ in hac parte videtur equius pro-
videre, quod quotiescumque occurrerit ali-
quem nostrorum Judicum ordinariorum, vel
delegatorum, aut officialium cum eis depu-
tatorum allegari suspectum, cause suspicio-
nis exprimantur. Et paulò post, ibi: Et ubi
non videbitur sibi causam ipsam suspicionis
infra breve tempus predictum fore proba-
tam, vel à principio non esse justam recusa-
tionem Judicis, vel alterius officialis, nulla-
tenus admittat, quod etiam reperitur ordi-
natum in cap. Regni Proliocitatem Regis Ro-
berti, & in pragm. 1. de suspic. offic. Impera-
toris Caroli V. felicis recordationis, cuius
Rit. M.C. dispositio in proponendis suspicioni-
48 nibus, tam Judicum ordinariorum, quam
delegatorum in toto Regno servatur in pra-
etica, ut nullo modo recusationes admittan-
tur, nisi cum expressione legitimæ cause se-
cundum juris Canonici dispositionem, di-
cunt Carav. d. Rit. 265. num. 30. ubi etiam
Gram. num. 1. Troy. sup. d. rit. num. 4. & 5.
& in pragm. 9. de examin. test. n. 23. Apicell.
tit. de suspic. offic. num. 32. vers. de jure verò
Canonicæ, & num. 111. Maranta in spec. au-
reo, par. 4. dist. 5. num. 42. Scacc. de Jud. lib. 1.
cap. 66. num. 13. 14. & 15. Tasson. de antefat.
vers. 3. observ. 3. sub nu. 113. vers. sed in Re-
gno nostro, Tap. in jure Regni Neap. tit. de
suspic. offic. in d. Ritu, vers. cause suspicionis
exprimantur, Viv. opin. 397. & 768. & dec.
636. num. 1. lib. 2. & Comm. utriusque juris
open. tit. de Judic. loc. 11. vers. & superata,

quos etiam sequitur Judex Pratus in addit.
ad Muscat. lib. 2. par. 1. Glos. sententia, fol.
305. vers. Estque pariter, & discept. forens.
cap. 49. num. 1. & cap. 51. num. 3. tom. 3. & in
practicis observat. observ. 58. num. 8.

Igitur cum non fuisset pro parte dicti Princi-
pis formiter dicta suspicio proposita, serva-
49 ta forma Regiarum Pragmaticarum, nec
cum expressione cause, secun lum. jus Ci-
vile, & Canonicum, & contra formam dicti
Ritus M.C. poterat meritò dictus Regius
Consiliarius delegatus ulterius procedere,
cum sua jurisdictione per dictam recusationem
non fuit suspensa, & consequenter omnia
acta gesta post dictam suspicionem, & usque
ad tempus, quo fuit mandatum per S. E.
quod ulterius non procederer, fuisse, & esse
valida, prout conciliando DD. opiniones, in
hac materia tradit Campag. in c. Regni pro-
prietatem, nu. 16. vers. unde, ubi dicit, quod
aut Judex recusatur absque legitimæ cause
insertione, & habet locum opinio Innoc. in
cap. cum speciali, de appell. quod acta sint va-
lida, aut cum cause insertione, & habet lo-
cum dictum Bart. in l. quia poterat, ff. ad
Trebell. quod acta sint nulla, secundum
quam distinctionem intelligi Bart. & Innoc.
dictum, tradit Gallosp. in sua practic. cap. 5.
num. 61. Cum Vant. in tit. de nullit. ex defe-
ctu jurisdictionis, num. 140. & Gabriel. con-
clus. 5. tit. de Iudic. quam conciliationem
aded de jure verissimam Rot. Rom. pluries
approbat, ut non obstante suspicione alle-
gata absque tamen cause expressione, acta,
& examen à Judice recusato factum esse
validum, cum ejus jurisdictione non suspen-
datur, nisi formiter, & ex legitima causa
suspicio fuerit proposita, prout refert deci-
sum Pegna pluries per Rot. Rom. dec. 1646.
à num. 1.

Et eò fortius acta per dictum Regium Consiliarium in partibus gesta sunt valida, quia
50 fuerunt facta cum interventu ejusdem parti-
s, licet contradicentis, quæ contradicatio
parum prodest, cum sit contraria facto, ut
decisum per Rot. Roman. refert idem Pegna
decis. 1646. tom. 2. in una Papiens. bonorum
coram Lancell. in alia Hispaniæ juris nomi-
nandi coram Serapbin. & in altera liquida-
tionis fructuum, cum Puteo dec. 43. tit. de
Iudic. & aliis DD. quos ibi refert.

Imò Beltrami. in addit. ad Ludovis. dec. 466. di-
xit examen testium fuisse per Rotam Rom.
51 declaratum validum ad evitandum circui-
tum

tum inutilem, & multiplicatas expensas, etiam si nullitas examinis proveniret ex defectu jurisdictionis, dummodo defectus jurisdictionis non sit totalis, sed aliqualis, quando fuit examinatum cum interventu partium, etiam cum expressa protestatione de non consentiendo in Judicem, ut refert decisum in una Tolet. immisionis die 11. Decembris 1617. coram R.P. Pirovano.

Nec valet consideratio partis ex adverso, quod ultra dictam recusationem eadem pars ab eisdem actis appellaverit, & proinde secundum opinionem aliquorum, dicta acta sint nulla, ut post *Glos. in cap. quoniam contra, de prob. Cacher. decif. 84.*

Et eò magis, quia jam declaratum fuit suspicionem militare, & proinde omnia acta veniunt annullanda, ex *Carav. d. rit. 265. n. 30. Gallup. par. 5. num. 12. & aliis.*

Nam respondetur, nec allegatam in partibus suspicionem, nec interpositam appellacionem potuisse nullitatem actorum operari, non solum quia suspicio in partibus proposita nullius fuit roboris, & momenti, & de ea nulla est habenda ratio, ac si non fuisset proposita, ut probatum est, sed etiam, quia licet appellatio fuerit interposita, tamen nunquam fuit presentata cedula appellationis in forma Judici, à quo fuit appellatum; eò magis, quia examen fuit factum cum interventu ejusdem partis, licet contradicentis, quæ contradictione non prodest tanquam contraria factio, & proinde acta facta non dicuntur attentata cum ejus jurisdictione nunquam fuit per dictam recusationem, & appellationem suspensa, ut decisum refert per *Rot. Roman. in propriis terminis Pegan. d. decif. 1656. sub num. 1. ubi refert Beltram. Putem, & alios DD.*

Quo verò ad doctrinam *Caravite, Gallupi, & aliorum dicentium, nullitatem actorum esse suspensam*, donec fuerit declaratum suspicionem militare, prout jam per Collaterale Consilium fuit dictum, quod abstineat, & consequenter venient acta annullanda.

Respondetur doctrinam *Caravite, & Gallupi*, procedere, quando formiter fuerit allegata suspicio, nam tunc si Iudex procedit, acta non erunt nulla ipso jure, ex dispositione juris Civilis, & Canonici, ac *Rit. M.C. 265.* prout idem *Carav. n. 30.* sed veniunt annullanda, quando fuerit declaratum, suspicionem militare; non enim tunc edita erat *Reg. Pragm.* qua pendente suspicione

Iudex tenet se abstinere à procedendo, quam doctrinam esse verissimam, sed non posse applicari praesenti facto, in quo licet fuerit declaratum, suspicionem propositam militare, & esse validam, & ordinatum, quod dictus Regius Consiliarius abstineat. Tamen Collaterale Consilium loquutum fuit de ea suspicione proposita Neapoli coram Dom. Prorege formiter, & cum deposito, non autem de alia informi, & illegitima in partibus allegata, de qua nulla est habenda ratio, ac si non fuisset proposita, de qua nec etiam loquutum fuit Collaterale Consilium, & proinde de uno ad aliud penitus diversum non sit illatio. Hinc inferunt *Reg. Rovit. prag. 9. num. 1. & Iudex Franc. Mar. Prat. in addit. ad Muscat. lib. 2. par. 1. Glos. Sententia, vers. Itidem firmavi, fol. 308.*

Quod si quis inepte suspicionem allegavit, non servata forma Regiarum sanctionum, licet talis suspicio ob formam non servatam rejiciatur, non tamen prohibetur eandem suspicionem, ritè, & rectè proponere. Pars videns non posse infringere acta facta per dictum Regium Consiliarium, ex causa dictae recusationis, tanquam nulliter, & illegitimè propositæ, configit ad tertium, & ultimum articulum dicens, saltem acta facta, postquam fuit proposita in Collaterali Consilio recusatio, esse nulla ex eo, quia eo tempore fuit allegata formiter, & servata forma Regiae Pragmaticæ.

Sed hoc etiam, quod per Principem pretenditur, quam alienum sit à veritate, & juris ratione, non est qui nesciat. Nam suspicio, ut attentatorum effectum operetur, non sufficit proponi coram Judice superiori, nisi juridice notificata sit Judici inferiori, vel à superiori inhibitum sit Judici recusato, ne ulterius procedat, *cap. suspicionis, de offic. & potest. Iudic. Speculator. tit. de recusat. §. qualiter autem, num. 1. Lancell. de attent. cap. 6. recus. pend. & prop. num. 57. Marta in compend. decif. tit. de recus. cap. 23. tom. 1.* Hinc dicunt DD. non sufficere partibus esse notam recusationem, nisi de ea Judex juridice notitiam habeat, ut decisum refert *Trivis. lib. 1. caus. civil. dec. 5. 1. n. 7.*

Et ratio est, quia recusatio æquiparatur appellationi, *Franch. in cap. super eo in secundo, 59 num. 17. cum seqq. de appell. Lancell. d. cap. 6. & DD. communiter*, tamen appellatio, ut Judicis inferioris jurisdictionem suspendat, satis non est, coram superiori fuisse interpolitam,

Tractatus Criminalis Analyticus. 97

sicam , nec quod à superiori Judice expedita sit inhibitio virtute dictæ appellationis , nisi Judici inferiori præsentata sit , cap. et debitus , de appellat. cap. alias , §. biseum , qu. 7. Ita etiam dicendum est in recusatione , quæ si fuerit allegata coram Judice superiori , & ab eo inhibitio facta sit Judici recusato , nunquam jurisdictionem Iudicis recusati suspendet , & attentatorum effectum operatur , nisi notificata sit eidem Iudici recusato , prout cum Lancell. decisum refert Marta d. comp. tit. de recus. cap. 23. & Trivis. d. decis. 51. per totam.

Igitur omnia acta facta per dictum Reg. Consilium sunt valida , & legitima , licet sint gesta post recusationem in partibus propria-
60 ciatam , quia de ea nulla est habenda ratio , tanquam nulliter , & non formiter allegata , & licet etiam pendente recusatione in Collaterali Consilio sint facta , quia de ea re-
cusaliter , neque extrajudicialiter notitiam habuit , immò non poterat non ulterius pro-
cedere , & suam jurisdictionem suspendere , quia alias injustitiam commisisset , cum Ju-
dicis officium sit necessarium , Mastrill. de-
cis. 151. num. 20. tom. 2. Castill. decis. 94. tom. 1.
ex tex. in cap. ex tenore , de foro compet. Fon-
tanez. dec. 1. num. 6. usque ad 8. lib. 1. & prohibi-
bitum etiam reperitur per Regiam Pragm.
10. §. Volemo , de suspic. official. Judicem ex se
ipso dari suspectum , & proinde potuit legiti-
timè procedere .

Immò partis negligentiae imputatur , cur pen-
dente recusatione in Collaterali Consilio , ab
eodemmet Supremo Tribunali provisiones non
procuravit , & eidemmet Regio Consiliario delegato notificaret , ne interim proce-
deret , prout idemmet Thom. Trivis. consi-
deravit d. dec. 51. sub num. 5. ubi per Sena-
tum Venetum decisum refert .

Quæ acta fuerunt etiam approbata à S. E. vi-
gore ejus rescripti , seu viglietti , fol. 258. te-
noris sequentis .

Muy Manífico Señor . Hase recibido vuestra
Carta con el Notamento , que atais con ella
61 en orden à las diligencias hechas sobre el
particular de los territorios , y confines de la
Marques Serra , Principe de Cariati , y de-
mas interessados . T'habiendose visto todo en
Colateral , si bien por aquella via se os re-
sponderà lo que ocure en la materia a que
me remito . He querido con esta a parte apro-
baros todo lo que haveris obrado en ella ; que

ba sido muy conforme a lo que me prometya
de un Ministro de vuestro zelo , y rectitud en
la administracion de la justicia , y supuesto ,
que por parte del Principe de Cariati se han
dado memoriales de suspicion contra vos , os
encargo Señor , y mando , ya que en esta cau-
sa non podeis profiguir , que mientras se de-
cide si militan las suspiciones os retireis à
un lugar conviçino de la parte donde os ba-
llais , y a vos pareciere eligir , y alli estareis
aguardando el exito de la dicha suspicion , y
de lo que en esta conformidad os fuere orde-
nado por mi , y assi lo executareis , Nuestro
Señor . Napolis a 13. de Hennero 1663.

El Conde de Peñaranda.

Præterea scire oportet , quod crimen baratta-
riæ committi potest nedum per receptio-
nem munerum , vel pecuniaæ ; sed etiam si
per Judicem aliquod commodum , vel utili-
tatem consequatur à litigante , nempe si fi-
lius Judicis consequatur aliquod benefi-
cium Ecclesiasticum , vel Judicis filia fuerit
efficta monialis ope , & litigantis sumptibus ,
vel consimile commodum Judici ; vel suis
pervenerit , ut diximus in nostris obser-
vationib. ad Reg. Caym. de Regia Visitat. in ob-
servat. II. num. 8. ubi allegavimus jura con-
cordantia in l. 1. §. fin. & in l. 3. ff. de calun-
niar. & in l. jubemus , C. ad l. Iul. repetund. &
punctualem doctrinam Berarti in speculo
Visitationis cap. 17. num. 25. & 26. & nunc
addimus dictam nostram , & Berarti opinio-

63 nem fuisse habitam pro vera , per Sac. Con-
sil. de anno 1708. in recusatione proposita
in personam cuiusdam ex Regiis Consilia-
riis , qui fuit recusatus . ex quo ejus filius
consecutus fuerat beneficium ab altera par-
te collitigante , stante prohibitione Pragma-
tica 5. sub tit. de official. & qui iis probib. per
quam est expresse prohibitum officialibus
Regiis , ne petant beneficia Ecclesiastica , pro
consanguineis concordat alia decisio , que

64 prodiit sub die 13. Decembris 1668. in
causa recusationis propositæ in personam
Consiliarii Io:Baptistæ Hodierna in lite ver-
tente inter Baronem Cicala , & Marchionem
Vasti , ex quo D. Antonius Hodierna Con-
siliarii filius , tunc Advocatus , nunc Præses
Regiæ Cameræ fuerat electus per Marchio-
nem in Iudicem secundarum causarum In-
sulae Procita , ut testatur Reg. Petra super
rit. 265. num. 150. tom. 3.

Hec prohibitio Regiis Officialibus , ne petant ,

Nec

nec recipientia beneficia Ecclesiastica Rege.
 65 inconsulto, nedum viget in Regno virtute
 literarum Regalium, de quibus in Prag. 9.
de suspicionib. & in Pragm. 5. & 19. de offic.
& quæ iis probib. sed etiam consimile statu-
 tum viget Venetiis, ut diximus *in nostra*
practicab. observat. 37. & nunc addimus le-
 ge Regia constitutum esse in Gallia, nedum
 in illis Iudicibus, qui assequunti sunt sacer-
 66 dotium in personas liberorum, fratum, aut
 consobrinorum, vel patruelium, sed etiam
 in illis Consiliariis, & Iudicibus, qui ope, &
 suffragio alicujus Principis in amplissimum
 ordinem, vel Senatoriam dignitatem fue-
 runt cooptati, ut testatur eruditissimus Ja-
mus Langbaus semestr. lib. 2. cap. 3. fol. 107.
 ubi his sequentibus aureis verbis assignat
 rationem: *Cujus illa est ratio, quod verofit-*
millimum ipsum priorem in eum futurum,
cujus ope, vel liberalitate locupletatus sit,
 67 aut honoribus auctus, & amplificatus qui-
 que ipsum beneficio aliquo devinctum ba-
 beat; quam in Adversarium, à quo nihil bu-
 jusmodi consecutus sit; *Propensius enim*
ad benemerendum de eo sumus, qui
de nobis bene aliquando meritus, utqui
naturali jure obligati ad antidora su-
mus, & in officiis charitatis primo loco il-
lis tenemur, à quibus beneficium agnoscimus
recepisse, accedit ex Regnicolis ad hanc fir-
 mandam sententiam Reg. *Petra super rit.*
265. num. 150. tom. 3. vers. ex quibus, ubi al-
 legat *Rebuff.* & *alios exteriores, sed non Lan-*
ghaum.

Tandem animadvertisendum superest, quod
 hæc recusatio ex capite collationis benefi-
 68 ciorum, est suspicio juris, quæ reddit Judi-
 cem ita suspectum, quod debet se abstinere
 à votando absque partis recusatione, dum
Pragm. facit illum suspectum ipso jure, *Reg.*
Roritus super pragm. 9. de suspicionib. à nu-
1. ad 3. & proinde talis legalis suspicio nullo
 præscribitur tempore coarctato per Regias
Pragmaticas, ut animadvertis Reg. *de Ma-*
rinis lib. 2. suarum resolut. cap. 114. num. 14.
15. & 16.

Idemque asseverandum erit in recusatione
 proposita contra Judicem, ex quo ejus con-
 69 sanguineus in tertio gradu consanguinitas,
 vel affinitatis intervenit uti Advocatus,
 nam dum lex vetat, ne Judex interveniat,
 suspicio quandcumque proponi potest, ne-
 dum ex ratione superiorius assignata, quod
 hæc est suspicio juris, sed quia lex tollit Ju-

dicibus in talibus casibus potestatem judi-
 candi, ut satis clarè colligitur ex *Pragm. 5.*
 70 in §. 4. sub tit. de munerib. ibi: *Che nessuno*
possa votare, né esser presente nella relatio-
ne, e discussione di qualfruoglia causa, nel-
la quale fosse Avocato, quod confirmatur
 71 per *Pragmaticam 23. in §. 3. de offic. S.R.C.*
 ibi: *Statuimus, quod nullus Iudex possit vo-*
tare, nec interessi relationi quarumvis ca-
sarum civilium, & mixtarum, in quibus
fuerit Advocatus aliquis ejus filius, fratre
frater utrinque, consobrinus, vel nepos, fratre
patruus; Ex quibus verbis manifestè patet,
 fuisse sublatam Iudicibus potestatem judi-
 candi, & votandi in causis prædictis, & pro-
 inde nulla proposita recusatione acta red-
 duntur nulla ex defectu jurisdictionis, ex
 traditis per *Reg. de Ponte cons. 20. num. 28.*
tom. 2. & per nos in propriis terminis recusationis
 in *observat. ad sing. 34. num. 4. & 5. &*
ad sing. 388. num. 7. & in *nossa practicab.*
observat. 14. num. 14. Et ideo cur tempus
 decurrere potest ad talem legalem recusa-
 tionem proponendam, quando cæteræ lega-
 les recusationes tempore non præscribun-
 tur, juxta tradita, & decisa apud *Reg. de*
Marienis lib. 2. cit. cap. 114. num. 14. 15. & 16.
 & dum hæc scriberem inveni *Consil. de Altis-*
mar. descendenter in hanc sententiam in
terminis superiorius cit. Pragm. 23. in suo tract.
de nullitatib. sentent. rubric. 9. qu. 20. na. 56.
in fine, & valde latatus fui, me habuisse
 eundem spiritum cum tanto Jurisconsulto,
 dum nullum alium ex nostris Regnicolis in-
 venerim in propriis terminis articulum tan-
 gentem, quod fuit habitum pro absoluto,
 per *S. C. novissimis temporibus in recusa-*
tionibus propositis in proximo decurso anno
1713. in personam RegConf. D. Nicolai Fo-
rasterii per Principissam Capurtii, & Trigia-
ni, in lite cum Principe Messapiæ, & per
Principem Castellanæ in lite cum Princi-
pe Bisiniani, ut ex actis penes
 Accedit ad hanc nostram sententiam firman-
 dam, quod dum novissima *Pragmatica an-*
 72 ni 1689. excepit à præscriptione tempo-
 ris recusationem provenientem ex causa
 consanguinitatis, & advocationis, respicien-
 do ad motivum amoris, & affectionis, quod
 inter Judicem, consanguineum, & Advocata-
 tum considerari potest; cur consideranda,
 & in pretio habenda non erit eadem causa
 amoris in Judice consanguineo, vel affine
 illius Advocati, qui in causa patrocinium
 præ-

Tractatus Criminalis Analyticus. 99

præstat, nam ubi militat eadem ratio, eadem debet esse juris dispositio, ex iuribus vulgaribus in libro ff. ad l. Aquil. cum concordantibus apud Rovis. decisi. 92. num. 15. in fine; & num. 16.

S U M M A R I U M.

- 1 **T**estis aperte sibi contradicens est convictus de mendacio, & conclusio probatur etiam attentis regulis dialecticis ex verbis Christophori Crucis, n. 2.
- 3 Testes debent deponere super omnimoda verisimilitudine ab hoc, ut non dicantur contradicere inter se.
- 4 Testis falsus in uno capitulo, seu articulo sui dicti an reddatur falsus super toto testimonio.
- 5 Testis, qui contradicit cum dicto principali an reduci posse ad concordiam, vel redditur suspensus.
- 6 Confessio principialis adeo infringit omnes probationes factas per testes, quod magis creditur confessioni principialis, quam milles testibus contrarium afferentibus.
- 7 Testes in facto concordes, sed in tempore discordes, vel non se recordantes de tempore, an faciant indicium ad torturam.
- 8 Testium dicta an possint reduci ad concordiam, quando qualitas, & casus consistit in tempore.
- 9 Testes discordantes in tempore an admittantur ad concordiam si unus deponat de homicidio die lunæ, & alii de altero die.
- 10 Testium discrepantia si non est in substantia negotii, an testium dicta sint ad concordiam reducenda.
- 11 Testium contrarietas, vel falsitas in substantia negotii principialis, si tamen versatur circa modicum non est in consideratione, nec testes redditur suspecti de falso.
- 12 Testes, qui allegant semetipos in contestes, qui contradicunt, vel quando unus ex testibus vocatus in contestem negat, redditur de falso suspecti.
- 13 Testium depositio afferentium factum accidisse praesentibus Titio, & Sempronio non redditur suspecta, si Titius, & Sempronius negant.
- 14 Et an tales testes sint reducendi ad concordiam.
- 15 Et quid quando non unus, sed plures testes sunt dati in contestes.
- 16 Testes ab contrarietatem an sint torquenti ad convallandam depositionem.

- 17 Testes vocati in contestes si nullo modo examinati reperiuntur, quando adhuc vivunt, insurgit falsitatis suspicio, perinde quasi dicti testes contestes fuissent examinati, & negarent.
- 18 Testibus datis in contestes, ab unico teste, negantibus contestibus, non creditur, quamvis postmodum affirmative deposuerint, assertendo esse verum illud, quod unicus testis deposuit.
- 19 Testes vacillantes dicuntur illi, qui demonstrant maximam inconstantiam, assertendo factum timide, & dubitanter, & modo biescant, modò negant.
- 20 Testes vacillantes torqueri an possint.
- 21 Testium, & rerum vacillatio est describenda in actis.
- 22 Testis, vel reus principalis non possunt subjici torturæ ob solam vacillationem, & trepidationem, & inconstantiam, nisi fortioribus aliis adminiculis concurrentibus, quia id contingere potest ob cordis debilitatem, vel ob periculi magnitudinem, & referuntur exempla per Paridem de Puteo, & Thomam Grammaticum, n. 23. & 24.

C A P U T XXVII.

De testium contradictione, & an testes contradictentes inter se, vel cum principali, vel vocantes alios in contestes, qui negant factum, possint reduci ad concordiam eorum dicta, vindicata contrarietate, vel sint de falso suspecti, & quid in testibus vacillantibus.

- 1 **N**dubium non revocatur, quod testis, qui aperte sibi contradicit, reus est mendacii, imo convictum esse de mendacio, monuit Zanger. de questione. seu tortur. rer. cap. 2. num. 28. quod comprobat etiam attentis regulis dialecticis Crucis de indiciis par. 1. cap. 4. num. 5. ibi: Ceterum qui aperte sibi contradicit, jam mendacii seipsum constitutum reum, ex altero enim necesse mentiatur, quoniam ex regula Logicorum; contradicentia

itia predicata iis vero, & eodem subiecto con-
stare nequeant, disparata est ait Petrus Ra-
mus, non convenire secundum idem, ad
idem, & eodem tempore, Blanc. de indic. ad l.
fin. n. 32. ubi dicit quod testis omnino super-
3 verisimili deponere debeat, in nulla parte sibi
contrarius, & quod testes, qui inter se con-
tradicunt, nullatenus sint admittendi ex
cap. fin. de jure jurand. & ex l. testium, C. de
testib. Marcian. conf. 29. num. 7. erga finem
tom. I. Farinac. conf. 138. num. 11. & in conf.
174. num. 3. & in conf. 192. num. 17. ubi de
varietate in singulari circumstantia tom. 2.
& similiter loquitur de testibus sibi etiopsis
variis, & contrariis Consiliar. Staibar. cen-
tur. 2. resal. 127. num. 7. quibus mirifice ac-
cedit, quod testis falsus in uno capitulo, seu
articulo sui dicti, dicitur falsus super toto
testimonio, ita ut nulla fides est ei praestan-
da, juxta glossam, & communem apud Vi-
vium in verb. testis respondens falsus in
uno, & verb. testis productus, cum ceteris
cumulatis per Basiliaco decis. 35. num. 22.
Magis magisque redditur suspectus testis, qui
contradicit cum dicto principalis, etiam in
5 tempore, qui neque ad concordiam reduci
potest, etiam in civilibus, ut ex Felino,
Surdo, & alijs Pratus in respons. fiscal. 5. nu-
36. & 37. & in respons. fiscal. 19. num. 59. ac-
cedit Vivius lib. 3. commun. opin. opin. 921...
num. 9. & 10. ubi quod confessio principalis
6 instingit omnes probationes factas pet re-
stes, ut magis credatur confessioni principa-
lis, quam mille testibus contrarium asseren-
tibus, ex doctrina Innoc. cum commun.
Limitatur conclusio in testibus in facto con-
cordes, sed in tempore discordes, vel non
7 se recordantes de tempore, qui faciunt in-
dicium ad torturam, secundum opinionem
Monicelli, quem refert Farinac. de testib.
qu. 54. n. 107. in fine, ubi hoc dictum sim-
pli citer non admittit, & similitet Inq. 6.
num. 106. ubi agens de regula admittendi
testes ad concordiam, illa limitat in cri-
minalibus.

Verum haec omnia intelligenda sunt, juxta
Vivii decis. 64. n. 22. & 23. & Larree alleg.
96. num. 34. tom. 2. ubi quod testium dicta
8 non possunt reduci ad concordiam, quando
qualitas, & casus consistit in tempore, &
concurrunt plura indicia, & conjectura fal-
situdinis cum temporis repugnantia.

Verum quod testes discordantes in tempore
admittantur ad concordiam, neope si unus

9 testis deponat homicidium factum die lu-
ne, & alii alio die, post Claram, & Adden-
tes dixit Caldero decis. 7. num. 35. cum aliis
per me allegatis supra in tit. de singularita-
te testium, vers. plane. Sed quoties testium
10 discepula non est in substantia negotii
corum dicta sunt ad concordiam reducen-
da, & benignè interpretanda, ut ab objec-
tiva contrarietate vindicata remaneant, ut
utar verbis Rotae in dec. 19. in recollectis per
me ad ornatum praxis presentat. inscri-
mentor. num. 5. ubi cumulantur cetera Ro-
tae decisiones.

Quinimo obliiscendum non erit, quod eti-
varias, vel falsitas figuretur etiam circa
substantiam negotii principalis in depositio-
ne alicujus ex testibus, si versetur circa
modicum, non est in consideratione, nec te-
stes diciuntur variis, nec suspecti de falso, ut
testatur maximus ille rerum criminalium
Magister Thomas Grammat. conf. 36. num. 4.
conf. 39. num. 6. conf. 41. num. 15. conf. 47.
num. 9.

Est quoque extra controversiam esse suspe-
ctos de falso testes, qui semetipso allegant
12. in contestes, & tamen contradicunt inter
se, vel testis vocatus in contestem negat,
quia tunc redditur de falso convictus, ita
post Grammat. conf. 26. num. 20. & Giurba
conf. 70. num. 36. & conf. 91. num. 25. qui co-
statur de praxi Regni Siciliae, & post Farinac.
& Guazzin. & ceteros rerum crimina-
lium Magistros, Pratus in respons. crim. 18.
num. 62. & discept. forens. cap. 40. num. 28. &
29. tom. 3.

Non militat tamen eadem ratio in testibus
testimonium dicentibus aliquod factum ac-
13. cidiisse praesentibus Titio, & Sempronio, qui
negant, nam non per talen facti negotio-
nem viciatur eorum testimonium, juxta af-
fitionem Basilici in decis. 19. num. 29. ubi
laudat Rimwald. consil. 554. num. 5. & 6.
volens. 5. & Marsil. Inq. 287. num. 3. &
Campag. de testib. reg. 410. Sed videndus
pro declaratione hujus conclusionis accu-
ratissimus, & doctissimus Farinac. in
erat. de testib. quest. 65. a num. 272. ad
277. in quibus plenissime juxta morem ma-
14 teriam percurrente ad hoc ut testes sic de-
ponentes ad concordiam reduci possint,
concludit, quod sine dubio sit locus con-
cordiae, quoties Sejus dixerit factum acci-
disse praesente Titio, qui Titius dicit, se hoc
nescire, re vidisse, nec audisse, quia bene
potest

Tractatus Criminalis Analyticus. 101

potest stare, quod Titius fuit praescens, sed quod nihil viderit, nec audiverit.

Limitatur principalis conclusio, quando unius testimoniū depositio alteri præponderet, nem̄ p̄ si unus testis datus in contestes est qui negat, secus si sint dati plures in contestes, quia tunc plures testes contradicentes uni, vel paucioribus, præferuntur paucioribus, qui habentur pro falso, ut post Boff. & Clorum advertit Farinac. in cit. qu. 65. num. 7. à quo non dissentit Cencjol. resol. criminal. verb. testes, quoad dicta resol. a. num. 5. ubi maximè hoc procedere dicit accedente tortura in testibus numero majoribus.

An testes ob eorum contrarietatem possine covalidari in tortura post datas defensiones, imo publicato processu adeundus est Thor. in compend. decif. par. 3. v. testes examinati fol. 367.

Ampliatur principalis conclusio, ut præscribat sibi locum, nedum quando testes vocati in contestes examinantur, & negant, sed etiam si nullo modo examinantur, quando adhuc vivunt, & non assertur per Fiscum ratio, cur non fuerunt examinati, nimirum ob eorum obitum, vel ob impedimenta, præstata ab inquisito, Francij. Maria Proclus in respns. criminal. 29. num. 3. ubi allegat Escobar de puritate, sed non Veroniglio. in conf. 61. num. 15. & 16. satis in terminis loquentem, unde placuit ejus verba transcribere. Tum quia se stis iste præter exceptiones, quas patitur relatim in falso, affamat, se eisdem verba, que ut præfertur, affirmit, D. Vincentium protulisse, communicaſſe diobus fabris lignariis, alterius non men, & habitationem significans, & afferens nomen alterius ab eodem sciri posse, & tamen neuter ex eis fuit examinatus, præter tamquam vivens examinatori debet, & præcūpue cum non sit verisimile, quod ubi versuſſent, quæ affirmit, potius iſtis, quam horribentibus interesse ad delictum obviandum communicare valuisse, siquidem eadem in hoc est ratio, ex qua testi fides non solum diminuitur, sed omnino tollitur, quando testis dicit aliquid audiuisse ab iis, qui viventes possunt, & tamen non examinantur, ut per Farinac. de testib. qu. 69. num. 92.

Ampliatur secundo, ut non credatur uni testi danti alios in contestes negantes, et si dicti 18 testes postmodum tandem longeva carcerationis deposuerint affirmando idem, quod depositus ille unicus testis, qui vocavit illos

in contestes, Andreol. contr. 345. num. 5. & 6. 70. 5. qui laudat Farinac. cons. 193. num. 3. & Verwigl. cons. 33. num. 15. & cons. 74. num. 6. & 143. num. 19. & 383. num. 5.

Deveniendo ad testes vacillantes dicimus, quod testes tunc dicuntur ferendo testimonium vacillare, quando demonstrant maximum inconstantiam, afferendo factum timide dubitanter, & modo hæsitant, & modo negant, quod paulo ante affirmarunt, quod satis luculenter, & eruditè explicat Zanger. in tract. de questionib. sc̄i torturis reorum cap. 1. à num. 13. ad 15. Cujus verba hic adnotanda duximus, cum liber non omnibus pateat. Vacillare est alterno motu inconstantem esse. Laurent. Valla lib. 5. elegant. cap. 84. unde testes vacillantes dicuntur, qui sibi non satis constant, sed timide, dubitanterque dicunt, hæsitant, & modo negant, quod paulo ante affirmarunt, l. 2. & ibi glff. l. qui falso 16. ff. de testib. dicta l. exc lib. in pr. Lemius 18. S. testes 13. ff. de question. Bald. in l. 3. C. ad l. Jul. Majestat. Hippolit. de Marfil. in l. Divus 9. & l. exc lib. 15. ff. de quæf. Alex. cons. 63. vol. 1. Cepolla cons. crim. 61. sol. 1. & 2. Egid. Boff. in pract. crimin. tit. de tortur. testium num. 12. que omnia partim ex sermone, partim ex vuln. qui teste Cicero lib. 3. de orat. imago animi est deprehendi possunt. Justus Reuberus in tract. de testib. par. 3. num. 143. Hinc idem M. T. Cicero in Pisonem ait, non color iste servilis, non pilosus genus, non dentes pastridi nos deceptaveris: oculi, supercilia, frons, vultus denique totus, qui sermo quidam tacitus mentis est hic in fraudem bonives impedit: hic nos, quibus erat ignorans, decepit. hic usque Zanger.

Quando testes vacillantes torqueri possint, vindendus est Farinac. de testib. quæf. 79. à num. 6. cum seq.

Advertendum tamen erit à peritis Judicibus, ut curent, ut describatur in actis varillatio illa, quam testis facit, ut post Guar. & Sebastian. de Neap. Scialoy. in pract. serg. res cap. 14. num. 9.

Nam trepidatio, inconstantia, & pallor debent copulativè concurrere ad hoc, ut faciant in 22. dicium, ut ex Addensib. ad Angel. de malefic. & Luc. de Penn. docet Thom. Grauer. pto 30. num. 4. & 17. qui refert casum illius Equitis Neapolitani de nobilissima prosapia huius Regni, qui cum interrogaretur per Judicem de illo magno criminis, de quo imputa-

putabatur, trepidabat, & inconstanter loquebatur, & aquam ut biberet quæsivit, & nihilominus innocens repertus fuit, & nam. 17. adducit *Par. de Put.* referentem alium consimilem casum, qui de facto sibi continxit in personam cujusdam nobilis inculpati de atrocissimo crimen, qui cum introlivisset locum tormentorum, statim cecidit penè exanimis, & laxato corpore, & vessica minxit, & emisit saturitatem foris, & tandem compertum fuit esse innocentem de objecto crimine. Unde merito ex istis exemplis motus *D. Hieronym. Calà de præminent. M.C.V. cap.49. num. 29.* advertit, Judicem non posse devenire ad torturam contra testimoniū vacillantem, & trepidantem, nisi fortiora adminicula concurrant ad illum quæstioni subjiciendum; nam trepidatio, vacillatio, & inconstans contingere potest ob naturæ, vel cordis debilitatem, vel ob periculi magnitudinem, ut ex *Luca de Penna, & Marc.Tull.* advertit idem *Grammat. cit.* num. 17. ad stipulatur ex eruditis *Anton. de Matthæis ad lib. 48. ff. tit. 16. cap. 3. de quæstion. num. 16* ubi ita breviter, & magistrilater ratiocinatur: *Memores etiam plerique sunt illius Plautini. Nescis tu quidam meticuloſa res sit ire ad Iudicem. Positum, ut Cicero ait, non minus ſep̄e in mentem eis venit potestatis, quidam aequitatis Iudicis, proprieatis, quod omnes, quorum in alterius manu vita posita est, ſapienter illud cogitant, quid possit is, cuius in ditione, ac potestate sunt, quam quid debeat facere. Eaque ratione nec ſola trepidatio ad torquendum ſufficit; trepidant enim, & innocentes, quos vel reverentia, vel potestas Iudicis concutit.*

SUMMARIUM.

1. *Testis, qui contra eundem reum criminis testimonium dixit in diversa informatione, an repellatur tanquam inimicus.*
2. *Resolvitur quæſtio ex verbis Antonii de Matthæis, & Donelli, quorum verba tanquam magistralia traſcribuntur n. 3.*
4. *Testis, qui coactus primo loco depositus, an prohibeat alia vice testimonium dicere contra eundem reum. Et quid si per talēm coactam depositionem reus fuerit gravatus, n. 5.*
6. *Testis ad hoc ut repellatur ex capite iniſitiae, inimicitia debet originem trahere ex cauſa gravi p̄æcedenti ex odio privato,*

& non ex cauſa publica.

Suspectus an redditur Iudex ex cauſa inimicitiae contractæ ob injuriam, quæ proponitur parti illatam intuitu exercitii jurisdictionis, & refertur deciſio n. 8.

7. Testis, qui ſpontē accedit ad ſe examinandum repellitur. Et quid in criminibus excepris, resolvitur quæſtio ex verbis Christophori Crusii.

10. Repulſa in personam testimoniū ex cauſa inimicitiae contractæ per priorem depositiōnem contra eundem reum factam, proponi non potest, quando reus interrogatus ſuper qualitate testimoniū illorum personam approbavit, & num. 13. ubi Brunnmanni verba afferuntur. Cautela traditur per Authorem ad reorum favorem n. 11.

12. Jani Langlei verba ſatis lepida, & notabilia afferuntur.

14. Reus interrogatus ſuper qualitate testimoniū, allegata per reum testimoniū inimicitia interrogandus erit de cauſis inimicitiae.

15. Iudex, qui judicavit contra Titum, qui ab ejus ſententia appellavit, an recuſari poſſit ob gravamen illatum.

16. Iudex non recuſatur ob gravamen illatum, & refertur deciſio num. 17.

18. Iudex ſuspectus non redditur ob ſolam appellationem à decreto, niſi concurrente alia cauſa odii, vel amoris, quæ deprebenditur ex excitu appellationis, ex traditis per Gonzalez, cuius verba afferuntur.

19. Iudex an uti ſuspectus recuſari poſſit ab illo, qui alias judicavit, vel votum dedit contra Iudicem.

20. Iudex redditur ſuspectus, ſi ejus coniugius in testimoniū fuerit adhibitus contra unum ex litigantibus.

21. Recuſatio, quæ proponitur ex cauſa iniſitiae non contractæ cum ipſo Iudice, ſed cum ejus consanguineis debet eſſe, eiſi non capitalis, ſaltēm gravis.

CAP V T XXVIII.

Testis ille idem , qui antea contra eundem reum criminis , testimonium jam dixit in diversa informatione , an repellatur tanquam inimicus ; Et quid in teste , qui sponte accedit ad se examinandum ; Reus si non repulsavit testes , quando fuit interrogatus super illorum qualitate , an possit postmodum illos repellere ; Judex an reddatur suspectus , quando in aliqua causa judicavit contra Titium .

Affirmativa cavetur in testitu in l. produci 23. ff. de testibus , & in Novell. 90. cap. 7. & in hanc sententiam iverunt tam eruditii , quam forenses nostri .

Inter eruditos Annon. de Matibæis ad lib. 48. ff. tit. 15. de probat. cap. 2. nu. 3. & in tract. 2. de probat. cap. 5. num. 82. cuius verba cum sint satis clariora , & firmiora pro hac affirmativa sententia hic transcribere duximus . Unde & iterum non auditur , qui quondam in reum criminis testimonium jam dixit , l. 23. ff. de testib. nov. 90. cap. 7. Harmenop. tit. 6. in fin. Quaren. 1. disp. 29. Guil. Fornier. 2. select. 10. Diff. Cujac. 2. obs. 23. Nam alioquin si cum eo litigatum civiliter , nisi justa de causa repelliri non solet , argum. l. ult. Cod. de testib. Harmenop. d. tit. Cujus differentiae etiam summa est ratio . Sapè. ementitur in eos , quos odit quis d. nov. cap. 7. Cic. pro Fonte . Noluerunt majores nostri banc patere inimiciis viam , ut quem quisque odisset , eum testimonio posset tollere . Ambros. 8. epist. 64. Duobus inquit Ecclesia , & tribus testibus constat omne verbum : sed illis testibus , qui ante besternum , & nudius tertius non fuerint inimici , ne irati nocere cupiant , ne laesi ulcisci se velint .

Dissentit Donell. ad lib. 4. Cod. in Autb. si testis 3. num. 11. C. de testib. & hæsitare videtur idem de Matibæis ad superius cit. lib. 48. num. 3.

ubi in fine ita subdit : Scio autem nonnullos cum locum accipere , nemppe curia , in quem ego jam ante testimonium dixi , non posse alio iudicio in me vicissim surgere ob id , quod vindictæ magis private , quam publicæ surgere videatur . Verum ea sententia quanquam ab aquitate aliena non est , verbis tam non dictæ legis 23. parum quadrat .

Inter forenses , qui hanc amplectuntur sententiam habemus Prosper. Farinac. latè matem. 4. pertractantem in tract. de testib. qu. 53. num. 48. & 49. Confil. Pratum in respons. crimin. 7. num. 21. & ad Muscatell. in præc. p. 5. glos. citati in princip. vers. tractat Atbleea , D. Michael de Caldero decif. Carbal. 18. num. 27. tom. 1. qui in sequendo Farinac. limitat conclusionem , quando testis coactus primo loco deposuisset ; quia tunc non prohibetur alia vice testimonium ferre , sed tantummodo quando sponte , & ultiro se examini subjecit , subdendo , quod testis coactio inducit per citationem ; Vel quando testis fuisset examinatus à Judice , vel de ordine Judicis , Farinac. conf. 193. num. 77. tom. 2. quamvis etiam in casu coactæ depositionis si per talen depositionem reus fuerit gravatus , præsumitur inimicus , itaut in alia causa contra eundem , testis esse non potest , Reg. de Marinis lib. 1. cap. 21. nu. 9. videndum est Reg. Petra super rit. 282. nu. 7. vers. oritur to. 4. ubi quod testis non præsumitur inimicus , nisi sponte ad se examinandum accesserit ; quamvis si coacte depositus , non dicatur testis omni exceptione major , ex Caroc. & Castill. & Baronio per nos citatis in preced. qu.

Hæc opinio verior mihi videtur , nedum ex supra tradita ratione , quæ satis urgere videotur ; sed quia inimicitia ad hoc ut efficax sit ad testem repellendum , debet habere ortum ex causa gravi procedente ex odio privato , & non ex causa publica , quemadmodum esset ista , quia vaga , & affœcta reddeatur inimicitia , juxta tradita per Reg. Matibæis de re criminali controv. 76. num. 20. & 21.

Ex quibus principiis descendit , quod non reputatur justa causa recusandi Judicem ; 7 quando recusatio proponitur ex inimicitia contracta ob injuriam , quæ illata dicitur ex causa publica , vel intuito exercitii jurisdi- cionis . Judex enim , & Magistratus , qui in jure exequendo aliquid facit , viri , atque injuriam non infert l. 3. S. 1. ff. quod metus cau- sa , l. 15. S. 38. & seq. ff. de injuriis . Philipp. Me-

*Medebachius de iurib. & privileg. Civit. Imper. lib. 6. cap. 1. num. 16. tom. 2. ex Regnicolis Consiliar. Rocc. de officiis in tit. de offic. & post. Elector. §. 6. à num. 103. ad 107. ubi decisum refert, non suisse habitam pro legitima causa recusationis in personam Consiliarii Ascanii Muscettola ex quo in carceribus mancipaverat quosdam deputatos Civitatis, dum presidebat in Tribunali ejusdem Civitatis, quamvis ex carceratione oriatur inimicitia capitalis, Grammat. conf. 46. num. 1. & 2. adeo quod *Marius Gierba* conf. 52. num. 55. dixit, quod illi, qui fuerunt carcerati a Judice, non possunt esse testes contra Judicem.*

Quoties igitur testis sponte, & ultrò se examini subjicit, repellitur a ferendo testimonium, juxta tradita in quest. de testibus sponte deponentibus, quibus addimus *Cristoph. Crisfum*, loquentem etiam in crimibus exceptis in tract. de indic. & process. indicior. part. 4. cap. 30. vers. in tantum fol. 172. qui ita loquitur: *In tantum ut inimici repelluntur quoque in casibus, & criminibus exceptis, ubi alios testes inhabiles admittuntur, deinde textus apertissimus in cap. per tuas extra de Simon. Specul. de accus. §. 1. Hippol. de Marsil. in l. 1. §. præterea in princ. ff. de qq. Gomez. 3. var. refol. 12. de probat. delict. num. 14. Farin. d. lib. 2. tit. 6. qu. 53. nu. 6. ibi: Si inimicus repellitur ab accusando etiam in criminalibus exceptis, multo magis erit repellendus a testificando, cum præjudicii majoris sit ob maiorem fidem, que datur testi potius, quam accusatori. Et in crimen blasphemie, quod omnium atrocissimum est, nec inimicos testes admitti voluit. Gramm. conf. 15. num. 12.*

Hanc exceptionem, seu potius repulsam in personas testium eliminandam crederem, 10 quando Fiscus interrogaverit reos criminis super qualitate testium, & rei declaraverint, nullam habere cum illis inimicitiam, quia post hanc declarationem, non poterint testes repellere ex causa inimicitiae contraria per priorem depositionem, quia testium persona jam approbata videtur, juxta proxim, quam tradidimus in observat. ad sing. 345. n. 20. Unde ego cuperem, ut reorum Advocati essent cauti in illis consulendis, 11 ut nedum non approbarent testium personas, sed expressè se protestari debent de testium inimicitia jam contracta ex prioribus depositionibus, & de ceteris exceptioni-

bus prout res, & occasio tulit, quamvis haec superflua, & inania videantur animadverte Adlocutis rerum criminalium, qui omnia sciunt, unde placuit adnotare hic illud, quod satis ad rem animadvertisit Janus Lan-

12 *pleus semest. lib. 7. cap. 19. fol. 352. & 393. ubi adducendo verba Plinii ad Marcellinum, ita stetit: Hæc præcipua prudentia fuit, quod alios præudentiores arbitrabatur, bæc præcipua eruditio, quod discere volebat, sed vice est, ut bujusmodi quemquam bodie reperias, quories enim quisque quod & Plinius de adolescentibus sui temporis scribit, ibi: Vel etati alterius, vel auctorati, ut minor cedit; statim sapiunt, statim sciunt, meminem verentur, imitantur neminem, atque ita si sibi exempla sunt.*

Atleo tuta, & non contemnenda erit cautela superius per nos tradita, quod si reus interrogatus respondeat, negando inimicitiam, vel non afferendo causas inimicitiae, securus erit Iudex, quemadmodum dum haec scribo, comperio animadversum suisse per Brunn.

13 *in process. criminal. cap. 8. memb. 2. de delicti probat. num. 92. cujus verba adnotanda duimus, cum Author non ab omnibus præmanibus habetur. Antequam autem hoc fiat, bonum erit reum cum circumspetione interrogare, an testes examinati sint reo noti, vel ignoti, an amici, vel inimici, an ipsos habeat pro veridicis, & fide dignis. Poterit etiam Iudex aliquos, qui reo noti sunt, & familiares, nominare, licet revera examinati non fuerint, & de omnibus his tam examinatis, quam non examinatis interrogandus est reus, an habeat pro amicis, aut ne sciat inquisitus, an omnes, an verò quidam, & quinam eorum sint examinati; quia si de examinatis tantum querat Iudex, facile conjiciet inquisitus, ad quem finem prædicta querat. Et bæc interrogatio est maximi momenti, quia ex hac deprehendet Iudex, que objici possint contra personas testium, & potest se summarie informare, an verum sit id, quod objicitur, ut reus non possit falsas exceptiones testibus objicere. Foller. in pract. crim. tit. cisi comparent num. 10. Ambrosin. d. cap. 1. n. 4. & seq.*

Si dicat bunc esse sibi inimicum, vel infamem, interrogandus est de causa inimicitiae, vel 14 infamiae, earumque qualitate, Ambrosin. dict. cap. 8. num. 6. & seq. qui num. 8. consilium hoc suggerit, ut Iudex in genere prius interroget, an inquisitus habeat inimicum ali-

Tractatus Criminalis Analyticus. 105

aliquum, quod si respondet negando, tunc
securus erit iudex, quod testibus inimici-
cum opponere non possit, quod si vere se ba-
dere inimicos, respondebit de causa inimici-
tie interrogandus, ut antea dictum.

Cetera ad hanc materiam pertinencia, viden-
da sunt in quest. de testimoniis repulsa, ubi di-
ximus aliqua circa proxim Tribunalis S. In-
sitionis.

Illud hic duximus subiectendum circa Judi-
cis recusationem, quae habet syrabolum.
Cum testimoniis rejectione, & repulsa, nam
nisi sequentia admodum repetitur testis, qui cda-
cte depositum contra aliquem, si ex tali depo-
sitione reus, contra quem depositum gravamen
est extitit, ut supra diximus; ita iudex,
qui in aliqua causa judicavit contra Ti-
tium, qui ab ejus sententia appellavit, recu-
fari poterit, ut suspectus ob gravamen illa-
tum, & quamvis hoc verum esse de jure
canonico ex dispositione textus, in cap. ad
hoc extr. de appellat. non autem de jure ci-
vili, per recte. In laus. ffaupud eum, à quo ap-
pell. dixerit Reg. Reg. super pragm. I. de fer-
spit. n. 8 i. tamē in fine negare non potuit,
quod iudex incurrat odium illius, quem
condemnavit, & proinde videtur Regen-
ti Roviro, quod rationabiliter est dispositio
juris Canonici, & secundum dispositionem
juris Canonici decisum habemus per Col-
lat. Cons. apud Reg. Sanfelic. dec. 86. pro qua
stat Jo: Baptista Tbor. in suppl. verb. Iu-
dex recusari non possit fol. 314. acedit Reg.
Galeot. controv. 39. in additionib. num. 1. &
Baron. de effect. inimic. effect. 116. num. 121.
dummodo constet de gravamine. Sed in
contrarium contendit Fontanell. decif. 16.
num. 17. Trivisan. decif. 64. nu. 1. lib. 2. Crespi
de Valdaur. obseruat. 10. 5. 11. num. 83. & ex
Regnicolis Reg. de Marin. lib. 2. cap. 114. nu.
9. & lib. 1. cap. 209. nu. 1. & 2. Reg. Petra sup.
rit. 255. num. 170. tom. 2. Mucci. in addit. ad
dictam decif. 86. Reg. Sanfelic. num. ex
quo iudex ob gravamen illatum non recu-
fatur, sed sit locus appellationi, quorum
sententia adhærendum censuit S. C. in cau-
sa recusationis propositæ in personam qu.

Regi Consiliarii de Fusco per Marchionem
Cusani, de qua nos verba fecimus in obser-
vat. ad singul. 389. num. 10. & 11.
Sed in harum opinionum conflictu mihi placet
distinctio tradita per Gonzal. in commentar.
ad cit. cap. ad bac. num. 2. vers. in hoc, ubi im-
probando distinctionem Bant. traditam per

Rovitum inter jus civile, & canonicum;
quam merito dicit, fuisse improbatam à
Decio, concludit, solam appellationem à de-
creto non reddere iudicem suspectum, nisi
concurrente alia causa odii, vel amoris, in-
ter quas illa potissima colligi poterit ad Ju-
dicem removendum, si per iudicem, ad
quem fuerit pronuntiatum, bene appellatum,
& male iudicatum. Authoris verbae
His ergo, & aliis omissis, quas refert Balboa
in praesenti, dicendum est, appellationem in-
terpositam, & pendente non redditore iudi-
cem ipsum suspectum, nisi alia causa odii, vel
amoris adsit, quia ante appellationis excitum
cognoscere non potest, utrum iudex, à quo ini-
què, vel imperite se gesserit, & sic utrum
parti offensus exciterit, ut animadvertisse
gloss. in d. cap. proposuit: integritas verbi pro
iudice presumitur, cap. praesentia de renun-
ciat. & ita recusationi locus non est: sed si
posse a iudice, ad quem pronunciaverit, ma-
le appellatum fuisse, non poterit iudex, à
quo recusari; si quidem causa ipsa, in qua
provocatum fuit, ipsi remittitur, cap. olim 7.
de except. dicemus infra in cap. ut debitus.
Si verbi bene appellatum fuisse pronuncia-
tur, tunc justè recusari poterit iudex à quo,
maxime si delegatus est, quo casu accipien-
dius est textus in cap. proposuit infra hoc sit.
Ex eadem ratione descendit, quod uti suspe-
ctus recusari poterit iudex tanquam pre-
sumptus inimicus ab illa parte, que alias
votum dedit contra iudicem in aliqua ci-
vili contentione, ut decisum demonstrat
per Collat. Cons. Reg. de Marin. lib. 1. suar.
resolut. cap. 209. à num. 3. ad 10. & decisio
prodit in causa recusationis propositæ per
Ducem Montis Leonis in personam D. Prae-
sidis Vincentii de Franchis, quem Dux su-
spectum allegavit, ex quo D. Dux in qua-
dam conclusione de negotiis ad Civitatem
pertinentibus, votum dederat contra di-
ctum D. Præsidem, ne ipsi darentur per Ci-
vitatem duc. 2500. quos Præses pro suis la-
boribus postulabat, quamvis Ducis votum
cum effectu non nocuisset; dum Votantes
pro majori parte concluserunt ad favorem
Præsidis, quam opinionem comprobat ex
exteris Reg. Mattbeu controv. 65. num. 23.
& 24. Baron. de effect. inimic. effect. 116. nu.
125. & 126. & in prælud. num. 120. ubi quod
ex hoc non contrahitur capitalis inimicitia;
& ex Regnicolis Reg. Petra super rit. 265.
num. 170. tom. 2.

Q

Am-

Ampliatur cōclusio etiam in Judicis coniuncto,
qui in testem suit adhibitus, quia hoc remo-
29 vet Judicem coniunctum à judicando, si
credimus decisioni factae per M.C.V. in cri-
minalibus, quam ipso relatore prodīsse to-
statur Reg. Petri super rit. M.C.V. 265. nū.
133. vers. & si coniunctus tom. 3. videndus
Reg. Matthei in cit. controv. 65. à num. 34.
ad 44. & Reg. Rovit sup. Pragm. I. de suspi-
cionib. à num. 52. cum seq.

Sed illud animadvertere oportet, quod adhuc
2. ut sit sufficiens causa recusationis illa, que
proponitur ex causa inimicitiae non contra-
cta cum ipso Judice, sed cum ejus consan-
guineis, debet esse etiā non capitalis, saltem
gravis, ut per doctrinam Abbat. resolvit
Castill. dec. 23. I. n. 13. tom. 3.

S U M M A R I U M.

3. **T**estibus inverisimilia deponentibus, non est credendum.
2. **E**t quando dicantur testes deponere in-
verisimilia, num. 3.
4. **T**estes afferentes vidisse, aut reperisse aliquem dormientem in loco, ubi dicitur deli-
ctum patratum, & ibidem concubuisse cum aliqua muliere, presumuntur deponere in-
verisimilia. Referuntur exempla apud Valer. Maxim. & Ciceronem, num. 5.
6. **S**uprum quando reddatur inverisimile, & impossibile, si constiterit membrum virile
fuisse antecedenter viro abscessum.
7. **I**nverisimilis an prafaciatur confessio rei
confitentis in somno sodomitasse eum, cum
quo dormiebat, afferens, quod cogitabat acci-
cedere ad mulierem num. 8.
9. **T**estis depositio aliquem concubuisse cum
puella sine pollutione, vel patrem occidisse frater-
ium, an presumatur inverisimilis.
10. **T**estis deponens de visu se profectissime, &
vidisse intermediente muro, vel monte non
probat, tanquam de falso suspectus, ex que
deponit incredibilia.
11. **T**estes deponentes de facto post decem mem-
ses, assignando diem praeclsum, non probant
ab inverisimilitudinem.
12. **T**estes 13. contestes rejecit Rota ab inver-
isimilitudinem.
13. **T**estibus deponentibus de ebrietate non
reditur, quia ebrietas sensu corporis per-
cipi non potest.
14. **T**estes deponentes vidisse delictum patran-
sum de nocte, & cognovisse vulnerantem pat-

- tidum, presumuntur deponere varijs ob-
traria, inverisimilia & repugnantia.
15. **T**estibus numero paucioribus verisimilia
deponentibus magis creditur, quam numeris
majoribus.
16. **T**estium inverisimilitudo an suppleri pos-
sit ex numero testium.

C A P U T XXIX.

An testibus deponentibus inveri-
similia sit fides praestanda; &
quomodo arguantur inverisimi-
litudo. Referuntur casus prae-
seferentes inverisimilitudinem;
& an testium inverisimilitudo
possit suppleri ex numero te-
stium; & an testibus pauciori-
bus verisimilia deponentibus
magis credatur, quam numero
majoribus.

Extra controversie dubium reposi-
tum videtur, non esse credendum
testibus testantibus inverisimilia.
Verisimile est autem id, quod ve-
re videtur simile; non verisimile,
quod à vero dissimile creditur, ad rect. in
l. 11. S. 12. ff. de adulteriis, & in l. fin. ff. quod
met. casus.

Illa quidem sunt verisimilia, que magis, ma-
gisque accedunt ad veritatem, ut per do-
ctrinam Innocent. in cap. audi vi de presump-
tionibus, hęc docet Crisius in tract. de in-
diciis delictor par. I. cap. 4. nū. 6. ubi adducit
in principio Blanc. de indiciis ad leg. fin. nū.
32. dicentem testem omnino super verisimile
deponere debere; ad hoc ut in nulla
parte sit sibi contrarius. Unde ortum est
commune illud receptum axioma, quod te-
stes afferentes factum non verisimile, sunt
de falso suspecti, & nullam prstant fidem,
per doctrinam Abbatis in cap. quia verisimile
in fine de presump. Grammat. dec. 28.
num. 2. & in vot. I. 4. num. 10. & in vot. 22. &
in conscrimin. 62. num. 1. Decian. respons. 52.
num. 55. & 56. tom. 4. Staibani, resol. forens.
cent. 2. resol. I. 37. num. 5. Imbrian. de repulsi.
confid. 6. num. 122. & 123. par. I. ubi quod
inve-

Tractatus Criminalis Analyticus. 107

inverisimilitudo multipliciter effungi potest in testium depositionibus, & per cæteros cumulatos per Consil. Prat. discept. forens. tom. 3. cap. 15. num. 27. & in resp. crim. 15. num. 55. & 56. ubi conclusionem extendit etiam in pluribus testibus contestibus. Accedit Anton. de Matthæis de Probationib. cap. 6. n. 45. ubi quod Judex semper sequi debet id, quod est verisimile, maxime existente causa dubia, & testatur de communī sententia, quod magis verisimile excludit minus verisimile, expendit text. in L 23. ff. quæ mes. caus. & in cap. quia verisimile extr. de præsumpt. Farinac. de testib. qu. 65. num. 128. cum cæteris.

Verum, quia multi sunt casus, in quibus testes recepti in processu informativo redarunt, qui possunt de inverisimilitudine ad rei innocentiam patefaciendam, ideo illos hic recensere putavimus.

Primus casus inverisimilitudinis argui potest, si afferatur aliquem fuisse repertum dormientem in lecto existente in loco, ubi dicuntur delictum patrum, & ibidem concubuisse cum aliqua muliere, & cum ea coivisse, cum non præsumatur, ut facinoris conscientius coire potuisset: cum experientia doceat, quod metu percussus coire nequit, ut egregie demonstrat Menoch. in cons. 480. & num. 24. ubi hoc comprobatur exemplis tractatis à Valerio Maximo lib. 8. cap. 1. comprobatur Anton. de Matthæis ad lib. 48. fff. tis. 15. de probat. cap. 7. num. 2. ibi: Exemplum apud Ciceronem occurrit de Cleliis fratribus, qui à crimen parricidii hoc solo arguento absoluti sunt, quod in eodem cubiculo, in quo pater cæsus erat, reperti sunt aperte ostia dormientes.

Secundus casus in stupro, quod proponitur commissum in personam pueræ non effratis claustris pudoris (per materiam effractionem), quia stuprum redditur impossibile, ut bene perpendit Reg. Matthei de re crimin. contrav. 53. d. num. 16. ad 19. ubi quod multo magis stuprum redditur impossibile, si constiterit per rei evidentiam membrum virile fuisse antecedenter viro abscessum, quia in hoc casu adesse negativa coarctata per modum durissimum probata, & ita casum decisum refert juxta ea, quæ plenius dicam sub tit. de stupro n.

Non dissimilis videtur casus de confitente in somno sodomitasse reum, cum quo dormiebat in lecto, afferens, quod cogitabat accedere ad mulierem, juxta casum propositum

à Gomez. de delictis cap. 3. num. 26. qui testatur reum ita confitentem in tortura fuisse sub ejus patrocinio liberatum à poena mortis, & quamvis Clar. num. 5. §. sodomi. n. 21, in fine, & Ricc. collect. 1877. par. 5. refellant hanc opinionem tanquam scandalosam dicentes, quod Advocatus, & Judex erant similes reo, tamen opinionem Gomez. defendit Raynald. qui testatur non esse ab illa recedendum observ. criminal. cap. 21. §. I. n. 90. ad 96. cujus verba hic transcribere curavimus: Nibilominus non est recedendum à dicta resolutione, quia si potest dari casus, quod quis in somno coeat, cum in somno alii actus magis, magisque improprii agantur, ut vide-re est penes Jostonium Semestrium, nec scio videre quomodo eo casu possit reus pena mortis puniri, & miror de Riccio, & de Bajardo, qui Gomesum de nostra jurisprudentia opime meritum, tale dicterium referendo, quodammodo infavimus.

Tertius est casus, quando testes deponerent aliquem concubuisse cum puella sine pollutione, vel deponerent, patrem, seu præceptorem dolo occidisse filium, vel discipulum, ut post Jacob. de S. Georg. Franc. Curt. & Boss. docet Prosper. Farinac. in tract. de testib. qu. 65. n. 145. & 146.

Quartus est casus, quando testis deponens de visu testificaretur se prospexitse intermedio diante monte, vel muro, vel alio obstaculo, quia depositio nedum redditur inverisimilis, sed falsa, & incredibilis, ipsa natura suadente, ut ex Bald. in l. testium 14. n. 9. C. de testib. docet Samuel. Strikius de jure sensuum differt. 1. de visu num. 36. & de hoc plenius dixi in cap. 5.

Quintus casus in testibus deponentibus, & se recordantibus de facto post decem menses, assignando diem præcisum, quia redditur inverisimilis talis depositio, & proinde non probat, ex Farinac. cons. 172. num. 7. & cons. 166. num. 14. vers. inverisimilis, & cons. 110. num. 2. accedit Vermigliol. cons. 15. num. 33. ubi habetur, quod tanta est vis inverisimilitudinis, quod ex dicta causa 13. testes con-testes rejicit Rota Romana in Perusina laudi coram R. P. D. Verospio sub die 23. Ianuarii 1619. quam decisionem refert, & sequitur Consil. Pratus in respons. 15. n. 56. & discept. forens. cap. 15. n. 27. tom. 3.

Sextus est casus in testibus deponentibus de ebrietate, quæ cum sensu corporis percipi non possit, est probatio difficultis, & proin-

de non creditur testibus de ea deponentibus cum multum labore ratio intellectus in assignanda ratione, Anton. de Matthaeis de probat. cap. 5. num. 36, ubi quod non creditur, nisi assignata ratione recte concludente, que sensu corporis vix assignari, & percipi potest.

Septimus casus in teste deponente delictum patratum de nocte, & vulnerantem palli. 14 dum cognovisse, quia reprobatur tanquam inverisimilis, & tanquam continens varietatem, & contrarietatem, & repugnanciam, Consil. Marcius. cons. 50. num. 4. ubi adducit rectum in l. ob cormen S. ultim. ff. de testib. & in cap. præterea eod. sit. & de hoc alibi, que jura allegavitius cap. 4. de ultimo convictionis requisito num. 6.

Postremo advertendum restat, quod testibus numero paucioribus verisimiliora deponentibus magis creditur; & preferuntur ceteris testibus numero majoribus, existente conflictu, & contrarietate inter testes utriusque partis, Affid. dec. 36. num. 6. Vivius dec. 199. & num. 8. ad 10. par. 1. Conf. Staibar. in observat. ad resol. 127. nu. 82. cent. 2., ubi cumulat plures Rot. e decisiones. Quam conclusionem ampliavit Farinac. in tract. de testib. qu. 65. n. 142. etiam in testibus inhabilibus, & minus idoneis deponentibus, verisimilia, tamen limitavit in criminalibus quoad effectum puniendi reum.

Quibus accedit, quod inverisimilitudo suppleri potest ex numero testimoniis, ex quo sola 16 inverisimilitudo non semper tollit, nec prosternit totam vim probationis, sed solum operatur ut fortiores requirantur probations, ut firmat Andreol. contro. 277. num. 30. 31. & 32. tom. 4. ubi expendit text. in cap. quia verisimile de præsumpt. exc conf. Soccin. junior. 244. in fin. lib. 2. cum ceteris ab eo laudatis num. 32.

S U M M A R I U M.

1. Robatio dubia, & incerta probantem non relevat.
2. Testes ad plenam probationem inducendam debent concludere perneceſſe, & non per poffibile.
3. Testes dubitative deponentes per verbum forte, ni fallor, si bene memini, non concludunt perneceſſe.
4. Testis vaga depositio non attenditur.
5. Testibus deponentibus uiri expertis per-

Maradei

verbum videtur, vel de iudicio, vel m'è parso d'intendere, an credatur.

6. Testibus deponentibus per verbum credo, vel de credulitate, an fides sit adhibenda. Et quid si dicant, credo, vel firmiter credere, num. 7.
8. Testes de credulitate an probent contra producentem.
9. Testibus deponentibus de valore per dictum in circa an credatur, tanquam dubitative deponentibus, & quid si utantur verbis puto, vel mihi videtur, n. 10.
10. Testibus deponentibus byzabolicè an fides sit adhibenda, & quando byzolicè deponere. videantur.
11. Testium depositio non debet continere verba captiosa, nec synonima per aetiologyum, vulgo figura, seu rappresentazione di costumi.
12. Testis an deponere debeat per verbum sciare, vel sufficiat dicere credere se, vel arbitrari, vel videri sibi, juxta antiquam formulam Jurisconsultorum, verba Anton. de Matthaeis afferuntur pro quaestione resolutione, num. 14.
13. Testis, qui confusè testimonium dicit, an possit post publicationem ad partis instantiam iterum examinari, vel interrogari, ut dictum suum declaret, resolvitur quaestio cum affirmativa decisione relata per Cafagum, cuius verba afferuntur n. 16.

C A P U T XXX.

Testes deponentes obscurè, dubitative, incertè, æquivocè, vel de credulitate, vel per verbum videtur, vel de iudicio, vel hyperbolice, vel per ironiam, an inducant plenam probationem; Et quid in testibus continentibus verba captiosa, vel synonima per aetiologyum, vulgo figura; & an testes, qui confusè testimonium dixerunt, possint post publicationem interrogari ad dictum suum declarandum.

NE-

Tractatus Criminalis Analyticus. 109

Negativa regula est in contrarium, quia dubia, & incerta probatio non relevat ex dispositione *testis in cap. in praesentia 8. C. de probationib.* ubi *Canonista* communiter, siquidem testes ad convincendum, & plenam inducendam probationem, debent concludere per necessitatem, & non per possibile, ut plenius diximus in principio, differendo de convictione, & proprietate in cap. 4. ubi eginimus quando obscura, & dubia redditur testis depositio.

Nunc agendum superest, quod non est credendum testibus dubitativè deponentibus; & per verba, quæ per necessitatem non concludunt, nempe si dixerint: *Si bene memini salva veritate, forte, ni fallor, plenè Farinac. de testib. qu. 68. à num. 1. cum sequ. Vermigliol. conf. 13. num. 5. & conf. 15. & 16. nu. 13. Caren. de offic. S. Inquisit. par. 3. tit. 6. n. 1. P. Graffet. de nece prodit. §. 29. num. 67.* ubi loquitur de verbo videtur.

Accedit ex exteris, & eruditis recentioribus Jurisconsultis Germaniæ *Ioannis Orton. Author. in criminal. definitionum racemationibus racemat. 5. tbes. 1. num. 32. tom. 2.* ubi 4 quod vaga depositio non attenditur per *tectionem in lob carmen 12. §. ultim.* ubi *Bartol. de testib.* ubi addit, quod deponens per distinctionem forte, vel forsitan nihil concludit, quia videtur dubitativè deponere, & allegat *Butrium, & Farinac. qu. 68. n. 9.*

Nec testibus deponentibus uti expertis in criminalibus per verbum videtur, vel de iudicio fides est adhibenda, *Reg. Capit. latro de cis. 179. num. 56.* nec deponentibus per haec verba, cbe mi pare d'intendere, vel si dicerset, firmiter credo, *Cephal. conf. 512. num. 8. ad 17.*

In testibus deponentibus per verbum credo, vel 6 de credulitate adest aliqua altercatio inter Doctores, ut habetur apud *Boiss. in tit. de oppositionib. contra testes n. 43.* ubi exc *Alex. & Soccin.* dixit valere talam depositionem in materia, quæ sensu corporis percipi, & expressè cognosci non potest, sed tales testes sic deponentes, nullam facere probationem, etiam si dicant, se certos, vel firmiter credere, sed solum facere quale quale indicium, concludit *Farinac. de testib. qu. 68. à num. 62.* quem sequitur *Guazzin. ad defens. reor. defens. 29. cap. 3. num. 11. Vermigl. conf. 319. num. 12. Bertazol. conf. 34. num. 9. & conf. 162. num. 1. lib. 1. Caren. de offic. S. In-*

quisit. par. 3. tit. 6. nu. 7. Cyriac. controv. 150. n. 12. & 28.

Verum testes de credulitate bene probant contra producentem, *Mancen. decis. 59. sub nu. 6. vers. corroboratur*, etiam in teste unico deponente de auditu, *Honded. conf. 79. n. 54. lib. 1. Castill. decis. 59. num. 20. videndus Carleval de iudiciis lib. 1. tit. 2. disput. 3. num. 17. & 37. & Marci. conf. 58. num. 2. tom. 2. ubi quod talis testis de auditu neque probat contra producentem.*

Non aliter dicendum videtur in testibus deponentibus de valore, per dictiōnēm *in circ. 9. cā*, quia bene dubitativè deponere videntur, & prouidè non probant, ex traditis per *Curtium, & Rotam apud Petrum Pacion. de locat. & cond. cap. 19. num. 108. 109. & 110.* ubi idem esse profertur, si testes utantur 10 verbis puto, vel mibi videtur, quia ostendunt incertitudinem, & nimiam peritiam.

Quid in testibus deponentibus hyperbolice, ut quia dicunt, quod talis excoriabat subditos, & ex illis sanguinem extrahebat, non probare dixit *Camill. de Medic. conf. 143. nu. 21. Cravert. conf. 2. num. 6.* ubi quod ex dictis verbis colligitur nimia animositas, & quid in testibus utentibus ironia, adeundus *Anton. de Matthæis ad lib. 43. fff. tit. 15. cap. 4. de probat. num. 15.* & satis notanter *Crusius de iudiciis delictor. par. 1. cap. 4. n. 4.* ubi sic advertit: *Quinimò testimonium hoc 12 plausum, & dilucidum, necessarium ducitur, verborum quoque non captiosorum, non synonimorum respectu per etiologiam: quod basitatio, incertitudo, dubitatio, absentiam, ignorantiam, in oblationem testis coarguat.*

Sed *Antonius de Matthæis* eodem loco *num. 12.* non improbandam putat testis depositiōnem se continentem sub verbis credere se, vel arbitrari, vel videri, ex quo erat antiqua formula, sub qua respondebant Juris-Cons. & quod testes erant quoque soliti di- 13 cere arbitrari se, etiam quod ipsi vidissent adducit locum *Ciceronis*, unde consentaneum mihi videtur verba hujus eruditissimi *mi Authoris* hic transcribere. *Præterea vi- dendum, utrum testis interrogatus responde- re debent, scire se, an sufficit si dicat, crede- re se, vel arbitrari, vel videri sibi? Consen- taneis scibola adeò primam formulam probat, ut etiam dubitet, an fidem mereantur qui cre- dere se dicunt, quos testes de credulitate ap- pellant. Verum qui ita tradunt, hos mode- stia verorum ignoraros fuisse palam est, que san-*

tanta fuit, ut & cum certò scirent rem ita se babere, & ex animi sententia loquerentur, tamen dicerent, videri sibi, ita Iurisconsulti faciebant, cum de jure responderent; ita Iudices cum judicarent. De testibus autem nominatim prodidit Cicero lib. 4. Acad. quest. Veterum, inquit, in testimonii dicendis ea fuit diligentia, ac religio, quod in scientia multa versatur in vita, ut arbitrari se, testes dicerent, etiam quod ipsi vidissent. Et pro M. Fontejo. Credo hæc eadem Induciomarum in testimonio timuisse, qui primum illud verbum consideratissimum nostræ consuetudinis, arbitror, quo nos etiam tunc utimur, cum ea dicimus jurati, quæ compertabebimus, que ipsi vidimus, ex toto suo testimonio substulit, atque omnia se scire dixit. Interim ab utroque teste, tam eo, qui dicit, scire se, quam qui dicit, arbitrari se, causa flagitari potest, ut explanet, quamobrem sciatur, aut arbitretur. Cause autem licet infinita videantur, ad duo tamen capita referri posse videntur: Vidi, audivi: Alterum qui expressit, officio suo functus est. Ceterum præterquam quod viderit, vel audiuerit, argumentari testi, aut conjectura prosequi crimen non licet, ne jus accusatoris, cum jure testimonii commisceatur, ut eleganter lib. 4. Retbor. ad Herennium scriptum est.

Dicit citatus Author, quod ab utroque teste, 15 tam qui dicit scire, quam qui dicit arbitrari, causa efflagitari potest, ut explanet.

Quare advertere oportet, quod testis, qui confusè testimonium dixit, non est post publicationem ad partis instantiam iterum examinandus, vel interrogandus propter periculum subornationis, DD. in cap. clamor de testib. Natta ad Alexand. conf. 35. lit. A. & quod sit res valdè periculosa interrogare testes, ut dictum suum declarant ob inconvenientia, quæ post Cafarum in spec. peregr. qu. 47. num. 24. considerabat Rev. de Luca in obsevat. ad dec. 37. 1. num. 3. D. de Franch. cuius verba hic transcribere placuit, cum 16 casus sèpè sapienter contingere possit, prout mihi contingit illum in praxim reducere in quadam causa in S. C. vertente, verba Authoris sunt: Non debet passim Iudeo in omni casu interrogare testes, ut dictum suum declarant, esset enim res valdè periculosa, de qua non pauca inconvenientia resultare possent. Sed ubi error, & equivocationes essent evidentes, & res summoperè inverisimiles,

tunc secus, ut refert provisum in causa Monasterii Sanctæ Marie Matris Dei, Ordinis Servorum B. M. V. cum enim testes deposuerint, quod testamentum, post quam fuerat clausum, & futum, testator illud subscripsisse, quod erat impossibile, & videbatur ex cordia examinatoris, ita scriptum, testes iterum fuerunt interrogati ex decreto S. C. ut declararent eorum dicta, & deinde declaratum testamentum validum.

S V M M A R I V M.

- 1 **T**estes debent reddere rationem dicti per sensum corporeum; Et quid in questionibus de finibus, aut de factis antiquis, n. 2.
- 3 **T**estes de auditu in criminalibus, si sint plures, faciunt adminiculum.
- 4 **T**estes deponentes audivisse à Titio talis verba an probent, & quid elapsō triennio, vel elapsō decennio, ibidem.
- 5 **T**estes deponentes da tanto tempo in quā an probent.
- 6 **T**estes deponentes de auditu publicationis banni, si non dicant de auditu à praecōre non probant.
- 7 **T**estes deponentes de qualitate feudali de auditu, & de fama, non redditā causa scientiæ, non probant.
- 8 **T**estes deponentes de auditu, iunctis adminiculis, plenè probant fraudem, & simulationem.
- 9 **T**estes deponentes de auditu an probent in antiquis bona fuisse in bonis testatoris.
- 10 **T**estes deponentes de auditu, & fama in antiquis probant, nedum possessionem, sed etiam dominium.
- 11 **D**ominii probatio an resultet ex probatione in bonis, & de bonis in personam conveni.
- 12 **P**robatio, rem fuisse in bonis, & de bonis an sufficiat in judicio rei vindicationis, vel in actione Publiciana instituta contra tertium possessorem possidentem cum titulo rem fideicommissio obnoxiam, vel necesse sit probare dominium; & de discriminē inter actionem petitionis hereditatis, & actionem rei vindicationis.
- 13 **D**ominium ad hoc, ut probatum dicatur in judicio rei vindicationis, requiritur dominii probatio, nedum in personam actoris, sed in personam ipsius authoris, à quo actor causam habet. Et an ad probandum dominium sufficiat instrumentum emptionis factæ ab empto-

Tractatus Criminalis Analyticus.

III

- emptore, vel requiratur probatio vera domini penes venditorem, ibidem.
34. Testes de auditu an admittantur circa eamque aliter, quam per sensum auditus percipi non possunt, ut in blasphemia, rumore & injuria.
35. Testis, qui fuit Confessarius deponens de licentia paenitentis facit plenam fidem, quamvis deponat de auditu.
36. Testes deponentes super iure fidandi, vel decimandi in aliquo territorio, an probent, non redditia ratione proprii dicti per sensum corporeum.
37. Testes deponentes super valore virtualium an probent, non redditia ratione suis dicti.
38. Testes ad probandum testamentum nuncupativum non redactum in publicam formam, an debeant esse testes in deponenda de toto tenore testamenti.
39. Preambuli decretum an possit interponi ea voluntate testatoris per testes probata. Afferuntur novissima determinationes Magnae Cur. Vic. num. 20.
40. Et quid si testamentum fuerit confectum per Notarium vassallum, vel Apostolicum, & testes se referant ad scripturam testamenti, & quid respectu immisionis concedenda ex voluntate per testes probata, non redactis distis testium in publicam formam.
41. Immisso in possessionem an sit concedenda verientibus ab intestato, pendente verificatione testamenti nuncupativi per testium depositiones.

C A P U T XXXI.

An testes de auditu deponentea probationem faciant, & quid in testibus deponentibus de auditu, quam per famam, tum in criminibus, tum in cibilibus cognitionibus; Altius examinatur quomodo deponere debeant testes deponentes de tenore testamenti nuncupativi, non redacti in publicam formam, & an possit interponi decretum preambuli; & concedenda immis-

sio ex voluntate testatoris probata per testes. Afferuntur novissimae decisiones M. C. V. de quibus dubitat Author in iudicio immisionis.

Est extra controversiam, quod testes debent reddere rationem dicti per sensum corporeum, ut cavyetur in L. 20. §. 9. ff. de restib. adeo quod oportet, ut testentur de proprio sensu, & sic de eo, quod ipsi audierunt, aut viderunt, & non de eo, quod ab aliis se audiisse contendunt ex l. qui testamenta 20. §. ultim. ff. qui testam fac poss. Anton. de Mattheis de probat. cap. 7. num. 75.

2. Qui limitat in questionibus de finibus, aut de factis antiquis, cuius verba hic transcribenda duximus cum Author non sit omnibus praemaniibus. De proprio etiam sensu, ut testetur necesse est, & quod verisimile esse scire non de eo, quod ab aliis se audiisse contendit, l. qui testamento 20. §. ult. ff. qui testam fac poss. sed de eo, quod ipse aut audivit, aut vidit, nisi quæstio aut de finibus, aut de factis antiquis, nam & sufficit tum testimoniun de auditu alieno, l. 2. §. idem labore 8. ff. de ag. & ag. pluv. arcend. l. 2. 8. ff. de probat. Bart. ad l. cum aliquis, C. de iur. delib. Cujac. 3. obser. 26. Reward. 1. var. 14. Mysing. 6. obser. 26. hucusque de Mattheis.

Quare testes de auditu solum adminiculum, & præsumptionem faciunt in criminalibus, 3. si sunt plures, quia si sit unicus non dicitur adminiculum facere, nec gradum ullum probationis etiam si dicat audiisse à pluribus, ut ex Baldo, Surdo, & Rota apud Vermigliol. conf. 266. & Menoch. docet Raynald. in obser. ad cap. 7. supplet. 7. à nu. 45. ad 48. tom. I.

Ampliatur in testibus deponentibus se viginti ab hinc annis se audiisse à Titio talia verba, quia neque probant, cum verisimile non sit, quod post 20. annos potuerint esse memores dictorum verborum, Menoch. conf. 1274. num. 7. & 8. vers. adducit, sed quod testis obligio præsumatur elapsa triennio, & non minori tempore videndus Gramma, in conf. 42. & 46. Ricc. dec. 25. num. 2. part. 1. Verall. dec. 279. Kivius decif. 64. num. 2. lib. 2. post annum dixit Borrell. conf. 25. num. 17. Alii post decennium, ut habetur apud Vium

vixit cit. decis. in fine, Post. de manutentia. obser. 58. num. 3. concordat Grammat. conf. 47. num. 20.

Ampliatur secundum in testibus deponentibus, *da tanto tempo in qua*, quia non probant, *s* maximè cum non adsit copula &, fallit si adsunt verba continuativa, *semper, da tanto tempo in qua*, *Cavaler. decis. Rot. 356. n. 3.* Ampliatur tertio, in testibus deponentibus de auditu, sed non de auditu à præcone, quia *6* non possunt referri ad auditum à præcone, & sic ad auditum auditus, & per consequens non probant publicationem banni, *Reg. de Ponte in conf. 136. n. 34. tom. 2.*

Ampliatur quarto in testibus deponentibus de auditu, de fama, & de qualitate feudalii si- *7* ne redditione cause scientie, quia qualitas feudalii numquam probata censeretur, ita post theoreticam *Andrea Reg. de Marinis in obseruat. ad decis. 280. Reg. Reverter. num. 5. & 6. tom. 1.* ubi de qualitate scientie, de qua rationem reddere debent.

Limitatur conclusio in testibus deponentibus de auditu junctis adminiculis, quia plenè *8* probant; quando agitur de probanda fraude, vel simulatione, *Farin. de testib. qu. 69. num. 41. & 44. cum seq. Noyuerol. alleg. 10. num. 7. & 22.* ubi quod unus testis sufficit, & *num. 21.* quod solum negotiorum gestor deponens de simulatione plenè probat, ex *Decian. conf. 62. num. 22.*

Limitatur secundo in testibus deponentibus de auditu, & per famam in antiquis, qui *9* probant bona fuisse in bonis testatoris, vide *Fusar. de substitut. qu. 618. & num. 21. Ma- scard. de probat. conclus. 778. nu. 5. Peregr. de fideicom. art. 44. num. 17.* & quod unus testis de visu, & duo de fama conjugantur ad faciendam plenam probationem *Affid. dec. 83. num. 7. & 8.* ubi quando dicatur factum antiquum.

Ampliatur limitatio, ut depositio testium de auditu, & fama publica in antiquis, nedum *10* probet, rem fuisse in bonis, & de bonis, sed probat quoque dominium, ut post *Bald. Bart. & Aretin. probat Reg. Revert. dec. 88. vers. tertio afferebatur, ubi Reg. de Marin. in obser. n. 1. & 2. lib. 1.*

Sed an ex probatione fuisse in bonis, & de bonis, resulteret explicita probatio dominii in *11* personam debitoris, videndum est *Affid. decis. 383. & Reg. Rovit. qui eundem Affid. cum insequitur super pragm. 1. de assiden- tia ad num. 9. ad 13. & num. 32. qui tenaciter*

pugnat, resultare ex tali probatione pro- sumptum dominium. Verum semper quod agitur actione Publiciana, vel iudicio rei vindicationis contra tertios possessores bo- norum substitutioni subjectorum cum tenu- *12* lo, qui non habent causam à gravato, non erit sufficiens probatio probare bona fuisse in bonis testatoris, & relicta in ejus ha- reditate; sed necesse est probare, testato- rem fuisse verum dominum, juxta commu- nem DD. sententiam apud *Nigr. Cyriac. controu. 653. num. 30. tom. 4.* accedit *Bart. de success. ib. 8. de substitut. fideicom. tit. 1. n. num. 51. & lib. 1. 1. 11. 1. 4. de petit. baered. n. 2. in fin. ubi ex hac necessaria dominii proba- tione tradit differentiam inter actionem pe- titionis hereditatis, & actionem rei vindica- tionis. Siquidem in petitione hereditatis sufficit, defunctum possidisse in vita sua, quia præsumitur continuata usque ad mor- tem; in rei vindicatione vero est probandum dominium de necessitate, & sic magis gra- vatur actor, cum dominii probatio sit fatis difficilis.*

Quod ateo verum est, quod ad hoc ut domi- *nium dicatur regulariter probatum in judi- 13 cito rei vindicationis, requiritur dominii pro- batio nedum in persona ipsius actoris, sed in personam authoris sui, à quo causam ha- bet; nempe si ego agam, ut heres mei pa- tris tensor probare de dominio in ejus per- sona, juxta test. in l. in rem, ff. de rei vindic. *Affid. decis. 40. num. 3. Rovit. conf. 30. tom. 3.* ubi quod non sufficit ad probandum domi- nium productio instrumentorum emptio- num factarum ab emptore; sed requiri- tur probatio dominii penes venditorem, alias conventus venit absolvendus, prout decisum refert.*

Limitatur tertio, quando ageretur de proban- do ea, quæ aliter, quam per sensum audi- *14* tus percipi non possunt, nempe si testes de- ponant audivisse Titium blasphemantem, vel injurias proferentem, vel audivisse ru- morem in tali loco, quia tunc testes pro- bant, cum talis cognitio cadaq; sub sensu te- stis, *Marius Giurb. conf. 42. nu. 4. & 26. plenè Conciol. in resol. crimin. verb. testis quoad dicta resol. 4. num. 14. ubi laudat Farinac. & Caren.*

Limitatur quarto, quando testis deponens de auditu esset Confessarius, qui habuit à po- *15* nitente licentiam revelandi secreta confes- sionis, quia cum præsumatur, peccatorem veri-

Tractatus Criminalis Analyticus. 113

veritatem confiteri ; standum est illius confessioni , & ob id dicto confessoris super hoc deponenti plenariè datur fides , ex text. in cap. omnis juris de pœnitent. cum aliis apud Reg. de Ponte conf. 10. num. 11. & 12. tom. 2. Diximus in principio hujus conclusionis, quod testes debent reddere rationem sui dicti per sensum corporeum ; Hinc sit , quod testes deponentes super jure fidandi, vel super jure decimandi super aliquo territorio non probant , nisi reddant rationem , & causam proprii dicti, quia hoc magis ratione , quam sensu percipitur , Alex. Trentacing. variar. resolut. lib. 2. resol. 2. de testib. num. 10. vers. secundo inferatur . Et quid si testes deponant de non solutione fidæ, videndum est Altimar. in observat. ad Rovit. conf. 77. num. 10. tom. 3.

Insuper testes deponentes super valore , non probant , nisi reddant rationem sui dicti , quia id consistit in intellectu , ut ex Paulo de Castro in l. pretia rerum, ff. ad leg. falcid. animadvertisit Alex. Trentacing. variar. lib. 2. resol. 2. de testib. vers. binc primo inferatur , ubi quod benè probarent , deponendo super valore virtualium, quod communiter tantum valebat , quia sensu percipitur , accedit Pacion. de locato , & conducto cap. 14. ad num. 134. ad 137. ubi quod in testibus deponentibus super valore; quod sensu corporis percipitur, magis attenditur depositio testimoniū super affirmativa , quam super negativa.

Præterea non hic erit prætereundum , quod testes , qui admittuntur ad probandum testamentum nuncupativum non redactum ad publicam formam , debent esse contestes in deponendo de toto tenore testamenti , & in forma verborum concordare debent , Surd. conf. 114. num. 88. & conf. 129. num. 25. Joseph decis. Lucens. 53. num. 27. Fontanell. dec. 578. num. 12. par. 2. Grammat. conf. civil. 50. num. 41. in fin. Cephal. conf. 103. qui tradit , nec sufficere , quod testes se remittant ad privatam scripturam, sed Peregrin. decis. 81. num. 11. pro validitate cedulae prouinciatum ostendit per doctrinam Baldi , & aliorum in l. cum antiquitus, §. final. C. de testam. accedit ex Regnicolis Consil. de Rosa in consult. 9. num. 8. tom. 2. ubi quod non dicuntur testes deponere de toto tenore , si depo-nunt de hæredis institutione , & non de legato missæ quotidianæ.

Et in istis terminis præscribere sibi possunt lo-

eum scripta per D. Gizzium in observ. ad des. eis. 7. Reg. Capic. latro, ubi decisum refert de-

19 tretum præambuli interponi posse ex voluntate testatoris per testes probata , nempe si testator coram Judice , Notario , & testibus suam declaraverit voluntatem , quamvis morte præventus instrumentum testamenti celebratum , & stipulatum non extiterit.

Cui decisioni accedit alia novissima determinatio ejusdem M. C. facta in causa præambuli quondam Victoriae Ranæ Terra Cai-vani , per quam instituto hærede D. Antonio Roeco coram Judice , Notario , & testibus, sed non stipulato testamento ob supervenientem testatrixis mortem , fuit per M. C. V. sub die 14. Maji 1655. referente tunc D. Judice , postmodum Regente Donato Antonio de Marinis, interpositum decreto præambuli ex voluntate per testes probata in beneficium ejusdem D. Rocci, ut ex actis in banca Duoci.

Verum maxima suboriri potest difficultas , si proponatur testamentum factum per Notarium Vassallum ad favorem , vel contra Baronem , vel per Notarium Apostolicum in causis prophanis , & hæres examinaverit septem testes se referentes ad scripturam testamenti invalidam , quia in hoc casu non possit Judex interponere decretum præambuli , ex quo non opitularetur voluntas taliter per testes probata , juxta perpensa per Rey. Revert. dec. 3 86. & per Reg. Petram super Rit. 128. num. 13. & 14. lib. 1. de quibus memores fuimus in nostra prax. present. instrum. cap. 4. num. 198. Sed si probaretur sola voluntas testatoris absque relatione ad scripturam præscribunt sibi locum decisiones allatae , quemadmodum in testamento scripto per Notarium Apostolicum , practicatum refert Horatius Pers. in conf. civil. 13. ubi refert declaratum hæredem institutum in dicto testamento, examinatis septem testibus super voluntate , & non super scriptura.

Sed his rebus judicatis per M.C.V. non obstantibus, semper mihi difficultas supereret, respe-
22. Et immisionis cōcedendæ ex remedio l. fin. virtute dictæ voluntatis per testes probatæ. Siquidem remedium hoc non competit, nisi ostendentibus publicam scripturam testamenti non vitiat , sed quamvis ex dictis testimoniū prætendant hæres scriptus ostendere testamenti tenorem; non ideo ei concedenda erit immissio , nisi redactis dictis testimoniū

In publicam formam, & publicatis juxta se-
rum in l. publicati C. de testam, & cum requi-
sitis traditis per Brunnum, in eadem leg. ut
arguit Menoch. de adipisc. poss. remed. 4. à nu.
107. ad 112. Cons. Rosa cit. consult. 9. n. 13. 14.
15. & 16. ubi quod nullo pacto sit locus im-
missioni non examinatis testibus, apudit ven-
ientesibus ab intestato, nec adhibitis supra-
traditis requisitis, sed bene succurritur pre-
tenso hæredi iudicio petitionis hæreditatis,
vel remedio quorum honorum; addit quo-
que citatus Author, quod interim immitt-
endi sunt in possessionem venientes ab in-
testato tamquam aperto iure venientes, ju-
xta tradita per Christoph. Martium, & cathe-
ros per nos allegatos in obser. ad sing. 175.
& 176. num. 7. & 8. Verum circa hoc ulti-
mum maximam haberem difficultatem, nam
successio ab intestato decerni non potest,
quandiu durat spes testamenti, vel ex testa-
mento adiri potest hæreditas, juxta vulgat.
text. in l. quandiu 39. ff. de acquir. hæred. &
juxta magistralem consultationem Consiliarii de Andrea, quam typis mandavimus
in nostra Animadvers. 244. à num. 22. cum
seqq. cui fuerunt nonnulla addita per nos à
num. 49. cum seqq.

S U M M A R I U M.

1. **T**estes nescientes scribere, sed subscripte
bentes depositionem cum signo crucis,
an habeantur pro testibus omni exceptione
majoribus.
2. Negat Mauson. sed affirmat Reg. Mat-
theū, cuius opinioni Author adhæret ex
Brunemann n. 3.
4. Testibus afferentibus non deposuisse,
prout Notarius scripsit, an sit credendum,
num 5.
6. Et quid quando testium depositiones re-
periuntur subscripte, vel coram Judice rece-
pte, num. 7.
8. Et quid quando sunt plures testes, qui
contradicunt, sed sunt signati signo crucis.
9. Instrumentum an possit liquidari, si fue-
rit subscriptum per testes illiteratos se sub-
scribentes signo crucis.
10. Apoca privata an verificari possit in ter-
minis legis scripturas per testes scribere ve-
scientes.
11. Apoca privata adhuc ut habeat hypothe-
cam, an debeat habere expressionem hypothe-
cam, vel sufficiat clausula constituti.

12. Hypotheca, que resultat ex honorum ablo-
gatione non censetur apposita in instrumen-
to, ita tali creditor, cui cautum est per d.
clausulam nō prefertur creditori posteriori.
13. Hypotheca non censetur apposita, sed clau-
sula constituti tantum, quod certum esse in
jure ostenditur n. 14.
15. Apoca. frue scriptura privata trino teste
notata, nullam habet hypothecam, si hypothe-
ca in scriptura expresse non legitur.
16. Et an hypotheca inducatur ex conven-
tione, quod apoca privata habeat vim publici
instrumenti.
17. Et quid quoad prælationem respectu cre-
ditorum in actione personali.

C A P U T XXXII.

Testes subscriptentes eorum depo-
sitiones signo crucis, an habeantur
pro testibus omni exceptione
majoribus; & an sit creden-
dum testibus negantibus non
deposuisse, prout Notarius scri-
psit. Examinatur, an apoca
privata trino teste notata, ha-
beat expressam hypothecam
in terminis legis scripturas, C.
qui potior in pignor. Hypotheca
an censetur apposita, quem-
admodum censetur apposita
clausula Constituti. Decisiones
allatæ per Consil. Arias exami-
nantur,

Vulgatissima est praxis, que in foro
recepta se habet recipiendi, & ex-
aminandi testes nescientes scribe-
re cum subscriptione depositionis
cum signo crucis; Verum ad hoc,
ut fidem faciant, requiritur attestatum No-
tarii dicentis, signum crucis esse propriæ
manus testis examinati Foller. in prax. in
1. par. 2. par. in verbo, & demum repetantur
testes num. 13. Castill. decis. 210. num. 5. ubi
dicit idem esse tenendum, quando deposi-
tio fuisset capta coram Judice, vel de ejus
man-

Tractatus Criminalis Analyticus. 115

mandato, adstipulatur *Mattheus de regim.*
Regn. Valen. cap. 8. §. 2. nū. 64. Verum quod tales testes illiterati confirmantes eorum subscriptionem signo crucis non habeantur pro testibus omni exceptione majoribus firmare videtur *Marsione contraband. qu. 17.*
vers. 17. post tract. de confess. et ceteris. Sed contrarium verius mihi videtur ex superius eruditis in *tit. de reorum convictione vers. illi dicuntur. testes omni exceptione maiores.* Quibus addi potest illud, quod scriptum reliquit *Brunneman. in process. criminal. inquisitor. cap. 8. membr. 2. num. 90.* ubi quod in nonnullis locis Italiae subscriptio testis requiritur, sed contrarium servari testatur in suis partibus Germaniae. Et postea subdit: *Si tamen Judex suoscribi attestata curat a teste, non malefaciet, sed potius diligentiam, ac dexteritatem suam demonstrabit.* Ergo cur dici potest, quod testis sit habendus pro teste non integro, & non omni exceptione maiores, ex quo se subscripterit signo crucis, quando etiam sine subscriptione testimonium subscripti potuisse.

Resolutio hujus questionis pendet ab alia questione, nempe an testibus assertoribus, non deposuisse, prout ab Actuario reperiatur scriptum, ut credendum, vel potius Actuario.

Distinguunt DD., an agatur ad effectum puriendi de falso testes, & Notarium, & neutri creditur, juxta terminos decisi. *Capit. 94.*
& conf. Grammat. 67. num. 1. & dec. 60. nū. 18.
Crusius de indic. par. 2. cap. 36. n. 34.

Quod limitatur, quando testium depositiones reperiuntur subscriptae, vel coram Judice receperae, juxta communem apud *Clar. in §. fin. qu. 53. num. 17.* *Giurb. conf. 78. num. 17.* cum aliis allegatis per *Reg. Sanfel. dec. 23. I. tom. 2.* ubi casus erat, quod deposuerat principalis, quo ad se coram Judice homicidium, & propria manu subscripterat quamlibet paginam, sed in tortura ad convalidandum, negavit, dixisse id, quod scriptum reperiebatur, decisionem comprobat *Reg. Rosa in refut. 10. fine 35. refutes. crim. tom. 3.*

Igitur quoties depositio non fuit a teste subscripta, vel recepta coram Judice, non est credendum Actuario, quemadmodum credendum non erit, quando plures sunt testes, qui contradicunt, & sunt signati signo crucis, ut colligitur ex verbis *Regensis de Rosa in præc. decretor. MCXV. par. 1. cap. 2. num. 23. in fin. ibi. Verum si omnes, vel plu-*

*res testes ita convenirent, testibus, & non Notario credendum est, Alex. conf. 65. nū. 6. & ibi *Narta lit. B. Cravett. conf. 74. num. 3.* *Masuer. ad Papionis tit. 27. glossa fuerunt lit. A. si signo & sunt subscripti.**

Sumptu occasione testium illiteratorum exquirere oportet, an instrumentum, quod praesentatur liquidandum, liquidari possit, si proponatur subscriptum per testes illiteratos scribere nescientes, & se subscribentes per signum crucis, distinguit post *Caravit. Galter. & Tartagl. Reg. Petra sup. Rit. 166. num. 36.* nempe si in loco, ubi sicut celebratur, non adsunt personæ literatae, & scribere scientes, potest liquidari; si vero hoc in dubium vertatur, & tunc supersedendum erit, donec auditis partibus aliter fuerit provisum, accedit *Hodiern. ad Surdi decisi. 137. n. 3. & 4.*

Idemque dicendum erit in apoca privata, quæ requirit subscriptionem trium testium ad hoc, ut creditor possit uti beneficio leg. scripturas, *Cod. qui potior in pignor.* quia si esset subscripta per signum factum per testes scribere nescientes non sufficeret juxta decisionem *Surdi 137.* quam juxta supra traditam distinctionem intelligit *Hodiern. in obserw. ad eand. decisi.*

Scire tamen oportet, quod ad hoc, ut talis scriptura trino teste notata potiatur privilegia pretationis contra credores cum instrumento, posteriores requiruntur, ut contineat hypothecam, & non sufficit habere annexam solam clausulam constituti, quemadmodum in instrumentis etsi publicis requiritur, ut instrumentum contineat bonorum obligationem, cum non aliundè, nisi ex instrumento jus hypothecæ nanciscatur, ut ex *Dion. Gotofr. in Cod. lib. 8. tit. 18.* dixit *Consil. de Rosa in sua præc. decret. civil. cap. 12. num. 97. fol. mibi 293.*

Quare si fuerit omessa clausula hypothecaria in instrumento non censetur apposita, ita ut creditor, qui caret dicta clausula non preferatur creditori posteriori, qui sibi expresse cavit de hypotheca, ut ex *Fabr. concludit Gaius de credit. cap. 4. qu. 6. num. 233. cum seqq.* & rursus in *eod. cap. 4. qu. 11. à num. 2072. cum seqq.* de quo non immemor fuit *Consil. de Altinor. de nullit. contract. rubr. 1. qu. 7. fct. 1. n. 39. tom. 1.*

Cum opinione *Gaii* concordat *Consil. de Rosa in præc. feud. fct. 3. nū. 66. & 67.* ubi quod hypoteca non censetur apposita, cum ad-

dat contra cuius ultra personalem novam rem obligationem, & quoad clausulam Constituti tantum, quod censeatur apposita, posita obligatione hypothecaria, concurrit cum Merlino; hanc Gaiti sententiam modicus defendit Arias de Mesa varior. resol. lib. 2. cap. 33. à num. 7. ad 11. ubi resolvit omnia contraria argumenta, & opinionem Gaiti, & Consiliar. Arias amplectitur novissime Ansaldo, disc. 55. num. 2. & 13. & à num. 20. cunctis seqq. usque ad 34. & ante eum Salbad. in labyrinth. credit. par. 2. cap. 5. num. 51. & par. 3. cap. 13. S. unic. à num. 48. ad 52. Anicbin. de prevent. cap. 7. dub. 2. S. 4. num. 48. sed melius Pacion. de loc. & conduct. cap. 61. à num. 115. 14 ad 117. ubi rejicit contrariam sententiam, ex iuribus satis apertis, exquirientibus expressam rei hypothecam, quae jura satis aperta habentur in l. Aристo 3. ff. que res pign. & in Autb. collat. 9. tit. 19. de Argentar. contract. & insuper, & proinde concludit cum Fabro, & cum Rota coram Merlino, ne dum certum, sed certissimum esse in jure bona circa expressam obligationem obligata non esse.

Quibus sic stantibus asseverandum quoque erit scripturam privatam trino teste nota-
15 tam nullam habere hypothecam, si illa in tali scriptura expresse non legatur, ut ex Mans. consolt. 141. num 7. tom. 8. advertit Consil. de Altimar. de nullitatib. contract. rub. 1. qu. 5. num. 103. tom. 1. ideoque non existente obligatione bonorum, non habebit creditor Chyrophrapharius prælationem contra creditores cum instrumento posteriores, ut ex Gait. & Parec. dixit D. Severinus in additionib. ad Reg. Sanfelic. dec. 373. vers. sup sit locus tom. 3.

Ex quibus suspectis in jure redunduntur decisiones relatæ per Consil. de Mesa, quas allegavi in mea praxi cap. 12. num. 6. quod censeatur
16 adjecta hypotheca in apoca privata ex conventione, quod habeat vim publici instrumenti, siquidem dictas decisiones suspectas habuit idem Consil. de Mesa var. resolut. lib. 2. cap. 33. à num. 7. ad 11. ubi illas in dubium revocare videtur, dum arguit in contrarium cum Anton. Fabr. resolvendo contraaria argumenta.

Et ego intelligerem dictas decisiones, quoad prælationem respectu creditorum in actione
17 personali juxta illud, quod decisum reliquit Thor. in suppl. v. preferri an debet creditor, fol. 481.

S U M M A R I U M.

- 1 **T**estium examen in causis criminalibus an committi possit.
- 2 **T**estes examinati ab Abiuario sine Judice presentia, vel commissione an probationem faciunt.
- 3 **E**t an possit testimoni examen in crimina libus committi Notario, sive Tabelloni.
- 4 **E**t quid si dicatur in actis coram Judice, an creditur Iudicem fuisse presentem.
- 5 **T**estium examinatori attestanti de commissione sibi facta per Judicem, an creditur.
- 6 **T**estium examen an possit fieri per Iudicem sine interventu Notarii, seu Abiarii.
- 7 **C**onfessio facta coram Indice sine interventu Notarii, an dicatur confessio iudicibus.
- 8 **T**estium audiencia sive examen, an possit committi in partibus in causis criminalibus.
- 9 **E**t quid ad fischi instantiam:
- 10 **E**t quid infra dictam ab hac Civitate.
- 11 **T**estibus suspectis allegatis, an possit Index mandare, ut veniant ad deponendum coram ipso Iudice.
- 12 **T**estium examen factum coram Iudice, vel Notario suspecto allegato, an reddatur nullum.
- 13 **E**t quid in causis civilibus vertentibus in Tribunalibus basius Civitatis, in quibus recusatio examinatorum est proponenda infra biduum.
- 14 **E**t quid in recusatione, quae de novo emerget.
- 15 **T**estium audiencia an possit committi pri vato.
- 16 **T**estium examen an possit alteri subdelegari.
- 17 **I**udex inferior, cui fuit per superiorum facta commissio, ut de justitia provideat super aliquo negotio, an possit extra locum sue iurisdictionis jus dicere.
- 18 **I**udex secundarum causarum Baronis, vel Iudex simpliciter ad unam causam per Baronem delegatus, an possit jus dicere, & sententiam proferre extra Baronis jurisdictionem.
- 19 **I**udex per Baronem electus virtute Regiae potestatis eam classculo, ut eligat Judicem in Civitate, an possit subdelegare atque Iudicem in partibus ad recipiendum rei examen ad effectum contestandi item.

20 Sub-

- 20 Subdelegari an, & quando possint cause meri imperii.
- 21 Barone suspecto ex causa inimicitie capitalis, an sit remittenda causa Baroni, ut eligat Iudicem in Civitate.
- 22 Salvaguardia an sit expedienda, & quomodo in beneficium Vassallorum, ut Baronum, & illorum Officiales non procedant ad carcerationem, vel ad capturam informationis, inconsulis Regis Tribunalibus ob inimicitiam contractam. Referuntur decisiones S.R.C. num. 23. & 24.
- 25 Salvaguardia obtenta ob Baronis suspicionem, an comprebendat domesticas, familiares, & custodes animalium ipsius Vassalli: refertur causus decisus.
- 26 Remissio cause ad Baronem, an possit fieri cum clausula, ut eligat Iudicem in Civitate, certiorata M. C. V. vel Regia Audientia de exitu cause, non amoto carcerato à carceribus.

C A P U T XXXIII.

An testium examen receptum in causis criminalibus sine Judicis commissione sustineatur; & an possit committi audientia testium, & capture informationis infra dictam ab hac Civitate; & an sustineatur examen factum coram Examinatore allegato suspecto in partibus; Et quomodo Examinatorum recusatio sit proponenda; Et an Barone suspecto ex causa inimicitiae, sit remittenda causa eidem Baroni.

Fundamentum hujus questionis sumitur ex dispositione text. in Autb. apud eloquentissimum, C. de fide instrum. qua cavetur, quod in criminalibus testes debent coram Judice comparere ad testificandum, cuius verba hic transcribere necessarium putamus. Apud eloquentissimum aliquem Judicem, vel defensorem Civitatis, sive à proximis

sia in provinciam, sive ab urbe in urbem, vel ab urbe in provinciam bac petantur. Sed hoc in civilibus tantummodo causis. Nam in criminalibus testes apud Judices representandi sunt, & cum res exegerit, tormentis subjiciendi. Concordant alia iura in Testium S. idem D. Adriamus in verfic. nam ipse eos interrogare soleo, ff. de testib. & in L. quingenta in fin. ff. de probat.

Ex quibus inferunt DD. & signanter Raphael. Campan. in l. admonendi. ff. de jure jur. & cæteri super dict. leg. quod testes examinati sine Judicis praesentia, vel ab Actuario sine Judicis commissione nullam probationem faciunt, etiamsi examen processerit, consentientibus partibus, Ursill. ad Affl. dec. 317. num. 3. Franc. Marc. decis. 228. num. 1. par. 2. Graevei ad Gaill. conclus. 102. considerat. 1. tom. 1. Farinac. in decis. crimin. 215. num. 5. tom. 2.

Ampliatur conclusio, ut in criminalibus testium examen, non possit committi Notariis, seu Tabellionibus, ut ex Luca de Penn. & Grammat. voto 3. num. 42. & ceteris aliis advertit, & decisum refert Thor. in Cod. rer. judicat. in casib. miscell. cas. 16. à nu. 126. ad 132. fol. 150. Nisi ex gravissima causa, veluti ob necessariam absentiam, vel adversam valetudinem, in quibus merum imperium mandari potest; ut ex l. 1. ff. de offic. ejus, cui mand. est jurisd. notat Anton. de Matthaeis de criminib. ad lib. 48. tit. 15. de probat. cap. 4. de interrog. testib. n. 2.

Sufficit tamen, si in actis dicatur coram Judice, ad finem, ut credatur Judicem suffisse presentem, ut ex doctrina Clar. & aliorum sic communiter in praxi servari testatur Reg. Sanfel. dec. 23. l. n. 10. tom. 2.

Verum advertere oportet, quod non creditur Notario, sive examinatori attestanti de commissione sibi facta per Judicem pro examinandis testibus, nisi appareat de commissione scripta per alium Notarium, ex supra cit. Affl. dec. 317. cui accedit Reg. Rovit. super pragm. 9. de ordin. judic. quinim debet necessario conservari in processu commissio, alias non constito de commissione, testes dicuntur nulliter examinati, Vivius in commun. opin. opin. 927. n. 18.

Quamvis tamen Iudex in causis criminalibus teneatur per se examinare testes, non tamen perinde sequitur, quod hoc fieri possit absque interventu Tabellionis, sive Actuariorum redigentis dicta testium in forma sic-

ri-consueta, ut monet Reg. Matthaei de re
grim.contr.76.n.76. adeo quod confessio fa-
7 Ela coram Judice sine Notario, non dicitur
confessio judicialis, dixit de Ballis in tract.
crim.lib.2. de questionib. & torment. qu.20.
num.80.

Non me latet, quod in causis criminalibus non
potest committi audientia testium in parti-
bus, non solum virtute dispositionis Con-
stit. Regni in pecuniariis, prout præcipitur
sub illis verbis: *In criminalibus autem re-
fuses præcipimus presensari, & excipiuntur
solummodo senes, & valetudinarii, sed etiam
virtute Rit. 141. qui concordare videtur
cum Regni Constitutione, ut patet ex ver-
bis ejusdem Ritus: Item quod Curia, & alie-
ra ipsarum non committant audientiam te-
stium in causis criminalibus infra dictam
uram legalam à dicta Civitate Neapolis, ni-
si essent senes, & valetudinarii, & honestæ
matriæ, similesque personæ, & nisi de par-
tium voluntate processerint.*

In contrarium tamen usus invahuit in infor-
mationibus capiendis ad Fisci instantiam, in
9 quibus sane committi potest, prout pas-
sim committitur testium examen Justitia-
rio Regionis, aut alicujus terræ, ut constat
ex Registris Caroli II. de quibus restatur.
*Conf. de Bottis in annot. ad eand. Constit.
versus an ad instantiam Fisci.*

Et quoniam in Ritu cavetur, ut non possit
committi audientia testium infra dietam ab
10 hac Civitate, non tamen hoc moribus re-
ceptum est, cum contrarium servari videa-
mus in suburbis hujus Civitatis, ut testa-
tur Reg. Petra super dict. Rit.num.3. in fin.
& num. 4. ubi ita clare loquitur: *Et quan-
do intra Provinciam substineret intellectus,
quem tradit Capyc. d. decif. 90. ut cogantur
Neapolim venire, & se coram ipso Judice
causæ præsentare, dicimus in more hodie non
esse, cum passim experiamur, etiam in cri-
minibus commissis in bac eadem Civitate,
Suburbis, & Casalibus, etiam nulla præce-
dente Iudicis delegatione, examinari ab ipsis
Actuariis, eorumque Scribis, ac repeti, &
extra Neapolim committi alicui Doctori,
Actuario, & Scribæ, & aliquando Officiali-
bus locorum, juxta causarum magnitudi-
nem, locorumque distantiam, arbitrio Magi-
stratum.*

Vérum allegatis suspectis testibus, potest Iu-
dex mandare, quod veniant ad deponen-
ti dum coram ipso, juxta praxim, quam ser-

vari in M.C.V. & Regis Audientiis testa-
tur Novar. decif. 121. Sed hoc fieri debere
suppeditatis expensis per partem petentem,
vel per Fiscum, docet Reg. de Marin. in ob-
serv. ad decif. 209. Reg. Reveri. num. 6. in fin.
tit. 1. & per Reg. Petr. in cit. Rit. 141. num. 7.
Reg. Rosa in civili decreto, prax. cap. 6. num.
125. fol. 436.

Restat denuque animadvertere, quod examen
testium factum coram Iudice, vel Notario
12 allegato suspecto est nullum, Rota dec. 25.
num. 4. post Zuffi. de legitimat. process. Be-
rart. in specul. visitat. cap. 6. num. 30. in fin.
ubi quod examen factum à Notario, post-
quam fuit allegatus suspectus, est nul-
lum, non obstante, quod assérat examina-
se de mandato Iudicis, accedit Altimar. de
nullit. judicior. rub. 13. qu. 8. num. 26. & 27.
tom. 2. & post Vrill. & Muscatell. comprobat
Scialoy. de foro compet. cap. 9. n. 163..

Verum hoc intelligendum crederem in causis
criminalibus, quia in causis civilibus ver-
tentibus in supremis Tribunalibus in pra-
xi deduci non potest, siquidem in Sac. Cons.
commissio pro examinandis testibus fit pra-
via examinatoris electione facienda prævia
bussula, & in Reg. Collat. Cons., Reg. Cam.,
& M. C. V., quamvis non vigeat talis stylus,
eligitur tamen Scriba causæ, respectu
testium examinandorum in Civitate, qui
debet infra biduum, ut suspectus recusari,
quemadmodum recusari debent cæteri offi-
ciales, & examinatores, quibus est commit-
tenda audientia testium in partibus, juxta
dispositionem Prag. 4. in §. 10. de offic. iudic.
qua recusatione infra dictum tempus non
proposita, non erit amplius recusationi lo-
cus, quia Iudex electus censetur à partibus
approbatus, ex cap. insinuante de offic. de-
leg. notat in terminis Laganar. ad Rovit. su-
per prag. 9. n. 3. & 4. de ord. jud.

Fallit si causa recusationis de novo emerget,
quia tunc admittitur recusatio ex eodem
14 capite insinuante, & cap. pastoralis extra
de except. de quibus in nostris observat. ad
Gallup. par. 1. cap. 4. num. 19. & in terminis
Actuarii semel approbati, & electi, quod
non sit locus recusationi post approbationem
sine probatione novæ causæ, firmavit
Androol. controv. 430. n. 25. p. 6.

Insuper animadvertere oportet, quod audi-
entia testium non potest committi privato, sed
15 officiali illius loci, qui non potest recipere
testes extra locum electum, Reg. Rovit. su-
per

Tractatus Criminalis Analyticus. 119

per pragm. de ordin. judic. num. 15. qui officialis, cui fuit commissa audientia testium non poterit alteri examen committere, nisi ambe partes consenserint, ut ex Speculat. docet Reg. Constant. ad lib. 10. Cod. de decurio-
16 nib. ad lib. 60. nu. 31. sed bene poterit com-
mittere Actuario, ut scribat testium depo-
sitiones; nam nudum ministerium exami-
nandorum testium potest committi per de-
legatum ab Ordinario, sed non recipere ju-
ramenta, nisi ex causa, ex text. in l. 2. de ju-
diciis, & ex Affid. in constit. pecuniariis n. 2.
Alexand. Trentacing. variar. lib. 2. resol. 10.
de testib. num. 6. in fin. accedit Muscatell. in
prax. S.R.C. par. 5. glos. suspectorum num. 44.
& 45. ubi tradit alias dubitasse, an audien-
tia testium commissa Capitaneo alicujus
Terræ potuisset validè exequutioni deman-
dari per ejus Locumtenentem.

Hinc fit, quod Iudex inferior, cui à superiore
fuit demandatum, ut super aliquo negotio
17 de justitia provideat, non potest extra locum
sue jurisdictionis jus dicere, ut docet
Reg. de Marin. lib. 1. cap. 208. qui advertit
Iudicibus M.C.V. ut caveant ab expediendis
provisionibus directis officialibus, qui
non sunt Iudices competentes respectu rei
conventi, siquidem tales provisiones expe-
diri non possunt de jure, quia M. C. avoca-
ret sibi causam, quem avocare non potest à
Iudice competente, illam alteri delegando,
& proinde acta essent nulla, ex traditis per
Reg. Rovit. super prag. 5. de fid. & autorit.
memorial. n. 6.

Quibus accedit, quod neque Iudex secunda-
rum causarum Baronis, vel alias Iudex à
18 Barone delegatus poterit jus dicere, nec
sententiam proferre extra territorium Ba-
ronis delegantis sine licentia Baronis dicti
loci, ubi jurisdictione exercetur, & in terris
Demandalibus sine licentia Proregis, vel
Præsidis illius Provincie, juxta ea, quæ ex
Capiblanc. adnotavimus in observat. ad sing.
79. num. 3. ubi in novis. observat. diximus
requiri quoque expressum partium consen-
sum, ex text. in cap. statutum §. in nullo de
rescript. in 6.

Scire etiam oportet pro coronide, quod remis-
sa causa Baroni per M. C. V. cum clausula,
19 quod eligat Iudicem in Civitate de consensu
partium, non potest Iudex electus subdele-
gare Iudices in partibus, ut procedant ad
examen, & litis contestationem principalis
existentis extra Civitatem, ut decisum do-

cet Reg. Sanfelic. decis. 334. tom. 3. qui subdit
talem Judicem, quamvis ordinariam jurisdi-
ctionem habere videatur; nihilominus ju-
risdictio est alterata, & effecta delegata ex
modo procedendi in Civitate, & de consen-
su partium, ita ut remanet solum ordinaria
respectu sententia, & proinde non valet
20 delegatus subdelegare, ut ponderat nu. 12.
sed quamvis causa meri imperii delegari
non possit, ex text. in l. 1. ff. de officio ejus, &
in l. solent, ff. de offic. proconsul tamen exci-
piendus venit casus absentiae Magistratus,
& iste erat casus decisionis Reg. Sanfel. quæ
ex ipsis principiis in dubium revocari po-
test, nam in casu absentiae nedum delegari
potest cognitio, sed etiam definitio causarum,
quæ sunt meri imperii, juxta veram
sententiam, quam profitetur Facin. contro-
vers. lib. 12. cap. 9. 8. vers. contrarium senten-
tiam, & vers. ego puto, concordat Reg. Tap.
lib. 2. jur. Regn. in Annotat. ad cap. Regn. quia
de Vicariis num. 2. & 3. videndum est super
hac limitatione Gonzalez. in cap. pastoralis
tit. 39. num. 7. in fin. de offic. & potestat. Judic.
deleg. ubi expendit text. in l. 1. §. si quis au-
tem, ff. ad Trebellian. & L2. C. de pedan. Jud.
Huc pertinet, quod magna insurgere potest
difficultas in ipsis causis remittendis, an sit
21 remittenda causa ad Baronem suspectum
ex capite inimicitiae maximè capitalis cum
clausula supra tradita, eligendi Judicem in
Civitate, & per Sacrum Consilium decisum
habetur apud Reg. Capic. latr. decis. 90. lib. 1.
quod remittatur causa ad Baronem, qui
eligit Judicem in Civitate, data prius no-
titia S. C. sive magnif. causa Commissario,
suspensi decreto M. C. V. per quod fuerat
dictum, esse remittendam causam ad Judi-
cem secundarum causarum Baronis eligendu-
m per M. C. V. qui procedere debeat no-
mine Baronis; & quomodo sit intelligenda
haec decisio Reg. Capic. latr. explicat Ton-
dut. de præventionib. p. 2. cap. 2. & n. 45. ad 48.
Hinc fit, quod in similibus causis suspicionis
Baronum consueverunt suprema Tribuna-
22 lia expedire salvaguardias Vassallis, ne pro-
cedant Barones, & illorum officiales ad car-
cerationem, vel ad capturam informationis,
in consulto superiore, juxta praxim, de qua
post Capiblanc. testatur idem Reg. Capic. latr.
in cit. dec. à num. 19. ad 23. & praxim salva-
guardia ponit Reg. Sanfelic. in prax. judi-
cic. sect. 9. in fine, & in deci. iunibus additis
ad sect. 9. fol. 235. ubi habetur, quomodo, &
per

- per quot tempus sunt salvaguardiae expedienda, qui in *vers. adde*, advertit clausulam illam adjici solitam in salvaguardiis, ut vassalli non molestentur pro delictis antiquis fuisse declaratam, & explicatam in delictis patratis ultra triennium, concordat alia decisio facta per S. C. in causa Universitatis, & hominum Sancti Ioannis ad Pirum cum Comite Policastris, in qua prævio decreto referente Consiliario de Bottis, sub die 5. Martii 1579. fuit provisum, quod pro delictis antiquis à tribus annis retro Comes non procedat contra homines S. Joannis ad Pirum, inconsulto S. C. & quod haeres domini non possit molestare vassallum ob delictum commissum vivente Domino, qui eum non inquietavit, videnda est doctrina Andreae allegata per *Confil. Rocc. in respons.*
57.n.22. tom. 2.
- Illud in dubium verti potest, an obtenta salvaguardia per vassallum adversus Baronem comprehendatur sub salvaguardia, & exemptione famuli, & custodes animalium, cæterique de familia vassalli, videndus est *Tbor. in comp. dec. par. 2. verb. suspicio allegata per vassallum* fol. 676. ubi fuit decisum, esse exemptos illos, qui habitant sub eodem te-
sto, videndus est *Reg. Sanfel. dec. 1 n. 14.*
- Et an possit remitti causa ad Baronem certiorata M. C. V. vel Regia Audientia de ex-
26 tu cause, & non amoto carcerato à carceribus M. C. V. videnda sunt exempla per me allata in *observat. ad sing. 364. mei Genitoris recolenda memorie.*
- S U M M A R I U M.
- 1 **T**estes examinati super processu informativo sunt repetendi, parte citata ad videndum juramenta. Et quid servatur in Statu Ecclesiastico n. 2.
- 3 Et quid in testibus mortuis ante repetitionem, & affertur distinctio inter causas criminales, & civiles, n. 4.
- 5 Et quid mortuis testibus, reo persistente in contumacia, attenta Regia Pragm.
- 6 Et quid lata sententia in contumaciam, & illa declarata nulla, resolvitur quæstio cum verbis Regentis Merlini, quorum tenor inseritur, n. 7.
- 8 Et quid servetur extra Regnum, & fuerit decisum per Rotam apud Farinac. cuius verba typis mandantur.
- 9 Testium repetitio, citata parte, an sit
- necessaria reo confessio:
- 10 Et quid quando confessus esset minor, vel confessio esset qualificata.
- 11 Testium repetitio si fuerit electa per Fiducum respectu aliquorum testium, num processus irritetur, non facta repetitione cæterorum testium.
- 12 Et quid in confessionibus factis in Curiis Baronialibus.
- 13 Testes, an sint repetendi, quando rei confessio non continet causam delicti.
- 14 Testium repetitio an requiratur respectu corporis delicti, non obstante rei confessione.
- 15 Testium repetitio an requiratur, habitis testibus pro repetitis post concessam reportorum copiam.
- 16 Et an talis declaratio possit revocari per inquisitum.
- 17 Repetitio an requiratur citatis nominatis in confessionibus bannitorum, forjudicatorum, & latronum deponentium contra receptatores. Et an sufficiat declaratio, quod reus nominatus babet illos pro repetitis, num. 18.
- 19 Confessio quando extorta presumatur.
- 20 Citatio partis ad videndum juramenta testium deferri, in causis civilibus, an, & quando requiratur, ibid. ubi undecim causas, in quibus non requiritur, numerantur remissive.
- 21 Testibus non repetitis in causis criminibus, reus venit absolvendus.
- 22 Testes examinati, non citata parte in causis civilibus, possunt repeti ante conclusionem.
- 23 Et quid si nullitas ex defectu citationis ad videndum juramenta proponatur post conclusionem, an possit nullitas reservari ad merita cause principalis, affertur affirmativa decisio facta junctis Aulis per Sacrum Consilium, n. 24.
- 25 Sententia lata ex testibus examinatis, non citata parte, an reddatur nulla, vel nullitas possit cognosci in decisione cause principalis.

CA-

C A P U T XXXIV.

De testium examinotorum ad informationem Curiaz repetitio-
ne, & an, & quando sit facien-
da repetitio, citata parte, & in
quibus casibus omitti possit?
Et an repetitio requiratur, ci-
tatis nominatis in confessioni-
bus bannitorum deponentium
contra receptatores. Testibus
non repetitis, an reus veniat ab-
solvendus; Et an nullitas ex de-
fectu citationis ad videndum
juramenta, possit in civilibus ad
merita reservari; affertur deci-
sio Sacri Consilii.

Ambigendum non est, testes ex-
aminatos in processu informativo esse repetendos citato reo
ad videndum juramenta, juxta
illud, quod constitutum est in
*Si quando, & in autb. sed & si quis C de te-
stib. & per text. de jure Canonico in cap. a. de
testib. per quem expresse improbatum di-
ctum testis examinati parte non citata: alia
jura concordantia, adducit Thomas Gram-
mat. conf. 150. num. 26. & 27. ubi quod nul-
liter est testimonium receptum, non citata
parte ad videndum juramenta, & citat Ra-
phaelem Fulgensem, & Lanfranc. de Orian.
dicentes, Paduæ iritisæ mille processus, &
mille dicta testium, & de jure Regni adest
Rit. 143. 145. & 147. in Statu Ecclesiastico
adest Bulla Pauli III. constit. 58. quæ fuit
2 confirmata à Pio IV. constit. 85. in 1. part.
*Bullar. de communali opinione testantur Clas-
rus in præc. criminal. §. fin. qu. 11. verf. item*
quæro. & qu. 50. num. 3. cum aliis cumulatis
per Farinac. conf. 24. & conf. 55. num. 2. & 21.
*Guazzin defens. 30. cap. 40. num. 16. Caball.
resol. criminal. cas. 59. num. 1. centur. 1. & cas.
296. num. 2. & 5. centur. 6.* etsi essent mille
testes recepti, parte non citata, non pro-
bant, nec faciunt indicium ad torturam,
*Bart. & Hypolit. de Marsil. in l. fin. ff. de**

*quest. Grammat. in conf. erim. 15. num. 3. &
conf. 64. num. 1. & 40. num. 7. & 8. quia
numeris in hoc casu non supplet Bajard.
ad Clar. in qu. 45. num. 14. & 46. Farinac.
conf. 55. num. 2. lib. 1. Guazzin defens. 24. cap. 9.
n. 5. Chartar. dec. 21. n. 9.*

Hæc conclusio limitanda venit pluribus mo-
dis.

Primo, mortuis ante repetitionem testibus
examinatis in processu informativo, qui ha-
bentur perinde quasi essent examinati par-
te citata, dum non debet imputari ad cul-
pam Fisci, sive partis, si non repetantur, ad
quod allegatur communiter tractus vulga-
ter in l. final. C. de testib. & quamvis ad sit
maxima altercatio inter DD. an hæc cōclu-
sio prescribat sibi locum, ita in causis crimi-
nali bus, quemadmodum in civilibus, in qui-
bus actenta æquitate examen testium mor-
tuorum ante repetitionem sustinetur ad fa-
ciendam semiplenam probationem, ex Ro-
tel. decis. 3. in tit. de testib. in novis. & apud Mer-
lin. decis. 3. a 1. num. 8. Surd. decis. 103. num. 2.
in causis. tamen criminalibus etiam regula
prescribit sibi locum testibus mortuis, reis
persistentibus in contumacia, quia tunc te-
stes habentur pro receptis, juxta tradita
per Bajard. ad Clar. in qu. 56. num. 23. & per
Zuffrum de legitimat. process. qu. 115. qui
quamvis dissentire conetur à supradicta
distinctione, supponens testes mortuos face-
re aliqualem probationem contra reum, &
proinde repulsari posse: nihilominus dum
vult tradere responsum ad Bajardum di-
centem, hoc suisse introductum in odium
contumacia se involvit, dum concurrit
cum Bajardo, quando contumacia fuit con-
tracta in non veniendo, secùs in contuma-
cia contracta in non respondendo, siqui-
dem reis citatis ad comparendum, & ad in-
formandum Curiam super inquisitione con-
tra eos formata, semper consideratur con-
tumacia in non comparendo, & non paren-
do mandatis Curiaz, quod totum in Regno
declaratum habemus per Pragmat. 89. in §.
83. de offic. Judic.

Sublimitatur tamen, quando sententia lata in
contumacia existit declarata nulla, quia
6 tunc necessaria erit repetitio, tam attento
jure communi, quam attento jure Regni,
ut firmat, & decisum demonstrat Reg. Mer-
lin. controv. forens. cap. 42. n. 10. cuius ver-
ba hic recensere placuit: *Quo verò ad pri-
mam rationem traditam pro Fisco, nempe
non*

Q

non esse necessariam repetitionem, ubi reus pessus fuit, se condemnari in contumaciam dictum fuit, non posse practicari in casu nostro, cum quia de jure communio, non habet locum, eadi bannum, & sententia data in contumaciam est nulla, quia consummata, siue bannitus is dicitur, qui rite, & recte fuit contumax reputatus, & bannitus, prout tenet Franc. Curt. vers. 60. quem sequitur Gram. conf. 37. num. 2. prout nulla per prius fuerat declarata sententia forsan dictationis in hac causa; quo casus est de novo apitanda, & testes sunt rependendi, ad ea ut si essent mori, vel absentes deficeret probatio delicti, ut bene observat Anton. Gomez. ad l. 76. Tauri sum. 11. & 13. quoniam maxime refert Farin. d. qu. 11. num. 105. in fine, cum etiam quia in Regno indistincte hoc procedere existimat, post quam per Pragmaticam Excellentissimi Comitis de Lemont editam in anno 1616, que dicitur 89. capitulo, statutum est, ut in omnibus causis etiam in quibus proceditur ad modum deliti, & ex delegatione testes repetantur, non obstante quovis style, & consuetudine in contrarium; nisi tamen in duabus causibus, nempe ubi reus legitimè confessus est de crimen, ut in cap. 51. ejusdem Pragmat. vel quando persistente in contumacia mortui sunt testes, ut in cap. 83. ejusdem; extra hos causas nullatenus esse omittendam repetitionem censuimus; quia ex his remanet regula firmata in contrarium, ad text. in l. nam quod licet quidem de poenitentia, cum concordantib.

Et ne exteris decisionibus careamus, accedit Farinac. dum haec scribo vissis in conf. 205. 8. vnu. 22. tom. 3. ubi sequentibus verbis, rebus judicatis per Rotam Romanam hanec sententiam comprobat: In casu autem nostro de offensione N. & N. non constat, quia testes desuper examinati sine partis citatione, stante nullitate sententie contumacialis, nullam prorsus faciunt probationem, ex allegatis per Anton. Gomez in l. Tauri 76. num. 11. & num. 13. vers. ex quo subinferatur. Præsertim contraria tertium, Rota coram Illustris. Card. Millino in Consilicen. Decanatus Veneris 9. Novembris 1593. & coram Penia in Alisania Canoniciatus 4. Martii 1611. in vers. nec refert, quod deponeret, & coram Justo in Civitate Castelli supplementi legitime 27. Ianuarii 1603. in vers. si vero etiam, & coram Litta, in Cæsanaten. de Cacciaguerris 2. Februarii 1600. in vers.

nec refert, quod attentis verbis sententia. Secundus casus est in reo confessio, cum quo 9 non est necessaria repetitio, nendum attento iure Regni, sed etiam attento iure communio.

Sublimitatur tamen iste secundus casus in illis sequentibus casibus.

Primus, quando confessus esset minor, vel cum qualitate confessus, vel confessio non

legitimè recepta, Reg. Rosit in'princ. decr. M.C. V. cap. 6. num. 19. & 18. Limitationes adducit Gyazzin. laudatus per Reg. Matthei de re crim. controv. 25. num. 48. Et confessione non legitimè recepta, vel data nullitate processus, reus non habetur pro confessio, Cartar. de execut. sent. cap. fin. nu. 221. dum quando confessio est invalida, non comprehenditur sub statuto Invenit de confessione, Marsili, in rubr. de fidei iudiciorib. n. 122. post præc. trim.

Secundus, si Fiscus elegerit viam repetendi, vel jurandi, testes in faciem rei, & aliqui fuerint jurati, vel repetiti, & alii non, actus redditur nullus, ut desumatur ex traditis, & decisis apud Præsid. de Franchis dec. 560. d. n. 7. ad 8. qui loquitur in materia citacionis ad informantium, & ad capitula, quavis contradicat Reg. Petra super Rit. § 4. num. 16. sed magis in terminis conducunt scripta per Zuffium de legit. process. lib. 4. qu. 92. ad num. 4. ubi quod si Iudex caput iter sollentizandi processum informativum nec repetitionem, vel confrontationem, videatur tacite fecisse electionem dicti ordinarii remedii, quod omnino secundum est in aliis depositionibus testium; cum videatur recessum ab alio remedio extraordinario omittere repetitionis tamquam contra ius.

Tertiò attentari potest, quod requiratur repetitione, non obstante confessione rei facta in Curiis Baronialibus, & in Curiis Regiis demarialibus, quia Pragmatica tollens repetitionem est directa Reg. Audientiae habenti præminentiam procedendi ad modum belli, & manu Regia, & sic non potest comprehendere alium Iudicem, seu Magistratum, non habentem talem facultatem, juxta perpensa per Zuffium de legitimat. process. lib. 3. qu. 117. n. 11. accedit ad hoc firmandum Ang. Scial. in prax. torg. recos cap. 6. nu. 43. cui credendum erit, cum exercuerit officium Iudicis Terrarum, & Civitatum Demarialium, & Baronialium, in quibus testatur, semper praedicasse repetitionem testium

con-

Tractatus Criminalis Analyticus. 123

contra confessos, sed in contrarium poado-
rari potest doctrina Antonii de Ballis per
nos allegata in obseru.ad sing. 179.n.7.

Quarto, quando inquisiti confessio non conti-
net causam delicti, sed causa delicti est pro-
posita per testes, quia tunc testes sunt repe-
tendi super dicta causa, Zuffius de legitimi-
mat.procесс.lib.3.qu.154, à n.4.

Quinto necessaria judicatur testimoni repeti-
tio circa delictum in genere, quod
14 probari non potest per rei confessionem,
ideò semper testes erunt repetendi, non
obstante rei confessione, Angel. Scialo in
prax. terquindi reas. cap. 6. num. 23. &
44. de quo non immemor fuit meus Geni-
tor recolendæ memorie in singul. 287. vers.
vel fakem.

Non redditur necessaria repetitio, quando reus
habuit testes pro repetitis, pravia ejus de-
claratione facta post concessam repertorum
copiam, & presentata per ipsummet reum
principalem, vel procuratorem, cum spe-
ciali mandato, juxta tradita per Petram ad
Gramm. decis. 28. num. 10. & per Danzam
de pugna Doctor. in tit. de testimoni repet. cap.
2.n.3. dom. 2.

Dixi post concessam repertorum copiam, quia
si non fuerit concessa copia repertorum de-
claratio potest revocari per inquisitum, &
testes sunt repetendi, juxta praxim M.C.V.
quam docet Reg. Sanfelic. dec. 259.n.2. post
Gramm. dec. 28.n.5.

Sublimitatur quoque hæc pñaxis in bannitis,
forjudicatis, seu latronibus deponentibus
17 contra receptatores, quia, illorum deposi-
tiones sunt repetendæ citatis nominatis, &
convalidatis depositionibus in tortura in ca-
pitu nominatorum. Nec sufficit, quod rei
nominati jam capti habuerint testes pro re-
petitis per fidam illam repetitionem, quæ
sit prævia illa comparitione fieri solita apud
acta, nam cum hæc repetitio sit introducta
18 pro forma per Pragmaticam, non potest
adimpleri per hunc actum æquipollentem,
juxta tradita, & decisa apud Reg. Rovit. in
pragm. 1. de persequend. malefact. à num. 9. ad
13. cum seq. Pascat. de patris potest. par. 4.
cap. 3. num. 41. Thodori alleg. 97. num. 12. vi-
dendus ex recentissimis Reg. Rosa prax. de-
cret. cap. 8. num. 29. vers. dummodo, ubi post
relatas citatorum Authorum opiniones ha-
sitat de relata praxi talibus rationibus inni-
xa, dum in fine afferit, quod est plia consi-
deratio illa, quod depositiones fuerunt in

tortura extortæ, & quod nominati rædio-
vitæ, testes habeant pro repetitis, & quod
casus rarissimè contingere potest.

Sanè non est pia consideratio præsumere ali-
quando confessiones extortas, quemadmo-
19 dum de jure præsumitur, quando fuit ex-
torta nullis præcedentibus indicis, & quandoque
confessio extorta præsumitur ex
qualitate Judicis, Boffius in tit. de confessis
à n.72. ad 75. & Reg. Rovit. n.28. loquitur
in cōfessione extorta immanitate tormento-
rum, quæ frequentantur in Tribunalis Cam-
panie. Nec denique est verum, quod casus
rarissimè evenire potest, nam evenit de anno
1650. ut diximus cap. 1. & casus iste fuit di-
sputatus in causa inquisitionis D. Ferdinan-
di de Afflictis Principis Scamni, & in cæte-
ris quamplurimis; & adeo hoc verum est,
quod disputatio hujus articuli in causis re-
cenfis, fuit in causa, & dedit causam edi-
cto Pragmaticæ sanctionis editæ sub die 12.
Junii 1684. per Marchionem del Carpio, quæ
est 30. sub. tit. de exilibus, per quam in
§. 7. fuit sublata citatio receptatorum, &
ceterorum sociorum nominatorum in actu
citationis.

In causis tamen civilibus decem casus, in qui-
bus non est necessaria hæc citatio ad viden-
20 dum deferrri juramenta testimoni, enumerae
Reg. de Marinis in obseruat. ed decis. Rever-
servi 119. à num. 3. ad 9. lib. 1. quibus casibus
nos addimus alium, qui est undecimus, ut
citatio partis non requiratur, quod adesset
stylus loci, quod testes examinarentur par-
te non citata, Afflict. decis. 391. Scacc. de ju-
dictis lib. 2. cap. 8. num. 390. qui à num. 375.
usque ad num. 399. enumerat omnes casus,
in quibus testes possunt examinari, parte
non citata, vide Gratian. discept. forens. cap.
694. num. 4. cum seqq. dubitat de hoc stylo
tanquam contra jus.

Restat denique observandum, quod quamvis
in causis criminalibus ob defectum repeti-
21 tionis reus erit absolvendus, & liberandus,
juxta praxim, quam servari testatur Livius
dec. 78. num. & Novar. super prag. 89.
in §. 51. num. 30. de offic. Iudic. de quibus
memores fuitmus in obseru. ad sing. 338. ma.
22. & 23. & rationem attulimus in obseru.
ad sing. 287. num. 4. & 5. ubi quod hæc nul-
litas proponi potest etiam post sententiam,
non obstante dispositione Pragm. 4. in §. 7.
de dilationib.

Aliter tamen servatur in causis civilibus, in

Q 2

quibus

quibus si defectus repetitionis objiciatur an-
22 te conclusionem proceditur ad testium re-
petitionem parte citata , juxta cautelam ,
quam post Capic. dec. 35. tradit Reg. Rovit.
sup. prag. 9. de ordin. judicior. n. 17. vers. car-
cela , comprobat D. de Francb. tradendo.
hanc distinctionem inter causas civiles , &
criminales, in quibus non sit conclusio, *D. de*
Francb. dec. 616.

Quando vero nullitas ex defectu hujus cita-
tionis proponitur post conclusum , consue-
23 *vit S. Conf. decernere : Nullitates non ob-*
stante, & proinde procedatur ad expeditionem
cause, in qua habeatur ea ratio, que de ju-
re habenda erit , prout fuit decisum junctis
Aulis per S. C. sub die 27. Martii 1632. in
causa Principis Bisiniani cum Duce Gravi-
24 *næ , & Principe Castellanetæ , quod decre-*
tuum novissimè fuit confirmatum cum ma-
xima discussione in gradu aliarum nullita-
tum propositarum in eadem causa per Prin-
cipem Castellanetæ , junctis etiam duabus
Autis anno præterito 1712. ut ex actis pe-
nes de Honusfrio, apud Scribam de Lago.
Ratio decidendi freta videtur, ex quo senten-
tia lata ex testibus examinatis , parte non
25 citata, vel non est nulla, ut dicit *Affl. dec.*
cis. 28. 39. & 47. & habetur decisum apud
Fabr. in Cod. lib. 4. tit. 15. de testib. definit. 61.
maxime in Concistorio Principis , ex tra-
ditis per *Affl. dec. 283. & per Reg. Tapp.*
dec. 38. num. 4. & 5. & per Conf. de Rosa con-
sult. 47. num. 63. & 69. & per Reg. Mattbeis
de re crim. controv. 25. num. 25. Vel quando
nullitas consideranda foret , non potest se-
parari , nec seorsim examinari à causa prin-
cipali, *Conf. Carleval de judic. tit. 3. disp. 16.*
num. 49. in fine.

S U M M A R I U M.

- 1 *T*estes an possint recipi post didicita te-
stificata ad defensam in causis crimi-
nibus.
- 2 *Et quid in testibus ad offensam pra in-*
veniendo delicto.
- 3 *Et quid in testibus ex officio recipiendis,*
nam pro inveniendo maleficio , quam pro im-
venienda innocentia.
- 4 *Et quid post sententiam habilitationis in*
forma inquisiti liberati super novis.
- 5 *Et quid ad favorem inquisiti , affertur*
communis opinio affirmativa etiam post sen-
tentiam , & decisio Collat. Conf. cum communi
opinione, n. 6. & 7.

- 8 *T*estium depositiones ad defensam reorum
sunt ad eò privilegiatae , quod nullos timor
subornationis posset palem probationem ex-
cludere.
- 9 *T*estes in civilibus causis recipi non pos-
sunt publicatis attestacionibus.
- 10 *Et quid ad declarandum dicta testimonia*
obscura.
- 11 *Et quid in testibus nulliter recepisti.*
- 12 *Et quid in testibus nulliter receptis ex*
defectu citationis ad videndum juramenta
testium.
- 13 *T*estes nulliter examinati, elapsō termino
nominationis , & contra formam decreti, quod
testes in termino non citati non recipiantur,
non sunt repetendi, maxime si pretendatur,
fuisse visum examen contrarie partis, &
refertur novissima determinatio Sacri Regini
Conf. n. 14. & 15.
- 14 *Et quid in causa matrimoniali.*
- 15 *Et quid in testibus examinati super va-*
lore rei.
- 16 *T*estium didicita an dicantur publicatis
& testificatis , visis testimonia attestacionibus
per transcursum.
- 17 *T*estium examinandi facultas denegatur,
sempre quod insurgit levior suspicio , procul-
ratores examen percussisse aut peremptare
potuisse.
- 18 *T*estes examinati post publicationem an
faciant indicium, vel presumptionem.

C A P U T XXXV.

Testes an possint recipi post didi-
cita testificata, vel publicatis at-
testacionibus in causis crimin-
ibus, & quid in causis civilibus,
& quando , & quomodo dican-
tur didicita testificata , Exami-
natur , an testes recepti elapsō
termino nominationis , & con-
tra formam decreti, ut non reci-
piantur , sint repetendi , si pre-
tendatur fuisse visum examen,
refertur novissima determina-
tio S.R.C.

Reso.

Tractatus Criminalis Analyticus. 125

Resolutio praefaciis controversie, quam nunc aggredimur, recipit robur à distinctionibus sciendis inter Fiscum contentem velle novos testes producere contra inquisitum ad probandum maleficium etiam publicatis attestacionibus & reum postulantem, sibi similiter licere testes producere etiam post publicationem ad suam innocentiam patefaciendam.

Communis est opinio Doctorum substantium partes Fisci, & sic ut Fiscus valeat producere testes, & novas probationes contra inquisitum etiam post publicationem, quos Doctores sigillatim hic recensere opere premium duximus.

Angel. de malefic. tit. comparuerunt dicti inquisiti num. 20. fol. 203. affirmat, Fiscum etiam post conclusum in causa posse recipere testes, & alias probationes contra reuam, ut condempetur.

Baltasar de Rimbotti conf. 2. num. 1. tom. 1. dist. vers. conf. dicit, quod ex officio Fiscus pro honore Curiae tenetur recipere testes pro iudicando delicto, ex allegato securi, in l. si non defendantur, ff. de penit.

Carvalho de brach. reg. par. 3. num. 4. residet in opinione, esse in arbitrio Judicis recipere testes, vel non.

Thebae. decif. 262. num. 3. vers. amplia. distinguunt, aut Iudex procedit per inquisitionem, & potest examinare testes ad offensam contra inquisitum, etiam post decursum terminum; aut vero procedit ad partis querelam, sive ad instantiam promotoris, sive instigatoris, & secus est, ut non possit recipere testes post lapsum terminum; differt enim recipere, & producere, idem *Thebae*, cit. loc. n. 5.

Guazin. defens. 28. cap. 2. n. 13. affirmat, posse testes examinari in secunda instantia, facta publicatione in prima.

Idem Guazin. in citaten defens. 28. est in opinione, ut Fiscus si in causa procedit ex officio potest recipere testes contra inquisitum, & sic ad offensam etiam post didicita, & testificata; cessat enim timor fabrinationis.

Item Guazin. cit. cap. 2. num. 10. est in opinione, ut sive ad offensam, sive ad defensam tractatur, possunt recipi testes post didicita, & testificata; quamvis enim *num. 11. vers. ex parte* opinione, aferat, non posse recipi super eisdem capitalibus.

Den. Michael Marriques Hispan. qu. mor. par. 1. qu. 42. num. 4. affirmat, ut Fiscus de suo officio tenetur veritatem indagare in quaenam parte judicii, etiam termino transacto, cum non ad partis instantiam, sed suo marte id agat.

Farrivac. in fragm. num. 350. & seq. affirmat, posse publicationem recipi testes, etiam ex officio pro inquirenda veritate delicti.

Cavalcan. in tract. de brach. reg. par. 5. nro. 127. affirmat, posse Fiscum quocumque tempore probare, ex regula, *Non probatum probabo.*

Forinac. conf. 122. num. 18. tom. 2. dicit, quod Iudex ex officio tenetur perquirere delictum, & inquirere delinquentes, ne impuniti remaneant, & subtiliter investigare, *Pars de Pise de sindic. c. 4. n. 1.*

Ex Regnicolis Affid. in constit. lite legitime contestata num. 9. & 12. affirmat, Judicem in criminalibus post publicatum posse ex officio supplere circa receptionem testimonia, non autem ad partis instantiam.

Idem Affid. in constit. Terminum vite nro. 44. assert, posse Fiscum quacumque parte judicij ex officio testes recipere tam pro inventiendo maleficio, quam pro inventanda innocentia, quem sequitur *Carav. rit. 69. num. 16.* sequitur *Anibal. Troys. rit. 71. n. 3.* qui declarat procedere, si novi articuli, si ve nova capitula offerantur, non autem antiqua.

Masullad Capyc. dec. 8. 1. num. 3. affirmat, posse Fiscum ex officio post publicationem testimonia, & etiam conclusionem recipere testes ad offensam, secus vero ad instantiam accusatoris.

Reg. Donat. Anton. de Marin. non minus virtute, quam felici ingenio praeditus resolut. *quintid. cap. 109. num. 3.* affirmat, Fiscum ex officio ad offensam posse recipere testes post didicita, & testificata, etiamsi accusator sit.

Reg. Tap. decis. Hispan. 2. num. 119. assert, non prohiberi Judicem ex officio adducere novas probationes contra inquisitum, & sic ad offensam post publicatum.

De Thoro tom. 3. par. 3. verb. testes fol. mibi 364. plures Doctores adducunt, & refert per Magnam Curiam, & per S. C. fuisse provisum, 4 esse recipiendos novos testes, etiam post sententiam habilitationis in forma inquisiti, & liberati, super novis ramen, & non super eisdem.

Ad fayence inquisiti. adest quoque communis

nis, & magis recepta opinio affirmativa, & sic ut possit producere testes ad defensam, nedium post didicita testificata, sed etiam publicato processu, & hanc affirmativam sententiam tueratur.

Nellus à S.Geminiano conf. 49. n. 10. 10. 1. conf. crimin. divers. affirmat publicatione non obstante teneri Judicem ex officio testes examinare ad defensam inquisiti, ex l. senius, S. cognitum, ff. de quest.

Thom. de Salvatis conf. 29. num. 11. tom. 2. divers. conf. affirmat Judicem ex officio nomine inquisiti teneri defensiones facere, etiam post publicatum, ex l. si non defendantur, ff. de penis.

Balthas. de Rimb. Senenf. conf. 77. num. 1. 10. 1. conf. divers. residet in opinione, Judicem etiam post publicatum teneri testes examinare ad defensam, ad veritatis indaginem, & pro Curia honore.

Sebast. Guazin. de defens. neor. defens. 28. cap. 2. num. 6. dicit, testes ad defensam esse recipiendos etiam post publicationem, & Iudex denegans punitur.

Abrog. de malefic. i. 1. comparuerunt dicti inquisiti n. 19. fol. 207. affirmat testes ad defensam posse recipi etiam post publicatum.

Flam. Cartar. in tract. de exec. sent. in pref. nro. 50. 5. 4. & 88. testatur post publicationem in quacunque parte judicij testes recipi ad beneficium inquisiti.

Anton. Scappi in tract. de jure non scripto lib. 5. cap. 84. num. 8. inhæret opinioni aliorum, ut post publicatum in causa recipientur testes ad defensam rei.

Thesaur. dec. 262. nro. 3. dicit posse recipi testes post publicationem ad defensam inquisiti.

Soc. regul. 403. verb. 10. nro. 37. testatur, semper posse recipi testes ad defensam, etiam post publicationem, ea ratione, quia cause criminales nunquam transeunt in rem judicatam, ex Marsil. in præc. S. ordine successivo num. 1.

Iut. Clär. qu. 62. in princip. dicit, quod non obstante publicatione possunt recipi testes ad defensam inquisitorum.

Jacob. Cancer. var. resol. tom. 1. cap. 20. nro. 84. affirmat, testes ad defensionem esse recipiendos post publicationem, dummodo non miscantur alii testes de novo.

Boffius tit. de favor. defens. nro. 5. effe recipiendos testes ad defensam affert, etiam post conclusum in causa, etiam si defensionibus renunciaverit, ex Iaminius S. cognitum, versi-

guamvis, ubi Bart. num. 2. ff. de quest. defensio enim nec tacite, nec expressè tolli potest.

Berlich. practicar. conclus. par. 1. concil. 40. de probat. post terminum clausum recipiend. & nro. 8. ad 12. ubi plenè, & firmiter sustinet, esse admittendos novos testes in causis criminalibus ad defensionem innocentis. Verum hoc intelligit n. 12. quoties criminaliter actio fuerit instituta, fecus si ad poenam pecuniariam ageretur, instituta actione criminali civiliter, ex Thesaur. decis. 262. nro. 4.

Felin. in cap. cum clamor de testib. affirmat recipi testes ad defensam reorum, etiam publicatis attestationibus, quem sequitur Boff. in tit. de favor. defens. nro. 5.

Paulus de Castro conf. 48. num. 36. tom. 1. conf. divers. cogit Judicem perquirere excusationem inquisiti, & innocentiam, etiam didicis, & publicatis attestationibus, ex l. si non defendantur, ff. de penis, l. 1. ad finem, ff. de quest. etiam reo non petente, etiam eo invito, l. non tantum, ff. de appellat.

Guazimus defens. 28. cap. 2. num. 10. dicit, quod testes ad defensam possunt examinari post didicita, & testificata tam super eisdem, vel directe contrariis, quam super novis, potest enim reus novos articulos, & novos testes producere, non solum una vice, & actu, sed pluribus vicibus, & auctibus Guazin. citat. cap. 2. num. 11. Verbi pro concordia, Farinac. conf. 75. num. 32. tom. 2.

Farinac. qui multos exteriores allegat in fragm. num. 353. affirmat Iudicem ad defensionem rei teneri perquirere innocentiam ipsius, & defensionem, ex l. si non defendantur, ff. de penis.

Carol. de Graffis in tract. de effectib. Clericatus effect. 1. num. 1102. residet in opinione esse admittendos testes ad probandam innocentiam inquisiti, etiam post didicita, & testificata,

Bartholomæus Bertazol. conf. 529. tom. 2. denegat Fisco receptionem testimoni post didicita, & testificata propter timorem subornationis.

Claudius verò Bertaz. ad dict. conf. sui Genitoris, negat Fisco receptionem testimoni ad offensam, & è contrario concedit inquisito facultatem examinandi testes ad sui defensam, publicatis attestationibus.

Marius Muta in consuetud. Panormit. cap. 5. num. 65. dicit, quod si Iudex ex se facit testes

Tractatus Criminalis Analyticus.

127

Iles examinare post didicita, debet recipere testes pro reo, & allegat Ios. Baptist. Aſiu. in tractate recensit. S. 3. cap. 38. § 39.

Anton de Mattibei de criminib. ad lib. 4.8. ff. sit. 16. de probation. cap. 4. n. 5. concordat.

Ex regniscitis nostris habemus sequentes. DD. concordantes.

Andr. Isax. in confit. terminum vita circumscribitur, assertit, Iudicem posse post conclusionem, & usque ad sententia prolationem testes ad defensam recipere, quia ad eum spectat perquirere veritatem, & debet cuncta rimari.

Foller. in tract. crimin. tit. ut deum representat testis num. 8. & 6. ubi de Angelis num. 3. dicit, ut debeant recipi testes etiam post sententiam condemnationis, & debet reus admitti ad defensionem.

Affid. in confit. terminum vita, movere questionem, & habita distinctione, an ad partis instantiam possint recipi testes post didicita, & testificata, & negativam sustinet: aut ex officio, & affirmat, quia quoad Iudicem cessat timor subornationis.

Carevitz Rit. 69. num. 15. dicit, tam post publicatum, quam usque ad sententiae prolationem recipiendos esse testes ad defensam.

Anton Troyfius Rit. 70. num. 3. inherendo opinioni Salicet. affirmsit esse recipiendos testes, ex Affid. usque ad sententia prædicationem.

Io. Michael Troyfius ad dict. Rit. 70. affirmsit etiam post sententiam esse licitam defensionem in criminalibus, & Iudicem etiam parte non potente teneri inquirere defensiones, ex Bart. in l. pecuniariis, ff. de fcriis ex l. fini ff. de quaest.

Urfill. ad Affid. dec. 216. num. 5. affirmsit, quod Iudex ex officio post didicita, & testificata in criminalibus, valer testes inducere secundum communem opinionem.

Vincent. de Franch. decif. 616. num. 5. ubi quod testes possunt recipi tam ad offensam quam ad defensam, etiam facta publicatione in causa.

Reg. Sanfelic. decif. 22. concludit, Iudicem teneri recipere testes ad defensam, tam post publicationem, quamante sententiarn, quia publicatio non ligat Iudicem.

Reg. Capic. lastro decif. 178. num. 2. ubi plenissime articulum examinat, & cum communi opinione concludit, & per Collat. Consilium de 6 anno 1649. determinatum testatur esse recipiendos testes ad defensam etiam post ien-

tationem in gradu tamon reclamationis remissie occidende per M. C. V. & quamvis per eandem M. C. V. reus exclusus extitisset.

Reg. de Ross. in præce. decreto. cit. l. sp. 6. n. 24. fol. 424. testatur sevari suxta Capic. dec. 81. num. 4. & 5. & sic testes in criminalibus esse recipiendos ad defensam usque ad sententiam, non tamen super articulis, sed uti proprietatis interrogantur, ne instruti a partibus falsum deponant, & de hac praxi testatur Cala de restit. in integr. qu. 33. n. 50.

Rationes, quibus nititur hec communis opinio ita moribus recepta sive demonstratum tum per tot, tantosq; graviores Patres, quibus addidetur, quod in criminalibus nunquam concluditur, & quod defensiones quemadmodum expressè renunciari non possunt, ita nec tacite per conclusionem, juxta regulas traditas per antiquos Interpretes apud Reg. Capic. lastro in cit. decif. 178. d. num. 8. ad 14. Verum mihi placet ultima ratio per eundem assignata num. 13. ex Gomez. variar. resol. cap. 13. num. 33. quod defensio aded in jure privilegiata repertur, ut nullus timor subornationis valeat eam excludere. Audiantur quæso verba tanti Authoris: Dat

rationem Anton. Gomez. quia defensio est aded privilegiata, & jure permissa, ut timor subornationis non valeat eam excludere, quam etiam rationem posuit Narr. in dict. conf. 359. ubi dicit, quod quamvis si recipiantur testes post publicationem adsit timor, ne subornati falsum deponant, & per consequens nocens absolvatur, tamen si non recipiantur, subest etiam ille timor, quod forsitan testibus verum deposituris, quia non fuerunt recepti, innocens condemnatur, & sanctitas est nocentem absolvere, quam innocentem condemnare, leg. absentem, ff. de pénis.

Non me latet, quod in civilibus causis aliter statutum habemus ex clara dispositione testis in cap. fraternitatis de testibus expressè prohibente receptionem testium publicatis attestationibus, concordat de jure Regni nostri Pragm. 2. de testium refrenat.

Conclusio tamen restringenda, & limitanda venit pluribus modis.

Primus, quoties agitur de recipiendis testibus in termino examinatis ad eorum dicta ob-

scura declaranda, quod verum profitetur Reg. de Marin. in observat. ad decif. Reverter. 458. num. 5. in fine, posse fieri absque ad- versâ-

versarii citatione; accedit ex extaris studiis, & gravioribus Authoribus Antonius da Mattbeis de probat. cap. 7. multo. 156. eujoq; verba honoris causa hic transcribere duximus. Regula etiam non perpetua est, quod dictis testimoniis didicitiis testes amplius non admittantur, ut exemplis jam ostendit. Socios ad declarandum si quid dictum obscurius. Corpzav. 1. defens. for. 16. defens. 30. Guidi. Papa decif. 124. Anton. Fabr. Cod. de scib. def. 25.

Secundus, quando testes fuerunt nulliter recepti, quia possunt de novo recipi, & examinari super eisdem didicitiis testificatio; & ad illa se referre, quamvis de novo alii testes misceantur, & addantur; Socin. reg. 498. & 503. Tbefaur. dec. 28. qui profiteatur hoc summopere notandum, cum contineat maximam cautelam ad tollendam decisionem dicti cap. fraternitatis, Vivius commun. opin. 911. Hodie. ad Surd. dec. 59. num. 12. ubi refellit Rovit. contrarium sententem, Rot. par. 10. recent. decif. 51 num. 16. qu. 6. par. 13. decif. 393. num. 9. & 10. & par. 16. decif. 136. num. 5. plenissime Constat. Altimar. de nullitat. rub. 13. qu. 7. num. 32. tom. 2.

Ampliatur etiam, si essent nulliter recepti ex defectu citationis ad videndum juramenta testium, quia possunt reperti ad instantiam partis, citato tamen adversario, ex Capic. decif. 35. num. 7. & pro cautela hoc tradit. Reg. Rovit. super Pragmat. 9. de ordin. jux. dicior. num. 17. in fine, accedit D. de Francibis decif. 716. qui tamen loquitur in causis criminalibus, sed satis in terminis in decif. 668. num. 6. & Muscatell, in prax. S. C. in causa num. 12.

Non tamen erit locus repetitioni testium nulliter examinorum, si pretendatur nedum suis visum examen testium presentatum ab adversario, sed proponatur nullitas examinis, cuius est facienda repetitio, ex quo fuerunt examinati testes non citati in termino, sed elapso termino nominationis, imo contra formam decreti lati per Dominum Cause Commissarium, quod testes in termino non citati non recipiantur per Commissarium audiencie testium, ut fuit decisum habita matura discussione, in causa Principis Sanctiboni cum Baronibus Marco Antonio Leognani, Ferramosca, & Jo: Baptista de Pizzis; siquidem quamvis per decretum domi latum per D. Consilia-

riam Ledesma sub die 11. Martii 1683, fuisse ordinatum, quod testes in termino non citati non recipiantur, si vero reperiantur recepti, habeatur ea ratio, que de jure in expeditione cause; facto verbo in Sacro Consilio sub die 8. Martii ejusdem anni 1683. decreto Sacri Consilii fuit dictum, bene provisum per Dominum Casum Commissarium; & proinde testes examinati post diem 15. Martii 1682. non comprehendantur in publicatione; Cumque correcta supplicatione toco: clamationis, fuisse cumulata alia petitio pro parte ejusdem Principis, nempe esse reintegrandum ad terminum, & necon licere repetere eodem testes, quatenus nulliter fuerint recepti, & examinati; & per decretum Sacri Consilii sub die 8. Augusti ejusdem anni fuerit responsum tam ad supplicationem portrectam super remedio clamationis, quam super repetitione testium sub sequentibus verbis: Bene provisum per Sacrum Consilium sub die 8. Martii 1683. Verum visa comparitione presentata fol. 350. ticeat Hl. Principi Sanctiboni reperire testes examinatos sub die 5. Martii 1682. & de eorum depositionibus habeatur ea ratio, &c. Nihilominus Baronibus reclamantibus a dicto decreto, facto verbo sub die 19. Decembria 1684. decretum fuit revocatum; & interpositum aliud decretum confirmans illud primum rejiciens examen testium in termino non citatorum, cujus verba sunt haec, que sequuntur: Suspenso decreto lato sub die 8. Augusti 1683. quoad caput. Visa comparitione fol. 350. decretum letum sub die 8. Martii debite executioni demandetur, ut ex actis penes Figliolam, & Scribam Gaudio.

Tertius casus in causa matrimoniali, in qua post publicatas attestations, licet de novo testes recipere ex dispositione textus in cap. Series de testib. & attestation. & ex cap. causam penult. de probat. Gonzalez in commentariis in cap. fraternitatis num. 6. lib. 2. Decretal. accedit Reg. Rosa in civili decret. prax. fol. 478. num. 16.

Quartus in testibus examinandis super valorem rei, & ad declarandam majorem sumمام, qui testibus publicatis examinari possunt, ut ex Gutierrez, & Andreol. diximus in observat. ad singular. 392. num. 1. in fine.

Scire tamen oportet an, & quando dicantur dicitur

Tractatus Criminalis Analyticus. 129

18 dicta testif. videndus est Reg. Rovit. ad Pragmas. II. de ordin. Iudic. ubi quod visis attestationibus per transcursum pos- sint adhuc testes produci, sed hanc doctrinam practicatam non vidisse testatur Conf. Prat. in addit. ad Muscatell. part. 6. gloss. causa, vers. quatuor, ubi docet praxim, quae invaluit, quod statim, quod insurgit suspicio etiam levis, procuratorem examen
19 percuntasse, aut percunare potuisse, dene- gatur facultas examinandi novos testes, in- terpositis decretis interponi solitus, quod pro- cedatur ad ea, que incumbunt pro expedi-

tiue causa; & an facta publicatione preser- mantur didicta testif. videndus est Conf. de Altimar. de nullitat. rubric. 18. quest. 7. ad num. 2. ad 26, sed quod sola pu- blicatio de per se non impedit ulteriorem testium productionem, si non fuit didicta testif. ex Surd., Gratian., Farinac., & Fontanell. subdit idem Conf. Prat. in eis loc. 20 in fin. Et an testes examinati post publi- cationem faciant indicium, & presumptio- nera, affirmativa resolvit idem Conf. de Al- timar. loc. cit. resp. 142.



R

FRAN.



FRANCISCI MARADEI J.C. ET ADVOCATI NEAPOLITANI TRACTATUS CRIMINALIS ANALYTICVS.

DE

Reorum confessionibus, Argumentis, & indicijs delictorum,
& illorum probabilitate.

R A R S II.

S U M M A R I U M.

- 1 Confessio judicialis an collocanda sit inter probationum genera.
- 2 Confessio non est probatio, nec praesiat argumentum necessarium, nec in causa civili, nec in causa criminali ex Anton. de Matthæis, cuius verba transcribuntur n.3.
- 3 Confessio non raro est fallax, & proinde periculosest solum sequi confessionem, nisi pluribus concurrentibus ex eodem de Matthæis.
- 4 Confessio an habeat facinus pro explorato ponderatur textus in l. i. §. Divus Severus, ff. de quaest. cuius dispositio procedit in confessione extrajudiciali, vel extorta in tormentis, num.6.
- 5 Confessus, vel probationibus convictus, an possit torturae subjici.
- 6 Tortura enervat indicia, & probationes habent ante torturam, etiam præmissa protestatione, & etiam si fuerit illata tortura in c. iput sciorum.
- 7 Tortura potest inferri convictis, & confessis adhucdam veritatem offer cæteris

criminibus, & quibus rei non sunt confessi, neque convicti, dummodo crima sunt atrociora.

C A P U T I.

De Probatione resultante ex spontanea rei confessione.

Uc usque de convictione, seu de probatione proficidente ex testium depositionibus, nunc agendum erit de convictione oriente ex reorum confessionibus. Decrant Interpretes, & præfertim eruditii, num confessio judicialis collocanda veniat inter probationum genera, cum laborent ostendere duo tantum esse probationum genera, nempe illa, quæ resultat ex testibus, vel per instrumenta, ut post Duarenū, & Donell. habetur apud Regentem Marcell. Marciān. in sua oper. legal. posthum. in tit. de indic. delictor. cap. 2. qui tamen num. 6. vers. attamen, negare non potuit veritatem sententiae admittentis ex confessione resul-

Tractatus Criminalis Analyticus. 131

resultare veram probationem, & de veritate cuius assertio[n]is erit sermo, dum agimus de indicis indubitatis, sed Anton. de Matthaeis *de probat.* cap. I. num. 4. resolvit confessionem non esse probationem, nec præstare argumentum necessarium, nec in causa civili, nec in causa criminali, sed necesse esse, ut plurima sint, quæ concurrant ad hoc, ut Judex sequi possit confessionem, quæ non raro est fallax, ut constat ex ejus verbis, nedum d. num. 4. sed satis clarius 3. num. 6. ubi ita ratiocinatur: *Scio multum fit à Doctoribus rei confessio. Probatio dicitur liquidissima, principalissima, illustrissima, adeo ut non admittat probationem in contrarium Innocent.* ad cap. per inquisitionem extra de electione. Alexand. conf. 76. num. 4. in fine, Cravett. conf. 380. num. 12. & sequ. Berlich. dec. 169. num. 2. & seq. sed minus proprium loquuntur, & si effectum inspicias, tum in primis id verum cum plura sunt, quæ concurrunt; alioquin periculosisimum 4. solum sequi confessionem, quæ non raro est fallax, Tertull. *apologet.* cap. 2. ; si de nocente cognoscitis non statim confessio eo nomen homicidie, vel sacrilegi, vel publici hostis, ut de vestris elogiis loquerar, contenti estis ad pronunciandum, nisi & consequentia exigatis qualitatem facti, modum, & locum, temporis, consciens, socios, Harmenop. lib. I. tit. 4. imò posito quod quis crimen sit re ipsa confessus, postea tamen si se doceat insontem, absolvitur d. 1. 25. per Imbr. 3. instit. 3. lit. A. Excipit quidem Jason larronem, sicarium ad iurandum 17. §. 1. curator ff. de jure jurand. Sed longe tamen tutior Molinæ sententia ad artic. 174. consil. Bitur. ne quis temere scilicet puniatur, si non constet de scelerre; Nam & fieri potest, ut si quaestio an sit latro, nec ne confessio non sufficit. Necesse est, ut aliunde ex indicis de eo constet, Morn. ad l. unic. C. de confess. Petr. fab. 3. semestr. 5. Atque ita accipiendum, quod Cato apud Sallust. de confessis, sicuti de manifestis rerum capitalium more majorum supplicium sumendum.

Ratio hujus assertio[n]is Anton. de Matthaeis nittitur texo. in l. I. §. Divus Severus, ff. de questione. ubi ita cautum reperitur: *Divus Severus rescripsit, confessiones rerum pro exploratis facinoribus haberi non oportere, si nulla probatio religionem cognoscentis inserviat.*

Verum quod dispositio dict. leg. intelligatur

de confessione extorta in tormentis, vel in 6 confessione extrajudiciali, vel non apparente de crimine, de quo reus confessus est, declaravit idem Anton. de Matth. de crim. ad lib. 48. DD. tit. 16. de quest. cap. I. nu. 11. ibi: *Multa responderi possunt, vel id rescriptum intelligendum de confessione extorta, idque argumento ejus rubrica, sub qua rescriptum refertur: Vel de confessione extra iudicium facta, vel denique de eo casu, quo non appareat crimen, quod reus confessus est, accedit ex Regnicolis Grammat. decis. 48. nu. 10. quod perpensum non legimus apud Reg. de Marin. lib. I. suar. resolut. cap. 83. n. 7. cum seq. unde Anton. de Merend. controversial. lib. 5. cap. 8. affirmare non dubitavit, quod sola confessio absque legitimis indicis sufficit ad condemnandum, per text. in cap. I. de accusat.*

Illud animadvertere oportet, quod Judex torturæ subjicere non potest reum jam confessum, vel probationibus convictum, cum tortura sit remedium subsidiarium reliquarum probationum, adeo quod ad quaestio[n]em deveniendum non est, nisi aliis probationibus deficientibus, juxta jura satis clara, & aperta in l. adictum in princip. cum l. seq. ff. de quaest. l. ult. & l. quoties 11. Cod. eod. Hippol. de Marfil. l. I. in princ. num. 10. ff. de quest. & tortur. cap. 3. nu. 5. Ioann. Otbo Tabor. tract. crim. volum. 2. in tract. de tortur. & indic. delictor. cap. 5. nu. 47. & 48. vers. Porrò; ubi quod finis torturæ est, ut obtineatur convictio, hic autem finis cum jam semel obtentus sit per probationes ordinarias, cur ad subsidiarium remedium torturæ deveniendum? & diximus in superioribus quaestio[n]ibus, in quibus actum fuit de tortura.

Accedit alia ratio, quod reo non confessus, sed indurato in tortura probationes debilitantur, adeo quod ex probationibus habitis ante torturam reus damnari non potest, nihil suffragante protestatione, quæ fieri solet citra præjudicium probatorum, & confessorum, quia esset protestatio contraria facta, ut perpendit Thom. Grammat. decis. 96. num. 1. quod adeò verum est, quod etiam si tortura non esset illata in caput proprium, sed in caput sociorum, vel ad scindendum complices, si reus esset interrogatus super ipso delicto, purgarentur omnia indicia contra reum, protestatione non obstante, ut ex Farinac, & aliis, diximus in

nostris observat ad sing. 353. & 354. n. 15.
 Excipendus venit casus, in quo reus de criminis convictus, seu confessus torqueretur tantummodo ad habendam veritatem suam per ceteris criminibus, de quibus non est convictus, neque confessus, dummodo crimina illa super quibus tormenta adhibenda sunt, sint graviora, & atrociora ad hoc, ut si confiteatur reus atrociori poena coercetur, siquidem si in negando persistet, pœnam ordinariam pro delicto plenè probato effugere non poterit, ut post *Prosper. Farinac.* in præc. crim. lib. 1. tit. 5. qu. 40. num. 19, & 61. *Boss.* in tit. de indic. num. 130. *Clar.* in S. ult. qu. 64. num. 8. *Foller.* in præc. crim. & *Anton. Gomez apud Benedict. Carpzov.* plenè materiam pertractantem in præc. crim. qu. 119, & num. 68. ad 72. par. 3. quæ tamen intelligenda sunt juxta superius per nos tradita, & juxta tradita per *R. Matthœu de re crim. controv.* 26, & signanter à n. 20. cum seq. nempe dummodò tortura adhibeatur præmissa solita illa protestatione, & reus non interrogetur super probatis, & quoad crimina in questionem non deduceta, quia hoc casu benè protestatio prodest, neque potest dici protestatio contraria facta, quia tortura adhibetur limitate ad crimen non benè probatum, & in istis terminis intelligendos crederem Doctores illos longa manu cumulatos per eundem *Matthœu* num. 16. qui simpliciter statuerunt posse reum, qui aliunde plenè convictus fuerit condemnari ad pœnam ordinariam, semper quod tortura adhibetur præmissa protestatione, absque præjudicio probatorum,

SUMMARY.

- 1 Confessio extorta in tormentis, an sponte facta interpretative dici possit.
- 2 Confessio ad hoc, ut legitime facta dicatur, est recipienda ad interrogationem Iudicis competontis.
- 3 Confessio an inutilis reddatur in criminalibus, si processus fuerit nulliter fabricatus.
- 4 Confessio facta à Cive Neapolitano coram Officialibus Regiis, vel Baronum extra Civitatem Neapolis, an nulla reddatur. Referitur casus decisus n. 5.
- 6 Confessio facta in Curiis inferioribus de criminibus Principi reservatis in signum supremi dominii an sustineatur.

- 7 Confessio facta in Curiis Baronum, ceterisque inferioribus per milites, an sustineatur.
- 8 Clausula, ut nemo se intromittat, irritum reddit processum, & sententiam alterius Iudicis.
- 9 Confessio facta coram Iudice Baronis in casibus, in quibus versatur interesse Baronis, an sustineatur.
- 10 Iudex an possit procedere in causa, ubi habet proprium interesse non proposita recusatione.
- 11 Et quid in causa suorum coniunctorum.
- 12 Confessio facta coram Iudice Baronis, ubi agitur de interesse Baronis, an revocari possit non docto de errore.
- 13 Confessio facta à detento in carceribus, in quibus carceratus de fama, & frigore passus fuit, an dicatur facta metu carceris, vel tortura.
- 14 Confessio facta post decretum Iudicis de tortuendo, an extorta presumatur.
- 15 Iudex an possit interrogare reum verbis duris, diris, & atrocioribus.
- 16 Confessio facta præcedentibus verberibus, an habeatur pro confessione spontanea. Et quid in officialibus Baronum, n. 17.
- 18 Confessio facta coram Iudice Baronis præcedente ad torturam ex processu informativo, nullis datis defensionibus, an extorta dicatur.
- 19 Confessio facta in Curia Baronali cum interventu Baronis, qui interfuit in captiva informationis, an suspecta dicatur.
- 20 Baronis præsentia sufficit ad presumendum metum.
- 21 Et quid si Baro esset minor, vel pupillus.
- 22 Baro, qua pœna teneatur, si injungat mandatum ejus Officialibus de verberanda reum, & reus ex verberibus moriatur.
- 23 Confessio territione, vel metu torture extorta, an sit ratificanda.
- 24 Explicatur doctrina *Julii Clari.*
- 25 Ratificatio confessionis ad purgandum metum debet fieri coram alio Iudice, & de ratione, n. 26.
- 27 Confessio metu facta ad hoc, ut ratificari non possit, que cantela ad rei favorem sit adhibenda.

CA-

C A P U T II.

De confessione non sponte, nec legitimè facta, sed territione, vel metu tormentorum extor-
ta.

Diximus de confessione spontanea, vel expressa per tormenta legitime irrogata, quæ etiam sponte facta dici potest interpretativè *D. de Francb. decis. 63. 8.n.6.*; nunc agen-
tum superest de confessione facta coram Judice incompetente, & de illa extorta ter-
rione, vel metu tormentorum, & in qui-
bus casibus confessio extorta dicatur, &
presumatur.

In dubium verti non potest quod ad hoc ut confessio legitimè facta dicatur opus est, ut
2 recipiatur ad interrogationem Iudicis com-
petentis, nam si in civilibus ad hoc ut acta
valida, & non irrita reddantur sunt fabrican-
da à Judice competenti juxta text. in l. 1.
& totum tit. Cod. si à non compet. Judic.,
quanto fortius hoc præscribere debet sibi
locum in criminalibus, ut arguit *Anton. de
Mattheis ad lib. 48. fff. tit. 16. de questionib.
cap. 1. de confessione spontanea num. 7. versic.
tertio*, ubi idem decernendum putat, quando
Judex competens fuerit, sed processus
3 nulliter fuerit instructus, ex quo peccatum
fuit in forma, & modo procedendi, & con-
cludit, quod vitiato processu inutilis redi-
tur confessio, & rejicit illud *Ovidii
Carmen*

Non est confessi causa suenda rei,
nam ait hoc esse ineptissimum dictum in-
telligendum de confessione recte facta, & in
legitimo judicio.

Non diceretur confessio facta coram compe-
tentे Judice si fuerit facta à Cive Neapolitanō coram Officialibus Regiis, vel Baro-
nalibus in partibus, nam talis confessio es-
set nulla, & irrita, cum per Neapolitanorum
privilegium sit sublata potestas judicandi
Iudicibus exteris, & per consequens confessio
nulla censetur ex traditis per *Carleval. de
Judic. tit. 1. disp. 2. à nu. 675. ad n. 680. & per
Montan. controv. 84. n. 16. & per Consil. de Al-
timar. de Nullit. sent. rubr. 9. q. 20. nu.*
qui stat pro nullitate Actorum etiam non
allegata incompetencia, & hanc opinionem

probavit Collaterale Consilium sub die 8.
5 Martii 1713, in causa cuiusdam Neapolita-
ni confessi in quadam Baronali Curia de
furto cum qualitate sacrilegii vasorum sa-
crorum, nam censuit imponendam esse poe-
nam extraordinariam virtute dictæ confes-
sionis.

Insuper præscribit sibi locum eadem conclusio
6 in confessionibus factis in Curis inferiori-
bus supèr criminibus Principi reservatis in
signum supremi dominii, quia stante dicta
reservatione, confessio non sustinetur, ut ex
*Capiblanc. diximus in novissimis observatio-
nibus ad sing. 345. nostri Genitoris n. 6. vers.
qua reservatione.*

Ex eadem decidendi ratione redditur nulla
7 confessio, & acta per Curias inferiores in
causis militaribus etiamsi prætendatur Iu-
risdictionem fuisse prorogatam, nam cum
cognitio talium causarum prohibeatur sub
clausula privative, & irritative, nedum
censetur prohibita prorogatio, sed irri-
tantur acta, ut ex *Capiblanc. diximus in
nostra practicab. observ. 28. num. 18. & 19.*,
8 idemque procedit si privilegium contineat
clausulam, ut *nemo se intromittat*, quia ta-
lis clausula facit processum, & sententiam
alterius Iudicis nullum, & nullam *Giurba
conf. crim. 66. n. 9.* Et an hæc conclusio pro-
cedat respectu Vassallorum Baronum ha-
bentium privilegium abdicatiuum, dicam
in 3. par. cap. 21.

Nequè diceretur facta coram Iudice compe-
tentе confessio recepta coram Iudice Baro-
nis in casibus, in quibus versatur interessé
Baronis, nempe si tractetur de furto com-
missio in bonis Baronis ex traditis per *Reg.
de Marinis lib. 1. variar. resolut. cap. 286. à
nu. 1. decif. 5. apud Reg. Sanfelic. decif. 244.*
ubi habetur confessionem esse habendam,
ut extrajudiciale, sed quod Baro possit
de causa cognoscere semper quod non fuit
offensa sua persona, vel sui Officiales deci-
sum dicit *Reg. Mettheū de Regimin. Regni
Valentie cap. 6. §. 1. n. 61. & 62. & decisionem
Reg. Sanfelic. resellit Tondutus de prævent.
par. 2. cap. 2. & n. 3. cum seq. de quo nos me-
mores fuimus de poenis temperandis n.*

Ratio hujus rationis ultimæ firmatur ex tra-
ditis per *Carleval. de Judic. lib. 1. tit. 1.
disp. 2. à n. 787. ad 789.* ubi quod substine-
tur processus fabricatus per Officialēm Ba-
ronis non proposita recusatione contra eun-
dem, ex eo quod non proposita recusatio-
Joan.

ne cessat edictum prohibitorum, nè quis in sua causa judic. ut habetur ex allegatis per Joan. Laurent. de Roger. apud Laganar. ad Reg. Rovit. super Pragm. I. de Sindic. Offic. à n. 26. vers. rursus, & quod talis prohibito præscribat tibi locum nedùm in causa **11** propria, sed in causa suorum in qua honestatis intuitu nequit quis jus dicere, quamvis nullum non dicatur illud quod peractum fuit Besold. in delibat. Juris ex lib. 5. Pandectar. tit. I. de Judiciis lib. 16. fol. 502. & 503. ad stipulatur ex Regnicolis non tamen laudato Besoldo Consil. de Altimar. de nullit. sent. rubr. 9. quest. 20. n. 53. tom. I.

Sed ego crederem quod posset esse locus decisioni per Reg. Sanfelic. quamvis non fuerit proposita recusatio, dummodò reus re-

12 vocaverit confessionem, quam bene revocare poterit tanquam extrajudicialem etiam non docto de errore uti factam eorum Iudice suspecto, & incompetenti ex traditis per Crucium de indic. par. 4. cap. 50. n. 33. & è converso non revocata confessio ne videtur Reus tacite perseverare in confessione, ut per doctrinam Baldi bene, & acutè arguit Zuffius de legitimat. processus tit. 3. q. 194. n. 3. 4. & 10.

Profecto confessio extorta dici potest in quamplurimis casibus, quorum nonnullos magis frequentes hic numerandos putamus.

13 Primus est in confessione facta in carcere, quæ sponte facta dici non potest, cum carcer sit species torturæ, quod maximè procedit in diu detento in carceribus, qui metu, & tædio carceris deposuisse credendum est, ut per Farinac. conf. 193. nu. 3. Vermigliol. conf. 33. n. 15. de quibus apud Prat. in resp. fisc. 23. n. 54. & signanter si esset muliercula meticulous, ut bene considerat Grammat. conf. crim. 37. n. 17. & 18. ubi ex Bald. & Marsil. in pract. crim. in §. expedita, quod sufficiat tantum probare quem fuisse detentum ad hoc, ut ejus confessio dici possit facta metu carceris, vel torturæ, vide etiam Farinac. in pract. crim. quest. 81. n. 47. & 48. ubi quod tales confessiones factæ, cum minis de torquendo nunquam sunt spontaneæ in mulieribus, & reis timidæ complexionis quem sequitur Carpzov. quest. crim. q. 113. nu. 49. par. 3. & maximè confessio coacta dicitur si reus fuerit positus in carcere in quo de fame, & de frigore multum patiebatur ex Bartol. in l. 1. §. Divus ff. de questionib. Alexand. Trentacing. variar. resolut. resol. 3. de

confessis n. 49. vers. item Zaccia quest. medic. legal. lib. 6. tit. 2. q. 1. n. 22. & 23.

Secundus est casus in confessione facta post decretum Iudicis de torquendo, ut notat

14 Farinac. in tract. de Reo confessio, & convictio quest. 83. nu. 50. & quid post appellationem interpositam à dicto decreto de torquendo vide Bajard. ad Clar. quest. 94. num. 18. ubi quid in praxi servatur. Verum quod confessio dicatur sponte facta, quamvis facta ab eo, cui Iudex minatus est torturam, etiamsi ille conductus sit ad funem, & locum torturæ, nisi processum sit ad ligaturam, & spoliationem ex Clar. in pract. crim. q. 64. n. 31. vers. sed certè, quicquid sit de Iure Anton. Fabr. in Cod. lib. 9. tit. 21. definit. 7. n. 4. de quest.

Sed hæc opinio mihi non placet quamvis Crucius in tract. de Indic. p. 4. cap. I 3. nu. 6. illam sequatur reddendo rationem, quod possit

15 Iudex verbis diris, & atrocioribus, & cum minis interrogare reos, ex quo si cum atroci tortura Rei interrogari, & examinari possint ad exprimendam confessionem, cur non licebit illos terrere verbis diris, & minis capitalibus ex regula, quod cui licet quod plus, licebit quoque quod minus est.

Sed parcat mihi tantus Iuris Consultus ex quo Tortura irrogatur legitimis præcedentibus indicis, & defensionibus in casibus à Iure expressis, & proinde non licet arguere de tortura ad interrogationes factas cum minis, & verbis acrioribus.

Tertius casus in confessione extorta præcedentibus verberibus, quæ nunquam pro

16 spontanea haberi potest ex quo verbera constituunt quoddam genus tormentorum, ut diximus in Observ. ad sing. 353. à num. 4. maxime si ageretur de confessionibus receptis per Curias Baronum, quæ solent tal modo extorquere reorum confessiones scribendo in actis esse sponte factas, ut ex Marsil. sing. 1. advertit Reg. Rosa resol. crim. resol. 8. seu 33. nu. 16. & 17. tom. 3. accedit de Angelis de officialib. Baronum cap. 287. n. 12. ubi quod officiales Baronum non possunt verberare reos; & contrarium facientes possunt puniri.

Quartus in confessione facta coram Capitaneo, seu Gubernatore Baronis qui processit cōtra inquisitum ad torturam ex processu informativo, & nullis datis defensionibus, quia talis confessio est nulla, & nō sufficiens ad condemnandum tanquam extorta inordinate, & ju-

Tractatus Criminalis Analyticus. 135

& iatis ordine non servato, & sic non praecedentibus legitimis indicis, quæ nunquam legitima dici potest deinceps fuit illata tortura, testibus super informativo receptis, non repetitis parte citata Reg. Trop. decis. 22. à n. 1. tunc seq.

Quintus in confessione facta in Cœria Baronali cum interventu Baronis, qui laterfuit in captura informationis interrogando testes, ex quo Baro assidere non potest in testibus interrogandis, & examinandis cum ex sua præsentia testimoniū animos subverttere posse Laguerre de fructib. par. I. cap. 18. & n. 24. accedit Thoro. in supplem. dec. verbo suspectus an erit Baro, fol. 622.

Et quod sola Baronis præsentia sufficiat ad metum præsumendum, et si Baro non esset crudelis, & terribilis diximus in nostra præc. cap. 4. n. 202. in fin. & quod talis metus reverentialis probatione non indiget diximus in eod cap. 4. n. 177. ad 179.

Fallit quando Baro esset pupillus, quia excluditur metus ex traditis per Rotam, apud nos in practicabili obseruat. 4. n. 43.

Restat exquirere quā poena teneatur Baro, qui injungit mandatum officiali de verberando reum ad finem detegendi furtum, si reus ex verberibus moriatur, videndus est Reg. Rosa resol. 9. sive 34. p. 3.

Scire tamē oportet quod confessio territio, aut metu torturæ extorta ratificanda erit, quia æquiparatur confessiōi tormentis expressæ, & proinde ratificatio requiritur ad hoc ut sententia condemnatoria legitime contra reum ferri possit iuxta sequentium DD. placitum.

Angel. Aretin. de malfic. verb. quod fama pub. n. 1.

Paris. de Puteo de Syndic. in verb. tornis cap. 1. n. 3.

Franc. Brum. de Indic. par. 2. q. 6. n. 22.

Marsil. in pract. crim. 3. expedita n. 2.

Farinac. de reo confess. & convict. q. 83. n. 70.

Benedict. Carprou. p. 3. q. 126. n. 35. & 36. tom. 3.

Brunnen. in process. crim. cap. 8. momb. 1. n. 70.

Zuffses de criminal. process. legitimas. lib. 3.

q. 191. n. 11.

Et quamvis Iul. Clor. in 5. final. q. 6. n. 31. dicat, quod confessio facta metu torturæ dicitur sponte facta ex communī practica, & consuetudine, contrarium tamē restatur Drog. in Addit. ad cunct., ubi quod protulatur error confessiōi, & metus ad favorēm confitentis non obstante dicta falsa confusione, de qua restatur Clor.

Ratificatio raten ad purgandum metum debet fieri coram alio iudice, ex traditis per Fardinac. de reo confess. & convict. cit. qu. 83. num. 62.

Ratio est quia metus adhuc dicitur durare in ratificatione, existente illo iudice, qui metum intulit, nec confessio ratificatur per actus ratificationis subsecatos, ex traditis per Taffon. de antepbat. vers. 4. obseru. 2. n. 162. & 163. & 184. & per Conf. Marcell. cit. 18. & 19. lib. 1. accedunt scripta per Alexandrum Trentacing. var. resol. resol. 8. de solutionib. n. 8. Bonvillier de success. Thoren. 9. 3.

Cautelam tamē adhibendam crederem usq. reorum favorem, nempe ut ante ratificationem confessio fiat confessio revocatione prævia comparitione per eundem præsentanda, quia tunc talis confessio tanquam metu extorta non erit sufficiens ad condemnandum, sed tantum ad torquendum, vel poenam extraordinariam infligendam, ut diximus in obseru. ad sing. 353. & 354. & n. 6. cum seq., ubi decisum revulimus fuisse admissam revocationem confessiōi factæ ob metum illatum cum verberibus, quodvis confessio ratificata extisset coram toja M. C., & postmodum revocata, quando reus fuit ductus ad cameram cordæ pro convalidatione in caput sociorum, & n. 9. adducuntur conjecturæ, & præsumptiones, quibus probatur confessiōem fuisse metu tormentorum extortam.

S U M M A R I U M.

- 1 Confessio minoris facta in criminalibus sine auctoritate Curatoris an sustineatur, vel concedatur restitutio adversus confessiōem etiam non docto de errore.
- 2 Curatoris interventus in minoris confessiōne non fuit habitus pro necessario apud Reg. Sanfelic. decis. 57., sed decisio Reg. Sanfelic. refellitur per D. Maresca tanquam causa ratione, & auctoritate, n. 3.
- 3 Author adbat opinioni contra Reg. Sanfelic. ex novo argumento.
- 4 Curatoris interventus in causis criminalibus redditur in Regno pro forma ex Constitut. Regni Minorum jura.
- 5 Minor an possit forjudicari, vel aliter in consummacione damnavi absque Curatoris interventu, & referuntur decisiones tam antiquae,

- rique, quam recentiores, nū. 7. 8. 9. & 10.
- 11 Minor etas an mereatur excusationem in delictis atrocissimis laeze Majestatis divine, vel brenante, in Parricidio, homicidio proditorio, n. 12. & 13.
- 14 Minor etas an excusetur quando minor ex sola sua ingeni perspicacia deliquerit, & non ex consilio, & auxilio aliorum.
- 15 Poena minoranda ob minorem etatem an debat esse corporalis, gravis, vel alia per quam corpus non affigitur.
- 16 Minores an condemnari possint cum parte delectata.
- 17 Minor an venatur ad penam contravenctionis, & fractionis mandati, vel fidejussionis.

CAPUT III.

Confessio minoris facta in criminalibus sine autoritate Curatoris an sustineatur, vel concedatur restitutio in integrum non docto de Ixione, vel de errore confessionis. Rejicitur decisio 57. Reg. Sanfelicij, & traditur novus intellectus per Authorem. An sustineatur mortis, vel forjudicationis sententia contra minores in atrocissimis criminibus. Poena mitiganda ob minorem etatem in cuius generare poenæ infligenda veniat.

Celebris est controversia, quæ dimanat ex Text. in l. clarum Cod. de authoritat. prefand. quo his verbis cavitur Minores cum perfectissima siuafione, responsa facere, ne ex sua imperitia, vel juvenili calore aliquid, vel dicant, vel taceant, quod si fuisset protatum, vel non expressum prodeesse eis poserat, ex cuius legis verbis, & aliarum legum concordantium in l. propter Cod. de Adulter., & in l. in universis C. qui tutor. dari poss. invaluit magis communis opinio pro interventione talis legitime personæ saltē in re-

tificatione confessionis, ut constat ex traditionis por.

Lanfranci. in cap. quamiam contra in verb. confessio n. 24 de probatumib.

Marijan. in cap. qualiter, & quando il 2.n.993. & 996. vers. concluditur ergo Baldus extra de accusationib.

Marsil. in l. i. in princip. vnu. 25. ff. de questionib. Petrus à Plat. in epitome. delictor. lib. 1. cap. 32. n. 13. vers. quamvis minor.

Bossius in tit. de confess. n. 67.

Menoeb. de arbitrar. cas. 268.n. 2.

Anion. Gomes. variar. resol. tom. 3. cap. 1. tit. de delict. n. 64. & 65. ubi testatur de communi. Foller. in tract. crim. verb. & si confitebuntur p. 1.n. 19.

Oddus de restitut. in integrum p. 2. q. 75. n. 13. vers. aut verò babet tutorum.

Roland. confil. 3. i. nu. 1. & 8. & confil. 5. i. nu. 34. eod. lib. 1. & confil. 3. n. 34. lib. 3.

Vulpell. confil. 3. 4. n. 1.

Marsil. confil. 4. 8. n. 30. & confil. 130. n. 22.

Decian. in tract. crim. p. 2. lib. 5. cap. 37. n. 156. in fin. & in confil. 18. n. 17. lib. 1.

Laurent. decif. Avenion. 138. n. 1.

Joseph Ludovic. decif. 17. n. 1. cum seq. p. 1.

Affili. decif. 208. n. 4. & ibi Ursil. in addit. n. 2. ubi de magis communi.

Gramm. confil. crim. 16. n. 7.

Henric. Bocer. in tract. de question. & tortur. cap. 4. n. 20. in se quando sententiam Marsilij, & Francisc. Cason. dixit Curatorem esse dandum minori, etiam quando interrogatur in tormentis, sed in contrarium contendit Carpzon. par. 3. q. 119. n. 32 & 33. qui hoc in practica receptum non esse dicit, concordat cum opinione Carpzon. decisio relata per Ursil. ad Affili. decif. 208. num. 3. qua fuit emanata ob delicti atrocitatem, ibi: Quem M. C. V. tormentavit sine aliquo Curatore, quem mox condemnavit ob delicti astute commissi atrocitatem.

Confil. de Altim. in novissim. tractat. de Nihil. latibus contract. rubr. 2. & 3. q. 1. nu. 758. versic. sed in tortura inferanda tom. 6. dixit quod in tortura inferenda adulto majori 14. annis debeat intervenire Curator, sed in versic. seq. incip. sed quam. se retractat, & subdit quod Curator intervenire non possit, & quod minor restituitur adversus confessionem in tormentis, vel metu tormentorum extortam etiam si interfuerit Curator, ex Odd. de restitut. p. 2. quest. 65. artic. 9. num. 38. . . .

Reg.

Tractatus Criminalis Analyticus. 137

Reg. Matthei de re crimin. controv. 25. n. 12.
dicit, ridiculum esse assertere necessarium
fore interventum Curatoris in tortura in-
ferenda minori.

Ampliatur, ut non valeat confessio facta sine
curatore, ne cum si minor curatore habeat,
sed etiam si curatorem non habeat, juxta
veriorem opinionem, quam post *Lanfranc.*
in superiori citato loco, cum ceteris antiquis
interpretibus probat *Farinac. in tract. de*
re eo confessio, & convictio qu. 81. n. 357.

Quare non proviso minore de curatore volue-
runt Interpretes minorem esse in integrum
restituendum adversus confessionem per
eum factam. Verum DD. non sunt concor-
des, an sit docendum de laesione, vel de erro-
re confessionis, nam *Farin. in cit. qu. 181.*
num. 377. & 378. testatur concedendam es-
se restitutionem etiam non docto de errore,
vel lesionem, sed *num. 378.* testatur de magis
communi esse docendum de laesione, ex
Clar. & Sfort. Odd. & hanc opinionem proba-
re videretur *Crusius de process. indicior. par. 4.*
cap. 50. num. 38. & 39. ubi quod minor resti-
tui potest in integrum adversus confes-
sionem propriam, dummodo errorem probare
sit paratus, *Anton. de Matthaeis ad lib. 48.*
ff. tit. 16. de questionib. cap. I. num. 11. & de
probab. cap. I. num. 40. cuius verba sunt: *Mi-*
nor enim nihil potest, si non auctor sit tutor,
& posito quod sit auctor, minor tamen si pro-
bat lesum, & circumscriptum potest restitu-
t. l. 3. C. de in integrum restit. minor. l. 2. C. si tu-
tutor. & curat. l. 6. §. 5. ff. de confess. Speculat. de
confessione §. sequitur, Merul. in praxi lib. 4.
tit. 62. cap. I. §. 5. ex Regnicolis accedit
Reg. Sanfelic. decis. 57. num. 7. & 8. qui testa-
tur, fuisse per M. C. reiectam oppositionem
Curatoris, & in ejus locum datum advoca-
tum pauperum, comprobat Reg. Rosa in
praxi decretor. cap. ult. num. 38. vers. nibilo-
minus, ubi arbitratur, minorem non esse re-
stituendum adversus confessionem praec-
dentibus indiciis factam, ad stipulatur.

Pbilipp. Macadei meus Genitor recolenda me-
moriæ in sing. 231. in fine.

In contrarium quod detur restitutio absque
ulla probatione laesioni flant.

Boss. in tit. de confessis n. 67. & 68.

Caldas in l. si curatorem habens in verb. vel ad-
versarii dolo num. 39. & 40. Cod. de in integ.
restit.

Augustin. Barbos. in cap. auditio si l. 3. num. 8. C.
de in integ. restitue.

Gratian. discept. forens. cap. 109. n. 52.

Gurtierez, Perez de Lara, Sfort. Odd. & alii
relati per *Narbon. de iuste verb. annus vi-*
gesimus quintus qu. 37. n. 19.

Hanc opinionem admittendam censeo, quan-
do de delicto non constaret, nisi per mino-
ris confessionem, juxta tradita per *Boss.*
apud Reg. de Marinis ad Revert. decis. 5 23.
num. 5. & dec. 5 25. num. 6. in fine tom. 2.

Sed contra decisionem *Reg. Sanfelic. insurrexit*

3 D. Philipp. Maresc. de legib. publicor. judicior.
in tit. de nefando crimen sodomiæ glof. 3. à
num. 10. ad 12. vers. & ecce, in quibus locis
mordicus defendit minorem restitui etiam
in atrocissimis non indicato errore confes-
sionis, & *Regentis Sanfelicii sententiam ra-*
tione, & authoritate carere demonstrat; cu-
jus Authoris sententiæ ego libenter adhæ-

4 reo motus ex alia ratione non animadver-
sa nec à dicto Authore, nec ab alio ex *Re-*
gnicolis, quem viderim, nempe, quod Cur-
atoris authoritas, & interventus in causis cri-
minalibus redditur in Regno necessarius, &

5 pro forma, ex Regni Constitut. Minorum
jura, ibi: in causis nov. tantum civilibus,
verum etiam in criminalibus, & publicis
tutorum, & curatorum auctoritas ipsis affi-
stat, & proinde dum per statutum requiri-
tur perneccesse interventus tutoris, vel cu-
ratoris, hoc debet adimpleri formaliter, &
specificè, & non potest suppleri per aqui-
pollens per interventum Advocati, vel Pro-
curatoris à Judice assignati, juxta commu-
nem conclusionem illam, de qua testatur
Reg. Rovitus super Pragm. I. de persq. male-
factor. à num. 19. ad 22. ubi quod casus fictus
non habet locum in statutis, in quibus ver-
ba debent propriè accipi ex *I. 6. §. b. &c. verba,*
ff. de negot. gest.

Non tamen erit nullitas, si fuerit processum
ad forjudicationis sententiam, & ad citatio-

6 nem ad informandum, & ad capitula con-
tra minorem illo prius non proviso de cura-
tore, ex traditis per *Staiban. conf. 6. num. 12.*
& 13. Verum determinatio hujus quæstio-
nis dependet ex decisione alterius, nimirum
num minor possit forjudicari, & sic ex con-
tumacia damnari ad mortem, in qua inva-
luit contraria opinio, ex *Bald. in l. clarum,*
C. de auctoritat. præstand. num. 4. cum ceteris
cumulatis per *Danzam de pugn. Doctor.*
tom. 3. tit. de minorib. in delict. excusand. cap.
1. num. 6. ita quod si sit allegata minor arta,
& processum ad sententiam forjudicationis,

S

ipfa

- ij.s.a sententia est nulla , ut decisum refert
duna singul. 379. & docent de Leonard. in
prax.official.cap. 13. num. 44. Bertazol. consi
380. num. 3. lib. 2. Mastrill. decif. 161. num. 4.
Reg. Merlin. tom. 1. controv. cap. 63. & hanc
conclusionem procedere , non obstante di
spositione Pragmat. 1. de minoribus, expres
7 sè docuit D. Reg. Petra Dux Vasti Girardi
in R. 269. num. 32. tom. 3. fol. 203. sub illis
verbis: *Siquidem illa contra minorem ab
sentem locum sibi minimè vendicat, cum tan
tum de praesente loquatur per verba illa ple
tendi, & feriendi, quæ ad præsentem refe
renda sunt , quæ opinio sicut novissimè in
praxi deducta, & admissa in M.C.V. in causa
inquisitionis U. J. D. D. Alexandri Riccardi,
& in pluribus facti contingentibus semper ser
vatum vidimus suis supercessum in prola
tione sententiaz forjudicationis contra mino
res tempore delicti , vel quandoque senten
tias prolatas, infirmatas audivimus , prout
sicut decisum per Mag. Curiam de mense
8 Novembris anni 1663. in causa executionis
sententiaz forjudicationis Francisci An
tonii Morello de Civitate Tavernæ , in
qua sicut pronunciatum , hanc primam mul
titatem ostendit, & proinde audiuntur ex in
tegro , & faciunt exempla allata per Reg. de
Rosa in prax. crim. cap. 10. num. 17. & 45.
ubi quod opposita hac exceptione minoris
ætatis , & petitæ dilatatione ad fidem præsen
tandam nō proceditur ad ulteriora in M.C.,
circa concorrentia forjudicationem. & quan
doque mittitur unus de Dominis Judicibus
ad recognoscendum librum, quando sumus
in Civitate, vel ejus Casalibus, & ita præci
catum testatur.*
- Hoc adeò verum est, ut contra minorem non
possit procedi ad sententiam forjudicatio
nis , vel condemnatoriam mortis , nisi le
gitimè in casibus à jure permisis , quod
fertur de anno 1628. Auditores , & Fisci
Patronum Regiae Audientiae Capitanatæ ,
& Comitatus Molisi , qui condemnarunt
ad mortem quandam minorem annorum
decem , & octo nominatum Franciscum
Poliarcum , uti confessum de armatione ,
& incessu per Campaneam cum bannitis ,
suisse suspensos ab officio , & bis vocatos ,
ut Neapolim se conferrent ordine Excel
lentissimi Domini Proregis, juxta consimil
lem decisionem allatam per Ann. Robert. lib.
1. rer. judicat. cap. 4. & quamvis capta infor
matione judicasset M.C. sub die 12. Decem
9

bris ejusdem anni 1628; esse expectandum
tempus sindicatus , introducta causa per
viam appellationis in S. C. Fiscoque inhæ
rente, contrarium fuit decisum , factaque
postmodum relatione in Collat. Consil. sub
die 5. Decembris 1629. fuit per majorem
partem votorum decisum, ut citarentur, ip
sisque reis examinatis fuit decretum , esse
imparciendas defensiones intus, sed demum
in reclamatione junctis omnibus Tribuna
libus in Collat. Consil. facientibus numerum
vigintiquatuor Officialium , factaque ibi
dem iterum relatione per Regium Consil.
10 Carleval. sub die 16. Junii 1631. decisum
extitit , quod dicti Officialis Regie Audien
tiae Capitanatæ liberentur , & babilitenzur
super novis, ut testatur Thor. in compend. de
cif. par. 3. sect. 2. verb. Officialis, qui injustè
aliquem condemnavit , fol. 203. & latissimè
patet ex allegat. D. Joan. Camill. Cacacii, &
Julii Mastrilli tunc Fisci Patron. M. C. V.
insertis penes Scaglioli. inter allegation. di
versor. post Commentar. super Pragmat. Acta
sunt in banca Panze apud Guerrasium.
Scribam.

Restat difficultas, an minor ætas mereatur ex
cusationem in delictis atrocissimis , nempe
11 in assassinio , & parricidio . Affirmant DD.
apud Rainald. observat. crim. cap. 6. §. 5. num.
42. & 43. sed minor parricida fuit punitus
poena ordinaria apud Praesid. de Franch. dec.
230. & in infanticidio bis decisum habetur
apud Carpzov. in prax. crimin. quæst. 18.
num. 31. & 32. part. 1. D. Matthæu controv.
8. num. 25.

In crimen læse Majestatis divinæ , vel huma
12 næ videndum est Sese decif. Aragonen. 479.
num. 20. Decian. respons. 16. vol. 13. Reg. Ga
leot. controv. lib. 2. controv. 33. num. 32. In ho
micio proditorio fuit punitus poena ex
traordinaria tritemium apud Reg. Sanfelic.
decif. 57. sed novissimis temporibus fuit
practicata poena mortis in casu relato per
Reg. de Rosa resolut. crim. resolut. 2. sive 17.
num. 28.

Sed quod in atrocissimis minores puniantur
poena ordinaria ob criminis immanitatem , &
13 quod talia crimina in Regno non indigeant
tribus illis requisitis , de quibus in Prag. 1.
de minoribus , ex quo sola delicti qualitas
sufficit, post Cald. de restit. in integr. qu. 37.
num. 20. advertit Consil. de Altimar. de mul
lit. contrab. sub. 2. & 3. qu. 1. num. 759. vers.
secus in atrocissimis , & vers. delicta atrocis
simæ,

Tractatus Criminalis Analyticus. 139

finsa tom. 6. qui eod. num. cit. vers. sed veritas,
subdit aliud notabile nimis ad minores
puniendos, malitiam supplere etatem, sem-
per quod minor ex sola sui ingenii perspicia
delinqueret; secus si consilio, & auxil-
lio aliorum, quia tunc subingredetur poe-
na extraordinaria, quemadmodum servatum,
& practicatum fuit de anno 1645. &
de anno 1666. in causa Pauli Mazzone pu-
blici capititis bannitorum, cum quo minores
associati, fuerant puniti poena extraordina-
ria trirenum ob delicta commissa armando
cum comitiva bannitorum, & in anno 1660.
illi minores, qui subripuerunt gemmas, &
vasa argentea sistentia in imagine S. Gaeta-
ni in Ecclesia Divi Pauli, fuerunt condem-
nati ad remigandum vita durante, ut patet
apud *Rev. de Luca ad Franch. dec. 230. n. 5.*
accedit idem *de Altimar. in locis citatis, &*
in vers. quod in delictis atrocissimis.

Poena quae venit moderanda in minore ob mi-
norem etatem, an debeat esse corporalis
gravis, nempe trirenum. in vita, vel ad
tempus, quando minor commisit delictum
poena mortis puniendum, affirmative deci-
sum habetur in superius citata *dec. 57. Reg.*
Sanfel. n. 10. & 11. ubi minor ille inquisitus
de appensato, & preditorio homicidio fuit
per S. C. detentus incus carceres M. C. V.
donec perveniret ad maiorem etatem, &
postmodum transmissus ad triremes per
quinquennium, reformato decreto M. C.
quo fuerat condemnatus ad triremes, vita
durante, sed in contrarium fortiter urgunt
scripta per *Grammat. super Constitut. Regni*
Minorum jura n. 9. ubi ex *Marsil. in pract.*
crim. & in consiliis, concludit, quod poena
minoranda ob minorem etatem non debet
esse corporis afflictiva, sed debet esse pecu-
niaria, vel alia, per quam corpus non affli-
gitur.

Illud animadvertere oportet, quod neque mi-
nores condemnari possunt cum potestate
16 delegata, vel ad modum belli, nec possunt
torqueri ex processu informativo, *Novar.*
super pragm. 10. num. 183. de offic. Iudic. ubi
sic decisum refert *Julius Mastrilli. in allega-*
tion. editis, in casu per nos supra relato, sed
respectu delegationis contrarium servari
per M. C. V. habetur in duobus casibus re-
latis per *Reg. Rosa resol. c. 1. m. resol. 2. num. 27.*
in fin. & resol. 3. sive 28. num. 2. par. 3. unde
non simpliciter recipienda videtur in praxi
opinio, *Calà de præminent. M.C.V. cap. 26.*

& D. Anton. Police de præminent. Reg. Au-
dient. tit. 9. cap. 12. nu. 8. par. 1. qui firmant
opinionem contrariam, etiam quando mi-
nor esset puniendus poena ordinaria, atten-
ta *Pragm. 1. de minor. & opinio de Rosa com-*
probatur ex traditis per Basili. decif. 1. nu.
10. in fin. ubi refert fuisse processum contra
minorem ex indicis indubitatis, & ex ab-
rupto.

Illud deniq; animadvertisendum supereft, quod
mandatum factum minori 18. annis, etiam
17 si ex justa, & legitima causa injungeretur,
non ligat, nec poena exigi potest, ex text.
in l. 1. §. impuberis Cod. de fals. monet. cum
aliis concordantibus juribus cumulatis per
Francisc. de Petris in consil. 58. num. 17. Sed
contrarium defendit *Reg. Sanfelic. dec. 246.*
ubi refert decism, fuisse condemnatum ad
exulandum, & ad fidejussionis poenam mi-
norem illum, qui se obligaverat cum jura-
mento, & absque Curatore de tenendo Pa-
latium loco carceris.

S U M M A R I U M.

- 1 *Crimina an probentur per scripturas*
privatas, vel publicas.
- 2 *Et quid in delictis, que immediate per*
scripturas perpetrantur directe, & immedia-
te prout est crimen falsi, famosi libelli, Maje-
statis, ambitus, repetundarum, peculatus,
residuorum, cædis, beneficii, & assassinii,
num. 3.
- 3 *Delicta carnis cum turpi promissione de*
rebus venereis an probari possint per in-
strumenta, & scripturas.
- 4 *Et an scriptura privata recognita per*
reum sat sit ad probationem delicti, & qua
pœna.
- 5 *Libelli famosi crimes quomodo commis-*
tatur.
- 6 *Pœna libelli famosi an sit mortis natu-*
ralis.
- 7 *Referetur dissidium inter Ant. de Mat-*
thæis, & Reg. Mattheti, qui res examinas
ab alto, num. 9.
- 8 *Pœna mortis naturalis pro crimine libel-*
li famosi, quamvis in Regno servata fuerit
apud D. de Franch. decif. 533. tandem bedie
non servatur.
- 9 *Et quid in prius provocato per alium li-*
belum famosum.

C A P U T IV.

De criminibus per scripturas, & instrumenta perpetrandis, & probandis.

Crimina quamvis regulariter non probentur per scripturas privatas ex latè traditis per *Farinac.* de reo confessio, & convictio qu. 84. à nu. 1. quem laudat *Reg. Matthæu de re criminali. controv. 28. num. 3.* qui num. 23. tradit contrariam sententiam comprobari apertissimis juribus, & signanter per text. in l. final. C. de probat. in l. 2. C. quor. appellat, non recip. in l. ubi falsi, C. ad leg. Cornel. de falsi. in cap. cum in Ecclesia de maje- rit. & obed.

Illa tamen crimina, que scriptura ipsa perpetrantur, per scripturam absque ulla hæsitatione validissime probantur, tam si directè, & immediatè scriptura committantur, ut crimen falsi, famosi libelli, conjurationis, & hæresis, juxta text. in l. 6. de falsis l. 2. C. eod. sive in directè, ut fæneratio illicita, & perjurium, juxta text. in cap. ult. de jurejur. in 6.

Quibus principiis fræsus *Anton. de Matthæis de criminibus tit. 15. de probat. cap. 5. de in- strument. invenit contra Farinacium tra-*

dendentem pro regula delictum non probari per instrumenta, & subdit ex multorum 3. Authorum locis palam fieri tabulis, & instrumentis non solùm probari posse crimen falsi, famosorum libellorum, sed & ambitus, reperundarum, peculatus, residuorum, cædis, beneficii, & majestatis, sed & quoque crinea assassinii, quod his verbis satisclarius declaravit num. 2. At si Titius conducto

scario eadem fæcisse dicatur, & exhibeat cur chyrographum ejus, quo scario pro opera probans in eentum, preferantur etiam rationes ejus, quibus scario expensa centum tu- lerit, rationes scarii, quibus eadem die totidem acceptulerit? tametsi testes desint plena tamen criminis probatio est.

Probantur quoque per instrumenta, & scri-

pturas delicta carnis, & omnis turpis pro-

4. missio de rebus venereis, que promissio si

contingerit fieri in aliqua apoca priuata re- cognita per reum, qui quamvis fateatur illam jocosè conscripsisse, nihilominus adhi-

bita comparatione, & probatione per testes satis sufficiens erit ad condemnandum reum. poena exiliari, & privationis beneficiorum, ut testatur *Farinac.* qui plura responsa elab- oravit ipse, & alii causarum Patroni, quæ habentur inserta in *conf. 25. lib. 1. q. 4. n. 108.*

Dum diximus crimen famosorum libellorum per scripturam probari, exquirendum restat quomodo committatur tale crimen, & qua poena coercentur.

Libellus famosus ille dicitur, in quo alicui cri- men publicum adhuc incognitum impingi- tur, adeoquod ea, quæ de famoso in jure habentur, non debent produci ad omnia in- juriosa scripta, ex quo omnis injuria scripta non est statim libellus famosus, juxta distinc- tionem *Brunnenm. in commentar. ad pandect. lib. 47. tit. 10. ad text. in l. si quis 6. ff. de in- jur. & famo. libell. n. 4. & 5.*

Pœna libelli famosi de jure communi an sit

7 mortis naturalis, vel capitalis extraordinaria.

Quod sit extraordinaria affirmat *Ant. de Mat-*

thæis de criminis tit. 4. de injur. cap. 2. num. 5.

8 Cum iniquius videatur pœnam capitalem

mortis infligere pro tali crimine, *Brunne-*

man. ad l. unic. C. de famo. libell.

Sed in contrarium decertat *Reg. Matthæu de*

re criminali. controv. 7. 4. à nu. 13. cum seq.

9 ubi ab alto examinat, quod libelli famosi pœna est capitalis gladii ab antiquissimo tempore, quam impositam reperiiri conten- dit ex leg. 12. tab. ex *Francisco Balduino.* quamvis de jure digestorum nulla pœna ex- pressa reperiatur, adeoout *Ant. de Matthæis in locis citatis affirmare ausus fuerit, tene- ri ex famoso libello leg. Cornel. de injuriis, & sic pœna pecunaria.* Tamen ambigi non possit affirmat tempore Imperatorum cau- tum reperi, esse infligendam pœnam capi- talem ex l. unic. Cod. de famo. libell. & in l. 7. & final. Cod. Theodos. cod. tit. ex quibus con- cludit esse extra controversiam, quod dicta jura sint intelligenda de morte naturali ex illis expressis verbis: *Ultorem suis cervicibus gladium refor: nider;* Cum pœna gladii non possit adaptari, nisi morti naturali, non au- tem deportationi, aut relegationi ex *Vlpia- ni respons. in l. aut damnum 8. S. 1. ff. de* pœniis

Quam pœnam mortis naturalis in Regno no- stro servatam legitimus tam per M. C. V.

10 quam per S.C. apud D. de Francibis decisi.

533. quez tamen hodie non servatur tan- quam nimis rigida, ut diximus in nostris obser-

obseruat. ad singularia nostri Genitoris re-
colendæ memorie in obseruat. ad singul. 196.
rum. 1. ubi num. 3. notatur, quod non ob-
stat defectus corporis delicti ad proceden-
dum, & formandum processum existenti-
bus testibus de visu super crimen famosi
libelli.

S U M M A R I U M .

- 1 Probatio per rei evidentiam superat omnes probationes; & ideo nunquam censetur exclusa.
- 2 Ponderatur text. in l. si irruptione, ff. fin. regund.
- 3 Probatio facienda per ocularem inspectio- nem prævio Judicis accessu potest peti etiam post sententiam; etiam in gradu appellationis, reclamationis, & nullitatum.
- 4 Accessu facto super faciem loci ad convin- cendum testimoniū falsitatem, si oriatur discri- men inter Judicem, & expertos, cui erit magis credendum?
- 5 Peritorum relationibus tunc erit stan- dum. cum de errore non apparuerit.
- 6 Peritis discordantibus quibus magis cre- dendum. Et an sit devemiendus ad novam recognitionem per alios expertos, & n. 7.
- 8 Et an adversus peritorum relationem ad- mittatur probatio in contrarium per alijs peritiores.
- 9 Periti recipiendi in forma testimoniū non possunt recipi post publicationem, quia mili- taret timor subordinationis, qui non cudit cum peritis in arte, quoties examinantur acti pe- ritii, & num. 10.
- 11 Recognitio facienda in criminalibus per peritos, an sit facienda secretè, & separate ad tollendum periculum subordinationis.
- 12 Testes sunt examinandi singulatim, & separate, non autem per turbam, alias bebo- rentur loco unius.
- 13 Et quid in testibus examinatis super cor- pore delicti.
- 14 Probationibus faciendis per ocularem in- spectionem, & rei evidentiam non censetur renunciatum per renunciationem indistin- tè factam futuris probationibus.
- 15 Accessus, seu visitatio loci quando proponit ad differendum judicium, rejicitur eamquam cavillosa.
- 16 Accessus super faciem loci cognitio, quo- ries non resultaret per solam evidētiā, vel ex conjecturis ex ipsa inspectione resul-

tantibus, sed ex testibus examinandis, re- jicienda erit.

- 17 Appretium, seu estimatio rei perneceſſe præcedere debet venditionem bonorum; Et quomodo servetur in præxi.
- 18 Appretium bonorum feudalium quomodo erit faciendum: Et quid existerit discordia inter Tabularium primarium, & Judicem.
- 19 Appretium an omitti possit, quando debi- tor non sentit damnum ex adjudicatione creditori facienda sine appretio.
- 20 Refertur opinio Auctoris pro necessitate appretii, que comprobatur rebus judicatis per Sac. Cons. Et affertur tenor rei judi- tate, num. 21. & 22.
- 23 Appretio factio, sed non venientibus obla- zionibus juxta appretium, an possint bona adjudicari creditoribus minus appretio, cum pacto tamen de retrivendendo ad tempus.
- 24 Appretii revisio an possit peti post 30. an- nos, quando per decretum fuit reservata fa- cultas revendendi appretium, & intra dictum tempus non fuit petita.
- 25 Revisio calculi, & computorum an possit peti nudum post conclusum, sed etiam post sententiam.
- 26 Calculus nullum jus tribuit partibus, ni- si fuerit per Judicis decretum confirmatus.
- 27 Error calculi potest quaudacunque alle- gari, nisi super eo fuerit judicatum.

C A P U T V .

De probatione per evidentiam rei,
& de ejus privilegiis, & an, &
quando sit admittenda etiam
publicato processu, & ad pro-
bandum super eisdem, & de di-
recto contraria.

- 1 Robatio per rei evidentiam est adeo in jure privilegiata, quod supe- rat omne genus probationis; & proinde nunquam censetur ex- olusa, & peti potest post processus publicationem, non obstante, quod didici- ta sint testificata tam super eisdem, super quibus fuit examinatum, sed etiam super novis, & de directo contraria, ut peti do- Cirinata Abb. in cap. fraternitatis, Afflit. decif. 246. Balastrini Polm. Menoch. Funi- nac.

nac. *MuscateLL*. cum ceteris apud *Vermigliol.*
conf. 364. Plot. in l. si quando §. 48. num. 23.
& §. 49. num. 24. de in lit. jurand. Cor. in me-
morab. verb. *damnum* datum, *Tiraquel*. do re-
tract. §. 4. ex num. 37. Carol. *Ruin*. conf. 138.
num. 24. lib. 5. *Paris*. conf. 67. ex num. 12. lib.
1. *Gramm.* conf. civil. 40. *Valenzu.* conf. 100.
nu. 2. *CofT*. de remed. *subsid*. remed. 101. per tot.
Mascard. de probat. qu. 8. num. 9. *Farinac*. de
testib. qu. 75. num. 172. *Rosental*. de *feud*. cap.
12. conclus. 19. ex num. 50. *Cancer*. par. 3. va-
riar. resolut. cap. 17. de sent. & earum execut.
num. 129. Post. de manuten. *observ*. 101. *Ma-*
rant. in prax. judic. verb. *conclusio* in *causa*
num. 6. *Reg. Sanfelic*. in prax. *sect*. 56. Post. de
manuten. *observat*. 101. num. I. *Allograd*.
conf. 100. num. 15. lib. 1. *Ricc. coll. Etan*. 2812.
Rota decif. 77. par. 10. recent. & post *Urcel*.
de transact. dec. 74. n. 30.

Quanti ponderis sit accessus super faciem loci,
2 patet ex verbis *text*. in l. si irruptione §. ad
officium ff. fin. regund. ibi: *Ad officium de fi-*
nibus cognoscendis pertinet mensores mitte-
re, & per eos dirimere ipsam finium quasio-
nen, ut aquum est, si ita res exigat, oculis,
que suis subjectis locis: unde videtur, quod
in his casibus visionis loci sit Judici permis-
sum judicare secundum conscientiam, quia
constat Judici ut Judici, Reg. Tapp. in com-
mentar. super Pragm. 63. num. 9. lib. 3. iur.
Regni.

In causis criminalibus est adeo privilegiata
probatio per ocularem inspectionem, ut pe-
3 ti possit etiam post sententiam ad hoc, ut
Judices ex ea certiores redditи de innocen-
tia rei, recedant à mortis pēna, ad quam
reum damnaverant, quemadmodum serva-
tum fuit in causa *Petrilli de Amore*, de qua
testatur *Confil. Prat. discept. forens.* cap. 15.
167. n. 3, ubi fuit petitus, & concessus accessus
post mortis sententiam, cum non dubite-
tur posse peti post sententiam in gradu ap-
pellationis, *reclamationis*, & nullitatum,
Berlitz practicar. conclus. conclus. 46. nu. 30.
& 33. tom. I. quem sequitur *Brunneman*. ad
d. l. si quis 3. n. 17. Cfin. regund.

Difficultas tamen infurgere potest, si facto ac-
cessu super faciem loci ad instantiam rei il-
lum petentis ad convincendam testium fal-
situdinem, resultet discrepantia inter Judicem,
& expertos, qui testantur in scriptis in be-
neficium rei, & sic esse impossibile, quod te-
stes potuissent videre, & è contra Judex
cretenus referat, quod revera testes potuisc-

sent videre, magis credendum erit Judicis
relationi de his, quae novit per oculorum
inspectionem, juxta determinationem sui
Senatus, quam refert *Fontanell. decis.* 600.
p. 2. qui assignat rationem, quod in hoc ca-
su dicitur constare Judici uti Judici, & non
uti private personæ, & proinde dicitur ju-
dicare secundum processum, ex *Perez de*
Lara de annivers. cap. 10. num. 36. *Roderic*.
Suarez in l. post rem judicatam notat. 3. n. 4.
ff. de re judicæ.

Ulterius accedit, quod tunc est standum peri-
torum relationi, quoties de errore non ap-
parebit, quia constito de errore, non tene-
tur Judex illam sequi, *Pacion. de locat.* & con-
duct. cap. 34. §. 5. num. 95. *Rot. par.* 14. re-
cent. dec. 53. num. 11. *Merlin. dec.* 468. Quare
non standum erit judicio Medicorum, quan-
do contrarium est notorium, & manifestum,
Farinac. qu. 127. n. 124.

Non minor difficultas subingredi potest, peri-
tis discordantibus, quibus magis creden-
• dum; distinguendi sunt plures casus. I. quan-
do plures periti contradicunt, & tunc ma-
jori numero est credendum. II. casus est,
quando æqualiter periti discordant, & sunt
in eodem numero, credendum est illis, qui
verisimilia deponunt. III. casus, quando in-
ter peritos adest omnimoda æqualitas, tam
respectu personarum discrepantium, quam
respectu peritie, & tunc standum est illis,
qui pro reo absolvendo deponunt, ut bene
distinguit hos, & alios casus, *Pacion. de pre-*
bat. lib. I. cap. 47. à num. 167. ad 172.

Hinc est, quod in vitio nefando si dubitetur
de delicto in genere, nempè si orta fuerit
7 differentia inter peritos, quorum aliqui af-
firmant, puerum fuisse stupratum, alii verò
negant, tunc pro parte rei potest peti esse
faciendam novam recognitionem per alios
expertos, ut practicatum per *Collat. Conf.*
tam in hoc, quam in crimen veneni, refert.
D. Anton. Polic. de præminent. Reg. Audient.
tit. 11. cap. 5. num. 47. & 48. tom. 2. ubi post-
modum per idem *Collat. Conf.* refert fuisse
reformatam sententiam mortis latam per
M.C. Vic.

Sed illud erit investigandum, num adver-
sus peritorum relationes jam publicatas pos-
8 sit contrarium probari per alios periores,
affirmat *Farinac. de testib. qu. 75. à nu. 124.*
ubi laudat *Marian. Addent. ad Abb. Paris.*
Felin. Alberic. Soccin. Gabriel. Campeg. Fran-
cisc. Person. sed recipienda est distinctio, *Ver-*
migliol.

Tractatus Criminalis Analyticus. 143

migliol. conf. 365. qui hoc admittit, quando causa esset decidenda ex solo judicio peritorum, & concurrente qualitate petitionis, de qua constare debet ad hoc, ut ne dum cesseret timor subornationis, sed ne deatur processus in infinitum, & declarat doctrinam *Farinac. laudato Pacian. de probat. lib. 1. cap. 47. n. 77.*

Ex quibus descendit, quod timor subornationis militare potest in peritis, quoties pars post publicationem vellet producere peritos in forma testimoniū, & non ad referendum uti declaratores, & instructores, *Fontanell. decis. 381. à nū. 14. ad 16. tom. 2. ubi ex Ioan. de Anan. apud Mafcard.* quod timor subornationis non cadit in peritos in arte, quoties examinantur uti periti, non uti testes; &

10 proinde concludit, quod non tenentur depōnere secrētū, ut alii testes, sed possunt palam, & manifestè, quia conferunt invicem de suo judicio cum ipso Judice.

Et in istis terminis intelligendus est *Conciol. insuis resolut. criminal. verb. recognitio resol. 1. num. 3. & in cons. crim. 3. num. 19. & 20. ubi*

11 voluit, quod recognitio facienda per peritos, est facienda secrētū, & separatè, ut unus non sciat depositionem alterius ad tollendum periculum subornationis; siquidem hoc intelligendum in peritis receptis uti testimoniis, prout loquuntur DD. ab eodem relati, inter quos est *Scacc. Guazz. Vermigliol. Zuff. & Caball.*

Ratio est, quia testes sunt examinandi singulariter, & separatè, non autem per turbam, adeoquod si aliter fieret, nedum subingredieretur suspicio subornationis, sed examen esset nullum, juxta *text. in cap. venerabiles 52. cum ibi notatis per Canonistas, accedit Menoch. de arbitrar. lib. 1. qu. 29. Farinac. de test. qu. 80. num. 94. & conf. s. num. 59. lib. 1. Boff. in pract. crim. in tit. de opposit. contra testes num. 88. Caren. de offic. S. Inquisit. par. 3. tit. 7. num. 62. Zuff. de legitim. process. q. 33. num. 10.* ubi dicit, quod testes turmatim examinati habentur loco unius.

Ampliatur, ut procedat firmata conclusio etiam in testimoniis examinandis super corpora re delicti, & in testimoniis confrontandis cum reo, qui debent examinari, & confrontari separatè, & unus post alium, juxta Doctores laudatos per *Conciol. resolut. crim. verb. testes quoad examen. resol. 3. nū. 2. & 3.*

Est adeo privilegiata probatio facienda per loci inspectionem, quod renunciatis indistin-

14 Et futuri probatoriis per accusatorem, vel querelantem, non censetur renunciatum probationibus per rei evidentiam, & per scripturam, & juramentum, juxta Abb. doctrinam, quam extollit *Cafar. qu. est. peregrin. qu. 7. ubi laudat quoque Monticul. Mn. scard. & Farinac. de testib. q. 75. cap. 6. n. 300. & 301. accedunt tradita, & decisa apud Berlich. practicar. conclus. par. 1. conclus. 47. n. 29.* Verum rejicienda erit petitio accessus tanquam inutilis, & cavillosa, quando non res levaret, juxta *decis. Rot. in Formensi majoratus apud Torr. de majororat. decis. 16. nū. 80. & 81. tom. 3.* Et similiter omitti potest expertorum judicium ob notorietatem facti, *Reg. Mattheu de regim. Regn. Valent. c. 8. S. 5. n. 29.*

Non est admittenda ocularis inspectio post conclusionem, vel post sententiam, quamodo probatio non resultaret per solam evidētiā facti, & ex conjecturis ex ipsa inspectione resultantibus, sed ex testimoniis ibidem examinandis, quia vigeret timor subornationis, ut benè advertit doctissimus Brunneman. in suo process. civil. cap. 22. de ocular. inspect. n. 2.

Est adeo necessaria estimatio, seu appretium faciendum per peritos accedentes super loco controverso, quod nullo pacto procedi potest ad venditionem bonorum subhasta, estimatione non precedente, nemdum attento jure communi per jura satis clara in *l. fin. Cod. de jur. dom. impetr. ibi: Vel peritos in arte mittere, qui appretient, & referant verum valorem, & in l. si quos 13. Cod. de rescind. vendit. & per alia jura apud Reg. de Pont. conf. 126. num. 8. 9. & 10. & à num. 27. ad 32. tom. 2. Conf. Staiban. resol. 30. num. 6. sed etiam de jure Regni per Pragmat. 2. de Magistr. art. per quam est praescripta forma faciendi appretium, nempe per Tabularium eligendum prævia bussula, cuius revisio erit facienda à Primario, qui est unus ex nobilibus Sedilium hujus Civitatis, & tertia revisio à Judice ordinario causa, in qua revisione facienda à cause Commissario non sit electio Tabularii per bussulam fieri consuetam, sed erit in electione Commissarii eligere quem maluerit, ut haberetur ex attestacionibus omnium Tabulariorum apud Reg. Petr. in commentar. super Rit. M.C.V. 8. n. 5. tom. 1.*

Quoties vero contingit, prout passim contingit fieri appretium bonorum feudalium per

per Tabularium cum interventu Consilia & rii Commissarii, & discordent inter se circa taxam, seu pretium bonorum feudalium, vel burgensaticorum, attenditur votum Tabularii, & non Commissarii, ut decisum novissime demonstrat Conf. de Altimar. de nullit. rubr. 5. qu. 18. num. 18. Verum si discordia vertat inter estimatores, seu Tabularium primarium, & Judicem, quia unusquisque varie ab alio estimaverit, tunc Judex coacervatis omnibus appretiis tertiam illorum partem pro justo pretio judicare debet, DD. apud Gazz. ad dec. 42. D. Reg. de Capyc. latr. num. 13. & Conf. de Altimar. de nullit. contract. rub. 1. qu. 14. n. 168. tom. 3.

Appretium, sive estimatione rei, quae præcedere debet adjudicationem, an omitti possit quando expedit fieri adjudicationem pro illo pre-
19. dio, pro quo creditor rem accipere vult, & an negligatur defecus estimationis, quando debitor non sentit damnum, immo expressè consentit adjudicationem fieri, dum non tendit ad damnum aliorum creditorum, vindendus est Anton. Merend. controv. lib. 24. cap. 16. & num. 39. ubi resolvit affirmativè, accedit ex Regnolis Schettin. in tract. de juro offerend. par. 1. sed. 2. nu. 33. vers. verum.
20. Sed ego semper contrarium consulerem, nam ad hoc ut adjudicatio legitimè fiat, & operetur translationem dominii requiritur pernecessè, ut præcedat legitimum appretium faciendum auditio debitore, alias estimatione facta nulla, & irrita redderetur, juxta Afflct. decif. 358. Mancil. de subhastat. qu. 154. num. 23. Gratian. discept. forens. c. 545. num. 11. tom. 3. & cap. 7. nu. 20. & decisio Afflct. defenditur à Hieron. de Leon. decif. 173. num. 98. & exigitur quoque necessitas appretii, adhoc ut ex acquisitione dominii, quod acquiri non potest, nisi per dictum actum in venditione necessaria, creditor, cui fit adjudicatio lucretur fructus, juxta jura per nos cumulata in prax. præsentan. instrum. cap. 23. & num. 24. & licet in casu figurato per Merend. non consideretur damnum creditorum, forsitan quia satisfieri possunt ex pretio tunc perveniendo; tamèn benè considerari potest in futurum, creditoribus supervenientibus.

Quæ adeò vera sunt, & in praxi quoque recepta, quod S. C. nunquam, aut raro procedere solet ad venditionem, seu adjudicationem bonorum cum translatione dominii appretio non præcedente; & quamvis ad me-

dendum huic malo soleant creditores, & interessesse habentes adjicere pactum de retrovendendo, nihilominus semper reservatur provisio appretii faciendi cum onere restitutionis fructuum, ut fuit practicatum sub die 2. Maii 1633. referente doctissimo illo Consiliario Marcello Marciano seniore in causa venditionis Civitatis Castellanæ, ut ex decreto sequentis tenoris.

Die 2. Maii 1633. Neap.

Accendatur candela prima die, &c. super dicta oblatione facta per dictum Gentile, et si accensa candela eidem Stephano remanserit Ci-
22. vitas prædicta tanquam ultimo licitatoris, intelligatur facta venditio cum pacto de retrovendendo infra decennium, & juxta con- venta in dictis comparitione, & replicatione præsentata. Et nihilominus fiat appretium Civitatis prædictæ peritum pro parte Pro- curatoris dicti Joannis Christopheri, ut ab- parente laesione in venditione prædicta, facta appretio, possit iterum procedi ad venditionem ejusdem Civitatis cum restitutione fru- ctuum interim perceptorum, juxta declar- ationem faciendam per Sac. Confil. stante etiam declaratione dicti Stephani oretenus- facta in Aula S. C. ut fol. 317. process. cre- ditor Joannis Christopheri de Franchis.

Quando tamen appretium præcessit, sed obla-
tiones non venerunt juxta appretium, so-
23. lent bona subhastata adjudicari creditoribus, vel tradi emptoribus licitantibus mi- nus appretio, cum pacto de retrovendendo ad tempus, juxta cautelam, quam tradit Carleval. de judiciis tit. 3. disp. 1. n. 25. tom. 2. quod practicatum demonstrat in venditio- ne Terræ S. Georgii, Reg. Marci. disput. 8. n. 26. in fin. tom. 2.

Illud tamen non est prætermittendum, quod revisio appretii potest peti, non obstante cursu temporis 30. annorum, & non ob-
24. stante, quod per decretum fuerit reservata facultas revidendi appretium, & illa postu- lata non fuerit infra dictum tempus, quia non per hoc censetur debitor hoc jus amisisse, semper quod decreti tempus non fuit arctatum, Reg. Sanfelic. dec. 389. ubi in fin. decisum refert p. 3.

Quæ superius dicta sunt de oculari inspec-
tione, de estimatione, seu appretio bonorum
25. obtinent locum etiam in calculatione, & computatione rationum, quæ peti, & revideri potest, nedum post conclusum in cau- sa, sed etiam post rem judicatam, ut ex Ber-

Tractatus Criminalis Analyticus. 145

Borgmin. Cavalcan. singulariter notat Berlich. practicar. conclusion. 47. num. 39. par. I. ubi confirmatum testatur per determinations Saxonicas.

Hinc fit, quod calculus nullum jus partibus tribuit, nisi fuerit confirmatus, & approbatus à Judice, per text. in l. unic. C. de error. calcul. decisum per S.C. testatur Gizz. in observat. ad decif. 21. Reg. Capyc. latr. num. 8. & 9. concordat Novar. decif. 200. num. 4. & 5. ubi refert alias S.C. decisiones, & Reg. Rosa in civili decretor. prax. distinct. 2. num. 42. in fin. fol. 473.

Et quamvis possit allegari error calculi semper, & quandocumque, ex dispositione d. l. 1. C. de error. calcul. tamen si fuerit judicatum super redditione computorum, propter autoritatem rei judicatae, non erit locus revisioni, nec de errore calculi dici potest, quia sententia sub praetextu erroris calculi rescindi non debet, nisi error esset expressus in sententia, ut ex text. in l. 2. Cod. de re judic. cum ibi notatis per Paul. de Castro, notat, & decisum refert idem Gizz. in observat. ad dec. 13. Reg. Capyc. latr. à nu. 12. ad 18. lib. I.

S U M M A R I U M .

- 1 Indicia indubitata, & reorum confessio-nes convincunt; quemadmodum convincunt testes omni exceptione maiores.
- 2 Inditorum indubitatorum materia fuit in Regno decisa lege Regia.
- 3 Inditorum indubitatorum vera definitio traditur.
- 4 Indicia indubitata sunt deposita in acte mentis Judicis, & quomodo sit regulandum circa hoc Judicis arbitrium, n. 5.
- 5 Judeo est vir bonus ex carminibus Horatii, & quomodo, n. 7.
- 6 Indicia indubitata ad hoc, ut sat sint ad paenam summi supplicii debent esse plura, quae everti non possunt ex Anton. de Matthæis, cuius verba in medium afferuntur, num. 9.
- 7 Indicia indubitata non tam sunt indica, quam verae probations, ac plene demonstraciones.
- 8 Indicia indubitata sunt fortiora argumen-ta, quam probatio, que resultat ex te-stium depositionibus, vel ex rei confessione.
- 9 Iudex nunquam posset devenire ad paenam ordinariam in causis criminalibus si requi-

reretur certitudo evidentie ex Raynald. cuius verba inserviuntur n. 13.

14 Indicia indubitata sine actuali, & vir-tuali bastatione an dentur in delictis occul-tis, explicatur decisio Roviti 63. n. 27.

15 Indicia quæ à communiter accidentibus delinquentem indicant, pro indubitatis ba-sentur.

16 Fatti series exponitur, & n. 17.

18 Indicium indubitatum resultat ne- dum ex fragantia in ipso delicto, sed etiam ex actu proximo quoad ipsum delictum, utputa si fuerit quis repertus, vel visus aufugere cum gladio sanguinolento, vel evaginato ab aliqua domo, & ibi aliquis reperitur occisus, n. 19. 20. 21. 22. & 25.

23 Indicium indubitatum est demonstratio rei per signa sufficientia, ex quibus animus conquiescit, & amplius investigare non cu-rat, n. 24.

26 Fur manifestus an dicatur ille, qui in actu furandi deprebenditur, vel cum re-furtiva post furtum,

C A P U T VI.

De indicis indubitatis, & de illo-rum probabilitate. Examinatur quæ dicantur indubitata indi-cia, tam attento jure comuni, quam Regni Neapolitani, & quomodo deposita dicantur in acie mentis Judicis. Examina-tur an indicia sint tutiora, quam probatio resultans ex rei con-fessione, vel ex testium depo-sitionibus.

Non erit mihi errori tribuendum, quod post convictionem resul-tantem ex testium depositionibus, & nec non post probationem resul-tantem ex rei confessione, egerim de indicis indubitatis, siquidem talia indicia convincunt, quemadmodum convincunt testium depositiones, & reorum cōfessiones sunt verba text. in l. 2. C. quor. appell. non reci-piunt. ibi: Argumentis convictus, testibus su-peratus, voce propria confessus; cui adstipu-lantur jura cōcordantia in l. 1. S. si quis ultro, ff. de

ff. de question. in l. qui sententiam 16. ff. de pœn. & in l. seruo 8. C.ad l. Jul.de vi public. & in l. si quis in hoc 10. C.de Episc. & Cleric. l.5. ff. de custod. reor. l. proinde 25. S. ultim. ff. ad l. Aquil. l.7. C. Thoodef. quor. appellat nos recipiunt., quibus cavetur, quod confessus pro convicto habetur.

Aggredior insignem, & perdifficilem indiciorum indubitatorum materiam, in qua maiores nostri mirum in modum decertarunt,
2 & variarunt, quod opus fuit ut articulus, qui tantam patiebatur controversiam lege Regia in hoc Regno nostro decideretur.

Pragmatica igitur, quæ fuit edita per Cardinalem Zapat. sub die 20. Decembris 1621. quæ est duodecima sub tit. de offic. Judic. de- 3 finivit indicia indubitata esse illa, quæ legitime probata inducunt mentem Judicis ad firmiter credendum delictum esse commissum ab inquisito cum acquiescentia sui intellectus in hac firma credulitate: Dichiara- rando quell'inditii indubitati, che sono tali, che provati legitimamente inducono la mente del Giudice à credere fermamente il delitto essere commesso dall'inquisito, quietando il suo intelletto in questa ferma credenza.

Ex quibus verbis satis patet indicia indubita-
ta esse reposita in acie mentis Judicis regu-
landæ intra terminos definitionis, qui judi-
care cogitur non tam à rei veritate, quam
ex animi sui motu, ut acutissimè tetigit
Reg. Marcian. in sua oper. legal. in tit. de in-
dic. delictor. cap. 3. num. 7. in fin. qui num. 6.
vers. quod aper te, advertit, sufficere quod
indicia oriantur ex rationabili discursu,
dummodo rationabiles, & non temerarias
indubitatas conjecturas Judex eliciat.

Arbitrium igitur Judicis isto casu debet esse
regulatum secundum leges, vel approbatas
5 Doctorum doctrinas, ut ex Mascal. Bonacof. Franc. Person. Marc. Anton. Eugen. Car-
tbar., & Bayard. ad Clar. concludit Farinac. in præc. crim. in tit. de indit. & tortur.
qu. 37. num. 193. ubi dicit hanc sententiam
esse communiter receptam, postquam in-
ter legendum nullum invenit contradicto-
rem. Arbitrium siquidem hoc datum Judici
intelligitur datum, ut arbitretut ut bonus
vir, & ex bono, & æquo inseguendo æqui-
tatem, & in dubio inclinando in mitiorem
partem, non autem sumendo, & formando
indicia ex propria inclinatione, aut cervice;
sed semper æqua iniquis preferre debet, ut
post Doctores laudatos ab eodem Farinac.

num. 199. animadvertisit Basilio dec. 1. nu. 3.
quia vir bonus, & honestus appellatur ab
ipsa bonitate, & vir bonus, & Judex con-
vertuntur, Carpzov. in præc. crim. pars. 3.
qu. 116. ubi dicit illud Horatii:

6 — — — — — *Vir bonus est quis?
Qui confusa Patrum, qui leges, jura-
que servat.*

*Quo multæ magnaq; secantur Judice lites.
Quare ut Judex judicet uti vir bonus oportet,
ut judicet habita consideratione ad proba-
tiones, alias esset arbitrium iniquum: nam
quamvis probationes dicantur Judici arbit-
trarie, non tamen intelligitur, ut Judex pos-
sit suo uti arbitrio, sed habita magna pon-
deratione eorum, quæ per testes deducta
sunt, ex quibus regulare debet suum arbit-
rium, ut post Reg. Valenz. & Urfill. ad Af-
fici. docet Fontanell. dec. 65. n. 11. ad 14.*

Ulterius ut indicia indubitata sat sint ad infli-
gendam pœnam summi supplicii debent es-
se plura, & talia, quæ everti non possunt,
ut habetur ex Anton. de Matthæis de pro-
bat. cap. 2. num. 22. his verbis: *Certè ad pœ-
nam capitii non debet Judex procedere, nisi
sint præsumptiones, quæ everti non possunt,
si plures simul concurrant, si indicia indubi-
tata, si præsumptiones gravissimæ, si ut di-
cunt Interpretes. Juris, & de jure, l. ult. ff. de
prævar. junct. l. 29. pr. ff. de jur. fisc. l. 3. S.
eiusdem ff. de testib. Novell. I 17. cap. 15. l. 34.
C. ad l. Julianam de adulter. l. Indicia 29. Cod. de
rescindend. l. 1. S. 1. & S. idem Cornelio, ff. de
quest. Quintilian. 5. instit. 12. Itaque si non
possunt valere, quia magna non sunt, vale-
bunt, quia multa sunt, &c. Mornac. ad l. 6.
C. de dol. & ad l. 19. C. de rei vindic. Bortuan's
Gebruyckuan. appell. cap. 6. num. 2. & seq. Et
vita ante flagitiorè à se acta, & ultiō præter-
missa, & subsequens matrimonium, & nullo
accusante tentata defensio, bæc omnia & sceleris,
& parricidii te coarguant, rescribe-
bat ad Ioannam Reginam Neapolis, mari-
ti cedis suspectam defundi frater Ludovi-
cns Rex Vngarorum, cum illa literis excus-
sasset se, & literis, que erant plenè simulata
trifitia Patris, Emil. lib. 6. hist. Quæ au-
tem tam graves sint, ut sufficiant ad con-
demnandum, relinquendum arbitrio, & pru-
dentiae judicantium, quibus semper id in-
cumbit, ut accuratissimè, & quantum potest
fieri indagent rei veritatem, Morn. ad l. 19.
Myns. 2. obser. 10. & 5. obser. 33. Gravis
quidem præsumptio est. Occisus est Titius.*

Cum

Tractatus Criminalis Analyticus. 147

Cum gladio adhuc cruentu^m visus est circa Ti-
tium, & deprehensu^s est Sejus. Sed non dum
tamē sequitur, ergo Sejus occidit. Cicer.lib.
1. ad Hærenn. Constitutio conjecturalis est,
cum de facto controversia est hoc modo. Ajax
in sylva postquam rescivit quæ fecisset per
insaniam gladio incubuit, Vlisses intervenit,
occisum conspiciatur, & telum cruentu^m
educit. Teucer in capitib^z aruescit. Gravis
etiam præsumptio est: Fuit nudus cum nu-
da, & arcta? Aded sunt multa, quæ ever-
tunt, & quod videtur certissimum. Sed sunt,
cum lex præsumit quid, quæ everti non pos-
sunt, l.25. ff. de stat. bom. l. ult. C. arbit. tut.
l.1.C.de contrabend.stip. l. sciendum ff. de ver-
bor. oblig.

Quibus ita se habentibus indicia indubitata nō
tam sunt indicia, quam veræ, & plenæ pro-
bationes, & demonstrationes, ut ex Arist.
& Quintil. satis eruditè examinat celeber-
rimus ille Germaniæ Jurisconsultus Io: Otto
Tabor tract. crim. vol. 2. de indicis delictor.
art.27. num.6. fol.495. ubi his verbis mate-
riam percurrit: *Quin adeo si rem accuratiu-
m peniculemus indubitata indicia non tam
sunt indicia, quam verae probations, & de-
monstrationes: Sic enim cum Arist. Quinti-
lianu^s lib.5. hist. cap.1. probationem omnem
aut artificialem esse dicit, aut inartificia-
lem banc fieri per testes, tabulas, confessio-
nem illam per argumenta, & indicia. Atqui
cum mulier per testes probatur p^{ro}p^{ri}e non
indicio opus est, aut argumento artificiali,
ad hoc ut viro cobabit^{ur} se doceatur, sed pro-
batio, & demonstratio inartificialis sufficit,
cum rerum natura sic ferat, ut mulier sine
viro non pariat.*

Satis igitur firmiora, & tutiora sunt argumen-
ta, & indicia indubitata, quam probatio il-
la, quæ resultat ex testium depositionibus,
11 vel ex rei confessione; siquidem possunt te-
stes esse falsi, & reus confessus mentiri ex-
torta confessione metu, vel spe impunitatis,
ut ex Hugo Donello, Cujacio, & Anton. de
Matthæis diximus in nostra practicab. ob-
servat.44.super Pragmat.12. de offic. Judic.
num.9.

Ex quibus principiis descendit, quod si requi-
reretur certitudo evidentiæ, nunquam Ju-
12 dex posset devenire ad poenam ordinariam
nendum virtute inditorum indubitarum,
sed etiam in casu convictionis, & plenæ pro-
bationis resultantis ex spontanea confessio-
ne, vel ex testibus de visu, quemadmodum

in istis terminis benè ratiocinatur Raynald.
observat.crim.cap.21. §.4. & 5. tom.2. nu.33.
& 34. vers. & quidem, his verbis: *Et quidem
aliter dicere: eset tollere indicia indubitata
13 de mundo, quin inter certitudinem resub-
tantem ex vera, & legitima probatione, pu-
ta convictione resultante ex depositione te-
stium de visu omni exceptione majorum, &
resultantem ex indicis indubitatis, nullum
penitus eset discrimin^m. Imò si requireretur
certitudo metaphysica, nunquam Iudex pos-
set imponere poenam ordinariam, nam etiam
in casu plenæ probationis per testes de visu
& etiam in casu spontaneæ confessionis da-
retur bestitatio virtualis, ex quo posset se-
res aliter habere ex malitia clandestina te-
stium, vel eorum innocentⁱ deceptione, vel
quia reus voluntarie, prout aliquando eve-
nit, mentiretur ad effugienda tormenta, seu
radio vita, ut bene adversit Graffettus d.
§.29. num.134. & seq. Merend. controv. ju-
ris lib.6. cap.7. num.5. & cap. 25. num. 3. &
Paserin.in prax. qu.29.art.1.num.9. & Pa-
ter Io: Marquez in ejus Gubernatore Chri-
stiano lib.2.cap.17.*

His sic stantibus semper juri, & rationi con-
sentanea mihi visa fuit distinctio allata per
14 Reg.Rovit. in celebri illa decif.63. quam in-
dubium revocare conatus fuit Basilio dec.
1. ex traditis per Advocatum illum non in-
celebrem rerum criminalium Augustinum
Mollo, ut diximus in superius cit.observ.44.
num. 11. Unde meritò traditam distinctio-
nem comprobata legimus per Reg. Mar-
cian.in sua oper.leg.al.posthum.in tit.de indic.
delictor. cap.3. num.8. & per Reg. Rosam re-
centissimum Authorem in rebus criminali-
bus versatum in sua prax.delictor. cap.1. nu.
31. & 32. ubi eandem credulitatem admis-
sam, in criminibus occultis, admittit in cæ-
teris delictis non occultis in quibus neque
certitudo demonstrativa haberi potest, ideo-
que indicia quæ frequentissimè, & à com-
15 muniter accidentibus delinquentem indi-
cant pro indubitatis habentur, nè delicta
in perniciem Reip. impunita remaneant ex
Card.de Lugo ab eodem laudato, cuius soli-
dum ratiocinium comperio annis superiori-
bus fuisse comprobatum per M.C.V.in cau-
sainquisitionis formatæ contra Joseph de Vi-
ta de appensato, & proditorio homicidio, qui
ex indicis indubitatis damnatus exitit ad
16 mortem, ad quam mortis sententiam justifi-
candæ in gradu appellationis in S.C.ex supra
T 2 tra-

traditis argumentis satis doctè, & breviter scripsit magnus ille sui temporis Fisci Advocatus, postmodum Regius Consiliarius D. Honuphrius de Palma, ut patet ex tenore responsi, quod hic imprimendum du-ximus.

Responsum Regii Consiliarii de Palma.

Vulgare fuit axioma à DD. excerptum ex *text. in l. fin. C. de probat.* in criminalibus, quem non tantum testibus dijudicari convictum, verum & indiciis indubitatis concordat *tex. in l. 2. C. quorum appell. ibi argumentis convictus.*

Verum cum non modica versaretur inter Scribentes contentio, an indiciis indubitatis contra reum existentibus ad pœnæ ordinariæ impositionem Judex devenire possit: optimo jure ad dirimendam hanc dissentionem addita fuit *prag. 12. de offic. Iudic.* qua statutum fuit, posse Tribunalia regia ex indiciis indubitatis pœnam ordinariam, in crimini-bus gravioribus infligere.

Quare justissimè per Tribunal Magnæ Cur. Vic. concurrentibus indiciis indubitatis, 17 fuit ad pœnam ultimi supplicii damnatus Joseph de Vita, appensati, & proditorii homicidii reus, prout à Supremo Senatu S.R.C. in gradu appellationis decernendum fore, omni jure speratur.

Siquidem primo per testes idoneos habetur tempore homicidii prædicti, fuisse in cortilio domus Magnif. U. J. D. Josephi Romani (ubi infelix occisus tunc manebat) auditum exclamare, obimè obimè, & exinde confessim ac eodem instanti, è janua dictæ domus visum Joseph fugientem, cum cultro evaginato, quem infelix occisus insequebatur, acclamando, abi Peppo, abi Peppo, qui statim cum cultro evaginato, in Ecclesiam Divi Jo: ad Carbonariam se refugit; concludunt insuper testes dictam domum unam januam, unumque aditum habere.

Ex qua facti serie, circumscriptis aliis in processu adductis, nulli dubium est non tan-tum indicium indubitatum resultare, verum delictum dici evidens, ac manifestum, ut in propriis terminis docuit Bart. in *l. fur. manifestus tertia in princip. ff. de furtis*, ubi tradit delictum dici manifestum, non solum cum reus in ipso deprehensum,

ditur actu, verum etiam si in aliquo actu propinquo ad ipsum delictum, quod exemplificat in eo, qui fuit visus ex aliqua domo effugere cum gladio evaginato, in qua aliquis occisus reperitur; & subdit ibi Bart. ex hoc dici homicidium manifestum, & hoc idem voluit Bald. in *l. additos num. 2. Cod. de Episcop. audient.* ubi dicit tali in casu delictum effici notorium, & Bart. sequutus fuit Abb. in *cap. tertio loco num. 10. de probat.* ubi dicit tale homicidium, dici notorium, id ipsum, etiam adnotavit Grammat. *decis. 42. num. 5.* & in propriis ferè terminis post alios tenuit *Ma-scard. de probat. concl. 23. nu. 2.* dicens quod si in aliqua domo audiatur aliqua acclamatio, & exinde aliquis cum ense exire videatur, & in ea domo reperiatur aliquis vulneratus non tantum oriri presumptionem, sed veram probationem contra tales exeuntem cum gladio.

Quæ magis fortiter stringunt, & absque ullo scrupulo procedunt accedentibus tot aliis in processu ex abundanti deductis, preser-tim uno teste de visu, cum confessione extra judiciali. Nam etsi in criminalibus secundum veriorem, ac receptionem sententiam, probationes ad pœnam ordinariam minimè conjungantur; negari tamen non poterit, quin junctis dictis aliis 19 probationibus res reddatur luce meridia-na clarior, & indicia sint verè indubita-ta, & manifesta, itaut omnino con-quiescat mens *Judicis*, nec ad aliter credendum inclinare possit, nec ulla hæsita-tio actualis, nec virtualis cadere quo-modò possit, juxta dispositionem dictæ *Reg. pragmat. 12. de offic. judic.* & quæ ad-notavit post *Barbos. D. Rég. Rovit. dec. 63.* nam ut notabiliter dicit Bald. in *d.l. fin. ante n. 5. vers. item ponit*, *Nicol. de Mattar. C. de probat.* ex qualitate, & multitudine indi-ciorum indicatur solidissima veritas oculis mentis *Judicis*, sicuti clara lux ostendit ve-ritatem oculis corporis, qui paulò infra lo-quendo in eadem materia indiciorum indu-bitatorum, inquit, quod plura simul juncta, & in unum tendentia, indicant indubitabi-liter veritatem, & ibi ponit exemplum de eo, qui visus fuit intrare domum, & post modicam horam auditus clamor mulieris, & statim visus fuit cum gladio sanguinolen-to exire, & visa fuit mulier vulnerata, nam dicit Bald. tale delictum ex omnibus præ-dictis

Tractatus Criminalis Analyticus. 149

dictis, dici sufficienter probatum, & in terminis etiam nostris etiam dixit *Natta conf.*
 397. *num. 24. lib. 3.* hoc in casu judices habe-
 20 re ante oculos crimen, inspicio illud ve-
 huti in tabula depictum, immo tanta est
 virtus confessionis extrajudicialis, de qua
 in praesenti, quod etsi de jure communii, ut
 dixi magis recepta fuerit opinio ex indiciis
 indubitatis, minime posse deveniri ad pœ-
 nam ordinariam, attamen si cum indubita-
 tis inditiis concurrat confessio extraju-
 dicialis, pœnam ordinariam fuisse infli-
 Etiam testatur *Crivell. dec. Dolan. 93.* de quo
 meminit *Reg. Rovit. pragmat. 1. de pœnis in*
fin. quibus etiam accedunt Doctores, qui
 dixerunt, ex pluribus inditiis indubitatis
 induci unum inditium indubitatum, ut
 notat *Jo: Andr. in addit. ad Specul. tit. de*
 21 *probat. §. fin. nu. 19. lit. G. verf. ponitur de*
primo exemplum. & alii quos congerit *Fa-*
rinac. de indic. & tortur. qu. 36. num. 4. & *de*
reco confessio, & convict. qu. 86. num. 49.

Et licet in præsenti specie, nulla possit cadere
 hæsitatione, eoque magis, cum in processu de-
 ductum sit dictam domum unum solum
 modo habere aditum, juxta ea, quæ com-
 muniter tradunt DD. tamen est animadver-
 tendum in hac materia inditorum indubi-
 tatorum, non esse faciendam, scrupulosissi-
 mam indagationem, sed eam, quæ juri, &
 rationi consonat, nam etsi aliqui dixerunt,
 quod ubicumque possibile est rem aliter se
 habere, tunc non dici inditium indubita-
 tum, ut fuit de mente *Paul. de Cast. in d. l. fin.*
C. de probat. id tamen intelligendum erit
 cum grano salis, non de quacunque possibi-
 litate, quæ forsitan rarissime, aut nunquam
 contigere solet, sed de ea possibilitate, quæ
 verisimiliter accidere potest, & regulari de-
 bet à discursu rationis non chimerizando,
 nec figurando aliquem casum non verisimi-
 lem, aut omnino extraneum, ita colligi-
 tur ex theorica *Bald. in l. neque natales nu.*
 3. & 4. *C. de probat.* ubi quod in materia pro-
 22 bationum, locus à communiter accidenti-
 bus ponderatur à jure, & ibi præsertim po-
 nit exemplum de eo, qui fuit visus ire cum
 gladio sanguinolenta, nam ex hoc resultat
 manifestè percussisse illum, qui reperitur
 mortuus, licet de possibili esse possit, quod
 percussisset aliquod animal, & inde gladius
 remansisset sanguinolentus, & subdit hoc
 esse menti tenendum, quia in materia pro-
 bationum habet locum argumentum à co-

muniter accidentibus, & alibi idem *Bald. in*
d. l. fin. C. de probat. ante num. 10. dicit pro-
 bationes certas non tantum illas dici, cum
 non possit persuaderi contrarium, verum
 etiam si non possit probabiliter dissuaderi,
ad text. in l. qui sententiam, C. de pœnis, &
 idem *Bald. in ead. l. fin. sub num. 5.* loquendo
 de eo, qui visus fuit exire cum gladio
 sanguinolento, ex aliqua domo, ubi aliqua
 mulier reperiatur vulnerata, subdit quod
 licet possit dari casus, quod illa mulier se
 vulneraverit, tamen dicetur delictum suf-
 ficienter probatum, quia non præsumitur,
 nec est verisimile, sibi ipsam vulnus infli-
 xisse, sed passum ab inimico.

Et magis ad propositum idem *Bald. in l. ea*
quidem 8. C. de accus. quem sequuti fuerunt
Angel. Carr. Brun. Menoch. M. scard. & alii
 23 relati per *Farin. d. qu. 36. n. 37.*) indicia in-
 dubitata sic diffinivit, quod sit demonstratio
 rei per signa sufficientia, per quæ animus
 cōquiescit, & plus investigare non curat, non
 enim dicit *Bald.* per signa, sive inditia neces-
 saria, sed sufficientia, quæ valde inter se diffe-
 rūt, ut colligitur ex *Menoc. de arbit. cas. 270.*
 24 *nu. 7.* & cum ministerio subduntur in fine d.
 conclusionis illa alia verba, & *plus investiga-*
re non curat, quasi velit dicere, quod dato
 possit dari aliis casus forsitan non verisimi-
 lis, nec accidere solitus, tamen per hoc Ju-
 dex debet quiescere, & suum animum fe-
 dare, & alibi, idem *Bald. in l. quicunque*
num. 25. C. de servis fugitivis; vocat indi-
 tia indubitata ea, quæ sunt ita certa, ut vix
 negari sufficient.

Quod patet præsertim in exemplo plures ad-
 ducto de eo, qui fuit visus exire cum gla-
 dio sanguinolento ex aliqua domo, in qua
 aliquis reperitur mortuus, quo in casu om-
 nes uno ore tradunt, dici inditium indubi-
 tatum, & probatio manifesta, & tamen po-
 test dari casus, quod alias occiderit, & reli-
 querit gladium sanguinolentum, & quod
 inculpatus intraverit dictam domum, & re-
 perto cadavere gladium sumperit, & fu-
 gam arripuerit, prout de *Ulis. recenset*
Menochius de arbitr. casu 270. num. 19.

Insuper *Jurisconsultus in d. l. 3. de furtis,* vocat
 furem manifestum, non tantum qui in ipso
 actu furandi deprehenditur, verum si cum
 26 re furtiva, post furtum commissum depre-
 henditur antequam ad locum destinatum
 pervenerit, ita ut ex hoc solo fuisse quem
 damnatum per *M. Q. decisum. testatur Dorn.*
Reg.

Reg. Sanfelic. decis. 39. & tamen potest dari casus, quod res non fuerit ab eo subtracta, sed quod vel eam invia invenerat, vel ab alio ei tradita fuerit.

Et insuper advertatur, quod etsi *Dom. Reg. Rorivius d. dec. 63.* sequendo opinionem *Barbor* se distinguat inter delicta, quae occulto fieri solent, & ea, quae non ita, ut in hoc ultimo casu ad constituendum indicia indubitate requiratur, nullam adesse posse hæsitationē, neq; actualē, neq; virtualem, in primo vero sat sit, si actualis desit hæsitationē, & quamvis delicta occulta regulariter illa dicantur, quorum probatio, ex communiter accidentibus, non ita faciliter haberi potest, tamen quia hodie crescēt malitia hominum, passim etiam homicidia, quae alias inter delicta occulta connumerari non solent, ita secreto, & occulto fieri solent, ut vix probatio vera per testes de visu haberi possit, ut in propriis terminis consideravit *d. prag. 12. de offic. judic.* in illis verbis: *Essenduno multiplicati in tanto numero li delitti, & per lo di più commettendosi con cautela tale, che non si può haverre cognitione,* fatis superque erit, si desit actualis hæsitationē, cum difficultas probationis, quam considerarunt Doctores in delictis, quae occulto fieri solent, ita se habeat, quando certum est, quod alii testes non adfuerint; sicuti quando adesse non potuerunt, ut pluries per Senatum Mediolanī servatum fuisse testatur *Clar. in S. fin. qu. 24. post num. 19. vers. sed certe*, quem sequitur *Præf. de Francb. dec. 538. sub n. 12.*

S U M M A R I U M.

- 1 *Judices inferiores, qui non sunt de gremio Tribunalium Collegiorum non possunt ex indiciis indubitatis damnare reos ad paenam ordinariam mortis, & de ratione, num. 2. Et quid quoad paenam extraordinariam graviorem num. 13.*
- 3 *Et quid in Consiliario Gubernatore Civitatis Capuae, & in Presidente Regiae Dogane apud Fogiam.*
- 4 *Et quid in Commissario Generali Campaniae, Auditore Generali exercitus, & Regiarum Trinemium, & Judice M. C. Admiratis babentium jurisdictionem intus Civitatem, n. 5.*
- 6 *Judices Tribunalium Collegiorum non utuntur præminentibus procedendi ex indiciis indubitatis in causis devolutis à Curiis inferioribus.*

- 7 *Iudex num possit ex indiciis, vel semiplena probatione condemnare reum ad paenam extraordinariam, & an communis judicandi error excusat, n. 8.*
- 9 *Probationis divisio in plenam, & semiplenam non jure fundatur ex Anton. de Matthæis, cuius verba referuntur.*
- 10 *Iudex non potest recedere à sententia recepta moribus, & judicandi consuetudine.*
- 11 *Refellitur Reg. Marciani opinio.*
- 12 *Auctor abhærendo receptis sententiis recedit ab opinione Reg. Marciani.*
- 14 *Paena, quae minoranda venit ob justam, vel rationabilem causam, vel ob inopiam probationum, num minoranda veniat in eodem genere pena, n. 15.*
- 16 *Rejicitur D. Raynald. cum distinctionibus ab eodem traditis, num. 17. 18. & 19.*
- 20 *Pena triremium perpetua, vel ad tempus, an assimiletur deportationi, vel relegationi.*
- 21 *Paena triremium temporalis, sive perpetua, an sit semper pena ultra relegationem. Et quid in Regno num. 22.*

C A P U T VII.

Judices inferiores, nempè Gubernatores, & Regii Assessores, & cæteri Officiales Baronum num possint damnare reos paenam ordinaria ex indiciis indubitatis, & quid quoad paenam extraordinariam arbitrandam ex indiciis violentis, & satis urgentibus.

- 1 **D** *Ecclio negativa habetur in prag. 13. de offic. Iudic. per quam arbitrium condemnandi reos ex indiciis indubitatis ad paenam summi supplicii sicut restrictum ad Tribunalia collegiata tantum.*
- 2 *Ratio ita decernendi fuit, quia Judices inferiores locorum particularium Regni abutebantur hac facultate condemnandi ex indiciis indubitatis, interpretando indicia ultra illorum vim, Reg. Rovit. decif. 63. nu. 8. vers. & quia.*
- 3 *Difficultas tamen subesse potest respectu Gubernationis.*

Tractatus Criminalis Analyticus. 151

3 bernatoris Civitatis Capuae, & Presidentis
habentis administrationem Regiae Dogane
apud Fogiam, qui sunt de gremio Tribu-
naliu[m] Collegiatorum, nemp[er] S.C. vel Re-
giæ Cameræ, & nec non dubium verti po-
test respectu Commissarii Generalis Cam-
panie, Auditoris Generalis exercitus, & Re-
4 giarum triremium, & M.C. Admirat[or]e ha-
bentium privativam jurisdictionem intus
hanc Civitatem, respectu Gubernatoris
Civitatis Capuae, crederem non esse com-
municatam præminentiam, ex rationibus
traditis per Consil. Carleval. de judic. tit. 2.
disput. 8. num. 32. in fin. sed aliter dicendum
censeo respectu ceterorum Judicu[m] dele-
gatorum præsertim habentium jurisdictionem
5 intus hanc Civitatem, quos prætendi,
potest non esse comprehensos sub restrictio-
ne Regiae Pragmaticæ, siquidem nedum
asseverari potest Tribunalia Auditoris Ge-
neralis, & Regiarum Triremium, & Regiæ
Curiæ Admirat[or]e esse collegiata, sed quod
requirebatur quoque, ut fieret de illis ex-
pressa, & specialis mentio, juxta Castil. dec.
248. quam refert Basilic. det. 20. n. 13.

Altera difficultas subesse potest, si casus acci-
derit in jurisdictione Judicu[m] inferiorum,
6 qui procedere non valent ex indiciis indu-
bitatis, num capta informatione per eun-
dem Judicem, & prolata sententia, causa que
devoluta ad Tribunalia superiora collegia-
ta, causa appellationis sit decernenda virtute
facultatis, & præminentia tributæ diuisi
Judicibus superioribus, vel causa sit agita-
nda, prout fuit agitata per Judices inferiores,
quibus talis facultas adimebatur. Videndus
est Brunus. in co[n]sent. ad l. 1. de sent. que sine
appellat. rescinduntur num. 7. qui concludit
sententiam esse ferendam secundum con-
suetudines loci, ubi causa fuit prius agita-
ta, de quo memores suimus in tie. de affas-
finio num. & alibi.

Exorbitat profecto à jure communi praxis il-
la, quæ invaluit in Regno damnandi poena
7 extraordina reos gravatos urgentissimis
indicis, vel semiplena probatione, quod le-
gibus, aut rationibus defendi non potest;
nam antiqua decretorum formula non ita
se habebat, sed ad tres tantum Praetor de-
duxerat, absolvendo, condemnando, non liquet, un-
dè merito Reg. Marcian. in sua oper. legal.
posthum. in tit. de indic. delict. cap. 4. affirma-

8 re ausus fuit, quod hæc praxis non jure pro-
betur, nec frequens error judicandi excusat

in re, cui obstant tam clara juris principia,
quæ statuunt neminem ex presumptioni-
bus esse damnandum, & in dubio reum esse
potius absolwendum, ex regula texti. in l.
absentem, ff. de p[ro]en[ti]s, stipulatur Anton.
de Mattbeis, qui respuit divisionem proba-
tionum in plenam, & semiplenam in tract.
de criminib. tit. 15. de probat. cap. 1. num. 5.
sub illis verbis: *Quinimo divisio illa proba-
tionis in plenam, & semiplenam nullo modo
ferenda est, probare enim est fidem judici fa-
cere: non facit autem fidem, qui ut illi dicit
imbuere potest: persuadere nullo modo potest.*
Sed ego, qui adhaerere soleo receptis sententiis,
adhæreo sententiae contrariae receptæ mori-
10 bris, & judicandi consuetudine, à qua con-
suetudine judicandi nefas erit recedere, ju-
xta celebrem doctrinam Abbat. in cap. cum
dilectus de consuer. quam post Roderic.
Suarez extollit Solorzan. de jure Indiar.
lib. 3. cap. 2. num. 45. ita quod excusatur of-
ficialis quantumvis contra leges judicave-
rit, si ita invaluerit stylus, seu consuetu-
do judicandi per doctrinam Bartol. notavit
Reg. Rov. sup. prag. 1. de sindicat. official. n. 6.

Ex quibus corruit opinio Reg. Marcian. qui in
superius citatis locis sub n. 15. non negavit
11 hanc nostram sententiam receptam fore in
supremis Tribunalibus, sed nihilominus se-
veriori sententia se subscripsit his verbis: *His
iijit[ur] rationibus ductus severiori sententia
subscripta, dubium tamen erit, an à commu-
ni recederem, si judicare, cum in omnibus
Tribunalibus admittatur, & apud nostri
temporis legulejos male audiret, qui rebus
judicatis calculum negaret. Sed utinam in
re tam clara frequens error supinam juris
ignorationem excusaret.*

Parcat mihi doctissimus ille vir, quod error
judicandi benè excusat ex superius traditis
12 rationibus, quibus addimus, quod præsum-
ptiva probatio est vera probatio apta ad
probandum in causis capitalibus, quemad-
modum testes, & instrumenta obligant etiam
in foro conscientiæ, juxta animadversionem
Ant. Merend. controv. for. lib. 5. c. 40. 20. 1. &
cap. 39. num. 14. & 15. & hanc opinionem uti
Reipublicæ proficuum comprobat Reg. Rov.
in prax. decretor. cap. 8. à num. 9. ad 11. &
par. 2. resolut. crim. resol. 19. à num. 13. ad 15.
ubi quod si contraria sententia servaretur,
Respublica valde laederetur.

Hæsitandum crederem in Judicibus inferiori-
bus demanialibus, vel Baronum, qui pas-
sim

sim sibi usurpant hanc potestatem condemnandi reos ad poenam extraordinariam triremium ex indicis, & præsumptionibus, cum hæc sit præminentia supremorum Tribunalium, ut ex *Pignatell. consult. canon. 45. num. 3.* diximus in nostra practic. obseru. 45. num. 4.

Non minus pulchra est altera quæstio præcedenti affinis, num poena quæ minoranda venit ex aliqua justa causa, minoranda veniat in eodem genere poenæ.

Negativam substinui sententiam in pluribus factis contingentibus ex *Ricci decis. 169.* ut 15 patet in meis obseru. ad singul. 197. nū. 19. & in practicab. obseru. 83. nū. 20. & 21, sed quia postmodum inveni *Raynald. cap. 34. §. 12. à num. 77. ad 80.* in contrarium decertantem, & contendentem, *Ricci* opinionem non esse usui receptam in supremis Tribunalibus; ego adhuc firmiter persisto inhærendo in *Ricci* sententiam, nec me absterret

16 *Raynald.* authoritas; Profecto *Ricci* sententia nititur solidis principiis, & juris fundamentis, quod satis non videtur ad illam infirmandam distinctio, qua utitur *Dom. Raynald.* Siquidem ut distinctio præscribat sibi locum plures essent distinguendi casus, nempe an poena veniat minoranda ex qualitate minuente, vel ex defectu probationis, & insuper esset consideranda qualitas minuens. In primo enim casu possent subintrare traditæ distinctiones, & contrariae Doctorum traditiones, qui in dictis terminis 17 ratiocinantur, concedendo, posse Judicem decernere poenam in eodem genere, & qualitate poenæ, quod tutius in praxi repositum in Judicis arbitrio credit *Frantif. Maria Pratus practicab. obseru. cap. 20. nū. 39. 40. & 41.*

At in secundo casu, & sic quando Judex co- geretur diminuere poenam ob inopiam probationum, quia non adesset plena probatio, & indicia essent arbitranda in poenam extraordinariam, juxta receptam Tribunalium præmixtum, utique non posset uti hoc arbitrio in decernendis poenis in eodem gene- ne, & qualitate poenæ, nam quando sententia fertur ex præsumptione violenta, Judex multum debet temperare sententiam, nec condemnare reum ad poenam corporalem ex communiter recepta doctrina *Innocent.* in cap. quia verisimile de præsumptionibus, quam pulcrum appellat *Reg. de Ponte conf.* 96. nū. 18. tom. 2.

Et hoc adeò verum est, quod idem *Raynald.* in obseru. dicti cap. 32. §. 4. supplem. 7. n. 160. 19 stat pro hac sententia, quando est receden- dum à pœna ordinaria ob defectum plenæ probationis, unde ejus contraria opinio est intelligenda secundum terminos propositæ distinctionis, ne videatur sibi contrarius.

Ex quibus corruunt cætera argumenta ejus- dem *Raynaldi*, quæ fundantur in consuetu- 20 dine judicandi supremorum Tribunalium, & in distinctione inter pœnam triremium perpetuam, & ad tempus, quarum prima assimilatur deportationi; & secunda relegationi, nam pœna triremium sive sit tempo- ralis, sive perpetua semper est ultra relega- 21 tionem, *Granut. theorem. 3. à num. 10. Ba- ron. in racemation. post tract. de effectib. ini- mitit. num. 16.* ubi laudat *Giurb. in conf. 37. num. 10.* dicentem pœnam triremium excede- dentem annos duos considerari uti pœnam supra relegationem.

Hæc sententia absque ulla hæsitatione est am- 22 plectenda in Regno virtute *Reg. Pragmat.* 4. in §. 17. de visitat. carcerator. de qua in obseru. ad sing. 197. n. 19. in fin.

S U M M A R I U M.

1. *Tortura est moribus antiquissimis introducta jure gentium apud Christianos Principes, & apud ceteras Mundi regiones.*
2. Referuntur verba eruditissimi Joannis Othonis Tabor. celeberrimi Jur. Conf. Ger- manie ad banc assertionem probandam, num. 3. 4. 5. & 6.
7. *Tortura apud Romanos non bominibus li- beris, sed servis irrogabatur ex Cujac. Paul. Manut. Rosino, & Alberico Gentile, n. 8.*
9. D. Paulus se exemptus à tortura, iactando se Civem Romanum.
10. *Tortura, & questioni fuisse suppositos ci- vies Romanos, & homines liberos, etiam iure digestorum attento, probatur ex Zanger. & Benedict. Carpzov. cuius verba transcri- buntur n. 11.*
12. *Torqueri an possint personæ nobiles, illu- stres, & Doctores ob eorum dignitatem.*
13. *Et quid servetur de consuetudine in Re- gno Neapolitano cum Principibus, Ducibus, Marchionibus, & ceteris titulatis, & Ba- ronibus.*
14. *Consuetudine an tolli possit privilegium non torquendi nobiles tanquam clausum in corpore juris.*

15 Et

- 15. Et quid in atrocioribus criminibus lesa Majestatis divina, vel humana.
- 16. Et quid quando procederetur ad torturam, consule Princeps.
- 17. Tortura ex processu informativo an possit inferri personis nobilibus, resonantur questio ex verbis Thoma Grammatici accepticundis secundum Authoris intelligentiam.
- 18. Privilegium largitum Neapolitanis, & Baronibus, ut non subjaceant tortura ex processu informativo, an communicatum confatur milibus.

C A P U T VIII.

De Tortura, & ejus origine, & an quæstiones sint inventæ ab Imperatoribus Ethnicis, vel moribus juris gentium. Plenè differunt de antiquo tormentorum usu in omnibus Mundi Provinciis, expensis verbis eruditissimi Joannis Othonii Taborri Juris Cons. Germanici. Examinatur, an personæ illustres possint subjici quæstionibus.

Torturam more Majorum introductam ex Cicerone probat Vesemb. in parat. de quest. nu. 2. ad hoc ut per torturam veritas exquiratur, cum talis mos exquirendæ veritatis inter species probatorum per Doctores referatur, ut plenè comprobat doctissimus, & eruditissimus Germanus Joann. Otbon. Tabor. in volum. 2. tractat. & definition. Criminal. cap. 2. de tortura, & indicis delictor. n. 7. & 15. ubi satis plenisimè percurrit quæstionis materiam, quam profitetur probari nedum novo, & veteri testamento, sed extitisse moribus receptam apud Romanos, & quibus fuit admissa cum ceteris illis græcorum institutis, quæ necessaria; & utilia fuerunt existimata ad Rempublicam gubernandam, & esse morem antiquissimum juris gentium, qui invaluit apud ceteras mundi regiones, & apud Christianos etiam Principes, cujus Authoris in

omni eratione veritissima verba tanquam notarii digna hic typis excidi putavit. Nam etiamque fixum, quia hic modus explorande veritatis iustis rationibus à majoribus fuoris receptus, exempli tradidicte Græcorum, utilior in Rep. adhibitus (uti banc pbrasis explicat P. Faber a. Semistr. 7.) Christianos etiam Principes non peccasse, quid moderatentur ejusdem usum in foro restauerint. Cum nihil ex antiquo mosum probabile sit, sed diligenter servandus simus fidelissima antiquitatis, & ut Iustinus ait, Apol. 2. fol. 66. maxime cum in mos etiam aliis plerisque gentibus non sine ratione probatus sit, ut quis forte hanc morem non male citara iuri sentire cum Vesemb. b. nu. 3. ascriperit. Unde aequitas, & justitia cuius exploranda veritatis modi tanto magis elucebit. Atque ita num. 2. & 3. Vesemb. traditæ conciliari comodi poterant, ubi initium rei moribus majorum, progressum juri G. ascriperat V. Sime 9. de jure N.G. & C. Frustra est Author paradox. Argent. quando Vesembec. pag. 31. objicit. Non omnem mitem antiquissimum jus G. facere. Loquitur enim Vesembec. de ejusmod. more, seu consuetudine, que sua se aequitate plerunque omnibus maioribus gentibus ab antiquo usque ad hæc tempora ita commendavit, ut pro jure legitimo habeatur §. 1. I. de I. N. G. & C. Minoris probatio à Vesembecia brevitatis studio omis sa est. Postea autem facile ex historia temporum deduci. Et de græcis quidem, & in primis Atheniensibus jam supra dictum de Lacedemoniis consuli potest Kragius de Repub. Lacedem. cap. 4. Persas quoque quæstiones in exploranda facinorum veritate adhibuisse Briffon. de Regno Persar. lib. 1. pag. 87. disserit afferit, idque pleribus scriptorum locis poterat probare. Ita enim tradit. Epiphanius. contra heres c. 66. de Manicheis. Keckermannus de Monarchia Persar. disp. 1. tb. 36. Exempla apud Historicos passim sunt obvia. v. Curt. 4. bistor. cap. 10. num. 32. Ioseph. antiqu. Israelic. lib. 1 I. cap. 16.

Ægyptiis quoque hunc morem placuisse patet ex Ananian. Marcellin. lib. 19. subf. & l. 22. subf. Conferatur Elianus lib. 7. varior. biflor. cap. 8. De Macedonibus, aliisque gentibus videri potest Clemens Alexandrinus 4. Stromat. pag. 49. Polydor. Vergil. de rerum invent. lib. 2. cap. 3. Brodeus lib. 2. miscellan. cap. 9. & 10. De consensu Visigotorum v. l. 2. tit. 1. lib. 6. & lib. 3. tit. 1. lib. 12. Bojanianus sis. 8. cap.)

ap. 18. Confis. Carn. M. & Lutetia. Pii lib. 6 cap. 144. De Masconitis videri potest Paulus Sivius in Saruatis pag. 93. De Gallis consulendas Barnabas Brisson in Cod. Heinriciano lib. 7. tit. 8. itemque Thomas Cormier in Cod. Heinriciano lib. 3 l. tit. 3. Bernard. Autum in Cellat. juris Gall. ad b. sit. De Italiis, & Hispanis usurpatio notissima est ex Claro, Boffio, Deciano, Farinacio, Covar- 6 ruv. præst. quest. cap. 23. num. 5. De Belgii moribus vid. Zypicus in notit. jur. Belg. lib. 9. Anton. Matth. ad b. 1. Nec in Scoria planè incognitum esse questionum usum, vel ecce Boetio licet colligere, quando l. 2. b. isto. Scos. pag. 23 i. sum. 44. scribit: Donec validus nunc- 7 cum immanis sceleris consilium, parvum ne forte torturis cogeretur verum fateri, impulit ad occupandam fugam. Hucusque citatus Author.

Non me latet illud, quod apud eruditos circumfertur, nempe quod apud Romanos 7 tortura non nisi servis interrogabatur, non autem hominibus liberis, cujus opinionis antisignanus dicitur Cujac. in paratr. DD. ad tit. de quest. accedit Paul. Manut. de ll. Roman. pag. 128. Alberic. Gentil. ad l. 2. C. de malefic. & maternat. Rosin. de antiquit. Roman. cap. 21. sub tit. de quest. cujus verba sunt: Questiones fuerunt testimonia servorum, vi tormentorum expressa idque proprium accusatoris fuisse adjicte, ut reum ex dictis ser- vorum convinceret.

Ex quibus principiis motus Cic. in partit. orat. dicit acerbissimum fuisse, quod apud Athene- 8 nenses, & Rodios etiam liberi torqueren- tur, & diligentissimus Barnabas Brisson. te- statur non plures, sed unum tantum casum comperire potuisse in ff. ubi liber homo tortus sit, quem invenit in l. 27. ad l. Iuliam de adulter. Unde Apost. Paul. se exemit à 9 primo torture gradu jaētando sic civem Romanum esse, ex quo inter prerogativas civium Romanorum erat quod à torturis immunes essent, ut testatur etiam idem Apost. in act. Apost. cap. 22. & 24. concordat Anton. de Matth. eis ad lib. 48. tit. 16. cap. 5. de questionibus in princip. cuius verba sunt: Quare & D. Paulus cum veritatis exprimenda causa loris à Tribuno cadi jussus es- set, non eo colore questionem deprecatus est, quod iniquum esset, quempiam torquere, sed quod civis Romanus esset.

Sed ex adverso multa adducuntur argumēta, ex quibus arguitur etiam jure digestorum

10 liberos homines totos fuisse, ut apud Zan- ger. cap. 1. de tortur. num. 8. & ita moribus exceptum esse, & neminem esse exemptum à tormentis, nisi jure speciali contraria- tam cautum esset, quix si verum esset, quod ho- mines liberi torqueri non posse, fru- stra tot exceptiones proditae essent ad red- deadum homines liberos in dignitate con- stitutos, vel aliqua exceptione tutos à tor- turis immunes, ut satis bene ratiocinatur Benedict. Carpov. per. 3. qu. 11 2. ad 10. ad 4. cuius verba hic typis mandari placuit:

11 Evidem non ignoro apud Romanos fuisse testimonia servorum vi tormentorum ex- pressa, Iohann. Rosia. lib. 9. Roman. antiqui- tate. cap. 21. unde quidam statuere baud ve- ritati fuere torturam non nisi servis fuisse impositam. Attamen cum certissimum sit li- beros quoque homines tormentis interrogari posse id, quod non modo generalis consuetu- do probat, tam quoad mares, quam feminas, sed ex pluribus juris capitibus manifestum est, l. 3. ff. de pénis, l. 1. S. nec frater 10. S. Di- vus 17. lex libero 15 in princip. l. cuius 18. in princip. S. I. S. testes 3. ff. de quest. l. prodi- tores 7. ff. de re militari, l. 3. S. ipsa quoque l. milites & decurionae 16. cum l. seq. C. cod. tit. Novell. 90. cap. 5. in fine, Guid. de Suza- ria in tract. de indic. num. 8. Ioh. Zanger. ex tract. de quest. & tortur. cap. 1. num. 8. Ia- cob. de Belvis in præst. crimin. rub. de quest. num. 7. utique b. ec regula generalis inde baudquam infringi poterit, omnes nem- pe torqueri posse, qui in iure specialiter non reperiuntur exempti, prout etiam conclu- dunt DD. communiter Anton. Gomez. num. 3. variar. resol. cap. 13. num. 5. Iulius Clor. lib. 5. sentent. S. ultim. quest. 6. 4. num. 15. Iodoc. Dambois in præst. ter. crim. c. 41. n. 1. Ioh. Zanger. in tract. de quest. & tort. cap. 1. n. 43. Petrus Theodor. in colleg. crim. disput. 9. th. 10. Restat difficultas, an personæ illustres, nempe Barones, milites, atq; DD. ob eorum digni- 12 tatem torqueri prohibeatur, quibus quam- vis jure communi inspecto, hoc privilegium indultum videatur ex tec. in l. nullus C. ad l. Iul. Majest. l. miles, C. de quest. & in l. De- curiones, ff. de quest. nihilominus contraria confuetudine sublatum esse testatur Boer. dec. 163. Ant. Fab. in C. tit. de quest. def. 13. & hoc privilegium per totam Italiam non servari testatur Franciscus Casanus in tra- ctas de torment. cap. 10. num. 13. & in Regno

13 Neapolitano titulatos nempe Principes Du-

Tractatus Criminalis Analyticus.

155

Duces, Comites, Marchiones, & cæteros Barones, & Doctores quoque passim tortos vidisse testatur *Angel. Scialoyain* præc. torquendi reos cap. 13. à n. 41. & 44.

Sed hanc consuetudinem servandam non esse statuunt communiter DD. cum privilegium largitum nobilibus tanquam in corpore juris clausum, consuetudine tolli non possit, ut per *Bart. in leg. omnes Iudices* 33. num. 2. *C. de decurion.* ruetur ad argumenta contraria respondens *Bocer. de quest. cap. 4.* num. 78. *Carrer. in pract. crim. in 2. tract. de indic. & tortur.* §. circa tertium quæ personæ. *Boss. in tit. de indic. num. 111. Iul. Clar. in pract. qu. 64. num. 16. vers. nibilominus,* & hanc sententiam humaniorem esse tradit ex recentissimis eruditis Authoribus *Io: Ortho Thabor. tract. crim. vol. 2. in tit. de tortur. & indic. delictor. cap. 5. n. 46. fol. 461.*

Quæ opinio de non torquendis nobilibus tanquam æquitati consentanea solida mihi vi 14 detur, & convenio libenter cum Doctoribus dicentibus contraria consuetudine tolli non posse, exceptis tamen criminibus atrocioribus, ut crimen lèse Majestatis divine 15 vel humanæ, falsæ monetæ, & cæteris criminibus nefandis cumulatis per *Ben. Carpzov. in præc. crim. quest. I. I. num. 86. & 87.* ubi in hanc descendit sententiam, vel excepto casu, quo consulto Principe Judex nobiliter torturæ subjiciendum decerneret, quia Principe consulto, ac permittente nobiles, ac cæteræ personæ privilegiatae torqueri pos 16 sunt, ad cuius voluntatem, & permisum reposita videtur vis consuetudinis, ut satis luculentè substinet, & pluriè pronunciatum demonstrat idem *Carpzov. in latr. cit. à n. 94. cum seq.*

Secundum has intelligentias, & non aliter substineri potest observantia, de qua testatur 17 *Thom. Grammat. in suo voto 30. n. 31. in fin.* ubi testatur nunquam vidisse, neque audiisse per M. C. V. ubi fuit Judex per longum tempus fuisse processum ad torturam ex processu informativo contra personas nobiles, nedum de nobili, & generosa profapia, sed adversus simplices nobiles inquisitos de quibusvis criminibus. Audiantur (quæso) verba Authoris: *Et existentibus predictis conjugibus personis qualificatis, & de nobili, & generosa profapia; & cum adversus similes personas, imò simplices nobiles à tempore 35. annorum, quo prima vice creatus fui Judex in MCXV. & in qua interpel-*

latis judicando tria ferè lustra pertransi; nunquam nec ante, nec post vidi, aut audi vi, quod ipsa M. C. usus fuerit sua præminentia ex processu informativo adversus personas nobiles inquisitas de quibusvis cri minibus.

An privilegium non inferendi torturam ex processu informativo personis Neapolitanis, & Baronibus hujus Regni communis censeatur militibus, affirmativè resolvit *Reg. Rovit. super pragm. 1. de immunit. Neapolit. num. 14. ex Mutio Surgeant, in ad dit. ad Marc. Ant. ejus fratrem de Neap. illustrat.* & de quibus militibus hoc sit intel ligendum, adeundus est *Angel. Scialoya in præc. torq. reos cap. 13. num. 49.*

S U M M A R I U M.

- 1 **T**ortura an sit species probationis.
- 2 Tortura est remedium subsidiarium, ita ut Judex non poterit ad torturam deve nire, nisi aliis probationibus deficientibus.
- 3 Judex quæ ponderare debeat antequam deveniat ad torturam.
- 4 Indiciis levioribus qd torturam non sufficientibus, reus an possit interrogari cum particula monitus.
- 5 Habilitatio rei an sit practicanda non existentibus indiciis ad torturam; quando imparitus fuerit terminus super defensio nibus num. 6.
- 6 Habilitationis in forma decretum, à quo tempore fuerit moribus introductum in Magna Curia Vic.
- 7 Liberationis in forma decretum an sit interponendum post torturam toleratam.
- 8 Tortura illata reo ex valde urgentibus indiciis, & reo persistente in negativa, non erit deveniendum ad 'decretum' absolut orium, sed ad pœnam extraordinariam.
- 9 Tortura illata reo ex valde urgentibus indiciis, & reo persistente in negativa, non erit deveniendum ad 'decretum' absolut orium, sed ad pœnam extraordinariam.
- 10 Torturam inferre, vel dampnare reum pœna extraordinaria, an sit Judici arbitrii existentibus in processu urgentissi mis indicii.
- 11 Indiciis indubitatis concurrentibus an sit repositum in Judicis arbitrio torquere reum, vel illum plectere pœna extraordina ria tritemum.
- 12 Et quid servetur Romæ in gravato in diciis indubitatis, qui persistit in tortura.
- 13 Et quid in indiciis indubitatis babenti bus admistam hesitacionem.
- 14 Tortura acriter illata, & reo in negati va

- va persistente erit locus paenæ triremium per septennium.*
- 15** *Tortura an sit pernecesse inferenda in criminè à pluribus commisso.*
- 16** *Appellare an possit accusator, & fiscus accusatoris appellacioni inbærere à decreto, quo Judex mandavit reum non esse torquendum.*
- 17** *Refertur casus decisus.*

C A P U T IX.

Tortura an sit probationis species, & quando Judex possit ad quæstionem devenire, & quæ indicia exigantur, An existentibus indiciis valde urgentibus sit reponitum in Judicis arbitrio devenire ad torturam, vel plectere reum pœna extraordinaria, assertur in medium Authoris distinctio, Appellationi an sit locus, Judice decernente, quæstioni non esse locum, Referuntur decisiones pro resolutione propositæ quæstionis.

Quod tortura non sit probatio, nec probationis species, sed quod adhibetur, ut exprimatur confessio, notat Anton. de Martha's de probat. cap. 2. nu. 78. verum quod sit species probationis, ex Regnicolis dixit D. de Francibis decis. 664. num. 15. in fin. cuius opinionem si concedere velimus, necessariò fatendum erit, quod tunc Judici fas erit ad torturam pervenire, quando reus talibus gravatur indiciis, ut sola confessio deesse videatur, ut consultus respondit Ulpianus in l. 1. §. 1. ff. de quæstion. Boff. in tit. de indiciis num. 17. Foller. in pract. criminal. verb. Item quod suffocavit uxorem nu. 22. & communiter apud Carpzov. qu. 108. n. 17.

Quare adhærendo receptis sententiis concludendum puto. Torturam esse remedium a subsidiarium reliquarum probationum, nec Judicem ad illam devenire posse, nisi aliis

probationibus deficientibus, ut constat ex Imperat. Dioclet. & Maximil. rescripto in l. quoties 12. C. de quæstion. & in l. edictum 8. in princip. juncta l. seq. ff. de quæstion. Marsil. in cit. l. in princip. num. 10. cod. tit. & in pract. crimin. §. nunc videndum num. 22. & 23. Henric. Bocer. de quæstion. & torturis cap. 3. num. 4. & 5. ubi habetur, quod non erit ad eam deveniendum, quando per instrumenta, vel per testes reum convincentes, vel per confessionem liberam, veritas obtineri potest, ex textu in l. Divus 9. ff. de quæstionib. & in l. quoties 12. C. eod.

Quibus sic stantibus Iudex ante, & post peratas defensiones debet percurrere processum, & inspicere an adsint indicia levia, vel gravia, & si ad torturam, vel urgentiora sati ultra torturam, & an enervata per defensiones extiterint, quia in unoquoque ex dictis casibus variatur modus procedendi.

Profectò in primo casu, in quo compariuntur in processu indicia levia, & ad quæstionem 4 inferendam non sufficientia, reus non erit interrogandus cum particula *monitus*, juxta morem servari solitum in Neapolitanis Tribunalibus ad finem contestandi litem, ex quo graviora requiruntur indicia saltem ad torturam, juxta monitum Reg. de Rosa in pract. decret. cap. 7. n. 3. & in cæteris locis per nos allegatis in nostra practic. observat. 83. num. 9. Et proindè in hoc casu sit locus provisioi fieri solitæ, quod babilitetur *informa*, juxta praxim traditam per Carav. super Riz. 248. num. 18. & per nos.

Quinimò si indiciis ad torturam non existentibus fuerit impartitus terminus ad defendendum, nullis factis defensionibus erit interloquendum, quod babilitetur *suspensio decreto defensiones*, ex traditis per eundem Reg. de Rosa cit. cap. 7. & n. 4. ad 6.

Existentibus indiciis ad torturam nendum interrogatur reus cum particula *monitus*, sed 6 contestatur lis, & impariuntur defensiones ex quibus enervatis indiciis interponitur decretum, quod liberetur *informa*.

Hoc decretum cæpit deduci in praxi de anno 1582. existente Fisci Patrono M.C.V. D. Bi-lotta, nam prius ferebantur sententiae absolutoriae simpliciter, ut testatur D. de Francibis decis. 276. in fine, & de hac praxi testatur Foller. in pract. crim. verb. audiantur exceptiones proponenda n. 71.

Non enervatis indiciis per defensiones erit 8 subjiciendus reus quæstioni, per quam tota-liter

Tractatus Criminalis Analyticus. 157

liter enervantur indicia, ita quod decretum liberationis, quod interponi non licuit post defensiones, rite, & recte interponi potest post torturam toleratam per reum quæstioni suppositum, quia indicia, seu probations extinguntur per negationem in tortura, ex communi Doctorum placito apud Reg. Mattheu controv. 26. num. 2.

Existentibus indiciis valde urgentibus, si reus quæstioni subiectus neget, non erit deve-
niendum ad decretum absolvitorium, sed
damnandus venit poena extraordinaria,
quam explicatam ad poenam triremium per
quinquennium, legimus apud Reg. Merlin.
controv. 19. num. 5. cent. I. & prius practicatum extiterat apud D. de Francib. dec. 538.
num. 17. & decis. 577. Basilio decis. 41. nu. 7.
& per Caball. & alios antiquiores relatos per
Scial. in prax. torquend. reos num. 24. quam-
vis citatus Author involvat indicia urgen-
tia cum indubitate, & ex exteris hanc am-
plicetur sententiam, Mattheu controv. 26.
num. 36. & 37.

Verum enim verò existentibus talibus indiciis
valde urgentibus erit depositum in Judicis
arbitrio devenire ad torturam, vel damnare
reum poena extraordinaria, juxta illud,
quod moribus receptum tradit Novar. dec.
71. num. 4. cuius verba ad hoc ut pateant
illis, quibus librum aperire pigebit hic trans-
scribere placuit: *Verum in Tribunalis Regie
Audientie Capitanata Apulea, & Comita-
tus Motifii in variis quippe causis occurris
juxta inditiorum qualitatem, & persona-
rum conditionem modò condemnavimus reum
ad poenam extraordinariam, & modo illum
tormentis subjecimus, prout ita sensit Me-
noch. in suo tract. de presumpt. lib. I. qu. 92.
n. 3. ibi discutiendo istum articulum.*

Non me latet, quod Ang. Scialoy. in prax. torq.
reos cap. 4. num. 24. admittit hanc conclusio-
nem in torto ex indiciis indubitate, sed ejus
opinio falsa mihi videtur in Regno, attenta
Pragm. 12. de offic. Judic. per quam grava-
tus indubitate indiciis plecti potest poena
ordinaria, & ante Pragmaticam plectebatur
poena triremium vita durante, vel ad tem-
pus, etiam post torturam bis toleratam, ut
servatum legitur apud Grammat. decis. 8.
quem laudat Reg. Petra in superius cit. loc.
quare merito contraria opinio tanquam ve-
rior usu recepta passim videtur, prout pro-
ficitur Reg. Rosa in prax. decretor. cap. 8. m.
10. 11. 12. & 13. ubi inseguendo Cardinalem

de Lugo illam vindicat ab assertoribus con-
trarie sententie.

Quamvis aliter in Urbe, ubi non viget hoc
statutum, quod viget in Regno, decernen-
dum sentiat Farinac. in tract. de indic. &
tortur. qu. 40. à nu. 11. ad 15. ubi quod reus
gravatus indiciis etiæ indubitate, & violen-
tis, qui fuit quæstioni suppositus, & in tor-
tura persistenter, damnari non poterit ad
aliam poenam, quam exilio, quam senten-
tiam ita constanter sustinet: *Ergo si reus
tortus fuerit iniquum videtur, ut in ean-
dem poenam possit condemnari, quia tortura
debet ei aliquid prodesse; & propterea à ju-
ris, & sapientibus Judicibus (licet alias for-
san servatum fuerit ab ignaris, & inquis)
nunquam vidi reos gravatos indiciis, etiæ
indubitate, & persistentes in tortura in
aliam poenam condemnatos, quam in exci-
lium.*

Nec dicatur, quod opinio Scialoy. sustineri po-
test in indiciis indubitate habentibus admis-
tationem, quæ dici possunt mul-
tum urgentia, juxta distinctionem traditam
per Rovit. & Ducem Vasti Girardi per nos
laudatos in obseru. ad sing. 234. n. 6.

Siquidem etiam talibus indiciis concurrenti-
bus non erit locus arbitrio torquendi sim-
pliciter, vel damnandi reum extra ordinem,
sed consultum erit Fisco per acrem tortu-
ram, qua tolerata per reum quæstioni sup-
positum erit damnandus poena triremium
per septennium, juxta antiquam praxim,
de qua testatur D. de Francib. dec. 538. in
fine, & novissimis temporibus Reg. Petra
super Rit. 274. num. 155. tom. 3. quod etiam
extra Regnum servatum comperimus apud
Anton. Fabr. in Cod. lib. 9. tit. 21. de quæ-
stionib. definit. 25. ubi fuit irrogata poe-
na triremium per decennium reo gravato
indicis accedentibus ad indubitate, qui
fuerat quæstioni suppositus, & nihil confes-
sus fuerat,

Fallit principalis supradicta conclusio, quan-
do crimen esset à pluribus commissum, quia
tunc esset pernecessè deveniendum ad tor-
turam ad hoc ut detegantur socii, de Rosa in
prax. decret. c. 8. n. 13. accedunt tradita per
Farin. & per Bened. Carpz. q. 119. n. 70. p. 3.

Ad eò verum est, quod subjecere reum quæ-
stionibus est depositum in acie mentis Judi-
cis, quod Judice decernente reum non esse
torquendum, accusator non potest appell-
are, nec per consequens Fiscus appellatio-
adha-

adhærere, *Ant. de Matth. de criminib. ad lib. 48. fff. tit. 1. de quæst. c. 4. n. 7.* qui impugnat Gomez contrarium sententem cap. 13. n. 24. verific. ex quo infertur, videndum est *Farinac. qu. 38. num. 18. & 20.* & determinatum habetur apud *Pisan.* in commentariis super *Ritib. Reg. Cam. nu. 461. fol. 224.* & determinat natio prodiit in causa Ignatii de Sio inquisiti deproditorio, & appensato homicidio. Siquidem cum ad instantiam Fisci, & quærelantium fuisset instatum pro tortura ex processu informativo, & inter Judices Magnæ Curiæ Vicarie fuisset suborta paritas, ad quam dirimendam, cum fuissent dati pro adjunctis tres Regii Consiliarii, D. Franciscus Roccus, D. Sancius de Loffada, & D. Petrus Guerrero, fuit pronunciatum decreta-
tum contra torturam, & sic datæ defen-
siones, & cum pro parte quærelantium,
fuisset appellatum, & obtenta decreta-
tio de verbo faciendo, fuit per Spectabi-
lem Præsidem Regentem D. Felicem Ul-
loam Lanzinam in contradictorio judicio,
revocata decretatio ordinata, cum non de-
tur in hoc casu appellatio ex supratradita-
ratione, ut ex actis penes Magnificum An-
tonium de Simone.

SUMMARIUM.

1. **I**ndicium quodlibet est probandum duobus testibus.
2. Testis unicus admittitur ad probandum indicium proximum, ex quo constat imme-
diatè de ipso delicto.
3. Testis unicus de visu an inducat semiplena-
nam probationem, vel indicium ad tortu-
ram.
4. Refertur dissidium inter forenses, & Eru-
ditos Interpretes, quorum opinio semper su-
specta visa fuit Auctori, qui assignat ratio-
nem.
5. Testes singulares, admittuntur, & conju-
guntur ad probandum indicia ad torturam,
tribus concurrentibus, nempe si unus depo-
nit de fama, aliis de confessione extrajudi-
ciali, vel quando unius testis dictum coad-
juvat aliud, & omnia tendunt ad eundem
finem juxta exemplum traditum, quod in-
telligendum erit tribus concurrentibus.
6. Torture an sit locus, concurrentibus
pluribus indiciis imperfectè probatis per te-
stes singulares, vel sit repositum in arbitrio
Judicis: Et quid moribus receptum sit, n. 7.

8. Indicia imperfectè probata, si non sunt ad invicem subordinata, non conjunguntur, quod contingere potest in pluribus indiciis remotis per testes singulares probatis.
9. Probatio semiplena in criminalibus inducitur quatuor modis.
10. Probatio semiplena, ab hoc ut inducatur per depositionem unius testis de visu, que requirantur, n. 11. & 12.
13. Comparatio manus facienda ex recogni-
tione scripturarum, ad hoc ut faciat semi-
plenam probationem, que requisita concurre-
rere debent, & n. 14.
15. Probatio delictorum an possit fieri per in-
strumentum, vel per scripturam privatam.
16. Probatio semiplena an inducatur per pre-
sumptionem urgentem.
17. Probatio presumptiva an sit apta ad pro-
bandum, & ad obligandum in conscientia in
causis criminalibus.
18. Indicia singula cujuscunque delicti refer-
re, & assignare est impossibile, sed totum re-
ponitur in Judicis arbitrio; & quomodo regu-
lari debet Judicis arbitrium, n. 19.
20. Indiciis existentibus pro Reo, & existen-
tibus quoque indiciis, vel presumptionibus
contrariis, vel æqualibus, non erit locus
torture, quia indicia innocentiam Rei ar-
gentia preferuntur in indiciis pro fisco exi-
istentibus.
21. Et an sit deveniendum ad Rei absolu-
tionem.
22. Absolutio Rei ob dubiam fisci probatio-
nem, vel ob indicia non perfectè purgata,
an debit esse diffinitiva à crimine, vel tan-
tum ab instantia, seu ab observatione judi-
cii.
23. Refertur dissidium inter *Ant. de Matth.*
& *Alciat.* sed displicet Authori non posse ac-
cedere opinioni de *Matth.* cum communis
contraria sit recepta in *Regno*, & n. 24.

CA.

C A P U T X.

De indiciis ad torturam sufficien-
tibus , & de probatione indicio-
rum ; & quomodo indicia indi-
ciis trudantur, & subvertantur;
Et an indiciis , & præsumptio-
nibus existentibus pro Reo , &
contrariis , vel æqualibus exi-
stentibus pro Fisco , sit locus
torturæ; & an absolutio Rei ob-
dubiam fisci probationem de-
beat esse diffinitiva à crimine ,
vel tantum ab instantia , seu ab
observatione judicij .

Regulariter indicia probantur du-
bus testibus , imò quodlibet in-
dicium est de necessitate proban-
dum per duos testes , quod ma-
net extra controversiam , ex vul-
gata gloss. communiter recepta in l. fin. in
verbo , vel indicia C. famili. ercisc. quam gloss.
communiter sequuti sunt infra scripti DD. ,
quorum antesignanus fuit Bart. , Bald. ,
Angel. & Salyc. in d. l. fin. & ibid. Marfil.
nus. Blanch. n. 46. ff. de quest. Angel. in h.
fin. ff. quod met. caus. Bald. in l. si quis ex
argentariis §. 1. n. 4. ff. de edict. & in cons. 34.
n. 2. vol. 2. Paul de Castr. in l. caus. propone-
batur col. fin. & ibi etiam Imol. & DD. ff. de
legat. 2. Iason in l. admonendi in 2. lectura
n. 153. verb. quinto predicta regula procedit
ff. de jurejur. Angel. de malefic. in verb.
quod fama publica præcedente , n. 10. quero
qualiter probetur indicium , & ibi Addent.,
Marfil. in l. de minore §. plurimam nu. 90.
& in l. unius §. testes n. 1. ff. de quest. & in
consil. 8. n. 9. & consil. 15. n. 13. & consil. 12. n. 6.
& consil. 72. n. 10. & in pract. §. diligenter n. 7.
& consil. 22. n. 10. & consil. 59. n. 6. & consil. 79.
nu. 10. & consil. 88. nu. 15. & alibi lepissime,
Bren. de indic. 1. per. & 2. q. num. 4. Franc.
Casan. de tormento. cap. 6. rubric. de non tor-
quen. per indicia , nisi plene probata nu. 1.
& seq. & n. 7. Correr. in pract. in 2. tract. de
indic. & tort. §. uiso ergo quid sit indicium

n. 2. & 3. , ubi alio adducit , & idem in §.
seq. incip. Quæ uocem , & qualia debent
esse indicia n. 4. Idoch. in pract. crimin. 36.
nu. 14. Novell. pariter in pract. in princip.
n. 16. Boff. in tit. de indic. & considerat ante
torturam n. 5. 18. & 19. Ofasc. decis. Pe-
niten. 79. n. 16. & v. 34. Anton. Gomes va-
riar. refutat. tom. 3. cap. 1. 3. rubric. de tortura
seruum n. 18. ubi testatur quod ita coherens
niter tenent DD. in d. l. fin. C. famili. ercisc.
Et quod hec sententia nullum habent con-
tradictem testatur Christopb. Crayf. de in-
dit. delict. p. 4. de process. indic. cap. 28. n. 1.
Dixi regulariter , quia excipiuntur nonnulli
casus , in quibus admittitur unicus testis ad
probandum indicia , præsumptiones , vel
conjecturas.

Primus casus est in teste deponente de ipso fa-
cto , & immediatè de ipso delicto. Carpzov.
q. 123. n. 50. Farinac. q. 83. nu. 41. & 42. Re-
quiritur tamen , ut talis testis deponens im-
mediatè de ipso delicto sit omni exceptione
major , juxta veriorem sententiam , de qua
testatur Basili. decis. I. n. 16.

Sed per Eruditos hoc in dubium revocatur ,
contendentes , probationem semiplenam
non induci per depositionem unius testis
de visu , imò neque indicium ad torturam ,
ut voluit Cujac. in l. Theopompus 14. in fin.
ff. de dat. prelegat. & Donell. lib. 25. comment.
ad l. iuris iurandi C. de testib. , qui profiten-
tur falsam contrariam sententiam , ut ha-
betur apud Bocer. qui eandem amplectitur
sententiam in tract. de quest. c. 3. n. 22. acce-
dit Anton. de Marib. de crimin. tit. I. 5. c. 1.
de probat. n. 5. ubi tollit à criminalibus indi-
cibus fidem semiplenam probationis sub illis
verbis : *Quiniodivisio illa in plenam , &*
semiplenam nullo modo ferenda est ; probare
enim est fidem judici facere : non facit au-
tem fidem , qui ut illi dicis imbucere potest ,
persuadere nullomodo potest.

Sed hec Eruditorum interpretum opinio sem-
per mihi suspecta , & non tuta visa fuit ,
dum contraria tanquam juri communi con-
sentanea moribus recepta reperitur ; unde
merito Benedict. Carpzov. in q. 121. à nu.
10. ad 13. p. 3. refutat Bocer. confunden-
tem probationem indiciorum , & probatio-
nem ipsius delicti , & ab hac sententia non
esse recedendum dicit Basilio decis. I. n. 16.
ad quam firmandam sententiam adduco
aliam rationem ; siquidem opinio dictorum
gravissimorum Auctorum supra relato-
rum,

rum, quamvis negari non possit, quod sit speculativè probabilis, non tamē redditur cūta in praxi, nec est à Judicibus sequenda, ut in terminis opinionis *Duaren.*, *Cajac.* & *Fabr.* docuit *Sanchez de marrim.* lib. 7. disp. 7. Maximè quia inveterata consuetudo judicandi invaluit, juxta DD. forensium placitum, ut testatur *Clariss.* s. fin. q. 64. n. 14. & proindè non erit recedendum à consuetudine judicandi, quæ habet vim legis, ad terc. in l. si de interpretatione, & l. 38. ff. de legib. *Sobras.* de jur. *Indiar.* lib. 3. cap. 2. n. 45. *Rovit.* decif. 27. n. 4.

Secundus est casus, in quo indicium ad torturam potest probari per unum testem, nempe quando sunt plura, & talia, quod coniunctim reum aggravant, nam tunc sufficit, quod unumquodque per testem singularem probetur, quemadmodum contingere potest, si unus testis deponit de fama, alter de confessione extrajudiciali, alter de fuga, & sic de singulis.

Aliud exemplum ponit potest, quando unum dictum testis coadiuvat aliud, & omnia tendunt ad eundem finem; nempe si unus testis dicat vidisse Titum in terra prostratum, qui interrogatus respondit sibi vulneratum à Cajo; alter dicat vidisse Cajum sanguine aspersum, & ense evaginato fugientem; alias deponat vidisse eundem Cajum recto tramite fugientem versus nemus, & occulte latitantem; siquidem in hoc casu nullus sanæ mentis affirmabit, tales testium depositiones, et si singulares, non facere plures presumptiones conjungendas ad faciendum indicium ad torturam, juxta theoricam *Rafaelis Falgosii* in l. fin. ff. de qua^{st.} quam extollit, & declarat *Farinac.* de indiciis q. 37. n. 34. *Benedict.* *Carpzov.* p. 3. q. 123. n. 58. hanc sententiam intelligendam credidit, tribus concurrentibus requisitis; Primum, ut testes sint omni exceptione maiores; Secundum, quod deponant super indiciis proximis; Tertium, quod indicia, super quibus deponunt testes singulares, sint plura, & talia, quod reddant animum Judicis quasi certum de delicto, & laudat eundem *Farinac.* cit. loco n. 38.

Contrarium tamē sentiendum crederem, & sic non esse necessaria tradita requisita nempe quoad primum, & secundum; quia si necessaria forent, nunquam Rei torquebantur, nisi quando haberentur testes de visu deponentes super ipso delicto; Et

proindè concludendum erit, quod erit locus torturæ concurrentibus pluribus indiciis, et si imperfectè, & per testes singulares probatis, si talia sint, ut supra demonstravimus, quod possent movere mentem Judicis ad arbitrandam torturam, quæ semper reposita est in arbitrio, & acie mentis Judicis, quemadmodum in ejus arbitrio est repositum, an talia indicia constituant semiplenam probationem ad effectum torquendi, juxta bene perpensa per eundem doctissimum *Farinac.* in cit. q. 36. nu. 232. 233. & 234. & hanc *Farinaci* doctrinam insecurus fuit *Zuffus de legitimatione processus* lib. 1. q. 47. n. 24. & 25. ubi quod ex imperfectis indiciis, & probationibus resultat imperfecta semiplena probatio delicti ad torturam sufficiens.

Quæ sententia adeò vera est, quod illam minoribus receptam legimus apud *Tbesaur.* dec. 24. & apud *Reg. Capye.* *Latr.* decif. 161. nu. 26. tom. 2. & apud *D. Hieronym.* *Basilic.* dec. 1. n. 46. 47. & 48. *Viv.* decif. 200. & decif. 282. *Novar.* in decif. 25. à n. 1. ad 3. ubi sic determinatum refert, & determinavit *Marius Giurba* conf. 87. n. 10. in fine. Et huic sententiae tanquam Reipublicæ utilitati consentaneæ adhærendum censuit doctissimus magister rerum criminalium *Reg. Rosa* in *prax. criminal. decreta.* cap. 1. n. 35.

Fallit conclusio quando talia indicia non perfectæ probata non essent ad invicem subordinata, quia tunc non possent conjungi *Carena* resol. 222. n. 3. Quod contingere potest in pluribus indiciis remotis per testes singulares probatis, quorum unus deponit de fama; unus de fuga, unus de iniuricitia, vel de confessione extrajudiciali, quia isti testes non conjungerentur: Siquidem si unumquodque ex dictis indiciis, et si plenè probatum, in genere suo non facit indicium ad torturam, ex traditis per *Zuffum de legitimat. processus criminal.* lib. 1. q. 47. nu. 19. & 20. Cur affirmandum erit, quod dicta indicia remota, singula in suo genere non perfectè probata nedum in substantia indicii, sed nec in substantia probationis, debeant jungi ad effectum torturæ Reo inferendæ, ad tradita per *Guazzin.* ad defens. *Reorum* defens. 30. cap. 32. à nu. 1. *Vermigl.* *Caren.* & cæteros allegatos per *Conciol.* in suis resolut. crimin. in verbo indicium ad torturam resolut. 6. n. 2. & per eundem *Zuff.* in cit. q. 47. à n. 13. ad 20.

His

Tractatus Criminalis Analyticus. 161

His positis, exquirendum venit quibus modis inducitur semiplena probatio in criminalibus.

Probatio semiplena in criminalibus inducitur 9 quatuor modis.

Primo per depositionem unius testis de visu,

Secundo per comparationem litterarum.

Tertio per scripturam privatam.

Quarto per præsumptionem urgentem, juxta tradita per Farinac. in prax. criminal. in tit. de Crcer. q. 36. n. 22. p. 2.

Quando inducatur semiplena probatio per depositionem unius testis de visu diximus su-
10 jo pra; quibus nunc addimus, quod tria con-
currere debent; Primum requisitum, quod
sit omni exceptione major, vel non existente
teste omni exceptione majori debent con-
currere adminicula ad supplendam testis in-
abilitatem.

Secundum, ut deponat de actu immediato,
11 nempè quod delictum perpetrari viderit,
& præfens fuerit, juxta text. in l. testium 14.
C. de testib. vel si non deponat de ipso deli-
cto, deponat de actu valde proximo ipsi deli-
cto, vel delictum inferente.

Tertium, ut clarè, & verbis dilucidis de cri-
12 mine testificetur, nam si hæsitanter, & du-
bitanter deposuerit non probaret, ut habe-
tur apud Benedict. Carpzov. qui hæc tria
requisita enumerat in q. 121. à n. 15. ad 19.
p. 3. prax. crimin.

Semiplena probatio, adhoc ut inducatur per recognitionem scripturæ, seu per com-
13 parationem literarum requiritur, ut le-
gitimè fiat in præsentia Judicis, cum ju-
ramento Peritorum, & non cum scriptu-
ris privatis, sed ex forensibus, & publicis
instrumentis, vel cum Chyrographis ha-
bentibus testium subscriptionem, ex text.
in l. comparationes C. de fid. instrum. Reg.
Galeot. controv. 29. n. 26. tom. 2. Staiban. re-
solut. 3. n. 25. lib. 1. Prat. in responsi fiscal. 17.
& tom. 3. discept. forens. cap. 40. n. 113. acce-
dit Brunneman. de process. civil. legitime in-
stituendo cap. 19. de instrument. n. 19., ubi
quod comparatio est remedium extraordinarium, ex quo exurgit semiplena proba-
tio, adeoque aliis concurrentibus admini-
culis indicium facit ad torturam juxta no-
tata per Reg. de Rosa resolut. crimin. resolut.
13. n. 28. p. 2.

Juramentum Peritorum, quamvis de stylo
14 Tribunalis M. C. V. non servetur, Reg.
Rosa resolut. 13. n. 31. resolut. crimin. par. 2.

nihilominus de jure requiritur, ex text. in
l. iurisjurandi C. de testib. & pro finita re-
quiri cavitur in l. comparationes Cid. de fid.
instrument. ibi: Omnes autem comparati-
ones non aliter fieri concedimus, nisi jura-
mento antea præstito ab his, qui compara-
tionem faciunt, comprobant Bart. in ead. l.
n. 4. sub illis verbis. Tertiò nota, quod isti,
quibus tanquam peritis committitur, debent
jurare secundum formam hic positam, acce-
dit Bald. in ead. tecet. n. 8. ubi testatur, nul-
lam esse habendam rationem de compara-
tione aliter facta, cuius verba hic adnotan-
da duximus: Quia hoc est statutum pro
forma, intelligo, quod sit de substantia, &
quod comparatio aliter facta sit ipso jure
nulla, ut ff. de transfact. l. cum bi. S. si Pra-
tor; Et de communi praxi, & opinione
scribentium testantur Cavalcan. tratt. de
testib. p. 3. n. 38. Menoch. de arbitri. cap. 114.
n. 8. Scace. de judic. lib. 2. cap. 11. n. 1064. Pe-
regrin. conf. 101. n. 8. Ludovic. decif. 7. nu. 8.
Surd. conf. 187. n. 27. Sperell. decif. 178. & ex
regnicolis Staiban. resolut. 3. n. 25. Prat. in
responsi. crimin. 20. n. 47. & responsi. 17. nu. 65.
Altim. in observat. ad conf. 5. 1. Reg. Rovit.
n. 14. tom. 3.

Per scripturam privatam, & per instrumenta,
15 quamvis regulariter non probentur crimi-
na ex latè traditis per Farin. de reo confessio,
& convict. qu. 84. à n. 1. & seq. tamen adfunt
nonnulla crimina, quæ probantur per in-
strumenta, & scripturas, ut ex Ant. de Mat-
theis invehente contra Farinac. plenius
dixi in tit. de criminib. per scripturam pro-
bandis cap. 4.

Per præsumptionem urgentem, seu indicia
urgentia inducitur semiplena probatio, quo-
16. ties concurrunt illa indicia constituentia
semiplenam probationem, de quibus satis
superque supra diximus, addendus Angel.
de malefic. in verb. & fama publica num. 13.
ubi addentes Caren. in qq. criminal. cap. 2.
de probat. per testes qu. 1. rubric. de indic.
sufficient. ad tortur. num. 61. dub. 19. Caren.
de offic. S. Inquisit. par. 3. tit. 10. num. 18. Et
17 quod præsumptiva probatio sit vera pro-
batio apta ad probandum, & ad obligan-
dum in conscientia in causis capitalibus, si-
cut testes, & instrumenta, itaut sententia
ex præsumptionibus lata transeat in rem ju-
dicatam, habetur apud Anton. Merend. con-
trover. lib. 5. cap. 40. tom. I. & cap. 39. num.
14. & 15.

X

Su-

Supereft modò, ut deveniamus, quomodo indicia oriantur, arguantur, & tollantur, vel subvertantur.

Referre omnia, & singula indicia cujuscunque delicti effet penitus impossibile; cum indicia ex facto oriantur, quo mutato, mutatur quoque & ipsum jus; & proinde regula, quæ tradenda, & observanda proponitur ut factum ipsum cum suis qualitatibus, & circumstantiis probè, & exactè ponderetur, ad hoc ut ex facti circumstantiis benè perpensis, & ponderatis judicium adhibeat ad arguendum indicia, juxta rationem à natura menti datam, & in hoc firmiter credo, inditorum materiam esse revera arbitrariam, prout tenent DD, in *l. de minore S. plurimum ff. de question.* cum ceteris apud *Farinac. de indic. qu. 37. num. 192.* Verum Judicis arbitrium debet esse regulatum, & uniforme dispositioni juris; cum non possit Judex pro libitu, ac ex cerebra suo nova indicia arguere, ut post *Hippolit. & Blanc. Menoch.* & alios monet *Carpzov.* par. 3. qu. 123. num. 37. vers. dixi autem, qui satis magistraliter docet; in his casibus licere à similibus ad similia arguere, ad hoc ut ex inditiis nominatim expressis ad non expressa fiat illatio: quare verba tanti Authoris hic referre sum arbitratus: *Cum enim fieri nequeat, ut omnium factorum, quæ innumera quotidie accidunt, circumstantiae indiciorum vicem præbentes singulatim enumerentur, arg. l. non possunt, ff. de legib. ubique à similibus ad similia procedere, & ex identitate rationis argumentari licet, quo ipso omnia facta, ac indicia, quæ unquam accidere queant, si non expressè, tacitè tamen legibus, ac jure comprehensa esse, hanc absurdè quis affirmaverit, argum. l. regul. ubi DD. ff. de jur. & fact. ignor.*

Cæterum concurrentibus similibus indiciis orientibus ex multifariis cujuscumque criminis qualitatibus, quæ ut plurimum remota, & dubia deprehenduntur, non concurrentibus validis adminiculis inditia coadjuvantibus, nemo quæstioni subjiciendus est; quinimò existentibus pro reo indiciis, & præsumptionibus contrariis, vel æqualibus, indicia ad torturam tolluntur, & evacuantur per contraria indicia innocentiam præferentia, etiamsi talia indicia sint aliquantulum leviora, & débiliora indiciis pro Fisco existentibus, ut ex communi DD, con-

clusione monet *Farinac. in præc. crimin. de indic. & tortur. qu. 38. à num. 110. ad 112.* quam comprobat *Niger Cyriac. controvers. 106. à num. 55. ad 59,* ubi quod dubia rei probatio tollit concludentem Fisci probanem; & semper in dubio debemus inclinare in mitiorem partem, *Foller. in præc. crimin. dentur capitula, quod suffocavit execrènum num. 50. 51. & 52.*

Quare in hac proposita specie tutius erit de 21 venire ad rei absolutionem, ut post *Gang. in tract. de quæstion. benè animadversum reliquit Bened. Carpzov. qu. 120. n. 82. & 89. par. 3. præc. crim.*

Hæc tamen absolutio ob dubiam Fisci probationem, vel ob indicia non perfectè purgata, non debet esse diffinitiva, sed tantum 22 ab instantia illa, seu ab observatione illius judicii, quæ absolutio juxta passim receptum forensè vocabulum nuncupatur in Regno *absolutio in forma* cum cautione præstanta per reum de se præsentando, novis supervenientibus fortioribus indiciis, cum ex indiciis illis existentibus Judex non reddatur certus, reum deliquisse, adeo quod cum adhuc sub dubio Marte versetur, an delictum sit nec ne ab illo commissum, non sit locus torturæ, nec condemnationi ad aliquam pœnam extraordinariam etiā leviorem, sed potius regulæ *textus in l. absentem ff. de pœn. & in l. liberis 7. §. sunt, & aliæ ff. de liberal. caus. quem expendit Cyriac. controvers. 106. à num. 17. ad 20.* ubi rece-21 dendo à contraria *Gomesii* opinione, tanquam non tuta, transcribit verba *textus*, quæ nos hic quoque transcribere arbitrati sumus, ibi: *Sed et si datum fuerit, quia dubitatur utrum nocens sit, an innocens, differtur liberale judicium, donec constet de morte ejus, qui, necatus est, apparebit enim utrum supplicio sit afficiendus, an non.*

Non tamen me latet, quod opinio *Farinac. qu. 4. nu. 23. & qu. 6. Clar. §. 21. nu. 36. Zan- ger. de quæst. cap. 5. num. 2. Clar. in §. fin. qu. 21. num. 36. & qu. 62. num. 2. Menoch. de ar- bitrar. cap. 272. & 273. & ceterorum Au- thorum, qui stant pro absolutione ab in-stantia dumtaxat, non autem à criminè, in 23 dubium revocatur ab *Anton. de Mattheis ad lib. 48. fff. tit. 16. cap. 4. num. 16.* ubi ad-ducit rationem communis sententiæ volen- tis absolutionem ab instantia, ibi: *Ratio b. ec est quemadmodum non est damnandus reus, si actor criminis non probet, ita nec absolvere-22 dus**

Tractatus Criminalis Analyticus. 163

dus à crimen, si non ipsam prober innocentiam; iniquum enim foret, hominem dubia innocentiae si repetatur, præscriptione rei judicata se tueri, lita vulneratus s i. ff. ad leg. Aquil. nihilominus citatus Author veriorem putat, esse reum absolvendum à crimine, pro qua veriori sententia affert argumenta allata à Gomezio, & ab Alciat. quem dicit esse virum sua controversia maximum, tamen ejus argumenta probabilia, & non necessaria esse profitetur, & ipse prodit in aciem, expendendo sua argumenta, quæ putat esse fortiora illis expensis ab Alciato; Respondit ad exempla adducta à Valerio Maxima ab eo laudato tanquam non facientia ad propositam quæstionem, & rejicit rationem prius assignatam, nempe iniquum esse, ut nocens præscriptione rei judicata se tueatur, quod dicit esse verissimum in thesi, non tamen in hypothesi, de qua nunc disputatur; & concludit, quod si reus ter sit tortus, aut accusator erimur probare non posset, semper æquius erit reum absolvi, quam animi, & salutis auxilium semper pendere.

Non possum tanti Authoris sententiae accedere, prout nullus sanæ mentis accedere potest, dum contraria sententia, quam ipse communem profitetur, moribus invaluerit in hoc Regno ab anno 1582. tempore quo existebat Fisci Patronus M.C. Vic. D. Bilotta, ut testatur D. de Franch. decif. 276. & de hac observantia testatur Foller. in verb. audiuntur exceptiones proponende num. 71. & Nos alibi testati sumus.

Adeo est Judicii arbitrarium, reum non esse quæstioni subjiciendum, sed liberandum, rebus sic stantibus, vel, ut vulgo dicitur, liberandum *in forma*, quod Judice ita decernente non erit locus appellationi, ut diximus in tit. de tortur. c. 6. vers. adeo verum est.

S U M M A R I U M.

1 **S**ocii criminis nec pro sociis, nec contra socios in testes admitti possunt. Et quid in criminibus atrocioribus exceptis, in quibus socius potest interrogari de sociis num. 2. Et quæ sunt dicta crima excepta ibidem.

3 **S**ocius criminis ad hoc ut admittatur ad faciendum indicium ad torturam multa requirita concurrere debent, quæ fuerunt restricta ad duo, nempe ut concurrent admini-

cula, & quod socius substineat suum dictum in tortura num. 4.

5 **S**ocii criminis confessio si fuerit habita in tortura an sit adhibenda alia tortura specialis ad ratificandum iterum dictum in caput sociorum nominatorum; & an dicta depositio socii sit repetenda prævio juramento in faciem nominatorum presentium, vel civitatis absentibus, num. 6. Et quid bodie servandum respectu bannitorum, & exulum deponentium de receptione, num. 7. & 8. Et quid in furtis commissis intus hanc Civitatem, num. 9.

10 **S**ocii criminis depositio, quæ debet esse juncta cum adminiculis, ad hoc ut faciat indicium, quæ adminicula exquirat.

11 **P**rosp. Farinac. refellitur, & doctrina ejus suspecta in jure demonstratur.

12 **S**ocius criminis ad hoc ut admittatur pati non debet alios defectus, præter defectum criminis, de quo fuit confessus juxta opinionem, quam contra Bajard, tenet Farinacius, sed opinio Bajardi tanquam juri, Reipublicæ, & propriæ conscientiae consentanea defenditur per Authorem, dum moribus invalidit per totam Italiæ, & in hoc Regno, dummodo non deveniatur ad pœnam ordinariam, num. 13. & 14.

15 **D**octores solent more pecudum ire quo itur, & non quo eundum.

16 **D**eclaratur Raynald. qui amplectitur opinionem Bajardi quatuor concurrentibus, & num. 17.

18 **D**efensiones reorum, que defumuntur ex processu informativo sunt tutiores illis, que fieri solent per reos in defensionibus generalibus per testium depositiones.

19 **F**urtum commissum in viis publicis etiam modice quantitatis non excedentis valorem carolenorum decem punitur pœna mortis, dummodo furtum sequatur cum armis.

20 **F**urta in via publica an dicantur furta commissa in tabernis, tuguriis, domibus, & ruribus existentibus in campanæ, & n. 21.

22 **E**t an potestas procedendi ad modum belli concessa Regiis Audientiis comprehendat dicta crima, & n. 23.

24 **P**ragm. 10. in §. 4. de offic. Judic. & Prag. Marchionis del Carpio, quæ est 30. sub tit. de exilibus ponderantur.

25 **S**pecialia plura possunt concurrere circa idem. quando unum venit in consequentiam alterius.

26 **S**tatuti pœna est extendenda, & amplianda,

- da, & quando tendit ad extirpandos facinorosos homines.*
27. Pragmatica Marchionis del Carpio *an sit localis respectu Provinciarum Aprutinarum, vel lex generalis respectu ceterarum Provinciarum.*
28. *Pragmat. sive statutum tendens ad declarationem, & interpretationem Constitutionum, & Pragmaticarum Regni est lex generalis in Regno.*
29. *Rescripta ad declarationem Pragmaticæ Marchionis del Carpio inseruntur.*

C A P U T XI.

De depositionibus sociorum criminis in vinculis existentium, deponentium contra consocios; an, & quando admittantur ad probationem, vel indicium faciendum. Et quid in atrocioribus criminibus. Examinatur an furtum commissum in ruribus, tuguriis, & tabernis dicatur furtum patratum in strata publica; Interpretatur Prag. Marchionis del Carpio, quæ est 30. sub tit. de exul. an sit localis respectu Provinciarum Aprutinarum; Afferuntur geminata Rescripta D. Proregis pro declaratione ejusdem legis.

Regulariter socii criminis repeluntur, itaut nec pro sociis, nec contra socios admitti possunt, l. si filium ff. de liber. causa, l. repeti ff. de question. l. 3. §. 5. & ibi glof. ff. de testib. & l. quoniam 11. ff. cod. Anton. de Matthæis ad lib. 48. fff. tit. 15. de probationib. cap. 2. de testib. num. 4.

Fallit in atrocioribus sceleribus, nempè si crimen sit Majestatis divinæ, vel humanæ, 2. conspiracys contra Principem, falsæ monetae, parricidii, latrocini, assassinii, & in ceteris criminibus, in quibus socius potest interrogari de sociis, argumento ducto à

textu in l. 7. & l. 8. ff. ad leg. Jul. Majest. l. i. in princ. ff. de falsa moneta, l. Divus Adrianus, ff. de custod. & exhibit. reor. l. i. C. de fe-riis, l. ult. C. de malefic. & mathem. Gomes. var. resol. de probat. delictor. cap. 12. nu. 18. Farinac. qu. 56. num. 180. Donell. ad leg. 2. C. de te-stib. Anton. Faber in C. de testib. definit. 20. & ex nostris Regnicolis Reg. Rovit. super pragmat. 6. de receptatoribus delinquentium nu. 1. ex exteris addendus Bened. Carpzov. in prax. crim. par. 3. qu. 121. nu. 26. & 27. ubi numerat. supraditos casus exceptos, & postmodum subdit, quod reponitur in Ju-dicis arbitrio, in quibus delictis reus de so-ciis criminis interrogari debeat. Quemadmodum in homicidio, ceterisque similibus criminibus, si reus praecedentibus indiciis interrogetur de sociis, & complicibus, nullus dixerit hoc absurdum esse, & laudat Farinac. in qu. 43. num. 110. & Peguer. decis. 5. num. 7.

Ad hoc tamen, ut dictum socii criminis in criminibus exceptis admittatur ad faciendum indicium ad torturam quatuor requisita concurrere debent, & sunt illa, quæ post Salicet. & Hippol. enumerat Reg. Revert. dec. 415. in princ. tom. 2. quæ requisita fuerunt restricta ad depositionem solius socii criminis, concurrentibus adminiculis illam coadjuvantibus, juxta receptam proxim nostrorum Tribunalium, de qua testatur D. de Franchis in decis. 577. in princip. cuius verba: *In nostris Tribunalibus servamus torquere reos ex depositione unius socii criminis, juncta cum aliis adminiculis, sic enim fuisse conclusum per nostros Sapientes, dicit Afflict. in Constit. Regni si damna clandestina, in vers. & ultimo nota, quem refert, & sequitur Clar. in §. fin. qu. 21. vers. successi-ve quero in sua pract. crimin. ubi multos congerit; Quod esse de mente omnium Doctorum criminalis doctrinæ post Farinac. Caball. Guazzin. Anton. Fabr. dixit Reg. Matthæu de re crimin. controv. 2. num. 55. & 36. quibus addimus Gizzarell. dec. 78. Reg. Capic. latr. dec. 132. num. 24. Reg. de Marin. ad Revert. dec. 42. num. 1. Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu 274. num. 47. Mascard. de de probat. vol. 3. concl. 131. sub n. 55. Gratz. conf. 70. num. 6. & conf. 37. num. 1. conf. 38. n. 22. 1. 2. & 3. con. 21. num. 11. 12. 13. & 32. Thor. in suo comp. dec. Neapolit. tom. 1. verb. confes-sio socii sola, Borrell. conf. 48. num. 12. Viu. decis. 247. num. 8. Gramm. conf. 56. nu. 1. & dec.*

Tractatus Criminalis Analyticus. 165

dec. 28. num. 17. de quo ibidem num. 9. cum plurib. seqq. Arnon. soliloq. 60. & 64. Gram. voto 6. num. 1. & seqq. Ciarl. controv. cap. 10. num. 119. Merenda conf. 50. num. 16. & seqq. Pers. conf. 27. nu. 1. tom. 1. Bart. conf. 310. n. 1., & conf. 234. num. 1. col. 1. Negus. quest. 298. num. 1. quest. 384. num. 1. & quest. 517. nu. 1. Alexand. Trentacing. conf. 36. num. 1. 2. & 3. part. 2. Visconte comm. conclus. jur. verbo socii criminis, Mele ad Gizzarell. decif. 78. nu. 27. & seqq. Jul. Chart. decif. 39. nu. 22. & decif. 88. num. 12. Boer. decif. 319. nu. 1., & sequent. Garg. conf. 67. num. 2. tom. 2. Reg. Rovit. in Pragm. 6. de recept. nu. 9. Jo: de Amic. conf. 27. num. 1., & seqq., & conf. 138. num. 1. Marta conf. 41. num. 13. & 14. Gram. conf. 61. num. 1. & conf. 66. num. 6. Farinac. de ind. & tortur. quest. 43. num. 147., & 155. Brun. de ind., & tort. part. 1. quest. 3. num. 24., & 25. Foll. in praxi part. 1. part. 3. princ. verb. & si confessabantur nu. 102. vers. & dicit ipse, Intrigl. sing. 176. num. 29. lib. 2. Chart. filius decif. 91. num. 39. Chart. decif. 92. num. 7., & seqq., & Pers. conf. 7. num. 7. tom. 1., idem Intrigl. sing. 176. num. 17.

Requiritur quoque ut socius criminis substitueat suum dictum in tortura, quae inferatur ad purgandam infamiam, quae oritur ex delicti confessione, & proinde non admittendus, ut testis absque tortura ex dispositione textus in l. ob carmen §. si ea rei conditio ff. de testibus, & juxta communem, & receptam opinionem de qua testantur Farinac. de indiciis, & tortura qu. 43. nu. 134. & conf. 38. nu. 10. & conf. 86. nu. 8. lib. 1. & conf. 55. nu. 41. & conf. 156. num. 12. lib. 2. Caball. resol. crimin. 85. num. 11. Vermigliol. conf. 290. num. 3. Clar. in præct. crimin. qu. 21. versic. scias etiam Peguera decif. 5. num. 36. Caren. de Offic. S. Inquisit. p. 3. tit. 10. nu. 38.

Verum non erit obliviscendum, quod si confessio socii criminis fuerit habita in tortura, ratificata prius dicta confessione extra torturam juxta morem servari consuetum, erit adhibenda alia tortura specialis ad ratificantum iterum dictum in caput sociorum nominatorum, ut post Clar. Farinac. Caball. & Guazzin. ad versic. Rey. Rosa in præct. decret. p. 1. cap. 8. num. 29. versic. ut autem dictum, & ante eum Rey. Rovit. super Prag. 6. de Receptator. num. 9. & Reg. Sanfelic. decif. 37. Cala de præmin. M.C.V. cap. 42. n. 15.

Verum nec hoc sat erit; sed depositio socii erit repetenda prævio juramento in faciem

6. nominatorum præsentium, vel illis citatis fuerint absentes, vel contumaces Pragm. i. §. 2. de persequen. malefact. Reg. Sanfel. decif. 37. qui tradit hanc observantiam M.C.V. cum formula decreti, quod repetitio fiat in tormentis citato nominato, & formulam citationis absentium posuit, D. de Luca in observat. ad decif. 570. D. de Franchis, Zuffius de legitimat. process. q. 152. & q. 153. lib. 3. Sed hodie hoc reperitur immutatum respectu bannitorum, & exulum per Pragmaticam editam in anno 1684. per Marchionem del Carpio, quæ est 30. sub tit. de exulib. in §. 7. per quam nèdum est expressè sublatus actus citationis faciendus receptatoribus vocatis, ita quod duæ depositiones bannitorum, vel exulum deponentium de receptione, licet non citatis nominatis in actu confessionis, vel torturæ, faciunt plenam probationem, & similiter statuitur, quod duæ depositiones bannitorum indultatorum, aut duæ depositiones condemnatorum deponentium in tortura in caput alterius, sufficient ad convincendum receptatores, dummodo dictæ confessiones sint ratificatae, nempè illa sub spè impunitatis in tortura, & illa tamquam cadaver extra torturam, ut diximus in observat. ad singul. nostri Genitoris 358. num. 1. & in observat. ad sing. 179. Unde hodie remanet observantia, & praxis repetitionis facienda cito tatis nominatis tam præsentibus, quam absentibus in furtis commissis in hac Civitate, in quibus non potest extendi dicta Prag. quæ est localis in Provinciis juxta animadversa in consimili facti contingentia per Consil. Gizzarell. decif. 78. nu. 9 ubi testatur ita conclusum per S. Conf.

Adminicula, quæ debent concurrere cum dicto socii criminis ad hoc ut faciat indicium ad torturam, juxta opinionem Peritorū Regni debent esse adminicula gravia; nempè illa resultativa ex testibus deponētibus de auditu, fama, vel fuga socii, vel de amicitia, & assidua conversatione cù nominato, vel de allocutione secrēta habita inter socium nominantem, & nominatum juxta monitum Petri Caballi, P. Diana, & Guazzin. relatorum per Conciol. verbo socius criminis resol. 2. nu. 13. & per D. Severin. in additionib. ad Reg. Sanfelic. decif. 382. num. tom. 3. adeo quod adminicula reposita videantur in JUDICIS arbitrio ex Grammatic. advertit Cala de præmin. M.C.V. cap. 42. num. 12.

Ex

Ex quibus cernitur aberasse Prosper. Farinac. in prax. crimin. q. 43. n. 178. requirendo i 1 adminicula de per se sola sufficientia ad torturā; siquidem si hoc esset verum, destrueretur supra tradita conclusio, quae requirit adminicula ad integrandam solam personam socii nominantis, quae adminicula si essent sola sufficientia, frustra computaretur, & deserviret persona socii nominantis juxta censuram, quam contra eundem Farinac. traditum Raynald. in suis observat. ad cap. 33. supplet. 2. §. 1. à num. 24. ad 26. tom. 3.

Insuper animadvertere oportet, ut socius criminis non patiatur alios defectus præter defectum criminis de quo fuit confessus, quia si aliis gravatus reperiatur exceptionibus, & defectibus, ut puta si sit, inimicus, perius, varius, contrarius, criminofus, inverisimilis, examinatus sub spe indulitus, vel depoñens quando fuit morti traditus, nullum faceret indicium ad torturam, etiam in criminibus exceptis, nisi concurrant alia argumenta quae de per se sola indicium facerent, juxta sententiam, quam contra Bajard. tueritur Farinac. de indic. & tortur. qu. 43. n. 178. & in conf. 80. & conf. 99. num. 65. tom. 1. & in conf. 192. n. 8. lib. 2. ubi Bajard. tamquam loquentem contra aequitatem refellit, Giurba conf. 64. nu. 21. aecedit Martin. del Rio Magic. disquisit. lib. 5. append. 2. q. 17. per totam, Joseph. Ludovic. decif. lucens. 15. n. 5. & 6. Vermigliol. conf. 15. num. 39. & conf. 184. num. 16. Carena de offic. S. Inquisit. p. 3. tit. 10. nu. 51. & 52. Cyriac. controv. 80. n. 9. & controv. 150. nu. 78. Reg. Sanfelic. decif. 382. nu. 5. p. 3. Consil. Prav. respons. 23. nu. 33. quod maxime verum putavit in terminis exorbitantis capituli incip. frequens, & ineffrenata, Reg. Rosa in prax. decretor. cap. 8. nu. 29. versic. in hoc enim Regno.

Sed opinio Bajard. mihi vera videtur, tamquam utilior Reipublicæ, & propriæ conscientiæ.

Bajard. enim in addition. ad Clar. in §. fin. qu. 24. nu. 128. post discussum articulum in punto juris an testes, & socii, qui admittuntur de jure communi, consuetudine, vel statuto in aliquo casu admitti debeant si patientur plures defectus, concludit, quod repellantur; verum in fine subdit, quod aliter servat consuetudo sub his verbis; *Sed quicquid sit de jure veritas est, quod consuetudo servat; ut omnes testes, cum tortura admittantur etiam, quod mille defe-*

*E*bus paterentur, alias raro dictum socii criminis indicium faceret, quia pauci sunt socii criminis, qui pluribus defectibus non sint notati, & sic delicta remanerent impunita; Subdit tamen, quod cum tales testes fines magis infames majori tortura sint afficiendi ad eorum dicta convallanda.

Cum Bajard. pertrahit, Ric. dec. 149. p. 3. *Calix de præmin. M. C. V. c. 42. n. 11.* qui testantur ita practicari per totam Italiam, & ex modernissimis hanc sententiam amplectentibus est Reg. Rosa, qui diu fuit versatus in criminibus coercendis in prax. decret. cap. 8. num. 29. versic. in hoc enim Regno, ubi quod quoties non proceditur ad infligendam penam ordinariam vigore exorbitantis capit frequentes, socii criminis licet inhabiles, & criminosi ex aliis causis, & criminibus admittuntur ad faciendam probationem dummodo, ut diximus non deveniatur ad damnandum reum pena ordinaria ad quam excludendam sufficit, ut unus ex tribus sociis, seu latronibus in tortura deponentibus, patiatur aliquem defectum, quod fuit de mente Collateralis Consilii, in casu in quo unus ex sociis erat confessus tamquam cadaver, ut patet apud Reg. Sanfelic. decif. 382. num. 12. tom. 3. cuius verba ad robur addendum hunc conclusioni adnotanda duximus. *Hinc orta fuit dubitatio in causa Laurentii Florentini inquisiti de furtis, contra quem aderat depositio trium sociorum, quorum unus fuerat tortus tamquam cadaver, & confessus, certi verò fuerant torti in ordinaria tortura, qui damnati extitere ad ultimum supplicium Rotæ more germanico. Et quamvis tres fuerant socii, qui dicebantur non pati alios defectus, & proinde sub capituli dispositione esse casum. Tamen per Collaterale Consilium fuit habitum pro vero unum ex sociis confessum tamquam cadaver non esse integræ fidei, & proinde ex eo, & aliis non dici convictum per adducta à Bertazzolo conf. 234. quem sequitur citando Rovitus in pragm. 5. nu. 5. de recept. malefec. Et quidem ratione recta, nam dum capituli dispositio sic exorbitans à jure, & firmet depositionem ipsorum, & probationem in casu defectus, defaci revertitur causa ad jus commune, & non debet egredi à stricta interpretatione statuti. Unde fuit dictus Laurentius ex vi dictorum depositionum ex homicidio proditorio, & furto magnæ quantitatis convictus*

Tractatus Criminalis Analyticus. 167

ex dictis tantum depositionibus, in quibus erat unus tortus tamquam cadaver, absortus à pœna ultimi supplicii. Sed damnatus ad perpetuò remigandum ad regias triremes, & ita excequutum.

Et licet contra Bajard, sententiam communiter DD. deflectant; non est mirum, quia I D. solent more pecudum ire quo itur, non quo eundum; ideoque non erit ab illa recedendum, tamquam bonis rationibus, & consuetudine judicandi innixa, ex quo si alias in Tribunalibus servaretur quamplura delicta remanerent impunita juxta monitum, Raynald. observat. criminal. in observat. ad cap. 3. suplet. 2. & signanter à n. 21. ad 31. tom. 3. in quibus locis aperte fatetur satis difficile esse eliminare à Tribunalibus, & ab animis judicum opinionem, Bajard, & Doctorum illam sequentium uti utiliori rem justitiae, & Reipublicæ.

Verum citatus Author, tuius consulendo ex cogitavit admittere Bajardi opinionem 16 quatuor concurrentibus; Primum requisitum, quod concurrant adminicula cum dicto socii criminis; Secundum, quod socius non patiatur exceptionem inimicitiae; Tertium, quod non patiatur exceptionem provenientem ex promissione impunitatis; Quartum, quod exceptiones, quæ objiciuntur adversus socios non sint articulatae, & per testes formiter probatae, quia hæc probatio tendit ad repellendum socium ejusque fidem, & dictum prosternendum.

Cujus sententiæ cum traditis modificationibus ego adhæreo in parte, & partibus nempe 17 quoad primum, & secundum requisitum, si quidem, quod debeant concurrere adminicula non est in dubium revocandum cum satis superque fuerit per nos firmatum in versic. Ad hoc tamen, & versic. Adminicula, quemadmodum non est in dubium revocandum secundum requisitum respiciens inimicitiam, quæ tollit totam fidem testibus, juxta Thœoricam Andreae in constitut. Regni usurariorum, quem sequitur Foller. conf. 137. nu. 4. inter consilia crimin. diversor. apud Zilect. lib. 1. accedit de Nigris in cap. Regni vulgaris num. 42.

Cætera requisita non sunt magnificienda, & signanter ultimum, dum defensiones, quæ 18 passim solent fieri per reos non habentur in pretio ut alias diximus, sed illæ exceptiones, quæ desumuntur ex testibus fisci examinatis in processu informativo sunt tutio-

res, & firmiores, ut monet Consiliarius Prætus, qui fuit magnus criminalista discept. forens. tom. 3. cap. 40. num. 123. & 124.

Dum superiorius verba fecimus de Pragmatica Marchionis del Carpio edita sub die 12. Junii 1684. quæ est 30. sub tit. de exilib. subiecta erit ad illius intelligentiam quædam mea brevis consultatio, quam in una facti contingentia elaboravi.

Tenor consultationis.

Per Pragm. 30. in §. 18. sub tit. de exilibus, declaratur poena mortis contra committentes 19 unicum furtum in viis publicis, etiamsi sit modicæ quantitatis excedentis valorem carolenorum decem, & declarantur esse furtæ in viis publicis illæ, quæ committuntur in Tabernis, ruribus, & domibus existentibus in campanea, ibi: Declarando, che s'intendano furti di strada publica quelli, che seguiranno dentro taverne, casè, massar'è, pagliari, & altri luoghi situati in Campagna fuori del recinto della Città, Terre, e Casali, e Ville habitate, così di giorno, come di notte, quando si commetteranno appensatamente, & in committiva almeno di due altri.

In §. 21. tribuit potestatem ad modum belli in dictis criminibus sub illis verbis: Nè delitti di strada publica, e ricatti, come sopra damo, e concedemo facoltà alle Regie Audienze Provinciali, e Commissarii di Campagna, che procedano, come da noi specialmente delegate con la potestà ad modum belli, e che contro l'assenti passino alla forgiudica cõ la brevità del termine contenuto nella Pram. 10. de exilibus.

Hæc Pragmatica condita videtur ad tollendam alterationem Doctorum volentium furtum 20 commissum in ruribus, & tabernis non dici furtum in strada publica punibile poena mortis, & habetur apud Reg. Tap. lib. 5 Jur. Regn. in tit. 41. de publicis latribus, & per Campan. resol. 16. n. 14. qui loquitur in furtis commissis in tabernis sitis in Campanea.

Quatenus statutum reddit punibile pena mortis furtum excedens carolenos decem contadat cum opinione ejusdem, Reg. Tap. in citat. loco num. 4. qui testatur condemnari ad furcarum suspendia furantes etiam parvas quantitates in viis publicis, accedit cum hac opinione, Reg. Rosa in præc. decretor. cap. 5. num. 20. part. 1. ubi testatur de hujus Regni observantia, dummodo furtum sit commissum cum armis; quemadmodum armata manu cum gladio, & cum grastatione

ne est committendum crimen abigeatus ad hoc , ut abigens teneatur poena mortis , juxta text. in l. abigeatus crimen §. quamquam, & in l. 2. ff. de abigeis.

Remanet difficultas respectu processus ad modum belli; Ante hanc novissimam Pragmaticam non dubitabatur , quod ad modum belli procedi non poterat contra committentes furtar in campis , agris , & massariis , juxta tradita per Novar. in commentar. ad Pragm. 10. in §. 48. num. 199. de offic. Judic. ubi tradit ita plures rescriptisse Collat. Consil. & per Campan. in resol. 16. num. 13. ubi quod quemadmodum non est indistincte practicanda poena mortis in talibus furtis commissis in campis , ita non est exercenda potestas ad modum belli.

Sed quamvis post hanc Pragm. quæstio sublata videatur ex claris verbis supra transcriptis ; 23 tamè sublata visa non fuit D. Anton. Police in tract. de præmin. Reg. Audient. tit. 9. cap. 2. num. 130. & 131. tom. 1. ubi afferere ausus fuit Pragm. loqui de poena , non de modo procedendi .

Sed salva pace Authoris hoc gratis afferit non benè perspectis verbis statuti , nam in cap. 18. loquitur de poena , in cap. 21. loquitur de modo procedendi : Nec doctrina Campan. ab eo in antecedenti num. 130. allegata applicari potest ad sustinendam talem affer- 24 tionem , nam Campan. loquitur in terminis , Pragm. 10. in §. 48. de offic. Iudic. per quam statutum fuit , ut contra committentes furtar in via publica , & in Campania procederetur ad modum belli ; undè voluit Campan. ad talem procedendi modum practicandum , ut utraque qualitas concurreret , nempè delictum in via publica ; & in Campania ; Sed iste non est casus noster , nam furtum in ruribus , est commissum in Campania , & habetur pro patrato in via publica , cui nequè applicari possunt termini plurium specialium , quæ resultare videntur ex dispositione hujus Pragm. siquidem hoc præscriberet sibi locum , quando lex expresse non statueret concedendo facultatem ad modum belli in citato §. 21. sed fiscus vellet illam desumere ex §. 18. in quo legislator loquutus fuit de poena , & nihilominus etiam in hoc casu replicare posset fiscus , quod plures fictiones possunt concurrere , quando una subordinatur ad alteram , vel una veniret in consequentiam alterius juxta distinct. Bartol. quam probat , & sequitur

Villagut. de extens. leg. in q. unic. de exten-
sion. statut. jur. num. 77. & 78. fol. 156. à ter-
cum aliis cumulatis per Reg. Rovitum in
decis. 49. nu. 7. & sic eo ipso , quod furtum
commissum in tabernis , & ruribus habetur
pro furto in via publica subingreditur po-
testas militaris , juxta sancta in §. 48. Pragm.
10. de offic. Judic. maximè , quia hoc est uni-
forme cum mente statuentis , quæ potius
est aciendenda , quam verba quando ambi-
qua forent ; dum maximum versatur fa-
vor Reipublicæ delicta puniri.

Et proinde statutum quamvis poenale , & exor-
bitans est potius extendendum , & amplian-
dum , & non strictè interpretandum cum
tendat , ut facinorosi homines è mundo il-
licò tollantur , & alii exemplo territi à delin-
quendo arceantur , Anton. de Matthæis de
criminib. ad lib. 48. tit. 2. de vi bonor. raptor
cap. 3. num. 7.

Non obstat tandem illud , quod objicitur , quod
Pragmatica Marchionis del Carpio sit loca-
lis respectu Provinciarum Aprutii , & proinde
comprehendere non possit cæteras Re-
gni Provincias ; siquidem hæc difficultas
satis senperque resoluta fuit ex his , que
diximus in terminis hujus legis in observ.
ad singul. 179. à nu. 4. ad 6. ubi rejecta opini-
one , D. Antonii Police de præminent. Re-
giar. Audientiar. in tit. 10. de pœnis rece-
ptant. bannitos cap. 2. à nu. 12. cum seq. to. 2.
fol. 229. firmavimus legem esse generalem ,
& præscribere sibi locum in omnibus Pro-
vinciis Regni quemadmodum vindicant sibi
locum cæteræ illæ leges , & particulares
ordinationes insertæ in volumine Pragma-
ticarum quas ibidem recensēmus , quamvis
directæ legantur particularibus locis , qui-
bus nunc addimus , quod cum dicta san-
ctio Marchionis del Carpio in nonnullis ca-
pitibus tendat ad restrictionem , & interpræ-
tationem Constitutionum Capitularum , &
Pragmaticarum , quæ sunt leges generales
Regni , cur afferendum erit non com-
prehendisse omnia loca Regni , quemadmo-
dum cum maxima discussione hac ratione
assignata declaratum fuit in Pragm. 6. de
Syndic. Official. , & ne particuli declarata-
tione hujus legis carere videamus , dico
quod ita novissimè sub die 13. Martii 1714.
declaravit D. Comes Daun Princeps Teani
Strenuus Miles justitiae præstantissimus , &
nunquam satis laudatus hujus Regni Pro-
rex , & Capitaneus Generalis mediantibus
suis

Tractatus Criminalis Analyticus. 169

suis literis per scriptorium Justitiae directis Præsidi Regiae Audientia Materæ, quibus mandavit, ut contra grassatores illos Neapolitanos, contra quos expostulabat Regia Audientia velle procedere ad formam dictæ Regiae Pragmaticæ 30. in §. 20. de exulibus, & cum dispensatione privilegii Neapolitanorum, jussit ut ita procederet cum omni rigore, ut constat ex tenore rescripti, quod hic inferendum duximus, ad hoc ut posteritati consulatur.

Muy Ilustre Señor.

HAyse visto el contenido de la Carta de 20. de Henero proximo passado, con que me bâ expressado V.S. con essa Audiencia la in-29 finidad de ladrones, que andan por essa Provincia, robando a los que caminan por ella, de los cuales se havia logrado la carceracion de tres, que se suponen Napoletanos, ballandoseles parte de la ropa, y dinero, que havian robado con occasion de la feria de Potenza à pobres comerciantes, que de las Provincias circonvicinas, havian ido à ella, y caminaban por aquellos parajes, de lo qual podran resultar grandes inconvenientes si llegan à unirse, y no se les atajan los passos, a cuyo efecto estaba aplicado esse Tribunal con summa vigilancia, y que debiendo proceder en esta dependencia con el mayor rigor, que conviene rezelaba, que la subtiliza de los Abogados le impidiesesen el curso de la justicia, por lo que combendria poner en practica el capitulo 20. de la Pram. 30. de Exulibus, y babilitase yo à esse Tribunal à proceder en esta causa con despensa de los Privilegios Napoletanos, y lo demas que me ha insinuado; y en respuesta bâ parezido dezir à V. S. y à essa Audiencia (como lo bago) que procedan en essa causa, que expressan con todo rigor, y atencion de justicia en conformidad de la Pramatica, que citan en la mencionada Carta de 20. de Henero. Guarde Dios à V.S. Nap. à 3. de Marzo 1714. A lo que V. S. merece. El Principe de Teano Conde de Daun. Secretaria de Justicia.

Et cum iterum de hoc disputari contigisset in currenti anno 1714. in Regia Audientia Salerni in causa Caroli Pistocci ibidem inquisiti, & carcerati de pluribus, & diversis furtis, & latrociniis commissis in comitiva armata manu in locis campestribus: Cumque fuisset hæsitatum per eandem Regiam

Audientiam, an dispositio superius citatae Pragmaticæ Marchionis del Carpio in §. 18. & 21. potuisset in praxim trahi, nedum quoad poenam, sed etiam quoad facultatem procedendi ad modum belli in furtis illis commissis in tuguriis, ruribus, & tabernis existentibus extra loca habitata, factaque de omnibus plenissima relatione. Suæ Excellentia per Dominum Fisci Patronum ejusdem Regiae Audientiae, placuit Domino Proregi rescribere eidem Regiae Audientiae, ut decerneret causam cum potestate delegata ad modum belli, servata forma Pragmat. 30. de exulib. quam servandam mandavit in ceteris consimilibus causis, ut patet ex tenore Rescripti, quod hic imprimendum curavimus, dum prodiisse videtur ad mentem nostræ consultationis superius traditæ. Et juxta opinionem, quam substiuiimus in observat. ad singul. 179.

Copia del dispaccio di S.E. diretto al Preside, ed Audiencia di Salerno.

Muy Magnifico Señor. Aunque por varios motivos, que prodoçais con ese Tribunal, tengo entendido repugnais proceder en la causa de los delictos de Carlos Pistocco con la delegacion, y podestad de el modum belli, bê deliberado ordenaros (como con efecto os ordeno) que con esa Audiencia procedais en la citada causa de Carlos Pistocco con la podestad del modum belli, observando la forma de la Pragmat. 20. de exulibus, practicando la misma en los de mas casos consimiles, procediendo bien si con el voto de toda la Audiencia en los hurtos cometidos en Campaña, y expresados en el §. 18. de la mencionada Pragmatica. Nápoles à 14. de Julio 1714. A lo que Señor M. S. El P.D.T. Conde de Daun. Al Preside, y Audiencia de Salerno.

S U M M A R I U M.

- 1 **T**ortura non potest inferri, nisi facta litis contestatione, & reo auditio in suis defensionibus.
- 2 Tortura ex processu informativo, quando inferri possit in atrocioribus delictis demonstratur.
- 3 Tortura ex processu informativo ad hoc ut inferri possit, an sufficiat sola gravitas delicti, & inditorum urgentia, absque requirito levitatis vita.

Y

4 De.

- 4 Decisio facta per Regiam Junctam in causa U. J. D. Pompilii Gagliani declaratur, num. 7.
- 5 Decisio de Franchis 143, declaratur, n. 6.
- 8 Nullitates propositae per Consil. Franciscum Mariam Prato in causa Pompilii Gagliani transcribuntur,
- 9 Tortura ex processu informativo, quod irrogari non possit, non concorrente requisito levitatis vite, comprobatur rebus judicatis.
- 10 Refellitur opinio de Rosa, & traditur responsio rebus judicatis ab eodem allatis.
- 11 Tortura ex processu informativo præminentia, in quibus casibus communicata censetur Regiis Audientiis.
- 12 Et an possit exerceri per unum ex Auditoribus ex euentu per Provinciam,
- 13 Tortura ex processu informativo, an inferri possit absque liquida probatione corporis delicti,
- 14 Tortura illata ex processu informativo an possit iterum repeti, indiciis non evacuat per primam torturam.
- 15 Tortura ordinaria semel illata, datis defensionibus, & reo negativo existente, an sit locus novae torture.
- 16 Tortura semel illata ex processu informativo ad convalidandam depositionem socii crimini Neapolitani prævia Regia dispensatione, an possit convalidari in tortura secunda depositio sine nova dispensatione.
- 17 Neapolitani ex peculiari privilegio non torquentur ex processu informativo absque dispensatione Proregis; & an in hoc consideretur discrimin inter Neapolitanos, & Reginas, num. 18.
- 19 Tortura ex processu informativo, & non data copia inditorum, an possit inferri testibus convictis, affirmat Reg. Sanfelic. cuius opinionem, distinguendo refellit Parexa de instrumentor, edit. sed pro decisione Sanfelici pugnat Reg. Mattheu, & distinguit Reg. Rosa, n. 20. & 21.
- 22 Tortura denegatis defensionibus, an possit inferri testibus variis, vel vacillantibus convictis ex depositionibus receptis in partibus coram Judice M.C.V. vel Regio Auditore babente præminentias ejusdem M.C.V. traditur praxis servari solita.
- 23 Tortura an inferri possit testibus convallis, vel variis, non constito prius de corpore delicti, vel principali non examinato.
- 24 Torqueri num possit principalis varius

examinatus, uti principalis quoad se, & testis quoad alios.

- 25 Refertur causus novissime decisus.
- 26 Testis unum dicens in processu informativo, aliud in repetitione, an debeat torque ri ad dicendum, in quo dicto persistat, vel à quo fuit subornatus. Et quid si in primo examine dixit unum, in repetitione dixit aliud; sed in tertio examine confirmavit primum dictum.
- 27 Torturæ decreta, per quos Judices sint subscribenda, & exequenda.
- 28 Torturæ, & confessionis actus an irritetur, si tortura fuerit illata absque interventione duorum Iudicium.
- 29 Confessio extorta à reo illegitimè, & injustè torto, an corruat, itaut nulla sequi possit condemnatio, n. 30.

C A P U T XII.

De tortura inferenda ex processu informativo, & quomodo, & quibus requisitis cōcurrentibus inferri possit; testes convicti negantes an subjici possint questionibus ex processu informativo: Tortura an possit inferri per Judicem M.C.V. vel Auditorem missum in partibus, cum præminentibus M.C.V. cum ceteris ad materiam pertinetibus.

Vulgatissimum est axioma de iure communi non esse deve niendum ad quæstionem, seu torturam, nisi facta prius litis contestatione, ac testibus repetitis; & publicato processu, data inditorum copia, reo auditio in suis defensionibus, ex theoria Bartol. in l. fin. ff. de quæstion. & l. si quis adulterium in princip. ff. ad l. Julianum de adulter. quam sequuntur Marsil. Boss. Guazin. Reg. Tapp. decis. 22. num. 3. cum ceteris apud Reg. Rovit. in Pragmat. 1. de bonis proditor. num. 45. & apud Prat. cap. 45. num. 9. Merlin. controversial. 51. centur. 1., & centur. 2. cap. 33. à num. 3. Viv. decis. 143. in princip. Novar. ad Pragm.

Tractatus Criminalis Analyticus. 171

Pragm. sub tit. de Baron. collat. 20. n. 1. Ricc. collect. 1375. Thor. in comp. dec. 10. I. v. tortura ex processu informativo; ex exteris Peguer. in prax. crimin. cap. 12. §. 9. per tot. Gregor. Lopez. in l. 2. tit. 30. par. 7. glos. 2. ubi Villa- dieg. in l. 2. tit. 1. lib. 6. for. judic. num. 10. Valenz. cons. 163. num. 17. cum seq. Bolannos in Curia Philip. III. p. 16. n. 1.

Hæc theorica Bartoli non servatur in atrocioribus delictis, in quibus concurrentibus delicti atrocitate cum inditiorum urgentia, & gravitate, cum vita levitate ex præminentia M.C.V. proceditur ad torturam ex processu informativo contra reum gravatum, juxta tenorem cap. Regni incip. si cum sceleratis, editi à Rege Roberto, quod est 277. & ita voluerunt Andr. de Isern. in Constit. si damna clandestina num. 70. Grammat. in Constit. Prosequentes num. 19. & vot. 3. nu. 30. & vot. 32. Affid. decis. 391. num. 10. ubi Ursill. Tapp. decis. S. C. 22. num. 3. Merlin. controv. 33. tom. 2. num. 2. Leonard. pract. offic. cap. 3. nu. 59. Pap. de præminent. M.C. cap. 3. num. 68. Carrab. in consimil. tract. nu. 52. Thor. in compend. in verb. tortura an de jure inferri possit, Consil. Prat. tom. 3. discept. cap. 45. & 46. Dom. de Rubeis certam. 12. Mastrill. decis. 166. Scacc. de judic. cap. 97. num. 88. Farinac. quest. 39. num. 31. Maur. Burg. de modo proced. quest. 64. num. 3. qui infinitos allegat Bajard. ad Clar. in §. final. quest. 49. num. 54. Muta super Confuetud. Messanae cap. 9. num. 55. & 84. Guazin. ad defens. reor. part. I. defens. 21. cap. I. Paris. in tract. de sindic. in verb. tortum cap. 6. nu. 9. Foller. in Const. Regn. Item dura n. 3. & in sua prax. crim. vers. et si confitebuntur n. 4. Balzaran. sup. Const. Regn. tit. de homicid. Carrer. in prax. crim. tit. de indic. & tortur. vers. que autem n. 17. Scacc. de judic. 10. I. cap. 97. n. 8. Cacher. decis. 79. Hieronym. de Laurent. dec. Aven. 15. num. 3. Luc. in addition. ad decis. Præf. de Pranch. 143. Reg. de Marinis in obseruat. ad decis. Reg. Revert. 276. ubi stat pro rei torquendi vita levitate; & num. 6. monet Judices sub his sequentibus verbis: Quibus sic se babentibus, non possum, nisi toto corde Iudices nostros causarum criminalium monere, ut bujus præminentia gladium, Deum semper præ oculis bantibes, maxima cum circumspectione exerceant, ni malint causam propriam facere. Etenim multoties affirmare solitus ego fui, magis tutum esse, nisi iugens exposcat necessitas, juris ordinem

perverti, ut Iudex servato juris ordine reum torqueri mandet; potest enim dari casus, ut indicia illa, quæ à principio satis urgebant, datis defensionibus, siveque reo in juribus suis auditio purgentur.

Et quamvis Consil. Rocca. in tract. de offic. rubr. 14. de offic. Commiss. contrabannor. §. 14. n. 30. 3 assérat duo requisita sufficere, & in practica ita servari, nempe solam gravitatem delicti, & inditorum urgentiam, & allegat Bajard. ad Clar. qu. 64. num. 38. Jo. Grand. de bell. ex cul. fol. 23. nu. 13. Burg. de mod. proced. ex abrupt. qu. 64. n. 14. ex Amendol. ad D. de Franch. decis. 143. num. 2. Reg. Tapp. dict. dec. 22. num. 3. & ita decisum refert per Regiam Junctam coram Excellentiss. D. Comite de Pignoranda, ipso existente Commissario in causa U. J. D. Pompilii Gagliani; tamen pace tanti Viri, ejus opinio falsa detegitur; & non probatur, neq; authoritate DD., neque rei judicata ab eo allata.

Non probatur authoritate DD., siquidem Bajard. ad Clar. non testatur, nec testari potest 4 de praxi M. C. V., ex quo nunquam fuit ibidem Judex, neque Advocatus dicti Tribunalis, neque Civis Neapolitanus, sed Parmensis.

Io: Grand. de bell. ex cul. loquitur in materia modi procedendi ad modum belli, & sic parvum facit ad rem.

Nec adversatur decis. de Franch. 143. quem laudant in Authorem contrariae praxis, 5 perinde quasi dixerit non esse necessarium requisitum levis, & diffamatæ vita, ut dixit num. 2. & nihilominus hodie M. C. ea utitur, non adhibitis aliis circumstantiis, nisi gravitate delicti, & urgentia inditorum; siquidem dicta decisio aliter fuit interpretata ab omnibus Scribentibus post dictam decisionem, quemadmodum Reg. Tapp. in dec. 22. num. 2. & 3. ubi testatur de contraria observantia M. C. V. his verbis: Et ita bodic servamus tam in M.C. quam in S.C. ubi si quis appellat ad S.C. à decreto torturæ discutimus gravitatem delicti, sufficientiam indicorum, & qualitatem personæ, unde magis credendum erit Reg. Tapp. qui magis tute testari poterat de praxi M. C. V. ubi fuit per multos annos Judex, & Fisci Patronus, quam D. de Franch. qui nunquam fuit Judex M.C.V. sed solebat de praxi ejusdem M. C. V. interrogare illos Consiliarios, qui extiterant Judices in eadem M. C. ut ipse met testatur in dec. 629. & dec.

Præterea non opitulatur dicta decisio, quia et si concedere velimus, quod tempore D. de 6 *Franchis* servabatur praxis tradita, intelligenda erit in Civibus Neapolitanis appellantibus in S. C. à decreto torture ex processu informativo, postquam dispensaverat Collat. Consil. quia tunc S. C. non potest cognoscere, an sit casus, in quo inspecta qualitate personæ, vel delicti potuerit D. Prorex dispensare, sed tantum potest cognoscere, an bene judicaverit M. C. adesse, vel non adesse inditia, ut explicat idem D. de *Franchis* num. 5. ubi subdit, quod quando tractatur de tortura Regnicolis, vel exteris inferenda, audiuntur Advocati in S. C. super omnibus; & proinde decisio vel erit intelligenda secundum traditas intelligentias, vel factendum erit fuisse recessum à dicta praxi per contrariam obseruantiam, & res judicatas, quæ successivis temporibus semper in contrarium prodierunt, juxta inferius dicenda, quia novissima observantia Tribunalis, & stylus ultimus est attendendus *Reg. Galeota lib. I. controv. 29. num. 27.* quæ quidem observantia vires accipit ab ultimis rebus judicatis, *Reg. Merlin. centur. 2. controv. 33. num. 22. & 24.* ubi loquitur in terminis propositæ speciei torturæ inferendæ ex processu informativo,

Non probatur authoritate rei judicatae, nam in causa inquisitionis Baronis Pompilii Gagliani non aliter decisum videtur, prout ipse *Roccus* testatur; siquidem propositis in *Reg. Juncta nullitatibus adversus decretum torturæ, latum ex processu informativo concurrentibus duobus requisitis tantum, facta paritate, fuit dirempta ad favorem rei, admissa septima, & decima nullitate, ut constat ex traditis per Consil. Prat. discept. forens. tom. 3. cap. 45. & signanter à num. 46. ad 50. & tom. 4. cap. 46. & ex voto Reg. Consil. de Rosa impresso per Reg. de Rosa ejus gentilem in prax. crim. decretor. cap. 8. num. 78, vers. ex his. Reg. Petra in suis commentar. super Rit. 54. à nu. 12. usque ad finem, vers. binc tom. I.*

Tenor nullitatum subscriptarum à Francisco Maria Prato postmodum Reg. Consiliario.

IN Regia luncta formata de ordine S. E. comparet V.I.D. Pompilius Gagliano, Baro 8 Sancti Mauri, & adversus decretum interpositum per dictam lunctam contra Compa-

rentem de torquendo ex processu informativo ex causa prætensiæ inquisitionis, ut ex actis non recedendo à nullitatibus alias propositis per Comparentem ipsum, sed eis formiter inhaerendo infra scriptas alias nullitates proponit citra præjudicium reclamatio- nis, omniumque aliorum jurium sibi quodocumque, qualitercumque, & ex qua- cumque causa competentium omni meliori via, & forma,

Septima Nullitas in ordine, quia tortura in- ferri non potest, nisi precedant legitima inditia à jure approbata, per tex. in l. I. & leg. unius §. in ea ff. de qu. I. milites §. cum oportet C. eod. tit. de qu. at cum nulla sunt indicia con- tra Comparentem ex iis, quæ constare potue- runt in interrogatoriis. datis tempore, quo fuit constitutus, ac ex testibus qui in faciem Comparentis juraverunt, redditur decretum nullum, uti contra jura prædicta.

Octava Nullitas in eo consistit, quia decretum prædictum de torquendo contra Comparen- tem, est contra jus municipale hujus Regni, & casum expressum in Pragm. 22. sub tit. de Baronib. que manavit à Serenissimo Rege in remunerationem servitorum præstitorum per Barones Regnicolas, eaque cautum est Barones Regnicolas instar Neapolitanorum non posse torqueri ex processu informativo, neque dispensationes esse faciendas, nisi in gravissimis delictis nominatim indicatis, scilicet Assassini, falsæ monetæ, sacrilegii, & sodomiæ, secus autem in delictis simplicibus; unde cum Comparens ex delictis prædictis non urgetur, decretum appareat nullum.

Nona Nullitas est, quia in decreto prædicto intervenit, & suum præbuit calculum Regius Consil. Anton. Capiblanc. qui post formata inquisitionem de ordine M. C. V. contra certos Homicidas illorum de Carrafa, qui sane homicidæ fuerunt forjudicati, & Comparenti ipso in nibilo fuit indiciatus, imò ut innocens à delictis prædictis nequaquam nominatus, caput novam informa- tionem. Cumque Comparens vel invitus eum recusaverit; & ordinatum per Iun- ctam, quod deponat super nunnulis capitibus, facta per ipsum depositione, & dato termino fuit interpositum decretum, fa-cta relatione, de recusatione prædicta coram Excellentissimo D. Prorege, quod non interveniat; unde informatio per ipsum capta redditur nulla, ad tex. in cap. qualiter, & quando il 2. de accusat. & in c. cum in juven- tute

Tractatus Criminalis Analyticus. 173

tute 15. de *præsumpt.* & per *consequens* *decreto* *de torquendo quod fundamentum habuit ex informatione ipsa redditur nullum,* ad *text.in l.eum qui ædes, ff. de usucap. cap. cum Paulus 1.qu.1.*

Decima Nullitas *præcedenti collimat.* nam in *decreto prædicto de torquendo votum suum dedit Reg. Conf. D. Thomas Caravita qui per prius extiterat Fisci Advocatus in causa inquisitionis delictorum prædictorum; quam ob causam fuit recusatus per Comparentem, & declaratus suspectus, mediante decreto ejusdem Iunctæ; unde cum nullo jure poterat esse Iudex in causa, in qua extiterat Advocatus, per text. in l. Prætor juncta glos. in verb. cum justam, ff. de jurisdict. omn. Iudic. & in l. fin. C. de assessor. accedente quoque dispositio ne juris Regni expressè judicandi potentiam inhibentis Advocato ex Pragm. 15. §. 18. sub tit. de suspicion. Official. decretum remanet omni ex parte nullum, &c. Franciscus Maria Pratus.*

Fuit decisum, septimam, & decimam Nullitatem obstatere, ut habetur apud eundem Conf. Prat. discept. forens. cap. 46. tom. 4.

Hanc eandem observantiam comprobata legimus novissimis rebus judicatis, de quibus testatur D. Hieronym. Calà de præminent. M.C.V. cap. 17. num. 16. in causa Ignatii de Sio inquisiti de appensato homicidio, & in causa Michaelis Longobardi, in quibus existentibus M.C.V. Judicibus numero paribus, datis Reg. Consiliariis adjunctis ad dirimendam paritatem fuerunt in decernendo, dannas esse defensiones, & non esse inferendam torturam ex processu informativo, ex quo deficiebat requisitum levitatis vitæ; Et quod hæc consuetudo torquendi ex processu informativo sit servanda, & restrin genda in supremis Curiis in casibus specialibus, in quibus recepta est, & quoad reos malæ vitæ, & famæ, vilisque conditionis, ex Farinac. & Bobadilla notat Mattheiu de re crimin. controv. 25. n. 28. in fin.

Quibus novissimis rebus judicatis sic stantibus, non sunt in pretio habenda scripta, & io aliâs decisa apud Reg. de Ros. in præc. decret. criminal. M. C. V. cap. 8. num. 83. vers. sed quod dico, & in resol. criminal. 1. post civil. de cret. præc. num. 13. qui firmat duo prima sufficere requisita, siquidem ejus opinio corruit ex traditis per eundem in superius cit. num. 53. ubi testatur, quod suo tempore utramque opinionem servata in vidit; igi-

tur nullus adest stylus, seu praxis, quod non exigatur levitas vitæ, & quamvis aliquando tale requisitum non fuerit habitum in consideratione, id contingere potuit ob talem criminis atrocitatem, per quam vi sum fuit supremis Magistratibus posse in illo casu ob Reipublicæ incolumentem, jura transgredi, juxta vulgatum illud Cornel. Tacit. axioma: *Omne magnum exemplum, quod habet aliquid ex iniquo, publica utilitate compensatur.*

Præminentia M.C.V. quamvis communica tæ dicantur Regiis Audientiis, tamen com municata non videtur præminentia hæc inferendi torturam ex processu informativo, nisi in casibus illis, in quibus habent dispensationem procedendi ad modum belli virtute Pragmat. 10. in §. 48. de Offic. Iudic. In cæteris verò delictis etiam capitalibus adhuc ut taliter procedere possint, debent obtinere facultatem à D. Prorege, ut ad vertit Capiblanc. de Baronib. in Pragm. 8. nu. 75. 76. & 77. & idem dixit Calà de præminent. M.C.V. cap. 31. nu. 18. 19. & 20. & Nos quoque diximus in observ. ad singul. nostri Genitoris 286. num. 9. ex eodem D. Calà in cap. 34. à num. 7. ad seq. ubi notabiliter ad vertit talet præminentiam torquendi ex processu informativo denegatis defensionibus esse tributam M. C. V. uti Vicariam Regis, & proindè communicatis privilegiis ejusdem M. C. V. Regiis Audientiis, non censi communicata ea privilegia, quæ sunt tributa Vicario Regis in signum supremæ Majestatis. Sed contradicunt scripta per Reg. Tapp. decis. 22. num. 6. & 7. & per Reg. Sanfelic. decis. 350. à num. 5. ad 8. tom. 3. & per Reg. Merlin. controv. 33. n. 15. cent. 2. qui indefinite hanc præminentiam tributam, & communicatam dicunt ex antiquissima consuetudine.

Et an talis facultas possit committi, & exerce ri per unum ex Auditoribus exeuntibus per Provinciam diximus cit. loc. ex Reg. Sanfelic. decis. 350. tom. 3.

Ad subjiciendum reum quæstionibus, denegatis defensionibus requiritur liquida probatio corporis delicti, quia tali non concurrente lucida probatione, concurrerent plura specialia, juxta tradita per Scannarol. de visitat. carcerator. lib. 1. secl. 1. nu. 30. quamvis Reg. de Rosa resol. crim. resol. 10. num. 14. in fin. par. 2. & in resol. 1. post præc. civilem num. 52. contrarius videatur, dum dicit, quod

quod sufficit constare de delicto in genere ex conjecturis.

Nec erit locus repetitioni hujus torturae ex 14 processu informativo, si per primam torturam illatam non extiterint probationes, & indicia sublata, & evacuata; nam cum dicta praeminentia sit odiosa, & exorbitans a jure communi, intelligenda est quo minus lēdat jus commune, & jus alterius, & sic de primo actu, & de prima vice tantum, ut per doctrinam Grammat. in conf. 64. num. 12. advertit Reg. de Marin. in observ. ad decis. 154. Reverter. ad num. 9. ad 12. tom. 1. ubi ejusdem Grammatici verba transcribit. Verum datis 15 defensionibus, & indicis non totaliter evacuatis, nullam habereū difficultatem decernere iterum reum esse torquendum, quemadmodum vidi in antiquis processibus plures fuisse servatum, quod desumitur etiam ex verbis ejusdem Grammat. quamvis hoc male servari ex Reg. Tap. testetur Reg. de Marinis in observat. ad decis. Reg. Reverter. 415. num. 3. tom. 2.

Quæ adeò vera sunt, & juri conformia, quod si fuerit illata tortura socio criminis Neapolitanus ex processu informativo, & prævia Regia dispensatione, non uti reo principalis, sed uti socio ad convalidandam primam ejus depositionem, si idem erit iterum torquendus ad convalidadam secundam ejus depositionem, in qua nominavit alios socios, requiritur nova dispensatio, adeout si fuerit depositio convalidata in secunda tortura illata ex processu informativo, sine nova dispensatione, nulla erit de ea habenda ratio, ut ex veris principiis firmat, & decisum demonstrat R. Merlin. controv. forens. centur. 1. c. 51. ubi in fine extollit idem Consilium, Grammat. 64. & subdit hæc verba: Tantā fortius dicendum erit, non posse repeti contra Neapolitanos, quo casu lēditur non tantum jus commune, sed etiam gratia eisdem concessa a Serenissimis Regibus; & diximus in observat. ad singul. 60. nostri Genitoris, accedit Thor. in 3. par. 3. par. verb. tortura licet leviter fol. 372. licet Anell. de Sarno in prax. crim. in annotat. ad formul. 47. n. 13. fol. 394. in ult. impress. afferat hoc fuisse oppositum in M. C. & non fuisse habitam rationem, sed hoc non est attendendum per Judices, sed illud quod est de jure, Affid. in Constat. Regni Humanitate num. 24. ubi loquitur de Judicibus M. C. V. se fundantibus super observantia contra leges.

Cum Neapolitani ex peculiari privilegio non torqueantur ex processu informativo absq; 17 dispensatione Proregis, & Collat. Consilii, scire oportet, quod quando M. C. V. est voti adesse indicia, & posse dispensari, Fisco instantे, relationem facit in scriptis D. Proregi, & per DD. Regentes in dorso ejusdem relationis, non auditis partibus conceditur licentia, seu dispensatio, sunt verba D. de Franc. dec. 243. n. 5. de quo aliis relatis memor fuit Calà in cit. tract. de præm. M. C. V. cap. 18. à num. 14. in quibus locis animad- 18 vertit, quod majori privilegio potiuntur exteri, & Regnicole, quam Neapolitani. Siquidem pro exteris torquendis ex processu informativo M. C. V. non indiget aliqua dispensatione, & proinde admittuntur ad appellandum in S. C. ubi audiuntur denuo Advoçati super inditiorum discussione, sed Neapolitanorum Advocati non audiuntur in R. Coll. Consil. quādo est decernendum, an sit concedenda, vel deneganda dispensatio. Regulariter testis convictus subjiciendus est quæstiōni, & torturae ex processu informativo, non data copia indiciorum, ut affirmativè resolvit Reg. Sanfelic. decis. 24. n. 1. per doctrinam Bartol. communiter receptam in I. unius §. testes nu. 1. ff. de question. sed opinionem Sanfelic. rejicit Parexa de instrument. edit. tit. 6. resol. 8. num. 51. qui illam intelligit quando testis convinceretur de variatione, & mendacio ex sua propria confessione, secūs quando de mendacio argueretur per testes, aut ex aliis documentis, quia tunc torqueri non potest, nisi indiciorū copia data ex Franc. Personali, & Farinac. Sed animadvertisendum erit, quod contra distinctionem traditam per Parex. insurrexit 20 D. Mattheu de regim. Regn. Valent. cap. 8. §. 2. à num. 50. ad 54. ubi firmat, quod opinio pro tortura satis urget, & satis recepta videtur, itaū secundum illam səpiùs decisum demonstrat. Verum Reg. de Rosa in prax. crim. cap. 2. num. 2. par. 1. intelligit recipiendam, & practicandam decisionem Reg. Sanfelic. in atrocioribus criminibus, in quibus M. C. procedit uti delegata, vel quando D. Prorex, vel Collat. Consil. concedit præminentias Auditoribus, & Judicibus in partibus juxta tenorem Pragm. 10. in §. 66. de Offic. Judic.

Urget pro opinione Reg. Sanfelic. & Mattheu ratio illa inconvenientis publicationis pro- 21 cessus informativi ex concessione copiae testi

Tractatus Criminalis Analyticus. 175

testi convicto , quæ ratio fuit considerata à *Maison de contrabann*, quest. 12. num. 4. & 5. sed hæc ratio sutilis , & non tuta videtur *D. Hieronym. Calà de præminent. M.C.V. cap. 42.* ex quo afferit, quod subornationis timor non consideratur in defensionibus concedendis , dum denegari non possunt propter torquendi potentiam.

Verùm tortura, denegatis defensionibus inferri potest testibus convictis etiam per *Judices M. C. V. vel Regios Auditores missos pro informatione* capienda in partibus cum præminentibus ejusdem *Magnæ C. V.* qua præminētia uti possunt quoad testes convictos tantum juxta *Pragm. 10. in §. 66. de Offic. Judic.* non autem ad subjiciendum quæstionibus testes varios , & vacillantes, respectu quorum deficit jurisdictione torquendi, cum *Judex M.C.V. vel Regius Auditor* non possit decernere torturam extra Tribunal , & proinde usus invaluit duçere testes torquendos ad *M.C.V. vel ad Tribunal Regiæ Audientiæ*, quemadmodum servasse cōperimus *Regentum Merlinum apud Thor. in compend. dec. 10. 3. verb. examinari*, qui *Regens Merlinus* cum missus fuisset uti Commissarius , & *Judex M. C. V. ad capiendam informationem* cum præminentia quoad testes , & cum informationem reperisset capitam per Curiam loci patrati criminis , & in repetitione reperisset testes varios à prima depositione, duxit testes torquendos in *M.C.V. quam observantiam firmat ex veris principiis D. Hieronym. Calà de præminent. M.C.V. citat. cap. 42. à num. 1. ad 6. & num. 37.*

Sed illud scire oportet , quod talis tortura inferri non potest testibus convictis , vel variis non constito de corpore delicti ex traditis per *Farinac. de testib. qu. 80. num. 70. & per D. Hieronym. Basilico* decif. 35. num. 30. in fine , qui allegat *Ricc. Collect. 1143. p. 4. Addendus est ex Regnicolis , Folkierius in prax. crim. verb. Capiat informationem nu. 38. vers. est etiam notandum , Reg. Rosa in praxi decretorum CCP. 2. num. 4. p. 1.*

In super tortura testibus, inferenda non est, nisi reo principali examinato , quia si habeatur ejusdem rei confessio non erit opus tortura testium , *Calà de præminent. cap. 42. num. 31.*

Restat ut materiam absolvamus cum non minus utili , & practicabili quæstione de qua

24 nostris temporibus hæsitatum fuit . Nūm torqueri possit principalis varius , & in affirmativam sententiam descendit *Farinac. cons. 23. nu. 18. lib. 1.* videndus est *Bajard. ad Clar. in §. final. qu. 21. num. 150.* ubi negat respectu principalis variii , sed affirmat in eo, quod respicit socios , quando fuit examinatus uti principalis , quoad se , & testis quoad alios ex *Caravit. in Rit. 79. in fin. quem laudat Reg. Sanfelic. decis. 23. 1. nu. 5. tom. 2.* & hanç eandem distinctionem ex recentioribus amplectitur *D. Hieronym. Calà de præminent. M.C.V. cap. 42. num. 21.* laudando *Bajard. Caravit. & alios Authores.* Verùm quod debeat inferri tortura ad videndum quenam contra principalem varium , qui prius depositus tamquam testis contra tertium , & postmodum fatetur delictum contra seipsum , & per consequens falsum depositum videtur contra alios, ut praticatū refert per *Regiam Audientiam Transnē de anno 1664. Anell. de Sarno in sua prax. crim. formul. 81. nu. 33. & 34. fol. mibi 434.* sed cōtrarium servatum audivimus per *M. C. D. in anno 1704. contra illum qui 25 interfecit Franciscum Antonium Romanum*, qui prius fecit duas depositiones judiciales , ut testis , & denuncians, de homicidio prædicto commisso per quendam cordonem , & certos mercatores , & postmodum depositus, depositiones prædictas fuisse falsas , & delictum fuisse ab ipso denunciante patratum de mandato sui fratri, virtute cuius confessionis ratificatæ in Aula C. pro T. S. & in caput socii tantum , concurrentibus alijs indiciis confessionem justificantibus , fuit morti traditus absque ulla tortura ad videndum quenam ex tribus depositionibus esset vera, ut ex actis penè Tabularium Scribam Fiscalem, cum qua praxi *M. C. V. ego libenter concurro*, quoties constat de verisimilitudine ultimæ confessionis , prout constabat in proposita specie, quia semper , quod constat de rei veritate unius ex depositionibus non erit locus torturæ ad videndum , in quo dicto persistat testis ex *Vulpell. cons. 104. num. 11. & Guazzin. ad defens. reor. defens. 19. cap. 16. n. 24.*

Illud etiam hic duximus subnectendum, quod testis , qui in primo examine processus informativi dixit unum , in repetitione dixit aliud revocando primum dictum , non erit locus torturæ ad videndum in quo dicto persistat ; sed ad dicendum à quo fuit subor-

bornatus, ex rationibus adductis per Raynald. obseruat. criminal. in obseruat. ad cap. 18. §. 7. suppler. 4. à num. 17. cum sequent. to. 2. & hanc praxim comprobat ex regnicolis, Reg. Rosā in prax. decret. c. 2. & resolut. criminal. p. 3. resolut. 10. sive 25. num. 4. & 5. Verūm nulla tortura inferri potest testi, qui in tertio examine confirmat primum dictum, dicens fassum fuisse contrarium in secundo examine ad subornationem personæ quam nominat, ut concludit, & probat idem Raynald. in locis proximè cit. num. 54. 55. & 56. ubi assignat rationem cur tortura inferri non debeat; siquidem tortura vel datur revocanti ad sciendum, à quo fuit subornatus, vel datur ad videndum in quo dicto persistat; in primo casu cessat remedium torturæ quod est subsidiarium; in secundo casu pariter cessat remedium torturæ dum jam constat de subornatione.

Illud animadvertere quoque oportet, quod quamvis decreta de torquendo, quæ profertur per Judices M. C. V. aut aliorum Tribunalium sunt subscribenda per omnes Judices, vel illorum majorem partem, & per duos administrus exequenda, si in Tribunali in quo executio facienda est tot Judices reperiantur juxta sancta im Pragmatica Caroli V. de anno 1540. quæ est prima sub tit. de questionibus; nihilominus si tortura illata reperiatur absque interventu duorum Judicium, & reus confessus extiterit, non irritatur actus torturæ, nec confessio subsequuta, ut per doctrinam Andreæ resolvit Reg. Rovit. super Pragm. 3. in §. mandamus num. 4. de offic. Magistr. Justiciar. qui tamè loquitur per verbum forsitan, & dummodò alias sit legitimè facta quæstio; comprobat opinionem Roviti, Rovito sub silentio involuto, Novar. in collectan. super Pragm. I. de question. n. 2. sed laudat Rovitum, Angel. Scialoya in praxi torquend. reos cap. 8. n. 19.

Dixit bene Rovitus, dummodò legitimè sit illata tortura, quia illegitimè, & injustè reo torto, nempe non precedentibus legitimis indiciis, vel in casibus in quibus de jure torqueri non potest, tunc nedum non optulatur confessio, sed nulla sequi potest condemnatio etiam ratificata confessione post torturam, concordat Anton. de Matthæis ad lib. 48. Digest. tit. 16. cap. 3. de quest. num. 19. ubi, quod in hoc casu abolita accusatione, omnia ex integro repetenda sunt, qui loquitur in casu quo Judex nullis, ac levio-

ribus indiciis reum quæstioni supposuit: Novar. in loco superius citato num. 3. Sed aliter sentit Reg. Mattheū de re criminal. controversial. 27. à num. 28. existentibus in processu legitimis indiciis habitis ante torturam, quia quamvis tortura injustè adhibita fuit, non ex quo non præcedebant legitima indicia, sed ex quo reus fuit immoderatè tortus, vel tortus pro delicto non merente pœnam corporis afflictivam, & tunc dicit, quod processus non corruit nisi respectu torturæ, in qua cum reus confessus extiterit indicia purgata dici non possunt, accedit Reg. de Marin. videndus in lib. 1. Suar. resol. cap. 205. num. 16. ubi aliter sentit in reo immoderatè torto.

S U M M A R I U M.

- 1 **M** Inores, & impuberes quatuordecim annorum an quæstioni, seorsim torturæ subjici possint, vel tantum terreri, num. 2.
 - 3 *Et quid in pubertati proximis tanquam dolii capacibus.*
 - 4 *Refertur dissidium inter Cujac. Crucis, & Ant. de Matthæis, qui nominatim refellit Cujac. & verba Ant. de Matthæis, tanquam magistralia afferuntur, nu. 5.*
 - 6 *Cujaci refellitur à Jo: Zangero.*
 - 7 *Minori proximo pubertati, qui est dolii capax, quemadmodum in delicto est parcendum, itidem est parcendum in quæstione.*
 - 8 *Senes non possunt torqueri, & quæstionibus subjici probatur ex textu in l. ignoscitur ff. ad Syllan.*
 - 9 *Senes decrepitæ etatis, vel propter imbecillitatem corporis nullo modo torqueri possunt.*
 - 10 *Crusii, & Ant. de Matthæis verba transcribuntur pro quæstionis decisione, nu. 11.*
 - 12 *Senibus decrepitæ etatis nendum tortura inferri potest, sed neque metus tormentorum ex Ant. Fabro.*
 - 13 *Senis robustus validus, & non agrotans an torqueri possit.*
 - 14 *Senis sexaginta annorum fuit torturæ suppositus apud Reg. Sanfelic. cuius verba referuntur.*
 - 15 *Senis an dicatur ille, qui est constitutus in juvenili etate 30. vel 40. annorum, sed à natura, vel à morbo lapsus est in senectutem. Et quid in valetudinario, num. 17.*
 - 16 *Afferuntur verba Zacchia pro decisione propositæ quæstionis.*
- 18 Senes

Tractatus Criminalis Analyticus. 177

18. *Senes ad hoc, ut excusentur à tutela, & à muneribus personalibus an requiratur ætas septuaginta annorum.*
19. *Verba textus in l. 3. C. qui ætate, vel profess. se excusant. in medium afferuntur.*
20. *Verba textus que loquuntur de quinquaginta annis an legenda sint septuaginta ex Harprecht.*
21. *Ætas septuaginta annorum an requiriatur completa, vel annus incæptus habeatur pro completo.*

C A P U T XIII.

Impuberis, & minores 14. annorum an quæstioni, seu torturæ subjici possint, & quid si sint pubertati proximi, & quid in senibus, & in qua ætate dicatur reus in senectute constitutus, & quid in valetudinariis, & an requiratur ætas septuaginta annorum ad præbendam excusationem à tutela, & à cæteris personalibus muneribus.

Ambigendum non est, quod minores 14. annorum quæstioni, seu torturæ subjici non debent, ex text. ex l. 1. §. impuberi, & ex l. 14. ff. ad Sen. Conf. Syllan. Et in l. 10. ubi glossa de quæstion. Sed tantum terrori possunt, minis, vel verbis atrocioribus, vel tantum ferula cædi possunt juxta jura concordantia in l. 1. §. impuberi ff. ad Senat. Conf. Syllan. ubi Ulpian. respondit, Et magis est, ut de impubere, nec quæstio beatetur; terreri tamen solent; & habena, vel ferula cædi, accedit textus in l. 10. & l. 15. §. 1. ff. de quæstion. quod comprobatum legimus, unanimi consensu nedum apud antiquos Interpretes; sed apud eruditos, ut legitur apud Crusium de Indic. delict. p. 4. cap. 39. à nu. 30. apud Anton. de Matthæis ad lib. 48. fff. tit. 16. cap. 2. de confessione extorta nu. 8. Zanger. in tract. de quæstionib. seu torturis reorum cap. 1. nu. 36. & 37.

Difficultas in eo versatur, apud laudatos Au-

- 3 thores an pubertati proximi torqueri possint tamquam doli capaces; Evidèm Cujac. 6. observat. 22. affirmativam amplexus fuit sententiam, quam insequitur Crusius de indic. p. 4. cap. 39. num. 31. 32. & 4 & 33. ubi subdit verba Cujacii; Nam pubertati proximi doli capaces sunt, atque etiam lege 12. tabularum puniuntur si furum fecerint, puto, & ex suo delicto de eis quæstionem baberi.

Sed in contrarium pugnat Anton. de Matthæis ad lib. 48. fff. tit. 16. de quæstionib. num. 8. ubi nominatim refellit Cujac. audiantur verba Magistri; Et licet vir doctissimus J.C. Cujacius hoc restringat ad admodum impuberis, putetque proximos pubertati, quoniam doli capaces sunt, etiam torqueri posse, nescio tamen an id probari possit: leges enim adductæ loquuntur expressim de minore annis quatuordecim. Nec sequitur est doli capax; ergo torquendus; sed illud potius: Est doli capax; ergo habena, vel ferula cædendus, non torquendus. Ad hanc si cum Cujacio leges adductas de valde impubere velis accipere, eos qui doli, & criminis capaces non sunt terribis, cædes habenis, vel virginis, quod absurdum est: nam unde consilium abest, inde ut peccatum, ita & pœna peccati abesse debet. Quid ergo an pueris fides habenda sine tormentis? Nequaquam; atas enim, qua adversus tormenta eos tuetur, etiam mendacii suspectos facit. Senec quidem dixit; Nihil puer teste certius esse. Verum ea sententia declamatorem magis, quam Jurisperitum decet. Penitus enim pueri ingenium examinantibus, apparebit verissimum esse quod Plato tradidit, pueros quoniam prudentiae fontem nondum perfectum habent, non solum acerrimos, & petulantissimos, sed & insidiostissimos omnium bestiarum esse.

Cujacium quoque refellit Joannis Zanger. in tract. de quæstionib. seu tortur. reor. cap. 1. 6. n. 35. & 36. ibi: Planè si impuberis pubertati proximi sint, & ita doli capaces, non dubitatur quin terrori debeant, & habena, vel ferula cædi l. 1. §. impuberi 33. ff. de S. C. Syllan. Prosp. Farin. in d.q. 41. n. 17. quamquam Jac. Cujac. lib. 6. obs. cap. 22. existimat hoc casu ex suo delicto de impubere quæstionem baberi debere, argum. l. 3. §. 1. ff. de sepulcr. violat. Verum cum impuberi proximo pubertati, qui doli capax dicitur l. pupillum 111. in princ. ff. de R. J. juncta l. 3.

§. 1. ff. de injur. in supplicio parcatur d. l. 1.
§. impuberi 33. l. auxilium 37. §. 1. versic.
in delictis, & ibi DD. communiter ff. do mi-
norib. Ant. Gomez tom. 3. resol. cap. 1, nu. 62.
& seq. consequentia necessaria sequitur ei-
dem parcendum esse etiam in quastione d.l. I.
§. impuberi, 33. ff. de S. C. Syllan.

Ex quibus satis certis juris principiis descendit
8 quod senes quæstioni subjici non possunt,
quod clarius probatur, ex text. in l. 3. §.
ignoscitur ff. ad Syllan. ubi expressè statui-
tur, ignoscendum esse ætati, & senectuti
sub illis verbis; Ignoscitur etiam iis, qui
ætate defecti sunt. Ad interpretationem hu-
jus text. accedit Brunneman. à nu. 8. ad 11.
ad §. 7. ubi ita interpretatur: Ignoscitur
etiam iis qui ætate defecti sunt, unde Go-
thofr. ex Claro §. final. quæst. 64. notat se-
nibus remitti torturam, ubi tam non tam
de ætate, quam de infirmitate senum in-
quirendum esse, notat ex Zangero de quæst.
cap. 1. num. 39. Thabor. de quæst. 1. th. 29.
conf. Carpz. quæst. 1. 8. nu. 34. Farinac. q. 41.
num. 29. Thabor d. l. ad valitudinarios ex-
tendit; idèque Judices, & Notarii, ubi
putant de quæstione babenda posse responderi
super bis circumstantiis, cuius sit ætatis,
an fatuus, an robustus, an valitudinarius
inquirere, & si quid tale reperiatur in actis
notare debebunt Menoch. cas. 59. num. 3. &
juxta illam distinctionem in Facultate ter-
ritorium, vel torturam dictatam memini.

Concordant verba Zanger. in tract. de quæst.
9 seu tortur. reor. cap. 1. à nu. 38. ubi quod
totum relinquitur arbitrio Iudicis, & sunt,
*Hoc verò arbitrium maxime in eo versa-
tur, ut cum senibus propter imbecillitatem
corporis ignoscatur, judex diligenter inqui-
rat, non tam de ætate, quam de senum in-
firmitate: & siquidem troptè decrepitam
ætatem senex non possit pati torturam me-
ritò à tortura Iudex abstinebit.* Zacch. quæst.
med. legal. lib. 6. tit. 2. qu. 4. n. 5. & 6. dicit
quod ad Iudicis arbitrium remittitur qui
nam dici beat senex.

Non discrepant infrascripti DD. in senibus de-
crepitæ ætatis.

Angel. Aret. de Malefic. in verbo quod fama
publica n. 102.

*Crusius in tract. de Indic. part. 4. cap. 39. nu.
24. 25. 26. & 27., cuius exteri gravioris,
10 & eruditii Authoris verba hic transcribere
opportunum existimavimus. Ætatis ra-
tione torqueri non debent senes decrepitæ*

ætatis, aprici, & pueriles l. 3. §. 7. ff. ad S.C.
Syllan. Relinquitur verò Iudicis arbitrio,
quænam ætas, quæna senectus attendenda
sit in presentiarum, ubi non tam senectus,
quam hominis habitus, valetudo, & corporis
dispositio considerabitur. Apud Homerum
introducitur Nestor senex admodum robore
corporis præstans præ reliquis, ibi:

Vix alii poculum poterant sustollere mensa
Plenū, at grandevus Nestor facile abstulit illud.

Quamobrem Accursi, in l. Senectus C. de donat.

Senes debiles dicit corpore, & animo, & Archid. in cap. tanta dist. 86. Senes sic dictos
esse refert, quod se ipsos nesciant, que ani-
mi imbecillitas non minus hic consideratur,
quam corporis, cum enim fatui, vel mente
capti quoque non torqueantur nisi in deli-
ctis exceptis, qua de re part. 1. cap. 27. Er-
go nec senes, qui pueris ex fatis, in modis fu-
riosis non nunquam, & respective regulari-
tè, solent jure comparari Archid. d. loc. spe-
ciat huc constitutio Platon. in lib. de leg. si
quis, ait lex, simile eorum, que aut sacri-
legi, & legum correptores committunt ob in-
saniam, vel morbo, vel senio pressus, vel in
ætate puerili constitutus, ita ut ab ipsis ni-
bilo differat, admiserit, damnum quod in-
tulit simplex omnino restituat, cetera si-
bi remittantur, facit huc locus Claudiani,

ibi:

Si non mentis inops fraudataque sensibus ætas
Præberet veniam nunquam opprobria linguae

Turpia Danubius me sospite ferret inultus.

Anton. de Martbaüs ad lib. 48. fff. tit. 16. c. 2.

I 1 de confess. extorta num. 10. tenet absque di-
stinctione hanc sententiam, ibi: Quod au-
tem pueritiae bac parte tribuitur rectè
interpretes ad senectam extendunt: Sunt
enim bis pueri senes, & vacivi virium faci-
le tormentis succumberent l. 3. §. ignoscitur ff.
ad S. C. Syllan.

Anton. Faber in Cod. lib. 9. tit. 21. de quæstion.

12 ubi quod senex decrepitæ ætatis nedum
torqueri non potest, sed neq; ei injiciendus
est metus tormentorum, eum metus tortu-
ra tortura sit.

Io: Otto Tabor. Criminal. definition. volum. 8.
in tract. de Tortura, & Indic. delictor. cap. 5.
de personis, que Torturæ subjici non possunt
num. 29. versic. excusantur.

Clar. in tract. crim. q. 64. vers. non etiam.

Farinac. de magis communi opinione in tit.
de indic. ad tortur. nu. 24. qui nu. 25. & 26.
declarat, ut hoc locum habeat in sene se-
ptua-

Tractatus Criminalis Analyticus. 179

ptuaginta annorum in qua ætate incipit decrepitas.

Guazin. ad defens. reor. defens. 30. cap. 12. eandem comprobat sententiam.

Gomez variar. resol. cap. 13. n. 3. dicit quod senex ob decrepitam ætatem non est capax torturæ.

Ayllon. in addition. n. 3. ubi de communi.

Ex Doctoribus Patriis accedit Reg. Rosa in præsc. decretor. cap. 8. n. 83. p. 1.

Limanit DD. in sene robusto, valido, & non 13 agrotante qui torqueri potest, quamvis sit minoris ætatis septuaginta annorum, ut practicatum refert Conciol. resolut. crim. verb.

Tortura nu. 13. ubi in fine testatur, quod cum esset Prætor Civitatis Urbini torqueri fecit senem corpulentum, qui erat supra sexaginta annos, approbante Auditore legationis Urbini accedit idem Conciol. in novis. addit. ad easdem resolut. crim. verb. tortura verific. eadem resolutione prima in cake di&arum resolution.

Reg. Sanfelic. decis. 355. part. 3. deci-
14 sum testatur per Collaterale Consilium esse torquendum senem sexaginta annorum, & reddit rationem his verbis. Quia DD. communiter loquentes de sene non sub-
jiciendo questionibus, procedunt in ætate decrepita, nempe ultrà annos septuaginta & ut probat Gramat. decis. 34. num. 5. Et ita dixit Angel. pro contraria parte allegatus, & decisum refert Clar. §. fin. q. 54. vers. item etiam debet Judec., qui de observantia te-
statur; latius substinet Farinac. de indic.
& tortur. q. 41. ex n. 24. ad 27. qui alios re-
fert Sebastian. Guazin. in tract. ad defens.
reorum defens. 30. cap. 11. lib. I. qui alios
cit, & de jure Paul. Grilland. in tract. de
quest. & torment. q. 6. nu. 5. differit hoc pri-
vilegium non probari quo ad senes, se-
quitur eundem Brun. de indic. & tortur. 2.
part. qu. 4. num. 18. & cum hac decisione
Reg. Sanfelic. pertransit Angel. Scialoy. in
præsc. torq. reos post tract. de forjudicat. cap.
23. n. 19.

Distinguendum igitur erit, aut senex est decrepita ætatis, & tunc non est ambigendum, quod etsi robustus sit, torturæ subjici non potest juxta sensum desumptum ex 15 verbis *textus*, & ex communi Doctorum sententia. Aut vero senex non est constitutus in decrepita ætate, sed in ætate minore, immo in ipsa juventute, sed adeò sunt imbecilles vires, vel ex morbo, vel ex natura,

aded quod reputatur similis senibus, & tunc indubium verti potest, an id, quod statutum est in senibus, statutum quoque censeatur in juvenibus constitutis in trigesimo, vel quadragesimo anno; qui in ipsis annis devenerunt ad senectutem, & nihilominus etiam in hoc casu non esse locum torturæ verius affirmandum mihi videtur, nam omnia, quæ in sene proprie dicto pro-
cedunt, procedere quoque debent in eo, qui à natura, vel à morbo lapsus est in sene-
ctutem, ut fatis clarè resolvit doctissimus non minus in artis Medicinæ professione, quām in legali scientia Paul. Zaccia in suis quest. medico legalib. lib. I. tit. I. qu. 7. nu. 38.
& 39. cuius verba hic submittere satis con-

16 sentaneum mihi videtur: Non est ergo du-
bium ex supradictis, quod tam naturaliter,
quam accidentaliter homo, & quocumque etiam animal multo ante terminum senectuti in pluribus dicatum potest senescere: nunc igitur dubium esse potest, an ea, quæ in sene-
propriè dicto procedunt, debeant procedere etiam in eo, qui ante tempus, vel à natura,
vel à morbo lapsus est in senectutem. Vide-
tur dicendum, quod respectu eorum, quæ se-
ni ob corporis infirmitatem, & ipsius sene-
ctutis incommoda à legibus conceduntur etiam hic, qui vel ex morbo, vel ex sui na-
tura ante tempus senescit, debeat dici senex,
& sensum privilegiis gaudere, cum per ean-
dem corporis, viriumque imbecillitatem, &
eandem inconstantis valetudinis incommoda
patiatur hic veluti quicumque senex sic
propriè dictus.

Cum hac sententia, quæ æquior, & benignior 17 mihi videtur, convenienter Maxilla in com-
mentar. ad Consuet. Barense in rubr. de in-
munitat. §. inter milites num. 56. in fin. &
Danz. de pugna Doctorum tom. 3. in tit. de se-
ne in delictis excusando cap. . in fine, vers.
si vero, ubi quod talis senis, qui est valetu-
dinarius, debilis, & imbecillis complexionis,
non potest ullo modo torqueri, non ratione
ætatis, sed valetudinis.

Cæterum exquirendum restat, an exigatur ætas septuaginta annorum ad præbendam 18 excusationem senibus à tutela, vel cura, & cæteris muneribus personalibus. Et hoc non ambigendum putamus, siquidem talis ætas, sive senectus in tali ætate est velut quidam morbus, qui non tantum à tutela, vel cura excusat, sed à cæteris aliis omnibus mune-
ribus personalibus, quæ labore, ac corpore

Z 2 imple-

implentur, non ab honoribus, qui consilio peraguntur excusat ex l. 3. §. quamvis 6. & §. cura 12. ff. de muneribus, & honoribus, l. 2. §. 1. ff. de vacat. & excusat. muner. l. ult. C. qui etat. vel professio excus. l. si ultra 10. C. de decurion.

Nec aduersatur text. l. 3. C. qui etat. vel professio excus. ubi Imperatores Diocletian. & Ma-
19 ximian. haec verba rescripsérunt: Manife-
sti juris maiores quinquaginta quinque an-
nis invitos ad munera personalia vocari
non posse; nam ut advertit Harpret. in §.
Item major institut. de excusationib. tutor.
num. 4. tom. 1. pro quinquaginta quinque
legendum est septuaginta; cum postea sub.
20 dat text. cum itaque septuagenario majo-

rem te esse profitearis; Unde error natus
videtur ex hisce notis 75. & 65. ut post
Cujac. Gotofred. Boer. Bacbon. docet idem
Harpert. cit. loc. qui num. 3. Similiter docuit,
requiri ut actas septuaginta annorum sit
completa, cum in immunitatibus, & excu-
sationibus annus ceptus pro completo non
21 habeatur ex l. 3. ff. de jure immunitat. An-
ton. Fabr. tom. 1. Iurisprud. tit. 24. princ. 1.
pag. 1126. Accedit Bruneman. super d. l. 3.
in fine, C. qui etate, vel professio excus. Ac-
cedunt ex Regnicolis Reg. Capic. latr. consul.
tat. 51. num. 2. & 3. & Consil. Rocc. respons. 82.
tom. 2. Res. de Luca ad Franch. decis. 708.
num. 8.



FRAN-



FRANCISCI MARADEI
J.C. ET ADVOCATI NEAPOLITANI
TRACTATUS
CRIMINALIS ANALYTICVS.

D E

Suppliciis, & pœnis delictorum, & de remediis competentibus Reis sententiam passis.

P A R S III.

S U M M A R I U M.

- 1 Pœnarum origo demonstratur.
- 2 Pœnae capitales quæ dicantur.
- 3 Pœnae capitales ab initio Rerum publicarum vix, aut raro infligebantur, sed postmodum crescente bominum improbitate opus fuit, ut pœnarum gravitate scelesti homines à delictis arcerentur.
- 4 Fures, in lege divina Mosaica non plebantur capitali pœna.
- 5 Iudex num possit salva conscientia remittere furibus pœnam laquei; Et pro decisione questionis afferuntur verba Ant. de Mathæis, num. 6.
- 7 Affertur criminum divisio in graviora, atrociora, & leviora.

P RÆFAT I O.



Ostquam egimus de cognitionibus, convictionibus, & probationibus delictorum, tum ex testium depositionibus, tum ex reorum confessionibus, tum ex inditiis proficiscentibus, agendum supererat de pœnis. Quare de illis breviter disserendum duximus, & prius breviter differere de origine pœnarum, & de pœnis capitalibus, & de illis, quæ à jure divino capitales non sunt, deinde de divisionibus, & distinctionibus criminum, & de causis pœnas temperantibus, demum de sententiis ferendis, & execuendis, & de exceptionibns, quas reis objicere possunt tam ante, quam post sententias pœnales, & tandem de remediis competentibus sententiam passis.

Pœnae capitales sunt, quæ ultimo supplicio, si-
ve

ve morte, vel exilio, hoc est aquæ, & ignis
2 interdictione, seu deportatione, quæ in ejus
locum successit, delinquentes afficiunt, ex
I.2. §.1. ff. de pœnis, & ex aliis concordantibus
advertit Harprecht, in *§. publicorum ju-*
dicior.2. tit. Institut. de public. judic. à num. 1.
ad 4. tom. 4. ubi quod judicia publica non
capitalia sunt, in quibus irrogatur mitior
pœna, nimis rūm pecuniaria cum infamia,
aut in corpus aliqua coercitio, nempe rele-
gatio, aut ictus fūstium ex ead. *I.2. & ex leg.*
capitalium 28. §. 1. ff. de pœnis.

Pœnæ capitales, & corporales ab initio Rerum-
publicarum communi omnium fere gen-
3 tium consensu vix, aut raro recipiebantur;
quamvis grave delictum commissum foret;
sed pœnæ tantummodo pecuniariæ inflige-
bantur; ut liquet ex legibus Salicis, Alema-
nicis, Saxoniciis, Anglicis, Turingiorum,
Burgundiorum, & cæterorum, de quibus
apud Petrum de Gregorio *Systagm. Juris*
univers. lib. 31. cap. 3. num. 14. Sed postmo-
dum crescente improbitate, & contumelia
opus fuit, ut scelesti homines pœnarum gra-
vitatem, & metu à delictis arcerentur; ut do-
cuit eruditissimus Bened. Carpzov. in *prax.*
crimin. par. 3. quæst. 129. num. 14. ubi addu-
cit monitum illud Cornelii Taciti *lib. 14.*
Annal. Carnificem, & laqueum quidem abo-
lita; & esse pœnas levibus constitutas, qui-
bus sine legum favore, & Iudicium infamia
decernerentur; concordant scripta per Be-
sold. in *delibat. Iuris ex libr. Pandectar. cap.*
8. fol. 60. in fine, ubi loquens de benignitate
Stoica, subdit, quod ob causam benigntatis
inter eas leges, quas Deus Optimus Maxi-
mus dedit Noachio, nulla nisi que homici-
dium probibet, sanguinis infligebat pœnam;
Quamvis apud gentes ea diu observata non
fuerit, & adducit locum Euripidis.

Quare fures lege divina Mosaica per Supre-
mum Legislatorem Hebræis promulgatam
4 non plecebantur capitali pœna, sed tantum
dupli, *Exod. 24. vers. 1. & vers. 3.* adeo quod
fures præter meritum, & nimis severè mor-
tis pœna plecti dixerunt ex *Iuris Conf. Ne-*
vizan. in Sylv. nuptial. lib. 1. num. 69. Paris
de Puteo super Constit. Fideric. de pace te-
nenda, Anton. de Matthæis in disputationib.
defurtis, Carpzov. in prax. qu. 77. num. 14.
tom. 1., quibus principiis fretus Anton. de
Matthæis ad lib. 48. ff. tit. 18. de pœnis cap.
4. num. 31. ad examen revocavit, an Judex
5 salva conscientia possit pœna laquei fures

damnare, & tandem ob Reipublicæ incolu-
mitatem in affirmativam deflectit senten-
tiā. Veba Authoris, qui non habetur ab
omnibus præ manibus sunt. *Contra fursum*
de Jure Divino capitale non est, Exod. 22.
igitur nec Judex salva conscientia ad la-
queum fures dare potest: Verumtamen, quia
salus Populi suprema lex est, siquidem is sal-
vus aliter esse non possit, nisi capite damnen-
tur fures. Similiumque maleficiorum rei, juf-
que fasque erit ita exacerbare pœnas, ut ab
infimis ad ultima supplicia transeat legislator.
Argumentum fortissimum præbent mi-
litares sanções, quæ plerumque capite
multant milites ex beijusmodi causis, ex
quibus Pagani vix modice plecterentur; nec
tamén jure Divino improbantur, ut collige-
re licet ex locis sequentibus *I. Sam. 26. vers.*
15. I. Reg. 20. 39. Lucæ 3. vers. 14. Actor. 10.
vers. 33. & seqq. Nec tantum salus Reipubli-
cæ, sed & aliae nonnullæ cause dari possunt,
ut capite sanciantur, quod sua natura capi-
tale non est. Argumento est, quod cum sim-
plex scortatio Jure Divino capitalis non sit,
tamén filia Pontificis Maximi si in domo pa-
tris scortata fuerit, flammis absuri jubetur.
Lævitici 21. vers. 9. Credo propereà,
quod & exemplo pernicioſissime peccaret, &
cum Patre universum Populum Israeliti-
cum maximo dedecoraret opprobrio. Huic
igitur simile quid si in nostra Civitate uſu-
veniat, justa erit pœnam exacerbandi cau-
sa: sed quamdiu nec salus populi, nec extima-
tio ejusdem id flagitat, tamdiu à regula non
recedet legislator. Ceterum pro iis, qui budiē
Sicariis tam facile cædis gratiam indulgent
nil quidquam facit, *Exod. 21. v. 19. & seqq.*
ubi Dominus bovem cornupetam alens, si
sciverit talē esse, & ab eo homo ictus perie-
rit, aut capite, aut ære plecti jubetur, rati-
enim, cur vitam redimere ære possit non ob-
scura est: nempe quod non tam ob dolum,
quam culpam conveniatur.

Insuper deveniendo ad species, sive genera delictorum, animadvertisendum erit, quod cri-
7 mina dividuntur in graviora, sive atrocio-
ra, & leviora.

Graviora sunt crimina Majestatis tam Divinæ,
quam Humanæ, cædes, adulterium,ince-
stus, venus monstruosa, raptus, sacrilegium,
violatio sepulcrorum, adulteratio monetæ.

SUM.

S I I M M A R I U M.

- 1 Affertur distinctio criminis lese Majestatis Divinæ, & Humanæ.
- 2 Judex, seu Princeps sacerdotalis num possit procedere ad confiscationem in crimen bæteris, non facta prius declaratione criminis per Judicem Ecclesiasticum.
- 3 Judex sacerdotalis num sit merus exequitor sententiae bæteris latæ per Judicem Ecclesiasticum; Et quid in sententia degradationis lata contra Clericum traditum Curia sacerdotali, ibid. remissivè; Et num sententia lata per eundem Judicem Ecclesiasticum, qua fuit declarata falsa pars informationis capitæ per Judicem sacerdotalem, pariat exceptionem rei judicatae coram Iudice sacerdotali, n.4.
- 5 Hæresis crimen sapit maleficiorum, & sagarum crimen.
- 6 Pœna capitinis sunt damnandi sortilegi, & beneficii.
- 7 Pœna relegationis venit afficiendus reus torquendus, penes quem fuit reperta scedula superstitionis.
- 8 Et quid in illo, qui per Cedula sanguine conscriptam se in potestatem demonis dedit.
- 9 Confessio criminis in crimen Apostasie, & Abnegationis an sufficiat ad condemnandum absque corpore delicti.

C A P U T I.

De Crimine Majestatis Divinæ.

MAJESTATIS DIVINÆ CRIMEN EST ILLUD, quod refertur ad Majestatem Dei Optimi Maximi, ejusque Religionem, & cultum; & in illum verè delinquenti hæretici, quorum hæresis crimen est longè gravius, & horribiliter maleficium, quam Majestatis humanæ crimen, Auth. Gazaros in fine principii, C. de bætericis, & Manich. Comprehenduntur quoque sub eodem crimen blasphemi, perjuri, schismati, apostatae, sortilegi, incantatores, & malefici, juxta tradita per Harprect. §. publica autem judicia 2. tit. Institut. de public. judic. num. 3. in medio, tom. 4.

Cum in hoc crimen sit locus confisctioni, in dubium verti potest, an per Principem la-

2 cum procedi possit ad confisctionem, non facta prius declaratione hæresis per Judicem Ecclesiasticum, juxta sect. in cap. penult. de bæteric. in 6. negavimus in nostra practicab. observat. i 3. nū. 11. ubi quod debet de hoc crimen constare Judici sacerdotali per sententiam Judicis Ecclesiastici, ad hoc ut ad sequestrum procedere possit, & demum ad confisctionem.

Quæ principia adeò vera sunt, quod lata sententia hæresis per Judicem Ecclesiasticum,

3 Judex sacerdotalis non est nisi merus exequitor, juxta observantiam, de qua post Mattheum de Afficto, & Reg. Tap. testatur Reg. Sanfelic. dec. 239. n. 4. par. 2.

Et quid lata sententia degradationis contra Clericum per Judicem Ecclesiasticum, Clericoque tradito Judici sacerdotali an debeat pena ultimi supplicii infligi per Judicem sacerdotalem, vel possit decernere pœnam extraordinariam, videndum est Reg. Tap. super Constit. Regni incip. de personis à num. 36. ad 40. lib. 1. Jur. Regni.

Et quid in sententia lata per Congregatiouem Sanctissimi Officii, qua declarata est falsa

4 pars processus, & informationis capitæ per Judicem sacerdotalem, an pareat exceptionem rei judicatae coram Judice sacerdotali, ita ut stare teneatur dictæ sententiae, & actis, affirmativè resolvere videtur Gizzareil. dec. 86. num. 17.

Sapit quoque hæresim maleficorum, & sagarum crimen cap. accusator 8. §. sanè, ubi Gl.

5 & DD. de bæter. in 6. siquidem quando hoc crimen tendit in Apostasiam, vel alios ad Apostasiam impellit, rei morti sunt puniendo, l. eum qui supra C. de Apostat. late Harprect. in §. item lex Cornelia 5. tit. Instit. à n. 345. ad 349. de public. judic. ubi tradit esse ultimo supplicio afficiendos Nigromanticos, & alios magos, & multo magis qui cum dæmone rem venereum exercent ex l. 2. 3. & 4. Cod. de malefic. & mathem. & num. 352. assignat rationem, ex quo ii, qui non solum Paganorum, sed etiam Principis Pagano-rum, qui est Diabolus, ritus, & sacrificia exercent, extremi gladii supplicio sunt feriendi ex l. 1. & 2. C. de Pagan. & Sacrileg.

Quoties crimen tendit in sortilegium, vel in beneficium veniunt sortilegi, & beneficii

6 damnandi poena capitinis, & l. Cornel. de Sica-riis, quoties aliquem ex maleficio, & incan-tationibus necaverint, ut ex l. Senatus Con-sulso 13. ibique Gotofred. Cod. ad l. Cornel. de Si-

Sicar. idem Harprect. cit. loc. à num. 299. ad ad 302. plenè Valent. Volzius ad l. Cornel. de Sicar. in appendice à num. 106. cum seq. fol. 192. 193. 194. & 195. & de poenis sortilegii, incantationum, & maleficiorum videndus est Clarus in pract. crimin. §. Hæresis V. sicceffrè quero, in fine.

Et qua poena veniat afficiendus, torquendus penes quem fuit reperta schedula superstitiosa cum verbis sacrīs, ac Crucis signis, ad hoc ne confiteretur, videndus est Reg. Sanfelic. decif. 265. part. 2. ubi refert fuisse per M.C. relegatum per quinquennium.

Et ille, qui per Cedula sanguine conscriptam se in potestatem dæmonis dedit, fuit tanquam hæreticus ad Judicem Ecclesiasticum remissus, ut habetur apud eundem Reg. Sanfelic. in dec. 233. par. 2. quod etiam fuit practicatum in aliis duobus consimilibus causis apud Thor. in compend. dec. par. 3. sect. 3. verb. remissio petita, fol. 89.

Illud adnotare dignum existimamus, quod quamvis in cæteris delictis, non constito de corpore delicti, rei confessio nunquam sufficit ad condemnandum, fallit tamen in hoc crimen Apostasie, & abnegationis simplis, quod cum sola voluntate committatur, sufficit sola confessio ad condemnandum, ut ex Bald. & Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 859. num. 2. Harprect. in §. item lex Cornelia de Sicar. 5. tit. Institut. de public. judic. num. 264. & 365. ubi adducit Berlich. par. 4. conclus. 4. nu. 62. ubi quod confessio lamiarum propria, & spontanea, plenè probet, & sufficit ad condemnandum etiam si facta sit coram Judice incompetente, & contineat impossibilia, quæ contrà naturam fieri videntur, nempe ascendisse in aerem, in lumen, vel pecudem fuisse transmutatam, & rem cum dæmone habuisse.

S U M M A R I U M.

- 1 *Majestatis crimen quomodo committatur.*
- 2 *Pœna criminis Majestatis est mortis naturalis cum publicatione bonorum.*
- 3 *Et quid in crimen seditionis non subsequitur graviore maleficio; Et effertur novissima decisio Collat. Conf. anni 1708. n. 4.*
- 5 *Testes singulares num admittantur ad faciendam plenam probationem in hoc crimen; Et quid in probatione conjurationis, in quo testes deponunt de diversis actibus ad.*

- unum tendentibus, num. 6.
- 7 *Et quid quando non avitur de offensione, seu laſione reali, sed de offensione verbali.*
- 8 *Testes inhabiles, qui admittuntur ex privilegio delicti, num admittantur ad probandum adminicula illius delicti.*
- 9 *Casus qui emerit disputandus in Regia Juncta refertur.*
- 10 *Regius Consiliarius Franciscus de Andreis debitis condecoratur honoribus.*
- 11 *Commeatus crimen an sit de criminibus exceptis.*
- 12 *Reus non potest interrogari, nisi circa ea, quæ sunt facti, cum non teneatur respondere, an sit culpabilis.*
- 13 *Titulus criminis de commeatu, ac de rebus ad hostes transmissis non importat crimen Majestatis, aut perduellionis.*
- 14 *Commeatus crimen committens dupliciter delinquit, nempe in crimen legis Juliæ, concurrente dolo malo, & in pœnas statutas in Constitutionibus Principum, & Imperatorum, si fiat mercaturæ gratia. Et quæ requirantur ad hoc, ut incurritur in leg. Iuliam, ibidem.*
- 15 *Pœna statuta in Constitutionibus Principum propter merces ad hostes missas ad hoc incurritur quid requiratur.*
- 16 *Interpretatur textus in l. 2. Cod. de commerciis.*
- 17 *Pœna capitis cum bonorum publicatione statuitur contra eos, qui arma, seu quodvis armorum genus hostibus vendiderint, & quid si crimen commercii causa committatur, ibidem.*
- 18 *Refellitur opinio Stracchæ.*
- 19 *Antonius de Matthæis refellitur, & falsa detegitur ratio decidendi per eundem assignata.*
- 20 *Læsa Majestatis crimen non incurrit qui occiderit Ministrum Principis; non propter odium, nec propter justitiæ exercitium, sed ob privatam iniuriam.*

C A P U T II.

De Crimine Majestatis Humanæ.

- 1 *Majestatis humanæ crimen illud est, quod olim committebatur adversus Populum Romanum jux. tex. in l. 1. ff. ad l. Iul. Majest., & proinde a Iulio Cæsare lata fuit hæc lex, ut teste Cicero-*

Tractatus Criminalis Analyticus. 185

ne aliisque eruditis relatis, docet Harprect. cit. loc. num. 7. 8. & 9. ubi monet, quod hodie hoc crimen proprio committitur adversus Summum Principem cum omne Imperium sit translatum in Imperatorem; & pro sui atrocitate modo vocatur nomine speciali perduellionis: modo retinet nomen generis Majestatis, ex l. ult. ff. ad leg. l. ult. Majest. cum aliis concordantibus.

- 1** *Peena hujus criminis est mortis naturalis cum publicatione bonorum, & damnatione de-
functi memoriae ex l. eorum 9., & l. ult. ff. ad
leg. l. ult. Majest. l. quisque 5., & l. Majestatis 6.
6. Cod. eod., & hac poena ultimi supplicii te-
nentur seditiosi, qui collata multitudine
intus Civitatem utuntur vociferationibus,
vel acclamationibus contra Principem, vel
Magistratum, ex tex. in l. denunciamus ff. de
iis, qui ad Eccles. config. quem in terminis
expendit Decian. lib. 7. cap. 19. nu. 9. Verum
3 adhoc, ut sit locus poenæ ordinariæ, non
sufficit unicus actus nullo secuto graviore
maleficio, sed requiritur, ut seditiosus se-
piùs seditiosè, & turbulentè se gesserit, ut
bene explicat Capc. decis. 130. num. 4. & 5.,
Decian. cit. loco nu. 26. & clarius Reg. de Ma-
rinis in observat. ad decis. 42. Reg. Reverte-
rii num. 12. & 13. lib. 1. ubi ad practicandum
poenam ultimi supplicii requirit maleficium
subsecutum post tentatam seditionem, vel
scandalum ingens, vel alia delicta gravissi-
ma, juxta communem opinionem graviorum
Authorum apud Reg. Mattb. controv.
15. nu. 29. quæ opinio in praxi recepta vide-
tur ex exemplis traditis per Reg. de Rosa in
Allegationib. editis ad defens. reor. defens. 16.
& 21. & habitum fuit pro vero per Collat.
Consil. sub die 17. Septembbris anni 1708.
4 in causa Antonii de Luca, alias il Calabri-
siello inquisiti de tumultu intus hanc Civitatem
cum vociferationibus Vivat Vivat
N. qui quamvis fuisse per M. C. D. ad
mortem damnatus, tamen censuit Collat.
Consilium esse reformandam sententiam
M. C. V., & proinde quod remigaret per
decennium præcedente fustigatione; sed in
contrarium pugnant decisiones allatae per
Basilico decis. 6. num. 4. ubi in simili auctenta-
to fuit practicata poena mortis; Sed obser-
vandum erit, quod hoc crimen non com-
mittitur maledictis impiis, & injuriosis
verbis in Majestatem Principis prolatis, ut
post Paul. lib. 5. sententiarum, Cuiac. & Gi-
gantem, & cæteros firmat contra Boerum*

*Harprect. ubi supra à num. 42. ad 44. ubi
respondet ad Tex. in contrarium allega-
tum in l. unic. C. si quis Imper. maledix.*

- 5** Circa privilegium probationis hujus criminis
investigare opportunum erit, num admi-
tuntur Testes singulares ad faciendam ple-
nam probationem, & in affirmativam sen-
tentiam descenderunt Anch. conf. 266. Af-
flict. de feud. in tit. quæ sint Regalia §. & bo-
na coincidentium crimen Læse Majestat.
num. 10. Decian. lib. 7. cap. 37. de crimine Læ-
se Majest. num. 36. Carpzov. in prax. crimin.
quæ 41. num. 5. par. 1. dissentit ex recentiori-
bus Maresca de legib. public. judicior. glos. 10.
à num. 1. ad 15. Qui admittit conclusionem
tantum in probatione conjurationis, seu
6 tractatus, in quo cum testes deponant de
diversis aëtibus ad unum tendentibus, ad-
mittuntur testes singulares, quia videntur
concludere in unum ex singulari doctrina
Innocentii in cap. series de testib. in fine. Et
an sufficient ad poenam ordinariam deposi-
tiones duorum sociorum hujus criminis,
negativè decisum testatur Reg. Petrasuper
Rit. 274. à num. 110. ad 115. tom. 3.
Accedit quod privilegium, quod tribuitur
huic criminis admittendi testes non idoneos,
quod probatur ex tex. in l. famosi ubi Bar-
7 tol. & cæteri DD. ff. ad leg. l. ult. Majest. præ-
scribere potest sibi locum in offensione, seu
læsione, quæ consistit in facto, secùs in of-
fensione verbali, prout erat casus supra re-
latus; ut ex Foller. in practic. crimin. in tit.
Item quod commisit crimen Læse Majest.
num. 97. Farinac. & M. scard. Reg. Marchio
Villarose in tract. ad defens. Reorum defens.
25. num. 2. Maresca ubi supra glos. 9. nu. 48.
qui à num. 40. cum seqq. adducit cæteras
limitationes ad privilegium. dicti criminis
circa probationes; quarum prima est, quod
testes inhabiles, & de jure non admittendi,
8 licet admittantur, admittuntur solummo-
dò ad probandum principale delictum, non
autem adminicula illius, nisi essent admini-
cula taliter delicto principali cohærentia,
quod ab eo evelli, & separari non possint ex
Bartolo, & Gigante cæterisque ab eo lauda-
tis, quibus accedit Basilico ab eo non lau-
datus decis. 41. num. 26.
Consentaneum mihi videtur superaddere,
num teneantur criminis Majestatis Merca-
9 tores, qui solius lucri gratia commeatum
ad hostilia oppida mittunt, de hoc fuit
actum, & disputatum in anno 1681. in Re-
gia

Aa

gia Juncta Status erecta contra magnificos Andream, & Dominicum Brancati inquisitos, & carceratos de commeatu, & rebus inventis in Civitate Messanæ pluribus vici bus tempore ejus rebellionis, & magna penuria, sed cum ad ostendendam reorum innocentiam satis luculenter inspectis solidissimis juris principiis peculiari Responso scriperit celeberrimus ille Juris Cons. ac magni nominis Advocatus, postmodum merito tissimus Consiliarius *Franciscus de Andreis*, qui totam vim sibi præscripsit in demonstrando hoc crimen non esse perduellionis. Satis superque erit, ut hic typis demandetur, dum consulendum putamus posteritati, ne dum ex tanti viri dignissimis Iucubrationibus, sed ex re judicata, quam obtinuit favorabilem, intervenientibus in decernendo Regio Generali Visitatore Danesio Casata, D. Presidente S. Consilii D. Felice Ulloa Lanzina, DD. Regentibus D. Stephano Carrillo, & D. Carolo Calà Duce Diani, Regiis Consiliariis D. Scipione de Martino, & D. Stephano Padilla, & pro Fisci Patrono D. Consiliario D. Fulvio Carraciolo, ut ex actis penes Julium Valente.

Caput Consultationis Regii Consiliarii Francisci de Andreis.

Sed ne nihil intactum relinquatur, haud omittendum, omnia de quibus egimus crimina, nullo pacto adnumeranda inter excepta. Ut ideo non minor in iis probatio requiratur, quam in quibuscumque aliis, in quibus ordinariè agitur. Nedum quoad prætensem crimen falsi, de quo nullum dubium, sed etiam quoad aliud de commeatu, sive aliis rebus ad hostes transmissis.

Quamvis enim in monitione olim facta Reo, ut veritatem fateretur, fuerit dictum, commississe illud crimen proditionis, & laesæ Majestatis, ac ideo incurrisse in pœnam corporis, ac publicationis bonorum, constat tamen ea in re suis manifestè excessum; Cum Reus non possit interrogari, nisi de his, quæ sunt facti, nec teneatur respondere, an sit culpabilis. Prout ex Bartoli in l. 1. §. accusatorem, per illum textum, D. ad Turpill. docent communiter DD. apud Chartarium pract. interrogand. reos lib. 2. cap. 2. num. 19. Claram lib. 5. sentent. § fin. qu. 45. vers. debet au-

tem. *Bossum tract. causarum crimin. tit. de responsa à reo faciendis num. 17. Scacc. de ludic. lib. 1. cap. 86. num. 39. & Guazzin. defens. 20. cap. 11. num. 1. & 2.*

Nec aliud suadet titulus in decreto defensio-
num: *De commeatu, ac rebus inventis, & il-
latis in Civitatem Messanæ, pluribus vici-
bus, tempore ejus rebellionis, & magna penuriæ.* Cum non ideo sequatur agi de cri-
mine laesæ Majestatis, aut perduellionis.

Potest enim quoad hanc rem duplice delin-
qui. Nempè, & incidendo in legem Julianam
Majest. si dolo malo fiat, ad tex. in l. 4. D. ad
leg. *Iul. Majest.* Et committendo in leges, &
Constitutiones Imperatorum, si fiat merca-
turæ gratia, l. 2. & 4. C. de commerc. l. 1. & 2.
C. quæ res export. non deb. l. cotem ferro 11.
D. de public. & Novella Constit. Leonis 63.

Ut incurritur in Legem Julianum opus est, ut fiat dolo malo, scilicet animo infenso in Rempublicam, sive animo adjuvandi ad-
versus eam hostes. Ut expressum *Scevola in*
*d. l. 4. D. ad l. Iul. Cujusve opera, dolo malo ho-
stes Pop. Rom. commeatu, armis, telis, equis,
pecunia, aliave qua re adjuti erunt. Ultre
ex amicis, hostes Pop. Rom. fiant.* Compre-
henditur hoc caput sub eo, quo auxilium,
vel consilium hostibus dare in perniciem
Principis, vel Reipublicæ eadem lege Iulia
est vetitum, l. 1. 2. & 3. eod. tit. de quo latè
agit *Capyc. decis. 230. à num. 1. usque ad 16.*
aliisque adducti à *Farinac. de crimin. laesæ
Majest. qu. 113. inspect. 1. num. 19.* Qui in
omnibus casibus hoc capite comprehensis
expressè requirunt dolum malum, animum
scilicet hostilem adversus Principem, vel
Rempublicam. Ut *Iuris Cons. loquitur in*
*l. fin. eod. tit. ibi: Qui perduellionis reus est,
hostili animo, adversus Principem, vel Rem-
publicam animatus.* Atque ita omnes DD.
sentire testatur *Farinac. loco ubi sup. nu. 21.*
dum inquit: *Limita hujus quinti casus con-
clusionem, quia ad hoc ut ex auxilio, vel
consilio hostibus Principis præstito, incurra-
tur crimen laesæ Majestatis, necesse est, ut
dolus interveniat, l. 1. ad fin. eod. tit. ibi. Fe-
ceritque dolo malo.* Et l. 4. ibi: *Cujusve opera
dolo malo.* Et communiter sentiunt omnes
præcitatii DD. qui semper in materia lo-
quentes dolum præsupponunt.

Et num. 22. citat *Foller.* in sua pract. verbo
item quod commisit crimen laesæ Majestatis
num. 9. Qui ex hoc infert, ad hoc ut ex
trans-

transmissione pecuniarum hostibus, & rebellibus sui Principis incurrat quis crimen læse Majestatis duo perneccesse requiri. Alterum, ut sciverit eos, quibus est transmissa pecunia, esse hostes, & rebelles; Alterum ut pecunias miserit, aut alias auxilium præstiterit animo nocendi Domino; Et nisi de prædictis qualitatibus constet, crimen læse Majestatis non incurri. Unde num. 78. inquit hanc qualitatem scientia, & doli probandam à Fisco, quiā alias non præsumuntur.

Hinc nu. 23. in fin. ex eodem Follerio in fragm. num. 67. docet, si pecunia transmissa sit ad hostes, non hostili in Republicam animo, sed ut solvatur debitum, non committi in legem Julianam. Si nuncius, vel litteræ sint missæ, quod expressum vetitum d. l. i. ibi Quive bestibus Pop. Rom. litteras, nuncium ve miserit, non tamen animo nocendi Republicæ, sed propter privata negotia, nec committeretur hoc crimen, ut fundat num. 27. Prout si pactio sit cum hostibus inita, sed non in damnum Republicæ, ut firmat nu. 39. Imo etiam si fuerit occupatum Castrum, sed non animo turbandi Statum; ut num. 41. vers. limita.

UT verò propter merces ad hostes missas incurratur in poenas statutas ex Constitutionibus Principum, sat est, si cum hosti-
bus, quodvis mercenariam contrahatur de rebus prohibitis, ut Imperatores Valens, & Gratianus sanxerunt in l. i. Cod. quæ res export. non deb. ubi, Vinum, Oleum, aliaque liquamina, ne gustus quidem, aut usus commerciorum causa, ad barbaricum, scilicet ad hosticum, ut ibi interpretatur Cujacius transferre permittitur. Ad barbaricum transferendi vini, olei, & liquaminis nullam quisquam habeat facultatem, nè gustus quidem causa, aut usus commerciorum. Ut hinc constet ante eam constitutionem id non fuisset vetitum; adēque nullo modo potuisse dici comprehensum lege Julia.

Idem Gratianus, Valentinianus, & Theodosius in l. 2. C. de commerciis, eos, qui comparandum mercium causa aurum ad hostes transtulerint, non solum rerum damno, sed suppliciis subigendos jussérunt, ibi: Non jam damnis, sed suppliciis subjungentur. Ex qua Constitutione colligitur, antea non illic fuisset impositam poenam, nisi pecuniariam, sive amissionis rerum.

Lex secunda C. quæ res export. non deb. est Imperatoris Martiani, qua capit is poena cum bonorum publicatione statuitur iis, qui quodvis armorum genus barbaris, scilicet hostibus, vendiderint. *Perniciosum namque Romano Imperio*, inquit, & proditioni proximum est, eos ut validiores reddantur instruere. Ut hinc constet hujusmodi crimen, cum commercii causa committitur, si proditioni est proximum, proditionem non esse. Et Novella Constitutio Leonis, qua poena hæc iis imposita, qui ad hostes transportaverint, quibus instrui illi, firmioresque reddi possint, tanquam acerbior fuit sublata, ac nonnisi amissione Navis, ac tertia parte bonorum multitudos jussit, clare indicat hujusmodi crimen, nunquam inter ea, quæ lege Iulia continebantur, fuisse comprehensum.

Ex qua etiam Constitutione patet, mortis poenam prioribus, legibus solùm illis fuisse statutam, qui arma, quibus hostis instrui possent, iis vendidissent, juxta dictam Constitutionem Martiani in l. 2. Cod. quæ res export. non deb. Nam eos, qui alias merces hostibus venderent, vel ab iis emerent, solùm rei, sive pretii amissionis, ac perpetui exilii poenæ subdendos, iidem Gratianus, Valentinianus, & Theodosius jussérunt in l. Mercatores 4. Cod. de commerc. Unde apud Boerium dec. 178. nonnisi de rebus ipsis, & Navibus Fisco applicandis videmus fuisse disceptatum. Quidquid Stracca de mercatura par. 4. num. 12. levissimis fundamentis motus, penam mortis naturalis, pro quibuscumque rebus prohibitis ad hostes transmissis, statutam ostendere conetur.

Quod an verum sit, nec nè, nil nostra interest. Ut qui non dubitamus de poena, à qua sat tutos nos reddit clarissima Clientis innocentia; sed id solum ostendere intendimus, non potuisse à Fisco prætendi, crimen quod objicitur fuisse læse Majestatis; nec idè nos versari inter crimina excepta. Dum nunquam fuit prætensum Brancatum hostili animo merces ad hostes transmissee. Ut hinc nec prætendi possit, in re de qua agimus, ab ordinariis Iuris regulis fore receundum:

EX quibus etiam constat nullam rationem habendam eorum, quæ modernus Matthæus de crimin. tit. de læse Majest. cap. 2. 19 num. 19. contrà apertissimam citatorum Aa 2 jurium

suriū dispositionem scripsit, crimen nempe perduellionis committi à Mercatoribus, etiam si solius lucri gratia commeatum in hostilia Oppida inferant, Quasi quod id directo Principem offendat. *Veluti*, inquit, *si quis pretio conductus Principem occidat, aut auro vittus exercitum, Oppida, Castra hostibus dedit.* Non adyertens, quād disparatio sit inter ea, quae natura ipsa sunt mala, ut Principem occidere, aut ejus Oppida hostibus tradere, & ea, quae naturæ, & Gentium Iuræ sunt licita, ut sunt rerum omnium commercia. Sed Principis tantum legge prohibita, & ideo mala, quia prohibita.

In istis enim, cum natura ipsa indifferentia sint, omnis eorum malitia pendet à voluntate; Unde si solius lucri gratia fiant, peccabitur quidem contra leges, quae commercia prohibent, sed non contrà legem Julianam, quae expressim requirit animum hostilem, ut in simili ratiocinatur *Capycius dict. decif. 230. num. 13. ex Ifernia in tit. quæ sint regalia, verbo bona committentis.* Dum docuit 20 eum, qui Ministrum Principis occideret, non propter odium Principis, nec propter justiciæ exercitum, sed ob privatam inimicitiam, non incidere in crimen læse Majestatis. *Licet enim, inquit, ledatur Princeps ipse, & Republica, quia carent tali homine, delictum tamen judicatur à principali intentione, quæ fuit non contra Principem agere;* nām etiam secundum Angelicum peccatum est in voluntate. *Quomodo ergo peccaverit contrà Principem ille, qui in animo hoc non gerebat, sed vindicavit se de inimico suo?* Hoc dici non potest. Sicut non dicitur abesse causa Republicæ, qui causa sui comodi abest.

E tanto per dimostrare maggiormente l'innocenza di Domenico Brancati, oltre quel che si era dimostrato nel Fatto; (benche appo i dottiissimi SS. Giudici non ne fusse bisogno) basti baver scritto. Napoli dì 14. Febraro 1681.

Opinionem Anton. de Matthæis convellit ex istis, & aliis mediis doctissimus, & non inclebris rerum criminalium Advocatus D. Philipp. Maresc. in tract. de legib. publicor. juc. dicator. glof. 13. à num. 26, ad 38. ubi inferuit propria verba ejusdem Authoris, & nu. 39. 40. 41. & 42. ejusdem argumenta refellit,

S V M M A R I V M.

Monetarii an dicantur committere crimen læse Majestatis,

- 2 *Pena fabricantem falsam monetam, que sit de jure communii, & de jure Regni, demonstratur, num. 3.*
- 4 *Monetam falsam fabricantes, si paenitentia ducti, vel à Magistratu preventi monetam non perfecerint, num ad punam ordinariam teneantur.*
- 5 *Affertur casus, qui incidit disputandus in M.C.D. n. 6. 7. & 8.*
- 9 *Minor duodecim annorum non habetur pro teste de visu integræ fidei, etiam si veritas aliter probari non possit, & n. 10.*
- 11 *Levitatis vita, seu diffamatio in criminis false moneta est plenè per Fiscum probanda, & n. 12.*
- 13 *Determinatio M. C. D. reformata per Collat. Cons. in medium affertur, & afferuntur rationes decidendi.*
- 14 *Testis unius depositio de visu, num faciat semiplenam probationem, vel indicium ad torturam in hoc criminis.*
- 15 *Indicia indubitate debent esse legitime probata per testes omni exceptione maiores.*
- 16 *Pena ordinaria in criminis false monetae, ad hoc ut interrogari possit, num requiratur monetarum falsarum expensio.*
- 17 *Et quid si rei non pervenerint ad actum fabricationis, & expensionis, ex quo fuerunt à Curia preventi.*
- 18 *Decisio Grammat. 24. ad examen revocatur, n. 19.*
- 20 *Afferuntur verba Harpretti contra decif. Grammat. cum quo concordat Anton. de Matthæis, n. 21.*
- 22 *Pena ordinaria nunquam punitur consilii ex consuetudine universali totius orbis.*
- 23 *Falsitatis, seu imposture vobemens suspicio arguitur ex denunciatione facta contra amicos, & socios.*
- 24 *Falsitas partis processus, vel unius testi s arguit falsitatem totius processus n. 25.*
- 26 *Nobilitas an amittatur in criminis false monetae.*
- 27 *Et quid in criminis læse Majestatis divinae, vel humanae.*
- 28 *Monetam exteram, & in Regno non expendibilem fabricans, an tenentur pena mortis.*
- 29 *Refertur opinio Reg. de Rosa, quæ detegitur falsa ex ratione assignata per Horat. Montan.*
- 30 *Monetae falsae crimen an dicatur consumatum per solam fabricationem, vel requiratur actus expensionis, adeo ut sit locus posse.*

31. *nae ordinariae, & num. 31.*
 32. *Monetam ancam falsam modici valoris
cudens an plectatur pena summi supplicii.*
 33. *Corpus delicti in crimen falsae monetæ est
ipsa inventio, & recognitio monetæ falsæ,
seu non proprio signo percussæ.*
 34. *Recognitio peritorum quomodo sit facien-
da, & quomodo debeant deponere, n. 35. & 36.*

C A P U T III.

De crimine falsæ monetæ.

Subsequitur crimen fabricationis, vel expensionis falsæ monetæ, quod merito hic collocatur, quia monetarius dicitur committere crimen læse Majestatis, ad *text. in l. si quis la. C. de fals. monet. l. 2. C. eod. Gigns in tract. de crima-
les. Majest. lib. 1. rub. qualit. & in quib. q. 62.* unde hic ad examen revocamus, quæ sit pena hujus criminis tam de jure communi, quam Regni.

De jure communi, qui falsam monetam cun-
dunt, puniuntur pena extremi supplicii,
*l. quicunque 8. cum l. seq. ff. ad l. Cornel. de fals.
l. ubi 22. C. eod. & l. 1., & 2. C. de fals. monet.*

De jure Regni est quoque imposita pena mor-
tis per *Constit. Regis Regerii*, incipiente in,
3. Adulterinam, & alteram, quæ incipit, *Qui
nummos; & per Capit. Reyni*, quod incipit,
ab Excellentia, quæ Constitutiones, & Ca-
pitula fuerunt postmodum confirmata per
Prag. 2. in §. 1. & Prag. 44. sub tit. de monet.
per quas pena fuit extensa etiam contra
expendentes, ut diximus in *obser. ad sing.
2; 4. & in practicab. obser. 30. num...*

Sed quid dicendum in fabricantibus falsam
monetam, qui paenitentia ducti, vel à Ma-
*4. gistratu præventi, aut aliquo. alio impedi-
mento suborto, monetam non perfecerint,*
nec ad actum expensionis pervenerint?

Hic articulus incidit disputandus in præterito.
anno 1710. in M.C. D. in causa inter Re-
gium Fiscum, & Josephum de Ayello, &
Paulum Catalano.

Ex denunciatione Joannis de Ambrosio fuit
processum ad inquisitionem contrà eosdem:
*6. de Ayello, & Catalano de fabricatione fal-
sæ monetæ in civitate Castri Maris de Sta-
bia, ubi fuit missus pro explendis diligen-
tiis D. Judex nunc Regius Consiliarius D.
Dominicus Muscettola, qui se contulit in*

domum dicti Iosephi, quem carceribus
mancipavit unâ cum Andrea ejus filio an-
norum duodecim: expletis quoque cæteris
diligentiis, etiam circa recognitionem ve-
rucarum, vulgo porri, existentium in
manibus reorum ex causa dictæ fabrica-
tionis.

Fuit quoque fabricatus processus informati-
vus, cuius tota vis residere videtur in de-
*7. positione quatuor testium extra guardiam
deponentium tam de inventione dictorum
instrumentorum aptorum ad monetam cu-
dendam, quam in monetis fabricatis de re-
centi, & repertis usque ad numerum vigesim-
um primum, de quibus tres erant jam re-
dactæ ad totalem perfectionem.*

Institut Fiscus pro mortis supplicio, supponens
reos argumentis convictos ex supra traditis
*8. probationibus, ex quibus asserebat nedum
resultare perfectam corporis delicti proba-
tionem, sed probationem illam privilegia-
tam inducitam per Prag. 2. & 44. sub tit. de
monet., quæ statuit quod sat est ad convin-
cendum depositio unius testis de visu, vel
in illius locum indicia multum urgentia.*

Verum pro parte reorum replicabatur non ur-
gere probationem illam privilegiatam, quam
*9. exquirere videtur Reg. Pragm. Siquidem
non aderat depositio unius testis de visu, in
cujus locum videntur per Pragm. subroga-
gata indicia multum urgentia.*

Quod non aderat depositio unius integri testis
de visu, in dubium revocari non poterat,
*10. siquidem depositio Andreæ de Ayello filii
Iosephi non poterat haberi pro depositione
integri testis, ex quo ne dum erat minor
duodecim annorum, sed filius Iosephi, con-
tra quem in testem adduci non poterat ex
text. in l. Parentes, C. de test., qui textus pro-
cedit etiam si veritas aliter probari non pos-
set Brunnem. in commen. ad eandem l., lib. 4.
tit. 20. Quarè nullo pacto dici poterat, quod
concurrebant indicia multum urgentia,
quæ debent esse talia, quæ æquiparentur in-
dicis indubitatis habentibus admixtam ali-
quam hæsitationem virtualem, vel saltim
inducerent semiplenam probationem, juxta
ea, quæ adnotavimus in *obser. ad singul.
234. à num. 3. ad 7. & in obser. ad sing. 288.
num. 6.**

Nec concurrebant quoque reorum diffamatio
nec in eodem, nec in alio genere criminis,
*11. nec sufficiens erat illa, quæ afferebatur ex
præcedenti monetarum expensione; sicuti-
dem*

dem diffamatio levitatis vitæ est plenè per Fiscum probanda, aut per testes, aut sicut per perquisitionem, quæ neque sufficeret ad levitatem inducendam, ut perpendit *Gizzarel. dec. 78. n. . . .*

Quinimò non sufficit levitas vitæ probata per testes absque sententia condemnatoria delictorum antecedentium, quia quis diffamatus non dicitur, nisi fuerit mediante sententia damnatus, l. capitalium §. solent, ff. de pæn. cum concordantibua per nos allegatis in observ. 30. n. 33.

His non obstantibus M. C. D. condemnavit reos ad mortis supplicium ex indiciis indubitatis, sed facta relatione in Collat. Consil. 13 juxta morem sub die 19. Martii 1710. Supremum illud Auditorium fuit in decernendo, non esse locum executioni sententia, sed esse reos condemnandos ad remigandum vita durante, intervenientibus pro adjunctis Dom. Præsid. S.C. D. Petro Jacobo Rubino Patritio Mediolanensi, & Dom. Locumt. Reg. Cam. D. Vincentio de Miro, viris doctissimis æquè ac integerrimis.

*Ratio decidendi stetisse videtur, siquidem nimis durum videbatur confirmare sententiam mortis, ex prætensis inditulis indubitate, quando cernebatur non urgere inditia indubitata, imò neque illa multùm urgenzia, quæ exquiruntur per novissimam *Prag.* Professò non aderant indicia requisita per ultimam *Pragm.* siquidem depositio unius testis de visu, etsi integræ fidei non facit semiplenam probationem, sed tantùm indicium ad torturam, etsi ageretur de criminis Majestatis, ut ex *rect. in l. si maritus 20. ff. de quest. Anton. de Matth. de crimin. ad lib. 48. tit. de probation. cap. 4. num. 6.*, idè substineri non poterat mortis sententia ex dictis probationibus, ut diximus ad interpretationem ejusdem *Pragm. in observ. ad singul. 234.* Et ex istis principiis idem Coll. Cons. non probavit sententiam mortis latam per M.C. in casu illo relato per *Reg. Ros. in prax. decretor. cap. 8. vers. alii vero.**

*Multò minus concurrebant indicia verè indubitata, quæ requiruntur per *Pragm. 12. de offic. judic.* siquidem indicia indubitata debent esse legitimè probata per testes omni exceptione maiores *Basilic. dec. 1. num. 15.* & debent esse plura, & talia, quæ everti non possint, ut ex *Anton. de Matth.* diximus in *nossa pract. observ. 44. à num. 1. & iterum in animadversione 234. num. 7.* ubi contrà*

Reg. de Rosa firmavimus in observat. ad singul. 288. num. 5.

*Ulterius dicebatur, quod non poterat fieri locus condemnationi ad pœnam ordinariam, 16 ex quo delictum non extiterat consummatum per totalem monetarum fabricationem, & expensionem, quæ redditur necessaria, non obstante peritorum relatione attestantium monetam fore expendibilem ex traditis per *Reg. de Rosa resol. 12. num. 4.* sed de hoc pleniùs infrā.*

*At replicabat D. Fisci Patronus ad hujus exceptionis rejectionem, quod idè rei non 17 pervenerunt ad integralem monetarum fabricationem, & expensionem, ex quo fuerunt à Curia præventi, & in fraganti criminis reperti, & proindè siebat locus *decis.* *Grammat. 74.* ubi reus fuit morti damnatus, exhibita distinctione inter casum, quo reus fuit à Curia præventus à casu, quo pœnitentia ductus ab opere desitterat.*

*Cujus Fisci argumentum fuit facilimè resolutum tam ex decisionibus, quæ adversus 18 *Grammat.* prodierunt, quam ex auctoritate gravissimorum eruditorum interpretum, qui contrà *Grammat.* contrarium sentiebantur.*

*Decisio, quæ contrà *Grammat.* prodierit cernitur est *decis. D. de Franch. 440.* ubi non fuit confirmata mortis sententia ad quam reus, 19 qui fabricaverat, sed non perficerat monetam, fuerat condemnatus, ex quo cum fuisse satis dubitatum de *decis. Grammat.* Domini de S.C. amplexi fecerunt benigniorem opinionem pro pena triremium vita durante, quam sententiam sequitur *Caball. resol. crim. casu 27. lib. 1.* & *Anton. de Ball. tract. crim. lib. 3. de liter. dispens. casu 8. num. 16. Reg. Petra super Rit. 274. nu. 120. vers. sed quid quid tom. 3.**

*Inter gravissimos Auctores, qui contra *Grammat.* in aciem prodierunt est doctissimus 20 *Harprecht. in §. item l. Cornelia de fals. 7. tit. Instit. de public. judic. num. 58. & seq.* cuius verba hic transcribere non pigebit, cum Author non ab omnibus præ manibus habeat: *Quod autem supra num. 50. dictum est monetam falsam cudentes flammarum excusionibus esse mancipandos, id non procedit in eo, qui nondum perfecit monetam, sed solum aliquid egit, & fabricare cepit: veluti si percussit quidem materiam, nondum verè imaginem, & formam impressit. Is enim pœna mortis non punitur, sed alia mitiori arbitrio**

Tractatus Criminalis Analyticus. 191

bitrio Judicis: dummodo sua voluntate facti
pœnitens à crimine incepto defiterit dicta
l. qui falsam 19. ibique Marfil. num. 60. ff.
ad l. Cornel. de fals. Grammat. dec. 74. num. 24.
Bald. in l. 3. ff. de naut. fœnor., & conf. 356.
lib. 1. Bonifac. in tract. de furt. §. 4. num. 66.
& 67. Menoch. d. cap. 316. num. 24. Decian. in
prax. rerum crimin. lib. 7. cap. 27. nu. 7. Petr.
Gregor. Tholos. lib. 36. syntagm. juris uni-
vers. cap. 2. num. 31. D. Bocer. d. tract. de jur.
monet. cap. 6. Aleman. d. consult. 8. quæst. prin-
cip. 14. porismat. I. pag. 890. & seq. Sed quid
de eo iudicandum, qui non quidem pœnitentia
ductus, sed à Magistratu preventus,
aut qua alia ratione impeditus non perfecit
monetam, annè & is ab ordinaria pena ab-
solvendus erit? Et affirmativa sententia,
ut potè benignior, meritè à nonnullis recipi-
tur. Tametsi enim jure nostro civili proposi-
tum delinquendi in gravioribus delictis, pro-
ipso delicto perfecto, & consummato punitur,
dummodo propositum istud ad actum aliquem
deductum fuerit l. 1. in fin. ff. ad l. Pomp. de
parricid. l. 1. §. divus 3. ff. ad l. Cornel. de Sica-
riis. Generali tamè consuetudine ab bac-
sententia, seu aliquanto duriore recessum
est, atque receptum, ut extraordinaria ali-
qua solummodo pœna involvatur, qui deli-
ctum non dum consummavit. Quin & in
Electoris Saxoniæ Provinciis pœna ignis,
ordinatione Imperii in falsos monetarios sta-
rata, locus non relinquitur, et si perfecta sit,
& absoluta falsa moneta, si non etiam fuerit
expensa, teste Daniel. Moller. lib. 2. Semesir.
cap. 35. eumque referente Hunnio d. resolut.
ad Treutler. vol. 2. disput. 32. tb. 8. ad fin. pag.
590. vers. qui falsam fabricaverint, &c.

Concordat Anton. de Matth. de crim. lib. 48. tit.
7. ad l. Cornel. de fals. cap. 5. num. 3. his verbis:
21 Sed nec ad conatum solum pœna pertinet,
nam qui falsam monetam cœperit percutere
si justa penitentia ducti totum formare no-
luerunt, absolvuntur l. qui falsam 19. ff. ad
l. Cornel. de fals. Circum quantitatem non di-
stinguitur dicta Constitutione, ideoque si
vel paucos nummos, quis formaverit igni-
bus subdendum dixerit. Sed meo judicio be-
nignius erit etiam quantitatis habuisse ra-
tionem, ut qui unum dumtaxat alterumve
nummum formaverit mitius puniatur; est
enim & quantitas ex modis illis, qui pœnam
aut intendunt, aut remittunt, l. aut facta.
16. §. quantitas, ff. de pœn.

Quorum Authorum sententia videtur freta-

in consuetudine universali totius Orbis non
puniendi conatum pœna ordinaria, etiam
22 in atrocissimis, Vermigliol. conf. 23. num. 10.
cum concordantibus, & communis DD. opini-
one apud D. Maref. de legib. publicor. judi-
cior. glos. 7. de pœn. volunt. cogitat., & conat. in
crim. perduell. à n. 60. ad 68. & nos plenius
diximus etiam in terminis statuti punientis
conatum in Observ. pract. 7. n. 14. & 15.
Quibus addebat maximum robur, quod ne-
gotium non carebat suspicione falsitatis,
vulgò. impostura, ex quo ille Antonius de
Ambrosio, qui se fecit denunciatorem erat
conscius, & particeps criminis fabricatio-
nis, & ultrò se obrulit ad denuncian-
dum contra amicos, & socios; Et huic for-
tissimæ præsumptioni accedebat alia non
minùs vehemens, quæ insurgebat ex acti-
bus subsecutis post adventum D. Judicis in
Civitatem Castri Maris, ubi cum pervenis-
ser versus tres horas noctis non permisit, ut
statim accederet in locum delicti, sed procu-
ravit, ut moraretur usq; ad horam quintam
noctis, adhoc ut interim ipse denuncians
pluries eundo, & redeundo à domo dicti de
Ayello, præstigium, sive imposturam moli-
retur; Et quod ex sola denunciatione facta
contra amicos, & socios oriatur vehemens
præsumptio, & suspicio imposturæ dixit Reg.
Capyc. Latr. decif. 169. num. 68. & 69. lib. 2.
& ideo existente accusatione de falsitate su-
specta, & de falsitate suspectis existenti-
bus omnibus actis factis cum interventu ip-
fius denunciantis circa fragantiam, totus
processus præsumitur falsus, quia ex falsita-
te unius actus, vel unius testis arguitur fal-
sitas totius processus ex Ruin. & aliis apud
Mastrill. dec. 295. nu. 43. & 50. quia quando
negotium est individuum, prout erat istud
explendum ex unica commissione da-
ta à D. Prorege, vel à M.C. D. Judici Mu-
scettula, non dubitatur, quod supposita
falsitate partis resultat falsitas totius, & sic
totus processus debet corruere ex regula,
quod vitiata parte, vitiatur totum, ut satis
magistraliter perpendit Conf. Gizzarell. dec.
86. num. 15. & 16. ubi subdit hæc verba: Si
negotium est individuum, totum redditur
falsum ratione partis, & ita sentiunt DD.,
At ut diximus sub unica commissione à Pro-
rege data fuit potestas inquirendi de pluri-
bus capitibus, ergo ratione forme unicus
totus processus est, & individuus, & totus
debet corruere, & postmodum idem Author
num.

num. 16. adducendo in terminis decisionem Bald. in l. 1. num. 3. Cod. de question. addit, ex quibus subdit esse determinatum, quod si aliquis produxit unum testem falsum in causa, etiam quod alii essent legitimi, & concludenter probarent, nibilominus propter illum unum testem falsum debet impediri totius processus, etiam si contra alios testes nibil opponatur, ut loquitur Bald. comprobat hanc Gizzarell. decif. Novar., qui aliam adducit in prælud. ante tract. de gravam. Vaf. scallor. prælud. 9. n. 9. & 10.

An per hoc crimen falsæ monetæ nobilitas amittatur, adeundus Reg. Tap. in annotationib. ad Constit. Regni, Ne grandi, ubi refert noluisse Dominos Regentes consentire, ut quidam Doctor inquisitus de tali criminе condemnaretur ad Regias Triremes, comprobat Thor. in compend. dec. V. Nobilis an debeat pro delicto fol. 357.

Et quamvis in crimine Majestatis amitti Nobilitatem affirmaverit Gigas in tit. de penit. committ. dictum crimen qu. I., & ita decisum retulerit in causa rebellionis Terræ Stili contra quendam Baronem, Thor. in compend. dec. V. Nobilitas in crimine laes. Majest. fol. 359. par. 1. ubi quod fuit laqueo suspensus ante Castrum Novum; sed in contrarium invaluit consuetudo, de qua testatur D. de Francb. dec. 569. Reg. Sanfelic. dec. 56. num. 16. Thor. sec. 2. par. 3. V. pena proditionis fol. 267. ubi quod practicatur capitis amputatio cum Nobilibus, & suspensio in furcis cum popularibus, quos nos quoque nostris temporibus servatum vidimus.

Præterea exquirere non est prætereundum, an monetam exteratam fabricans plectatur 28 pena mortis, si moneta non sit in Regno expendibilis: negative resolvit Reg. de Ros. in sua resolut. criminal. 12. à num. 4. tom. 2. ubi quod si non sit expendibilis, nullum affertur nocumentum Reipublicæ, & adducit D. de Francb. dec. 440. num. 7.

Sed ratio prædicta assignata est falsa, prout falsam agnoscit Horat. Montan. de regal. §. moneta num. 7. ubi quod Reges sunt Ministri Juris gentium in cudenda moneta; & proinde singuli Regnantes protectores Juris gentium dicuntur offensi ex fabricatione monetæ, licet sub forma alterius Regnantis, & dicitur quoque offensum Jusgentium, quod abstulit à privatis jus fabricandi monetam, adeo quod tales transgressores Juris gentium plectantur ordinaria pena, quæ

est mortis naturalis; nulla habita ratione, num expendatur, vel ne moneta in loco, ubi conflata est, ut concludit per hæc verba idem Montan. in fin. Quæ duo vera sunt, 30 quod crimen dicitur perfectum per solam fabricationem, nec requiritur, ut consequatur lucrum per actum expensionis, ut bene docuit Anton. de Mattb. ad lib. 47. tit. 7. cap. 6. num. 2. ibi: Perfectum autem crimen cum dicimus, non requiritur, ut fructus sceleris reus potiatur, veluti hereditatem auferat; bominem opprimat, solutis adulterinis improbum lucrum faciat; sufficit factum esse nummum, vel testamentum falsum, etiam si detecta fraude, lucri spes decollarit, l. si falsos 8. C. de fals. juncta l. qui falsos 19. verb. suffragio justæ penitent. ff. cod.

Quarè semper erit locus poenæ ordinariæ mortis contra falsos monetarios statutæ per personam, & absolutam monetarum efformationem, nec requiritur expensio, nisi expressè statuto caveatur non sufficere, monetam efformatam esse, sed quod fuerit expensa dolo malo alios fraudandi causa, ut statutum reperitur in Provinciis Electoris Saxonie, testatur Daniel. Miller. lib. 2. se mestrium cap. 35. num. 2. de quo memor fuit Harprect.

Ex quibus principiis descendit, quod si quis cuderet falsam monetam æneam modici valoris, ultimo supplicio plectitur, ex quo est impressa imago Principis, ut decisum habetur apud Reg. Sanfelic. dec. 59. Reg. Cortiad. decif. 87. num. 38. lib. 2. Gizz. in observ. ad decif. 179. Reg. Capyc. latr. num. 10. tom. 2. Ex exteris hanc opinionem tuetur Harprect. in §. item lex Cornelia de fals. 7. tit. In stit. de public. judic. n. 60.

Corpus delicti in crimine falsæ monetæ est ipsa inventio, seu recognitio monetæ non personata æris, & ponderis, & sic falsæ, seu non proprio signo percussæ, facienda per testes, seu per peritos deponentes, qualiter moneta benè visa, & recognita est reperta falsa, non solum respectu æris, argenti, vel auri, sed quoque quia non est percussa cum solito signo, & effigie, Foller. in præc. crimin. verb. capiat informationem num. 11. in fin. & ex Muscatell. & Capyc. latr. dec. 179. num. 29. & 56. bene declarat Conciol. in tract. crimin. verb. monetarii resolut. 1. num. 2. adeo quod de corpore hujus delicti plenè constare dicatur per inspectionem oculorum, & relationem peritorum dixit Reg. Matthei

controversia 44. num. 27. ibi: *Quia de corpore 34 delicti plenè constituit per inspectionem oculorum, & relationem peritorum, accedit D. Anton. Pollic. de præminent. Regiar. Audient. tit. 10. cap. 2. à num. 22. cum seqq. ubi quod in recognitione facienda non debent depoñere periti de judicio, sed affirmativè, vel negativè referre impressionem esse falsam ex Reg. Capyc. latr. decis. 169. num. 56. & 57. lib. 2. & quod recognitio sit facienda cum 35 experimento, vulgo con la pruova, quod moneta sit falsa, videndus est Novar. super Pragmat. 2. nu. 4. & 5. de monet. & ante eum Muscatell. in præc. crimin. de fals. monet. num. 18.*

Et quod perfecta recognitio hujus criminis 36 per peritos in arte, & non per testes sit facienda, dixit Reg. de Rosa in resolut. crimin. 10. num. 7. tom. 2. & satis clariùs Guarzin. ad defens. reor. defens. 4. cap. 2. n. 20.

Verùm quando dubitatur an moneta sit vi- 37 tiata, vel tonsa; hæc facti quæstio ad pon- deratores est remittenda, ex l. fin. C. de pon- derator. dixit Decian. in suo tract. crimin. lib. 7. c. 24. n. 3. & c. 26. n. 7.

S U M M A R I U M .

- 1 *Parricidium nulla causa excusari posse.*
- 2 *Parricida duplex committit delictum.*
- 3 *Lex Pompeja sub hoc tit. fuit lata à ma- gno illo Pompejo.*
- 4 *Et an pœna contra parricidas fuerit sta- tuta per l. Corneliam de Sicariis.*
- 5 *Anton. de Matthæis verba afferun- tur.*
- 6 *Parricidæ an agitantur furii late exca- minatur ex graviorum Eruditorum autbo- ritate, nu. 7.*
- 7 *Parricidii crimen nūm excusatetur ob Pa- tris, vel Matris severitatem.*
- 8 *Et quid in fratribus, & reliquis Co- gnatis.*
- 9 *Et quid ob propriam defensionem; Et quid in parricidio in personam Patris, n. 11. & 12.*
- 10 *Parricidii pœna an teneatur filius, qui occidit Patrem adulterantem ejus Uxorem; Et an Pater possit occidere filium adulte- rantem Novercam, num. 14.*
- 11 *Pœna aculei in crimine parricidii nūm tacitis moribus sit abrogata.*
- 12 *Et quid in Regno nostro Neapolitano.*

- 17 *Afferuntur tam antiquæ, quam recen- tiores decisiones.*
- 18 *Nobilitate an gaudeat parricida; affe- runtur pugnantes decisiones, num. 19.*
- 20 *Parricidii criminis speciale est, ut re- neantur de eodem criminе consciæ non reve- lantes; Et num sufficiat sola scientia abs- que participatione, vel consilio, num. 21. Et num requiratur, ut consciæ in crimine parricidii, & Majestatis commode crimen probare potuissent, num. 22.*
- 23 *Infanticidii pœna nūm irrogari possit Matri, quæ confitetur occidisse fœtum, non constito de identitate corporis delicti.*
- 24 *U. J. D. Dominicus Ametranio commeno- ratur.*
- 25 *Infanticidii pœna, adhuc ut locum habeat requiritur, ut partus vivus oriatur.*
- 26 *Corporis delicti perfecta cognitio adhuc ut detur in hoc criminе, an sit practicandum illud, quod servatur in inspectione cadave- ris mulieris venenatae.*
- 27 *Pœna mortis non fuit practicata per S.C. in criminе abortus apud D. de Franch.*
- 28 *Infanticidii pœna nūm excusatetur in mu- beribus affectis affectione malenconica.*
- 29 *Pœna mortis nūm practicari possit in abortu procurato per poculum abortionis, vel amatorium.*

C A P U T IV.

De Crimine Parricidii.

- 1 *I Nter cædes primum locum obtinet Parricidium, quod nulla causa excu- sari posse respondit, Papinianus An- tonino Caracalla, Solorzan. de Parri- cid. lib. 2. cap. 18. in princip. ubi in fine capitinis adducit Justin. lib. 2. Historiar. di- centem, In parricidio nullam satis justam causam ad sceleris patrocinia preterxi posse, comprobat Anton. de Matthæis ad lib. 48. digest. tit. 6. de Parricidiis num. 14. vers. sed stat.*
- 2 *Parricida siquidem duplex committit deli- ctum; cum parentem interficiendo nedum homicidii sit reus, sed etiam violatæ pietatis crimen incurrit, quæ parentibus non securus ac Deo præstari à liberis debet, ut ex Tull. Platone, D. Thoma, D. Ambroſio cæterisque gravioribus Patribus docet idem Solorzan. de parricid. lib. 2. cap. 2. in princip. fol. 33. B b post*

post tract. de iur. Indian. tom. I.

Lex Pompeja sūb hoc tit.lata fuit à Magno illio Pompeo Anno tertio sui Consulatus anno urbis 781. ut ex Giphanio notavit Harprect. in §. alia deinde l.6. num. 1. de public. judic.

Anceps est inter Eruditos Scriptores controversia an poena contra parricidas fuerit statuta per legem Corneliam de Sicariis, ut legitur apud Anton. de Mattbaeis de probazion. cap. 1. à n. 70. ad 74. qui resolvit, quod lex Corneliae punit, & sicarios, & parricidas, nec umquam Sylla substulit poenam culei, nec Pompejus poenam legis Cornelie; his verbis. Sylla autem, ut binc constat, ut poenam culei non sustulit; ita nec Pompejus poenam legis Cornelie; sed repetita sanctione, ne iret in defuetudinem in usum restituit, & bac ego non dico; I Conf. dicit in d. l. 1. ff. ad leg. Pomp. Cautum lege Pompeja dicit, ut qui patraret parricidium poena ea teneatur, que lege Corneliae de Sicariis statuta est, statuta s. in parricidas d. l. 9. pr. §. 1. nam alia est in Sicarios, qui in specie sic dicti d. l. 3. §. 5. & id etiam equissimum, ut quo gravius delictum eo gravius puniatur Horat. l. serm. 3.

— — — — — *Adgit*
Regula peccatis, que pœnas irroget æquas.
Nescuticadignum horribili sectere flagello.

Adeo detestabile; & execrandum est hoc crimen, quod non defuerunt gravissimi Aut⁶hiores, & Philosophi, qui probarunt parricidas furiis, ac tædis ardentibus agitari de paterna, vel materna specie, ut de Nerone ex Cicerone, & Sveton. docet idem Solorzan. de parricidio lib. 1. cap. 21. ubi quod nulla fuit apud Gentiles expiatio de hoc crimine; adeo quod Constantin. Imperator, qui primus fuit, qui culei poenam in filiorum interfactores extendit, ut in l. 1. C. de bis, qui parentes, vel fil. occid. cum in idem crimen postmodum inciderit, horum parricidiorum pertesus; & nullus modus ei superesset, per quem possit à tanto crimen expiari; recursum habuit ad salutarem Aquam Sancti Baptismatis, per quam expiatus fuit, ut cum Baron. tom. 3. Annal. anno Christi 324. tradit Alciat. lib. 3. Parer. cap. 19. & comprobatur idem Solorzan. cit. tract. de parricid. lib. 2. cap. 11. in fine.

Quas furias putavit Tull. pro Sexto Roscio esse

propriæ conscientiæ quotidianum stimulum; sed Tiber. Decian. lib. 9. cap. 16. de pœnis parricidii num. 3. putat apud nos Christianos furias esse dæmonem, qui parricidæ continuò insidet ex Alex. genial. ut late habetur apud eundem Solorzan. cit. lib. 2. cap. 18. versic. ad utrumq. ubi adducit verba Ciceronis, & Philostrati lib. 7. cap. 7. in vita Apollonii putantis, Conscientiam esse, quæ homines puniat; cum se male operatos esse recogitant.

Nec excusat ab hoc scelere Patris, vel Matris severitas, quare filiæ, quæ Matrem omniam severitatem occiderunt, fuerunt in Civitate Salerni decapitatæ, ut refert Paschal. de Patria potest. par. 4 cap. 10. num. 43. quem sequitur Raynald. observ. crimin. cap. 6. §. 1. de parricid. num. 5.

Aliter dicendum erit quoad fratres, & reliquos Cognatos, quorum cædes cum non pertineat ad animadversionem legis Pompeje, non dubitatur esse locum excusationi, si credimus Antonio de Mattbaeis ad lib. 48. Dig. tit. 6. cap. 2. de parricidis num. 14. vers. quod vero, ubi adducit Platonem lib. 9. de legib. assérentem esse indulgendum fratri, qui fratrem latronis more in se irruentem occideret, quod etiam ex Sacris literis id probare nititur, comprobatur Raynald. observat. criminal. in superius citatis locis à num. 38.

ad 49. ubi quamvis admittiere ausus fuerit hanc excusationis causam ob propriam defensionem, etiam in parricidio commissio in personam Patris; tamen resolvit expedire Reipublicæ, ut casus relinquatur indecisus. Sed Joann. Harprect. in §. item lex Corneliae de Sicar. 5. tit. Institut. de public. judic. à n. 222. ad num. 230. quamvis referat Bodin., & sequaces assérentes, quod filius nequaquam possit occidere Patrem ad sui defensionem, vel ob illatam injuriam ex quo nullum tantum scelus à patre admitti potest, quod parricidio sit vindicandum: Expugnat nihilominus satis nervosè hoc, & cætera argumenta distinguendo inter parricidium voluntarium, & involuntarium, in quo si filius constitutus in casu necessitatis inevitabilis Patrem interficit, pro parricida non est habendus; cum principaliter hoc non fecerit, ut parricidium committat, sed ut se suamque vitam defendat, quam opinionem communem profitetur post Florian. Felin. Farinac. Cæpoll. Menocb. Decian. Berlicb. Besold., & cæteros laudatos.

Sed

Sed in contrarium fortiter resistunt scripta per *Valentin. Voltzium in commentar. ad l. Cornel de Sicar. cap. 7. ad nu. 15. ad 23. ubi Georg.*

12 Adilbert. innotis advertit, quod consultius conscientiae esse videtur a parente, & vitae datore ferre mortem, quam hanc illi inferre, & idem *Voltzus nu. 17.* tradit theorema illud, quod ubi offensio est licita ibi defensio est illicita, & demum *nu. 34.* subdit verba haec. *Et si filius aliter, quam occidendo zueri se adversus patrem nequiverit, non tamen ipsum sine peccato occidere posse intelligitur cum religio, pietas, & ratio naturalis, que ab hismodi parricidio abhorret. cum non immerit ab eo absterrere, & ad mortem patienti animo obviam infletere debeat argum. legis, propter infidias, & cap. non est nostrum 23. quæst. 5., & deinde n. 36. adjicienda putat verba Ciceronis in oratione pro Sexto Roscio Amerino; Occidisse Patrem Sextus Roscius arguitur sceleratum, Dii immortales, ac nefarium facinus, atque ejusmodi, quo uno maleficio scelera omnia complexa esse videantur; Etenim si (id quod præclarè a sacerdotibus dicitur) vultu sapientia leditur pietas, quod supplicium satis acre reperietur in eum, qui mortem obtulerit parenti, pro quo mori ipsum, si res postularerit, jura Divina, atque humana cogebant.*

Parricidii poena an teneatur filius, qui occidit Patrem adulterantem ejus uxorem, viden-

13 *dus est Caball. resol. crimin. cas. 15. ubi dicit arbitrio Judicis remitti, Farinac. quæst. 102. Clar. lib. 5. sententiar. §. Parricidium Decian. tract. crimin. lib. 9. cap. 9. cum seq. Et an Pater possit occidere filium adulterantem ejus uxorem, & sic novercam, videndus est tex.*

14 in l. Divus ff. ad l. Pompejam de parricid. ubi quod poena est relegationis; comprobat Solarzan. de parricid. lib. 2. cap. 9. Raynald. in locis allegatis à num. 19. ad 33.

Verum, quod causæ, & exceptiones eximentes reos in aliis criminibus a poena ordinaria mortis, in crimen parricidii excusent tan-

15 tum a poena ordinaria aculei non autem ab illa ultimi supplicii, Carpzov. in prax. crimi. quæst. 18. per totam par. 1. Sed haec quæstio. hodie cessare videtur dum cullei poena tacitis moribus abrogata est, nedum in Belgio, Gallia, Germania, & Italia, & sola Hispania cullei supplicio utitur, in quo post mortem parricida insuitur, & ut teste Gomezio profitetur Antonius de Matib. in su-

perius citato loco num. 17. ubi quod in reliquis mundi partibus poena alteratur in alio genere poenæ. Verba Authoris: *Reliquis gentibus ultimum supplicium satis est, sed plerumque gravius, quam Sicariis irrogatur; adeo ut nonnullæ rotæ reorum membra Comminuant; aut candenti forcipe dilarent. Qua de re videndi passim cujusque gentis Scriptores. Et apud R. Mattheiu de re crimin. controv. 8. num. 25. fuit imposita poena acerba non obstante minori ætate, ut patet ex Authoris verbis: Quare condemnata fuit ad poenam ordinariam cum qualitate acerba parricidii juxta nostros mores, nempe quod traheretur ad caudam equi usque ad supplicium, & post suffocationem doliterclusa projiceretur in flumen, non ut sepultura careret; sed ut ex hac cæmonia alii terrorerentur.*

In Regno nostro Neapolitano quamvis priscis temporibus fuissent Suprema Tribunalia in 16 decernendo poenam cullei, ut habetur apud *D. de Franchis decis. 230.*, & apud *Thor. in compend. decis. par. 3. sect. 2. V. poena parricidii, fol. 271.* tamen decisio lata apud *D. de Frauchis contra illum Nobilem minorem, qui erat Jacobus Caracciolum, qui Berardinum Caracciolum Patrem veneno necaverat, non fuit exequutioni demandata, nisi quoad capitis amputationem, dum cætera circa genus poenæ fuerunt remissæ ex benignitate D. Proregis ad supplicatio-* 17 *nem Civitatis, & in cæteris casibus, qui nostris temporibus acciderunt non vidimus practicatam nisi poenam ultimi supplicii, quemadmodum cont contigit anno 1702. in persona Hieronymi Passarelli A.M.D. qui fuit furcis morti traditus, & raptatus per plateas ad locum supplicii, ob parricidium in personam matris, fratris, & sororis, ut diximus in nostra practicab. observat. 44. num. 16.*

Ex quibus rebus judicatis appetit parricidas nobiles quandoque decapitari, prout fuit 18 practicatum apud *D. de Franchis*, & apud *Thor.*, & quandoque furcis suspendi, ut servatum vidimus in supra tradita decisione anni 1702. undè fatendum erit, quod diversimode servatur, ut testatur *Pascal. de Patr. potest. par. 4. cap. 10. num. 10. Raynald. in suis observationib. criminal. de parricid. cap. 6. §. 2. num. 5.* ubi parricida fuit condemnatus ad amputationem capitis, & de praxi decapitationis parricidæ Nobilis testatur no-

vissimè Regent. Rosa in præc. decretorum M.C.V. cap. ultim. num. 24. vers. hodierno more par. i., quamvis ipse dissentiat, sed Reg. Tap. in Constitut. Regni, non sine grandi num. 15. refert quod quidam Doctor inquisit situs de parricidio in personam suæ uxoris fuit condemnatus ad remigandum ex Thor, in 1. par. compendii V. Nobilis an debeat, fol. 356. tamen de dicta decisione valde miratur idem Tapia.

Speciale criminis parricidii est, ut consciī te-
neantur, & afficiantur eadem poena ex di-
spositione, tex. in l. utrum ff. ad l. Pompeja,
cujus verba clara sunt; *Vtrum qui occide-
rint parentes, an etiam consciī poena parri-
cidii afficiantur, queri potest?* Et ait Mar-
cianus, etiam Conscios eadem poena afficien-
dos, non solum parricidas, cujus leg. disposi-
tio extensa ad crimen Majestatis; Unde ha-
s datum fuit per Solorzan. de parricid. lib. 2.
c. 15. an sola scientia in extraneis puniatur,
vel requiratur participatio, vel Consilium;
& concludit, quod ex sola sceleris notitia
parricidii poena resultat, cum filii, & cæteri
sanguine conjuncti usque ad quartum gra-
dum revelare teneantur conspirationem in
Patrem, ex Menoch. de arbitrar. cas. 355. in-
fine, accedit videndum Anton. de Matth. de
criminib. in tit. de parricid. tit. 9. cap. 1. nu. 8.
sed quod text. in d. l. utrum sit intelligendus
in consciis, qui non scientiam tantum ha-
buerunt, sed & Socii participes parricidii
fuerunt, ut ex glo. in verbo Consciī, bene
etiam in specie Majestatis advertit Har-
precht. in §. publica autem judicia 3. tit. Insti-
tut. de public. judic. num. 60. & 61. tom. 4. hanc
Harprecht. sententiam amplectendam censeo
quoad poenam infligendam; nam illi, qui
fuerunt consciī, & participes parricidii, or-
dinaria mortis, poena veniunt plectendi, illi
vero, qui fuerunt consciī absque ulla par-
ticipatione, sed solū delicti notitiam ha-
buerunt, & illud non revelaverunt, poena
extraordinaria Judicis arbitrio tenentur
juxta communem, & approbatam senten-
tiā apud Carpzov. par. 1. quest. 11. à nu. 44.
cum seq. ubi num. 51. & 52. decisum refert
juxta dictam sententiam, irrogata relega-
tionis poena consciis de infanticidio à sorore
committendo, illud non revelando, neque
impediendo, imò post commissum occul-
tando.

Requiritur quoque, ut consciī in crimine par-
ricidii, & Læte Majestatis, commodè crimen.

22 probare potuissent; alias non tenentur ob
conspirationem non revelatam, quia nemo
tenetur revelare id, quod probare nequit
ex tex. in l. nostris 8. C. de calumniatorib. c.
nolentes §. Notarii de baretic. docet ex Ber-
lich. Georg. Adelbert. ad Volzium in comen-
tar. ad l. Corneliam de Sicar. in Appendix
num. 53. lit. M. fol. 859. videndum est Rever-
ter. decif. 41. lib. 1. ubi Reg. de Marinis in
suis observationib. nu. 6. & 7. tradit novam,
& satis bonam distinctionem, quam ab aliis
assignatam non legi præter Clarum ab eo al-
legatum.

Cum inter parricidia connumeretur infantici-
dium ex dispositione, tex. in l. 1. vers. sed,
23 & mater ff. ad leg. Pompejam, ad examen re-
vocandum erit an abortus, & infanticidii
poena ordinaria irrogari possit Matri, quæ
confessā fuit occidisse fœtum, & projecisse
vivum in cæmeterio, non constito de iden-
titate corporis delicti, nempe quod sit ille
fœtus quem Mater fassā fuit peperisse, si
non reperiantur contusiones, seu fractu-
ræ crani, & aliorum ossium, nec aliundē
constet, quod fœtus fuerit editus vivus, ut
firmat Raynald. cap. 6. §. 5. à num. 76. ad nu.
116. tom. 1. Sed quod non sit plectenda poe-
na mortis mulier confessā, verè non occi-
disse infantem, sed ejus umbilicum ligare
omisisse ex quo deindè mors pueri secula-
fuit, determinatum habetur apud Anton.
Gobium consult. 140. ubi refert in mitiorem
poenam inclinasse Senatum Mantuanum, &
ex clementia illius Serenissimi Ducis fuisse
dictatam poenam perpetui exilii. De hac
decisione memor fuit oculatissimus D. Cal-
derò decif. Catb. 64. num. 17. tom. 2., & ad be-
nigniorem sententiam inclinavit Collatera-
le Consilium in præterito anno 1709. cum
illa miserabili muliere de Casali Durazzani,
nuncupata Hyppolita Pollastræ, quæ tam-
quam de infanticidio confessā, extiterat per
M.C.V. ad mortis supplicium damnata, sed
proposita reclamazione in Collaterali Con-
silio fuit jussum, quod admittatur reclama-
tio, & postmodum pendente reclamazione
fuit concordata in domo poenitentiæ sua vi-
ta durante, patrocinium pro dicta miserabili
rea præstante non minus doctrina, quam
24 moribus, & pietate præstantissimo Advo-
cato causarum criminalium Dominico An-
tonio Ametrano.

Ad hoc ut poena ordinaria infanticidii locuta
habeat, requiritur ut partus medium perfe-
ctus,

Tractatus Criminalis Analyticus.

197

25 Etus,& vivus oriatur, juxta decif. *Thesaur.*
23. sed quod constet de corpore delicti,
nemp̄ vitalem fuisse infantem; de quo con-
stare non potest si maturus, & imperfectus
fuerit, ut perpendit acutissimus *Carpzov.*
in præc.crimin.par.1.qu.11. à nu.36. ad 40.
& ad hanc firmādā sententiam accedunt
tradita per *Harprectum* in loco infra citan-
do *num.55.*

Ad hoc ut in hoc crimine possit dari perfecta
cognitio corporis delicti, est necessariò ser-
26 vandum,& practicandum illud idem, quod
servatur in propinatione veneni, maximè
quandò abortus sequitur ex poculo dato
ad abortiendum, ut advertunt *Carpzov. in*
cit.quest.11.nu.26. D.Raynald.in observat.
rer.criminal.cap.31. §.4.num.137.in fine. Et
proindè ad habendam hanc cognitionem
erit per Medicos faciendus actus aperitionis
cadaveris ad hoc ut cognoscatur prægnan-
tia; & si foetus erat animatus, juxta formulā
traditam per *Anell. de Sarno in præc. crim.*
formul. 14. fol.344. in ultim. impress. & per
Medic. fiscalem apud eundem Autborem
scil.ultim.cap.1.formul.2.num.13. fol.498.

Profectò signa observata ex dissectione cade-
verum in crimine veneni tutiora esse dixit
Zaccb. quest. Medic. legal.lib.2.tit.2.quest.7.
num.34. & 35. undè Foller. in præc.crimin.
in tit.capiat informationem num. 24. tradit
hanc cautelam aperiendi cadaver, semper
quod non possunt haberi signa extrinseca
ex inspectione cadaveris mulieris suffocare,
vel venenatae; & quamvis de hac cautela
dubitaverint in praxi tam de *Angel. in ad-*
ditionib.ad eundem Foller. cit. loco num. 69.
quam *Muscatell. in præc. crimin. in tit. de*
homicid.simplici num. 13. & 14. tamen hanc
observantiam aperiendi cadavera receptam
probat *Reg.Rosa in suis resolut.crimin.resol.*
17.num.12.lib.2.& tutorem existimat Ray-
nald. observ. crimin.cap.31. §.4. à num.110.
cum seq.tom.3. ubi multos allegat, & præ-
fertim *Cardin.Ponzett.de venenis.*

An & quando poena mortis practicari possit in
crimine abortus; videndus ex *Regnicolis*
27 *D. de Prancbis decif. 592.* ubi refert fuisse
per *S.C. reformatam mortis sententiam*, ad
quam mulier condemnata extiterat, impo-
sita poena fustigationis, & detrusione ejus
vita durante in locum per *D. Proregem de-*
clarandum, & assignat rationem cur non
poterat esse locus poene juris communis ex
quo homicidium non fuerat dolo malo

commissum, & proindè non siebat locus di-
spositioni, *tex. in l. si quis aliquid §. qui abor-*
tionis ff. de pénis, quia *tex.* loquitur de ho-
mīne jam nato; & ex causa prædicta mor-
tuο, non autem de non nato, ut plenè dedu-
xit *D. Mareſca de legib. publicor. judicior.*
ad l. Corneliam de Sicar. §.5. glos.1. à nu.32.
fol.476.

Nec tenebatur in casu dictæ decisionis poena
Constitutionis *Terminum vitæ*, quia dicta
Constitutio est lata contra occidentes ho-
mīnes; sed foetus adhuc non est homo, ex
Aſſtict. in eadem Constitut. Et cessare in hoc
crimine poenam legis *Corneliae* semper quod
absque dolo, vel occidendi animo perpe-
tratum fuerit, ut benè examinato articulo
cum solidis juris principiis, ac traditis re-
sponsionibus ad *tex. in d. l. si quis 38. §. qui*
abortionis, ac soluta contradictione, *tex. tūs*
in l. 3. §. adiectio ff. ad leg. Cornel. de Sicar.
resolvit *Harprect. in §. Item lex Cornelia de*
Sicar. 5. tit. Institut. à num. 49. ad 65. ubi
profitetur ad examen revocare quæſtionem
de foetu, & propagatione animæ humanæ
in utero materno, quam afflērit à pluribus
magni nominis Philosophis, & Theologis
tamquam spinosam, scrupulosam, obscuram,
& perdifficilem fuisse, potius deliberatam;
quam tractatam, & demum *num. 65.* ter-
minando quæſtionem insurgit contra ca-
lumniosam censuram sibi illatam per *Nico-*
laum de Pafferibus, ibi: *Illud bic admonen-*
dum, quod Nicolaus de Pafferibus à Genoa
in Conciliat. cunctar. legum par. 2. sub tit.
Antonii Goveani, &c. num.60. , & seq. pag.
991.edie.2.calumniosè afferat, me somniasse,
dum existimaverim contrarietatem quan-
dam exiare inter *d.l.3. §. adiectio ff. ad l. Cornel. de Sicar. , & d.l. si quis 38. §. qui abortionis ff. de pénis*; *Siquidem contrarium lucu-*
lentissime apparet ex hoc ipso loco, dum diser-
te scribo. Neque dictæ legi contradicit Mar-
cianus, &c. O audacem maledici Itali impu-
dientiam?

Illud denique non erit prætermittendum,
quod hoc crīmea, prout ille infanticidii,
28 præbere potest excusationem mulieribus
affectionis affectione malenconica, quando hu-
mores denegerant in atram bilem, & in ma-
lencholiam illam primariam ubi cerebrum
primariò afficitur, ut bene advertit *Bene-*
dict. Carpo. in præc. crim.par.1. quest.18.
nu.35. & 36. ubi quod in hoc casu *Judex*
non de facili ad poenam mortis pervenire
po-

poterit, & proindè refert non fuisse irrogatam mortis pœnam, sed fustigationis cum perpetua relegatione mulieri illi melanconicae, quæ infanticidium commiserat.

Quoties abortus fuit procuratus per poculum abortionis, vel amatorium, & sequatur 29 mors, vel matris, vel foetus animati, non dubitatur de pœna mortis, ex superiori cito, tex. in l. si quis §. qui abortionis ff. de pœnis Basilio decif. 7. num. 4. & decif. 16. n. 6. ubi de ratione, & dictus tex. late explicatur à D. Brunneman. in commentar. ad leg. & magistraliter per Harprect. in §. Item lex Cornelias 5. tit. institut. de public. judicis à num. 64. ad 65. tom. 4. accedunt Raynald. in locis allegatis à num. 17. ad 27., & Zaccb. quest. Medico Legal. lib. 1. tit. 2. q. 9. à num. 1. cum seq. ubi acerrimè sustinet pœnam mortis, morte interveniente.

SUMMARY.

- 1 **A** ssassinii crimen quomodo committi dicatur.
- 2 **A** ssassinii crimen est atrocissimum homicidium longè gravius ceteris homicidiis?
- 3 **A** ssassinii crimen ad hoc, ut constituatur requiritur requisitorum illud conventionis inter mandantem, & mandatarium de occidendo hominem mediante pecunia.
- 4 **A** ssassinii conatus, pro quo deuentum fuit ad actum proximum, punitur pœna mortis, non obstante generali consuetudine totius Orbis non puniendi conatum.
- 5 Declarantur, & inseruntur verba Prag. sub tit. de Assassin. & n. 6.
- 6 **A** ssassinii crimen an incurrit per vulnusculum: Et quid quando cum vulnusculo concurrit insultus, num. 8. Et quid insultus proponatur commissus, cum scelopo rotato per solam exonerationem, nullo subsecuto vulnere, n. 9.
- 7 **A** ssassinii crimen an dicatur commissum existente incertitudine pretii, cum promissione in genere. Et quid si in terminis Prag. 1. & 2. de Assassin. n. 11. Et an sit necessaria plena probatio intervenisse pecuniam, num. 12.
- 8 **A** ssassinii crimen an committatur ex mandato dato ad sfrisandum mediante pecunia. Et quid in mandato ad caput baculo percutiendum, ibidem.
- 9 Mandatum datum ad committendum delictum assassinii in alieno territorio an possit puniri cum delegatione, & pœna in loco,
- 10 ubi fuit datum mandatum.
- 11 Statuta loci, ubi formatur processus an sint actendenda, vel statutum ubi fuit commissum delictum; Et quid si agatur de causa devoluta per viam appellationis, n. 16.
- 12 Mandatario non liquidato, num possit procedi contra mandantem in crimine assassinii; Et quid quando consanguineus, vel amicus persona offende occidat offendentem, an teneatur offensus non probato mandato, n. 18.
- 13 Mandans fieri homicidium num possit mandatum revocare.
- 14 Assassinus num dicatur ille, qui propriam injuriam ulciscitur, convocatis consanguineis, & sociis, etiam pecunia conductis: Et quid si ab initio de mandantis interventu non precesserit conventio, sed tantum precesserit mandatum de occidendo, & mandans postea voluerit intervenire, num. 21.
- 15 Assassinum num dicatur commissum, quando quis occidi mandaverit communem inimicum, tam ipsius mandantis, quam mandatarii.
- 16 Assassinus num censetur, qui suscepit mandatum de occidendo Sempronium, quando Sempronius est inimicus tam mandantis, quam mandatarii. Et quid in mandato à Patre filio dato, & à consanguineo consanguineis contra communem inimicum, n. 24.
- 17 Refertur casus, qui pendet decidendus in Collat. Consil.
- 18 Assassinum censetur factum nomine mandantis, & non ex causa propria mandatariorum, quando mandans ratum habuit homicidium, quia ratihabitio equiparatur mandato, n. 26.
- 19 Assassinum quando dicatur probatum probabilibus argumentis.
- 20 Assassinii duo deponentes contra mandantem num inducant probabilia argumenta.
- 21 Sociorum mandatariorum duorum, vel unius depositio convalidata in tortura, cum confessione extrajudiciali, vel aliis administrativis, an faciat indicia indubitate contra mandantem crimen assassinii.
- 22 Pœna ordinaria mortis plechi an possint assassinii habiti pro convictis ex depositionibus duorum sociorum criminis, cum administrativis.
- 23 Defenditur determinatio Regiae Junctæ quæ in dubium revocatur ob novas agnitiones, n. 32.

CA-

C A P U T V.

De Crimine Assassini.

HOrrendum Assassinii crimen, quod olim committi solum dicebatur quando quis Christianum occidi mandabat opera quorundam hominum infideliū, qui pretio conduci hanc artem exercebant; Hodie committitur quoties quis locat, vel conductit operas alterius etiam Christiani ad hominem occidendum mediante pecunia, ut post *Decian. tract. crim. lib. 9. cap. 30. nū. 79. & 81. Carpzov. in prax. crimin. q. 19. nū. . .*

Et atrocissimum, & immanissimum homicidium longè gravius ceteris homicidiis propter interveniū pecuniae, & qualitatem prodigionis, quæ in assassinio inest, ex quo homo incautus, occiditur ab eo à quo nullam habet occasionem præcavendi, dum nulla inest inimicitia, ut declaratur in *cap. pro humani de homicid. in 6. Quare ad constitendum hoc crimen omnino præcedere det requisitum illud initæ pactionis, & conventionis inter mandantem, & mandatarium, de danda, & accipienda pecunia in qua tota vis hujus criminis consistit, dum hoc est illud quod facit transire in assassinium mandatum simplex; ut post eundem Decian. & Carpzov. in citatis locis advertit satis doctus Criminalista Jo: Dominicus Raynald. observ. crimin. cap. 7. §. 1. à num. 24. cum seqq. tom. 1. ubi querit an de qualitate verè, & plenè constare debeat, vel sufficiant probabilia illa argumenta, de quibus in d. cap. pro humani,*

Meritò igitur ob ejus immanitatem receditur à regulis juris communis, & à consuetudine generali totius Orbis terrarum, quibus conatus non punitur pro effectu consummato, dum dicta consuetudine generali non obstante in hoc enormi crimine pro solo conatu, pro quo deventum fuit ad actum aliquem proximum, poena ordinaria legis Corneliae lecum habebit, ut post antiquiores, & ceteros gravissimos Authores firmavit Harpact. in §. Item lex Cornelia de Sicar. 5. tit. Institut. de publicis judiciis à nū. 264. ad 269. Quæ opinio probata fuit in Regno nostro per Pragmaticam 1. sub tit. de Af-

sassinio per quam declaratum fuit Assassinium dici commissum, quoties deventum fuit ad actum proximum vulneris, ibi: Et avendo con esperienza visto, che la varietà fra li Jurisperiti sopra l' articolo, se nel delitto dell' assassinio, essendosi dato mandato ad uccidere, & essendo il mandato predetto accettato per il mandatario, e proceduto per esso mandatario ad atto prossimo d' insulto, ò ferite, ò non essendo seguita morte se lo mandante, ò mandatario sono incorsi in pena di morte naturale, have dato occasione di profierse varie sentenze, e considerando, che questo delitto de Assassinio è ragionevolmente da tutte le leggi abborrito, come abominabile, e detestabilissimo, dal quale se le persone non se astraeno con la severità delle pene se li appareccchia facilità di commettersi per la malizia humana, e frequenza di delinquenti immoderatamente cresciuta, & aumentata. Havemo con consiglio, e parere del Regio Collateral Consiglio in virtù del presente nostro Banno omni tempore valituro, deliberato statuire, & ordinare, come statuimus, & ordinamo per reprimere l' audacie de' delinquenti, e la frequenza di si orrendo delitto, che se alcuno proromperà con pagare, ò promettere denari, ò altra cosa alcuna à dare ordine, e mandato ad altri per uccidere persona alcuna, e lo detto mandatario accettando il mandato predetto venerà ad atto prossimo d' esecuzione del mandato, ferendolo, ancorche non sia altramente seguita morte, mà solo sia data ferita, tanto lo mandante, quanto lo mandatario incorrano nella pena di morte naturale.

Ex hac Pragm. nedum cessat quæstio si possit nec ne puniri conatus poena ordinaria, dum tollitur quæstio quæ erat de jure communis inter Jurisperitos, & adimitur facultas Judicibus remicendi poenam ordinariam, ut perpendit *Campana de forjudicat. resol. 16. num. 31. Sed hic plures oriuntur hæsitationes.*

Prima an vulnus requisitum à Pragm. comprehendat vulnificulum; pro cuius quæstionis resolutione adeundus est *Campana cit. resol. 16. num. 33., & post eum Maresc. de legib. publicor. judicior. de pena voluntatis, cogitationis, & conatus glos. 7. num. 32., & quod debeant intervenire gravia vulnera dixit Raynald. observ. crim. cap. 7. §. 1. num. 126. in fine tom. 1. ad stipulatur ex eruditis Exteris Valentin. Volzius in commentar. ad l. Cor-*

I.Cornel.de Sicar.cap.7.num.67. ubi ex communi DD. sensu tradit, quod lex poenam irrogans ei, qui alicui vulnus infligerit, non comprehendit eum, qui aliquem modico vulnere affecerit.

Verum difficultas subesse potest, quando cum vulnusculo concurrit insultus commissus
 3 cum sclopo rotato, per cuius solam exonerationem, nullo subsecuto vulnere dicitur devenit ad actum proximum assassinio, cum per mandatarium non steterit, ut ex *Mastrill.* & aliis firmat *Reg. Matthieu de re criminalis controv. 23. num. 22. & 23.* & tenuit ex Regnicolis *Reg. de Marin. lib. I. cap. 323.* Sed in hac opinione non possumus figere pedes quoad mortis poenam, ad quam
 9 in Regno Judex deveniri non potest, nisi subsecuto actu vulneris, & non sufficit fuisse aliam offensionem illatam, ut post *Rovit. super Pragmat. I. hoc tit. num. 11.* notavit *Consiliar. Campan. in cit. resolut. 16. num. 38.* Unde numquam vidimus processum ad mortis, vel forjudicationis sententiam per solam emissionem iictus scopicæ de mando alterius, sed tantum aliquando ad citationem ad informandum, & ad capitula, & ad exactiōnem poenæ ducatorum mille, juxta illud, quod practicatum novimus in causa Marchionis S. Marci, quæ praxis forsan sustineri potest ex traditis per nos in *practicab. observ. 8. n. 17. 18. & 19.*

Secunda, an assassinum dicatur commissum, quando adest incertitudo pretii, vel præmii,
 10 sed verificatur certitudo promissionis in genere, v.g. ammazzate il N., che la casa mia vi sarà aperta, e che vi levarò dalla forza, & che ne farete gratia al Sig. N., & sic ad solam complacentiam affirmat *Vincent. de Franch. decis. 176. num. 10. Novar. infor. qu. 45. & in collectan. super Pragm. I. de Assassin. collect. 2. num. 6. ubi Rovit. num. 5.*, & alii quos cumulat *Reg. Matthieu de re criminalis controv. 15. à num. 13. ad 15.* & hanc opinionem esse servandam tanquam usū, & consuetudine receptam, & approbatam ex consuetudine judicandi M. C. V. testatur *D. Reg. Ant. de Gaet. in quodam suo responso edito tempore, quo Fisci Patroni M. C. V. officio fungebatur, in causa Beneventani successus anni 1663. contrà D. Bartholomæum de Capua Principem Aricæ, & D. Iosephum Carafa, & Petrum Campana inquisitos de crudeli homicidio cum qualitate assassinii commissi de mandato dicti Principis*

in personam Augustini de Flore. Accedunt decisiones allatae per *Carpzov. in prax. crim. par. I. cap. 19. num. 49. 50. & 51.* ubi quod committitur assassinum etiam ex potestate concessa assassinis spoliandi occisum, vel depredandi ejus domum, & similiter ex incendio promissa pecunia, & subsecuto incendio domus cum morte incendiati, nil tale cogitantis, dixit *Giurb. dec. 48. n. 27.*

Sed in terminis nostræ *Pragm. I. & 2. de Assasinio*, non temere attentari potest requiri
 11 certitudinem pecuniae traditæ, vel promissæ, ibi: *Dove interviene pagamento, & quamvis in Pragm. I. dicatur, Se alcuno proromperà con pagare, o promettere denari, o altra cosa alcuna, requiritur certitudo promissæ mercedis adhoc ut constituatur crimen assassinii, cum non sufficiat spes gratiæ, vel alterius præmii, ut in terruinis considerat Anton. de Matthæis de crimin. lib. 48. tit. 50. cap. I. num. 3., & seq. & ex Alciat. D. Thom. Gaetan., pro absoluto tradit *Raynald. observat. crimin. cap. 7. §. I. à n. 110. ad 114. & 115. Giurb. cons. 70.* accedit *Cabal. de omn. genere homicid. num. 494. & n. 547. & 548.* ubi quod requiritur, ut quid certum datum, & promissum sit, nec sufficiat promissio verbis generalibus, quæ non est obligatoria, etiam stipulatione interveniente, & loquitur de verbis: *Che non li mancarebbe a suoi bisogni.* Et quod acceptatio debeat esse expressæ, & non sufficiat tacita etiam, secuto homicidio, vide *Reg. Merlin. cap. 54. num. 24. cent. I.**

Sed quod non requiratur clara probatio intervenisse pecuniam, sed sufficere, quod veritas similiter intervenerit, decisum refert *Reg. Tap. lib. I. Jur. Regn. in Constat. Regni de personis num. 19.* Verum magna est inter DD. contentio, an receptio pecuniae sit probanda plenè argumentis, & testibus omni exceptione majoribus, vel sufficient præsumptiones, & conjecturæ probabiles, de qua contentione videndus est *Raynald. tom. I. cap. 7. §. I. à num. 26. ad 86. , & supplet. 4. cap. 579. num. 41. Conciol. resol. crimin. verb. assassinus resol. 6.* & quod mandatum regulariter probetur conjecturis, & indicis, & verbis æquipollentibus, imò quibuscumque actibus voluntas colligi possit ex cumulatis per *Larream decis. Granatens. 55. num. 21. tom. 2.*

Tertia, quando fuit datum mandatum ad satisfandum mediante pecunia; & committi as-

sassu-

Tractatus Criminalis Analyticus. 201

13 sassinum punibile poena mortis , dixit decisum *Droghetti ad Clar. qu. 89. n. 5. lit. Q.* vers. mandatum , quem sequitur *Danz. de pugna Doct. in tit. de assassin. tom. 2. §. 2. n. 9.* Sed contrarium verius esse , semper quod mors secuta non fuerit , tuetur *D. Maresc. de legib. publicor. judicior. in tit. de lege Cornet. de falsis glos.* à num. 37. cum seqq. quamvis in causa Blasii Jordani inquisiti de mandato ad sfrisandum Lucam de Dominico succubuisset in M. C. D. quæ processit ad forjudicandum dictum Blasium , tamquam reum criminis assassinii , & atrocis injuriæ de qua etiam imputabatur , pro qua opinione *D. Maresc. stare videtur Reg. Rosa in sua prax. cap. 6. num. 28.* & ita intelligendus est *Droghett.* videndus est *Campan. resol. 16. num. 30.* ubi quid in mandato dato ad caput baculo percutiendum ; & concludit teneri mandantem poena ordinaria morte secuta , ergo arguitur animus occidendi , quamvis verbis non fuerit expressus.

Quarta , an hoc delictum commissum de mandato alterius in alieno territorio possit puniri cum delegatione , & poena in loco , ubi fuit datum mandatum , affirmat *Tiber. Decian. lib. 4. cap. 17. num. 7. & 8. Ant. de Mart. eis de criminib. tit. 13. de accusation. num. 17. Reg. Merlin. centur. 1. cap. 80. n. 21. plenè Carleval. de judic. tit. 1. disput. 2. à num. 732. cum seq.*

Verum difficultas subesse potest circa modum procedendi , num sint attendenda statuta loci , ubi formatur processus . Doctores distinguunt inter statuta respicientia ordinatoria , & statuta respicientia decisoria , ut in primo casu sint admittenda statuta , ubi fit processus , *Basilico decif. 39. num. 3. & 4.* & hanc distinctionem audio suis probatam per *M.C.V. annis præteritis in causa inquisitionis Principis Petræ Storninæ , adversus quem procedebatur de prætenso mandato dato ad interficiendum suum inimicum existentem in Civitate Beneventana;* nam disputato hoc articulo , fuit ordinatum , quod *procedatur ex delegatione.*

Verum si agatur de causa devoluta per viam appellationis , & statuta diversa reperiantur coram iudicibus inferioribus , & superioribus , Judex ad quem non debet tractare causam cum delegarione , nec secundum statuta , quæ vigent in suo superiori Tribunali , sed secundum consuetudines loci , ubi causa prius fuit tractata , decernendo , an

sententia sit justa , vel injusta , ut ex communi concludit *Brunneman. lib. 49. tit. 8. de sentent. quæ sine appell. rescind. n. 7.* accedit *Mattbey ad Guid. Pap. dec. 237.*

Quinta , an mandatario non liquidato possit procedi contra mandantem , vel quemcumque alium auxiliatorem , videndus est *Giurb. conf. 97. num. 7.* ubi quod plenè de principali mandante constare debet , quam communem sententiam ex *Farinac.* proficitur *Reg. Mattheu de regim. Regni Valentiae cap. 8. §. 2. num. 10. & 11.* quamvis contrarium pluries judicatum referat in Hispania , ubi ita dicit esse introductam consuetudinem judicandi , & ita determinatum quoque legimus per nostrum Collaterale Consilium apud *Reg. de Rosa resol. crimin. par. 3. resol. 15. sive 14. num. 31.* Sed contra hanc praxim urgent rationes assignantur per *Raynald. observat. crimin. cap. 7. §. 2. & §. 3. à num. 19. cum seqq. tom. 1.* ubi quod deficiente identitate personæ mandatarii tolleretur corpus delicti , & tollerentur defensiones in personam mandantis , qui non posset suam innocentiam demonstrare ; verum *num. 63. vers. corroboratur.* admittit , posse mandantem poena extraordinaria puniri , quamvis non constet plenè de persona mandatarii , dummodo habeatur notitia de persona saltam per famam , quod comprobatur *observat. 34. §. 2. num. 133. vers. secundus casus est* tom. 3.

Non erit circa hanc materiam prætermittendum , quod si acciderit , Sempronium fuisse affectum aliqua injuria à Titio , & Sempronii consanguinei , famuli , vel amici absque ullo Sempronii mandato , sed ut illi morum gerant , sumant vindictam interficendo , vel vulnerando Titium , nulla poena tenebitur Sempronius , non probato aliquo mandato expresto , vel tacito ; vel non secuta ratihabitione , quæ mandato æquiperatur , ut resolvit cum communi opinione *Gomef. var. resol. de homicid. cap. 3. n. 47.*

Illud animadvertere oportet , quod mandans fieri homicidium , poterit mandatum revocare , dummodo revocationem denunciet mandatario , & homini occidendo , *Decian. tract. crimin. lib. 9. cap. 36. num. 32.* ubi quod homicidio subsecuto , revocatione non obstante , tenebitur mandans poena extraordinaria , sed non esse revocationem mandati denunciandam parti occidendæ , docet *Bolegnet. in repetit. text. in l. si is qui pro emptore,*

Cc

ptore, ff. de usucap. num. 354. ubi refert pulchrum casum, qui accidit suo tempore, in quo mandans fuit liberatus; accedit videns *Caball. de omni genere homicidii à num. 510. ad 512.*

Ulterius progredimur, quod assassinus non dicitur ille, qui propriam injuriam ulciscitur convocatis consanguineis, sociis, & amicis pecunia conducedis assassinio assistit, *Farinac. Giurb.* & ceteri apud *Consil. Campan. resol. 16. num. 26.* & 36. *Reg. de Marinis lib. 1. cap. 171. num. 6.* & *cap. 173. num. 8.* & decisum habetur apud *Thor. par. 3. v. Assissimi.* maximè si à principio fuerit conventum, ut ipse mandans interveniret, *Raynald. observat. crimin. cap. 7. §. 1. à nu. 131. ad 137. tom. I.*

Secus si nulla ab initio de mandantis interventu præcesserit conventio; Sed tantum 21 præcessit mandatum de occidendo, data, vel promissa pecunia, quia tunc licet mandans voluerit postea intervenire cum mandatario, diceretur consumatum delictum quoad mandantem, ut perpendit *Consil. Campan. cit. resol. 16. num. 35.* ubi tamen contradicetam distinctionem per M. C. V. decisum demonstrat, quam distinctionem rejectam quoque legimus apud *Raynald. cit. loco nu. 136.* qui tamen *num. 137.* limitat in uno tantum casu firmatam conclusionem, scilicet quando mandans intervenerit modo occulto, & clandestino, modò induitus vestibus ementitis, vel larvatus ad hoc ut non possit cognosci, quia tunc habetur perinde, quasi non intervenisset; dum occidens non poterat sibi præcavere, ex *Cavalcan. de Brachio Reg. par. 1. n. 81.*

Idemque dicendum erit, si quis communem inimicum, nempè tam ipsius mandantis, 22 quā mandatarii occidi mandaverit, mediante pecunia, ex traditis per *Reg. de Marinis lib. 1. cap. 173. num. 7. lib. 1.* & per *Danzam de pugna DD. tom. 2. cap. 2. de assassinio cap. 3.* & plenè per *Cortiad. decis. 95. num. 26.* Quod ut plurimum contingere solet in mandatis datis filiis, vel ceteris consanguineis ipsius mandantis, & respectu filii nulla subesse potest difficultas, quia non videtur delinquere pro pretio, vel sub spe pretii, sed ob reverentiam paternam, vel quia injuria facta patri, censetur facta filio, *Caball. de omn. gen. homicidii à num. 455. ad 498. Giurb. conf. 91. à num. 15. cum seqq.*

Restat difficultas respectu ceterorum consan-

guineorum, respectu quorum perpendendus erit gradus consanguinitatis, inter mandantem, & mandatarium, & qualitas inimicitiae inter mandantem, & offensum, quia si tam gravis extiterit inimicitia, & talis proximus gradus consanguinitatis; cesabit proditio, nam offensio erupisse videatur à communibus inimicis, adeout non considerari potest assassinum; sed potius instigatio, vel inflammatio per mandantem 24 in mandatarios, juxta tradita per DD. supra laudatos, & in terminis supra traditæ distinctionis per *Consil. Campan. resol. 16. n. 37.* Hic casus fuit ad examen revocatus in Collat. Consil. in causa forjudicationis Dominici 25 Bianco Terræ Palmarici imputati de mandato dato Francisco Angelo, & Hieronymo de Donato ad occidendum Oronium de Elia, qui jam occisus fuit, mediantibus ieiibus scloporum; Cumque inter justitiae nullitates propositas in Regia Audientia Hydruntina, fuerit nona qua dicebatur non esse locum sententiæ forjudicationis contra mandantem; ex quo prætensi mandatarii erant communes inimici cum occiso, qui interfecerat Notarium Josephum Castelluccium fratrem uterinum mandantis, & amittinum, seu consobrinum mandatariorum, & proinde non teneri de mandato, ex quo mandatarii habebant causam propriam, ex qua erant alias homicidium perpetraturi; Regia Audientia fuit in decernendo, nullitates non obstat, & proinde esse procedendum ad sententiam forjudicationis, facta prius relatione in Collat. Consilio, stantibus ordinibus ejusdem Tribunalis id mandatibus, quare expectatur determinatio ferenda per idem supremum Tribunal, ubi fuit animadversum non esse iure tutam regulam propositam homicidium censi perpe tratum ex causa propria, quando assassinum fuit ratum habitum per mandantem recipiendo, & receptando eosdem assassinos 26 statim commisso assassinio, ex qua rati habitione, quæ æquiparatur mandato censetur delictum commissum nomine mandantis, & receptantis, ex glo. in cap. cum quis in princip. de sentent. excomm. Farinac. de Consultor. & mandatorib. qu. 134. num. 85. & qu. 135. num. 43. cum seqq., & fuit communis sententia apud Bald. Salicet. & ceteros in l. non ideo minus C. de accusat. Farinac. conf. 114. num. 20. lib. 2. Decian. conf. 88. num. 120. & 121. vol. 3. Menoch. conf. 788. num.

num. 8. latè *Conciol. resolut. crim. verb. mandatum resol. 3. num. 10.*
 Non erit denique sub silentio involvendum, quod ad hoc ut assassinum dicatur probatum probabilibus argumentis in terminis cap. pro *humani de homicid.* in 6. requiruntur indicia indubitata, ut post *Felin. Gramm. Farinac.* docuit *Reg. Merlin.* cap. 62. & cap. 64. cent. 1. *controvers. forens.* adeoquod duo assassini deponentes contramandantem, non inducunt probabilia argumenta ad effectum puniendi inculpatum poena assassinii, sed tantum faciunt indicia ad torturam, teste *Boer. decisif. 319. num. 2.* *Gramm. in cons. 1. post decisiones num. 61.* Sed 28 quod unus ex mandatariis faciat indicium ad torturam firmat *Reg. Merlin. controv. cap. 51. num. 2.* & depositiones duorum sociorum faciunt probationem sufficientem pro poena extraordinaria, idem *Reg. Merlin. cit. cap. 64. num. 23. lib. 1.* & decisum habetur apud *Reg. Capyc. latro decisif. 132. à num. 26. circa finem lib. 2.* accedit *Reg. Petra super rit. 274. à num. 110. tom. 3.* ubi scripsit in causa Francisci Corradi Rationalis Regiae Cameræ, & similiter in *Rit. 269. num. 50.* refert de anno 1676. fuisse damnatum ad mortem ex Regia Juncta ex depositionibus mandatariorum, & sociorum criminis, aliisque adjunctis indicis quamvis ex sex Votantibus tres fuerunt in sententia obtruncationis capitis, duo torqueendum acriter, & unus in Oranum relegandum.
 Quæ decisio quamvis dira, & dura visa fuerit apud Vulgi opinionem; Verum ego neque diram, neque duram crederem, semper 29 quod concurrebant depositiones duorum mandatariorum nominantium Rationalem, tanquam mandantem assassinum mediante pecunia, junctis cæteris illis indiciis, & præsumptionibus, quæ cum labantur; si quidem si ex depositione unius ex sociis ratificata in tormentis fieri locum poenæ ordinariæ opinatur *Reg. Marcian. in sua opera legal. post humana in tit. de indic. delict. part. 3. num. 5. vers. limitant quarto,* quod in depositione duorum sociorum criminis cum confessione extrajudiciali admisit *Reg. Merlin. controv. 64. num. 17. & 18. cent. 1.* Cūr non 30 poterat Regia Juncta decernere poenam mortis contra Rationalem gravatum talibus indicis indubitate? quæ si proponantur habere aliquam admixtam hæsitationem virtualem, etiam foret locus condem-

nationi ad poenam ordinariam, juxta *Pragmat. 12. de offic. Judicium*, & distinctionem traditam per *R. Rov. dec. 63.* Agebatur equidem de enormissimo, & atrocissimo crimen assassinii, quod nedū est de criminibus, quæ satis occultā patrari solent; sed ob ejus immanitatem non requirit plenam probationem, sed sufficiunt probabilia argumenta, quemadmodum in terminis advertit, & decisum refert *Grivell. decisif. 93. n. 3.*

Sed quod hæc determinatio Regiae Junctæ frēta reddatur nedum traditis rationibus; sed 31 etiam ex teris rebus judicatis, de quibus testatur *Reg. Mattheis de re crimin. contrvv. 2. num. 47.* ubi fuerunt condemnati ad pœnam ordinariam per supremam Aulam duo inquisiti de parricidio, qui fuerunt habitū pro convictis tantummodo ex depositionibus duorum sociorum in tortura cum adminiculis. Sed displicet mihi, quod non possum figere pedes cum relatis rebus judicatis; nam post hæc scripta, & impressa, inventi contrariam opinionem esse veriorem, & æquiorem, ut testatur *Crusius de indic. p. I. cap. 59. num. 17.* ubi refellendo *Marsilium* sustinet, quod nedum unus, sed neque duo assassini mandatarii faciunt indicium ad torturam contra-mandantem; quinimodo subdit, quod militantibus præsumptionibus pro mandante, evanuantur indicia resultanta ex nominatione mandatarii, ex *Carrer. in præ. de indic. §. 9.* Ex istis principiis sustinenda credere decisionem allatam per *Tbor. in suppl. decisif. verb. indicia indubitata,* ubi mandans, contra quem extabat depositio mandatarii cum aliis præsumptionibus, fuit liberatus in forma.

S U M M A R I U M.

- 1 **H**omicidium proditorium est cæde hominis nil tale suspicantis; adeo ut quando concurrit aliqua offensionis, vel iniurie, causâ, cessat proditio.
- 2 **H**omicidium proditorium censetur homicidium veneno commissum, nulla. adbibita distinctione amicitiae, vel inimicitiae.
- 3 **V**enenum propinantes contra sumentes sacram Hostiam, vel Calicem Eucaristicum, qua pœna plectantur.
- 4 **V**enerationis crimen ap. probatum dicatur, si testes deponant vidisse venenum dari. Taciti verba lib. 3. annal. adducuntur, num. 5.

- 6 *Confessio rei, se venenasse aliquem non nocebit inquisito, Medicis deponentibus, occisum non esse mortuum veneno.*
 7 *Opinio Muscatelli suspecta in jure demonstratur.*

C A P U T VI.

De homicidio proditorio.

Homicidium proditorum coincide-re videtur cum crimen *Aſſassinii*, cum sit cœdes hominis nihil tale ſuspiciatis, c. I. de homicid. *Caball. de omni gen. homicid. num. 399.* &

400. & qui interficit per aſſassinum proditorie pariter necat, *Reg. Matthæu de re crimin. controv. 30. num. 49.*

Hinc fit, quod quotiescumque concurrit aliqua offensionis, vel inimicitiae cauſa cefſat i proditio, ut ex *Farinac. advertit Consil. Campana de forjudic. resol. 16. nu. 6.* ubi quaerit an sit habenda in consideratione proditio, quando concurrit gravis offensio, per quam occisus habebat cauſam præcavendi.

Quæ dicantur homicidia proditoria, diximus in nostra practicab. obſervat. 3. d. nu. 31. ad 39.

2 ubi numeravimus homicidium veneno commiſſum nulla adhibita diſtinctione amicitiae, vel inimicitiae; adſtipulatur *Reg. Matthæu controv. 30. num. 49.* & 50. nunc ſuperraddendum ſupererit, qua poena veniat afficiendus propinans venenum contra ſumentes Sacratam Hostiam, & quomodo probetur hoc crimen tam in genere, quam in ſpecie.

Venenum propinantes contra ſumentes Sacram Hostiam, ſeu Calicem Eucharifticum, 3 qua poena afficiendi veniant, videndus *Samuel. Strikius de jure ſenſuum diſſert. 6. de gulfu cap. 4. num. 32. & 33.* ubi refert exempla in personam Henrici VI. & cæterorum, & dicit eſſe comburendos, vel graviflma poena afficiendos etiam ſi nulla lex hoc expreſſe ſanciverit; cum de his caſibus jura taceant, nec ferri leges debuerint juxta Solonis monitum comprobat *Raynald. obſerv. crimin. ad cap. 31. §. 4. num. 153. tom. 3.*

Corporis delicti cognitio quomodo in hoc crimen ſit adhibenda, diximus ſupra in tit. de parricid. verſ. ad hoc.

Venerationis crimen ad hoc ut in ſpecie probatum dici poſſit, non ſufficit ſi teſtes depo-

4 nant vidisse venenum dari; niſi alia concur-
rant, *Caball. de omni gen. homicid. num. 627.*
*Danzs. de pugn. Doctor. tom. 2. in tit. de ve-
nenat. cap. 1. num. 42.* & comprobatur etiam ex locis eruditorum quemadmodum apud *Tacit. lib. 3. Annal.* ubi loquens de propina-
tione veneni in Germanicum per *Pifonem.*
5 *Solum veneni crimen viſus eſt diluiffe, quod
nec accuſatores quidem ſatis firmabant in
convivio Germanici cum ſuper eo *Pifo* di-
ſcumberet infectis manibus ejus cibos ar-
guentes, quippe abſurdum videbatur inter
aliena ſervitia, & tot adſtantium viſu, ipſo
Germanico coram id aruſum, latè *Raynald.*
obſervat. crimin. cap. 31. §. 4. num. 136. & 137.
tom. . .*

Quinimò inquisiti confessio ſe venenaffe ali-
quem, & ex illo veneno eſſe mortuum non

6 nocebit inquisito ſi Medici deponunt occi-
ſum non eſſe mortuum ex veneno illo, &
signa non adere veneni, ita ex *Marsilio,* &
Boffo concludit *Muscatell. in prax. crimin.*
in tit. de homic. ſimpli. num. 25. ſed bene ſuf-
ſicit quoad poenam extraordianariam, ex
Farinac. in prax. crimin. in tit. de inquiſit.
qu. 2. accedit Caball. cas. 180. resol. crimin. nu. 3.
ubi ſic consuluisse teſtatur,

Ex quibus valde ſucepta redditur determi-
natio illa, quam refert *Muscatell. in proem.*

7 *de cognit. ſeu probat. delictor. num. 42. & 43.*
ubi quod non obſtante quod Medici, & Pe-
rati non potuerint deponere in genere de ſi-
gnis veneni ob naturalem cadaveris mulie-
ris ex veneno mortuæ corruptionem, cuius
recognitio, & inspectio fuit facta post quin-
que dies ab ejus humatione, teſtatur fuſſe
per eūdem *Muscatell.* uti *Judicem Reū quæ-
ſtioni ſuppoſitum,* & in tortura confeſſum,
confeſſionem ſuſtineri ex præcedentibus illis
indiciis de fama, & confeſſione extrajudi-
ciali propinatioſis veneni; Siquidem hoc re-
pugnare videtur nedum ſupra traditis ſatis
apertiſ ſuſcipi, & deſumptis, ſed vulga-
to text. in l. 1. §. item illud, ad *Sillan.*

S U M M A R I U M.

1 **H**omicidium eſt humani corporis exca-
nimatio ab homine facta.

2 Homicidium connumeratur inter tertiam
ſpeciem publici judicii.

3 Pena I. Cornel. de Sicar. olim non erat,
niſi deportatio, & omnium bonorum adem-
ptio; quamvis in contrarium contendat
Ant. de Matthæis.

4 Pe-

Tractatus Criminalis Analyticus. 205

- 4 Pœna mortis fuit indistinctè constituta per Constitutionem Regni Terminus vitæ.
- 5 Homicidia recipiunt plures divisiones species, quæ demonstrantur.
- 6 Homicidium voluntarium dicitur illud, quod animo deliberato, & dolo malo committiatur. Quod distinguitur, & subdistinguitur in aliis speciebus, ibid. & num. 7.
- 8 Pœna ordinaria l. Cornel. tenentur qui ex proposito, & cum animi deliberatione delinquunt.
- 9 Antonii de Matth. verba transcribuntur,
- 10 Homicidium commissum impetu rixæ an, & quando excusationem mereatur à pœna ordinaria.
- 11 Homicidium in pœna rixa commissum cum armis igneis num mereatur excusationem à pœna ordinaria; & quid in homicidio subsecuto ex causa oriente ab autore rixa dante operam rei illicitæ, nu. 12.
- 13 Homicidium casuale, tanquam commissum fato, excusatur ab ordinaria pœna, & plectitur pœna exiliari.
- 14 Homicidium fortuito commissum plectitur pœna exilii, quod etiam cautum erat Græcorum, & Romanorum legibus in homicidiis inconsulto casu, vel per imprudentiam commissis. Et quid in percussione facta per filium in Patrem, vel Matrem, num. 15.
- 16 Et an filius possit detрудi in carceribus ad solam Patris postulationem, & condemnari ad pœnam triremum pro eo tempore, quo Pater voluerit.
- 17 Et quid in parentibus occidentibus filios non per dolum, sed per culpam, vel casum.
- 18 Homicidium deliberatum subsecutum præter intentionem occidentis num plectatur pœna ordinaria.
- 19 Et quid si occidens usus fuerit instrumentis ad occidendum parum aptis.
- 20 Homicidium coactus, & ad propriam defensionem quomodo, & quando commissum dicatur; Et an sit probandum, occisorem esse constitutum in discrimine vita, vel sufficiat articulare insultum, vel terroris armorum, num. 21. & 22.
- 23 Et an sufficiat deducere, quod imminebat periculum injuria personalis; Et an necessaria defensio probata dicatur, probato insultu, & provocatione, num. 24.
- 25 Testes minus idonei, & de credulitate deponentes, etiam non expressa causa scientiae, probant necessariam defensionem.
- 26 Pœna l. Cornel. an veniat minoranda in occidente illum, à quo fuit injuriis verbalibus laeſitus.
- 27 Afferuntur verba Harpreſti; cuius opinionem non esse in præxi receptam, demonstratur, num. 28.
- 29 Et quid in injuriis verbalibus tangentibus bonorem, nempè si occisus vocasset occidorem cornutum.
- 30 Pœna ordinaria l. Cornel. an teneatur interficiens præparantem ad dandam alapam.
- 31 Et quid in fratre occidente rixantem cum suo fratre, ad cuius defensionem occurrit.
- 32 Pœna homicidii an teneatur, qui insequitur suum inimicum, si iste de ponte projiciatur in mare, & sumergatur.
- 33 Quia pœna teneatur ille, qui aggressus ab inimico, ad hoc ut valeat se defendere subegitur sub corpore alicujus personæ transeun̄tis, quæ ob id occisa fuit.
- 34 De homicidio suborta rixa, in qua Titius à pluribus fuit affectus vulneribus, ex quibus mortuus fuit, an omnes teneantur, vel primus, qui letale vulnus intulit; Et quid, data incertitudine, num. 35.

C A P U T VII.

De Homicidio simplici.

Dicitur homicidium ab homine cædendo; nam est cædes hominis, l. cædem ff. de sicariis, l. ita vulneratus ff. ad l. Aquilam, & ita definitur à Doctoribus. Homicidium est humani corporis exanimatio ab homine facta, nam si homo à fera, vel à bruto occidatur, non dicitur homicidium, sed pauperies tota tit. *Instit. & ff. si quadrup. pauper fecisset. dicat.*

Connumeratur homicidium inter tertiam speciem publici iudicij, plectendum pœna legis.

2 Cornelie de sicariis, quæ fuit lata à Lucio Cornelio Sylla Dictatore Romano l. 1. §. capta 32. ver. 4. deinde Cornelius ff. de origine Jur. Cicer. Sveton. apud eruditissimum Harpreſti. in §. item lex Cornelie de sicar. s. tit. Institut. de public. judic. à num. 1.

Pœna legis Cornelie de sicariis ordinaria olim non erat nisi deportatio, & omnium bonorum ademptio sive confiscatio, postmodum No-

Nobiliores, & honestiores in insulam deportabantur ; humiliores ultimo suppicio afficiebantur ex l. i. §. penult. & l. qui cædem 16. ff. ad l. Cornel. de Sicar. advertit Harprecht. in cit. locis num. 270. sed quod poena erat ultimi supplicii, & non deportationis docet non minus doctus , quam eruditus Anton. de Mattbeis de probationib. cap. i. num. 68. in fine, ducto argumento à lege 9. §. 1. ff. ad leg. Pompe. de parricid. & distinguit in tract. de criminib. ad lib. 48. ff. tit. 5. ad l. Cornel. de Sicar. cap. 3. de poena in principio.

Sed hanc juris communis altercationem substatuit in Regno Constitutio Regni Termi-
4 num vita , quæ indistinctè statuit poenam mortis , ut animadvertisit glof. in principio ejusdem Constitut. & Afflict. in commentariis num. 5. 1. sed contra Afflict. stat Fab. de Anna in Addictionib. ad Patrem super repetit. Constitut. Terminum vita nu. 117., & 118. post primum volum. consil. ubi quod jus novum Constitutionis non immutavit jus antiquum , nisi in genere poenæ mortis, nempe ut Nobiles truncatione capitis , & humiliores laqueo furcis suspenderentur.

Homicidium hoc recipit plures divisionum species , verum duas esse , ad quas reduci-
5 possunt omnes aliæ homicidii species ; nempe in homicidium simplex , & deliberatum docuit, Farinac. de homicid. q. 119. inspect. 1. num. 7. & licet Consil. Prat. in Addiction. ad Muscat. in prax. crimin. in tit. de simplici ha-
micid. versic. bis prælibatis , tradiderit homicidium esse in triplici differentia , nempe voluntarium, necessarium; & casuale, nihilo-
nus traditæ homicidii divisiones coincidunt cum distinctionibus hic per nos traditis , ut ex infra dicendis satis clarius apparebit.

Deliberatum homicidium est illud , quod ex proposito fit ; simplex est illud , quod committitur sine qualitate animi deliberati, juxta exempla tradita ab eodem Farinac. cit. loc. eod. num. 7. ubi ex Harprecht. in §. item lex Cornelia num. 33. quod est hodie num. 57. in secunda editione anni 1657. rursus distinguit homicidium in verum & quasi , & verum subdividit in voluntarium , seu spontaneum , aut casuale , seu involunta-
6 rum , & voluntarium subdividit in plane voluntarium dolosum ; aut quodammodo coactum , seu necessarium , & Harprecht. post Vesemb. & alios Germanos laudat eundem Farinac. cit. q. 119. num. 7.

Homicidium igitur voluntarium sive dol-

sum dicitur illud , quod dolo malo ; & animo deliberato committitur , ut bene perpendit, idem Harprecht. cit. loco.

Dicitur igitur dolo malo occidere hominem is , qui consultò , & ex proposito , & cum voluntate occidendi occidit , nulla coactus necessitate tutelæ sui corporis , vel aliqua alia urgente necessitate; nec refert, qualiter fiat, sive telo, sive clava, & cucuma, sive laqueo, veneno, igne, gravi custodia , alimenta denegando, pede, calce, strangulando, præcipitando, suffocando, vel alio, quocumque modo , ut rectè admonuit Valentinus Volzius in Commentar. ad leg. Cornel. de Sicar. cap. 3. num. 12. ubi D. Georg. Adelbertus in notis id totum probat non ex DD. opinionibus , sed ex legum satis apertis dispositionibus.

Subdistinguitur ab eodem Farinac. à num. 6. cum seqq. homicidium dolosum in simplex , & non deliberatum , nisi tempore commissi delicti , nempe quando in impetu rixæ , & iræ committitur, & in homicidio deliberato ex proposito resoluto ex intervallo in animo occidentis , quorum primum vulgariter dicitur à sanguine caldo , secundum à sanguine freddo.

Dubium igitur verti non potest, quod graviori , & ordinaria poena legis Corneliae teneatur, qui ex proposito , & cum animi deliberatione deliquerunt ; & aliquo minus ple-
stantur, qui ex justo dolore , vel ex justa , & probabili causa ad delinquendum fuerint lacesiti , ut satis docte probat Anton. de Mattbeis ad lib. 48. ff. tit. 18. de pénis c. 4., n.
8. quam conclusionem illustrat, & claram facit, nedum legibus; sed exemplis, & testimo-
niis clarissimorum virorum , nempe Ciceronis , & Platonis . Verba Authoris , qui non est omnibus, præ manibus , hic transcribere non erit omnitemendum . Atque hæc distinctione non solum legibus , sed sapientium testimoniis firmatur. Nam Cicer. II. officior. ait leviora sunt ea , quæ repentina aliquo motu accidunt, quam ea, quæ meditata, & præparata inferuntur . Ut Plato 9. de legib. majo-
ra supplicia illis decet imponere , qui consilite per iram interfecerunt : Illis contra , qui repente , & inconsulto leviora . Nempe , quod graviori male simile asperius , quod vero leviori mitius puniendum : Ut exemplis clarior fiat, bususmodi impetus est viatoris, qui infidianem sibi inimicum cum prebendere posset , occidere maluit : bususmodi est impe-
tus

Tractatus Criminalis Analyticus. 207

tus mariti, deprehendens uxorem in adulterio; Patris similiter occidentis filium adulterantem novercam. Irati enim, & ex慷慨, impetus quidam est, cui si causa injuria præbet, pena non nihil lenienda est, quoniam difficile justum dolorem refrenare. At si homo iracundus sine causa excandescat nequaquam pena remittenda videtur, magisque voluntariam, quam involuntariam actionem dixeris. Nec mitiganda pena ei, qui ad iram insidias adjungit: huic enim iræ propriè quadrat illa Seneca definitio: Ira est concitatio animi ad ultiōrem voluntate, & iudicio pergentis. Quapropter Plato quoque d.l.9.eum, qui iram servat, nec repente, sed ex insidiis se vindicat, homicidæ voluntarii persimilem esse dixit: Contra qui primo iræ impetu fertur, & absque premeditatione interficit involuntarii homicide similem iudicat, quamvis non omnino involuntarium.

Homicidium impetu rixæ patratum adhoc, ut excusationem à pena ordinaria mereatur requiritur justa, & rationabilis causa, & iustus dolor, quæ talem commotionem concitaverit Anton. de Mattheis ad lib. 48. tit. 5. ad leg. Cornel. de Sicar. cap. 3. nu. 4. cuius doctissimi Authoris verba transcribere non omisiimus: *Eo amplius, & si dolo malo homo casus sit tamen interdum pena gladii remittitur; Nam, qui impetu occidunt, et si dolo non careant tamensi justus dolor impetum concitaverit, mitius puniuntur, & postea subdit num. 5. Etenim adversus periculum omnes leges omniaque jura permittunt se defendere; adeoque ipsa rerum natura quodam nos impetu concitet ad propulsandam injuriam: quem quoniam retinere difficillimum est causaque concitationis ab injuriante proficiuntur, idcirco non minus, ac in praecedentibus speciebus mitiganda pena est. Secus si provocatio ortum habeat à causa bestiali, & irrationabili passione delinquentis, quia tunc non meretur excusationem, & plebitendum venit pena mortis, ut judicatum habetur apud Cyriac. controv. 101. nu. 17., & 18. accedit Cyriaco non laudato Jo. Mar. Campan. resol. 16. num. 6. & 7.*

Profectò meretur excusationem à pena ordinaria homicidium in pura rixa, etiam armis igneis commissum ab authore rixæ, etiam si homicidium proponatur commissum incontrinenti suborta rixa, juxta exempla per nos adducta in obseruat. ad Sig. 184. à num. 1. ad 7. ubi conclusionem limitavimus in deli-

cto commissio in rixa armis igneis brevioribus; & an, & quando interactor author rixæ teneatur pena ordinaria Campan. de forjudic. resol. 16. num. 8. Mattheu de Regimine Regni Valentiae cap. 8. ubi quod homicidiū commissum in rixa affectata præsumitur dolosum D. Maresca de legib. publicor. iudicior. de lege Cornel. de Sicar. §. 5. nu. 6. Crucis de indit. delictor. par. 2. cap. 27. n. 31. & 32. & qualitas rixæ coloratæ, & affectatæ excluditur per contrarias præsumptiones, & conjecturas, nempe ex reiteratione, & qualitate vulnerum, ex denegatione confessio- nis peccatorum, & ex lambitu sanguinis occisi in pugione existentis, quæ sanè præmeditationem arguunt, ut decisum fuit per M.C.V. in casu relato per Thor. in compend. decis. par. 3. sect. 2. v. Homicidium appensa- tum, fol. 523.

Modò limitamus conclusionem in homicidio subsecuto ex causa oriente ab authore rixæ dante operam rei illicitæ, nempe convocatis sociis armatis ad violentiam inferendam, quia tunç nedum ipse author, sed cæteri tenentur pena ordinaria, juxta text. in l. quoniam multa facinora C. ad leg. Jul. de vi publica, & juxta conclusiones cum rebus judicatis apud D. Mattheu controvers. 20. num. 8., & 9. ubi admissit poenam capitalem, etiam data incertitudine delinquentis, sed supra traditis circumstantiis non concurren- tibus perpendendæ sunt decisiones per nos allatae in nostra pract. obs. 22. nu. 7. & in Ani- madvers. 184. & 185. num. 22.

Adest quoque homicidium, quod nec dolo malo commissum fuit, nec culpa aliquando adscribi potest, siquidem aut culpa, aut ci- trà culpam committitur ad text. in l. cum quis ad l. Cornel. de Sicar., & hoc est homicidium casu commissum, juxta explicatio- nem, text. in l. respiciendum 11. §. 2. ff. de pœ- nis, ubi Marcianus scribit; delinquitur autem, aut ex proposito, aut impetu, aut ca- su, Proposito delinquunt latrones, qui factio- nem habent; impetu autem, cum per ebrie- tam ad manus, aut ad ferrum venitur, casu vero cum in venando telum in feram missum hominem interficit. Omnis igitur, qui præter omnem intentionem, fato quodam, vel casu fortuito aliquem occiderit ab ordinaria pena immunis est; Sed quidem lege Aquilia tenetur, l. 52. si ex plagiis §. 2. ff. ad l. Aquil. §. injuria, versic. At ne is qui- dem Institut. eod. l. absentem §. in fine, ff. de pœn. l. 1.

l. i. & 15. eum, qui *Cad leg. Cornel. de Sicar.*
 & hæc pœna non potest excedere exiliare;
 14 ut decisum habetur apud *Thor. in compend.*
decis. p. 2. V. Reus condemnatus, fol. 613. quam-
 vis casuale homicidium nulla pœna coercer-
 ri dixerit, *Carpzov. q. 115. num. 47. par. 3.* &
q. 27. par. 1. & exempla affert *Reg. Tap. in*
Constit. Regn. Terminum vita num. 23. lib. 5.
Juris Reg. quomodo autem dignoscatur,
 an culpa, aut absque culpa commissum sit
 homicidium, recurrendum erit ad distin-
 ctionem traditam per *Hartnett. in §. item*
lex Cornelia de Sicar. 5. tit. Institut. nu. 237.
de public. judiciis. Et Græca lege annali exi-
 lio plectebatur homicidium inconsulto, ca-
 su, vel per imprudentiam factum, ut con-
 stat apud eruditissimum *Nicolaum Antoni-
 um de exilio lib. 1. cap. 6. à num. 2. ad 8.* ubi
 quod Romanis legibus pœna videtur aucta
 usque ad exilium quinquennale.

Hæc conclusio limitanda venit in percussione
 casu facta per filium in patrem, vel matrem,
 15 nam si filius jacto lapide in novercam, pa-
 trem percussiterit, vel vulneraverit, solet
 condemnari ad pœnam triremium, licet
 non habuerit animum Patrem percutiendi,
 quemadmodum condemnatum legimus fi-
 lium illum, apud *Anton. Fabr. in Cod. tit. 11.*
de iis, qui parent. vel fil. occid. num. 6. quam-
 vis Pater nullam vindictam contra filium
 exegisset, sed filium eo tempore ebrium es-
 se dixerit, qui *Fab. in Annotat.* advertit,
 quod Patri creditur ad irrogandam hanc
 pœnam filio; etiam nullis existentibus pro-
 bationibus, & accedit alia ejusdem *Fabri*
definit. sub tit. 33. de patria potest. quæ est pri-
ma in ordine, ubi quod potest filius detru-
 di in carceres ad patris postulationem, &
 ferri contra filium sententia pro triremibus
 pro eo tempore, quo pater ipse præscriperit
 juxta exempla tradita in *Annotationib.*
num. 4.

Aliter tamen decernendum erit in parentibus
 occidentibus filios non per dolum, sed per
 17 culpam, vel casum, quia potius venia, quam
 pœna digni videntur, ut in casu relato per
 eundem *Fabr. definit. 1. C de iis, qui par. vel*
filios occider. quamvis apud *Mutam decij.*
 16. fuerit condemnatus ad triremes per
 triennium ille siculus, qui filium occiderat,
 non obstante ejusdem filii declaratione af-
 ferentis patrem voluisse occidere Canem,
 meminit *Reg. Tap. lib. 5. Juris Regni super*
Constit. Terminum vita num. 6.

Diximus supra homicidium deliberatum esse
 graviori ordinaria pœna plectendum, nam
 18 hoc intelligendum dicimus, etiam in homi-
 cido subsecuto præter intentionem occi-
 dentis, sed pravo animo injuriam inferen-
 di, ut contingere solet in homicidio, quod
 subsequitur ex vulneribus, vel percussioni-
 bus illatis cum baculo, vel ligno *Anton. Go-
 mez var. resol. de homicid. cap. 3. num. 17.* ma-
 xime coadunatis hominibus juxta opinio-
 nem illam satis juri consonam, quam nos
 firmavimus rejectis argumentis contrariis,
 & examinatis rebus judicatis in *Observat.*
ad Singul. 330. à num. 2. ad 47. ubi adduxi-
 mus casum novissime determinatum per
M.C.V.

Verum non concurrentibus qualitatibus illis,
 quæ concurrebant in casu per nos relato,
 19 semper crederem non esse de facili deve-
 niendum ad pœnam ordinariam, cum occi-
 dens usus fuerit instrumentis ad occiden-
 dum parum aptis, ut contra *Gomez* nervo-
 sè tuetur *D. Georg. Adilbertus in notis ad*
Valentin. Voltzti in Commentariis ad leg.
Cornel. de Sicariis cap. 4. in notis ad num. 52.
 ubi postquam tradidit responsiones ad jura
 in contrarium allegata in *l. 1. §. Divus f. eod.*
leg. Cornel. de Sicar. in §. item lex Cornelia in
l. quoniam multa facinora, & in l. 38. §. qui
abortionis, ff. de pœnis, subdit: Aliud longe
de nostro casu, pronunciandum fuerit, ubi ex
percussione cum baculo facta, non facilè quis
occiderit; Hanc sententiam, etiam ample-
ctuntur, Mascard. de probationib. conclus.
864. num. 4. vol. 2. Godofred. à Bavo in tract.
reat. q. 7. num. 102. D. Harprecht. in tract. cri-
min. §. item lex Cornelia 5. Institut. de publ.
judic. num. 67. cum seqq. Fommann. disp. 36.
tb. 14.

Haec tenus loquuti fuimus de homicidiis deli-
 beratis, & impetu rixæ, & de homicidio vo-
 luntario doloso, nunc ratiocinandum supe-
 rest de homicidio quodammodo coacte
 commisso, juxta subdistinctionem superius
 traditam.

Homicidium coactum, seu necessarium est,
 quod non dolo malo, sed quodammodo
 coacte proponitur fuisse commissum ad cor-
 poris, vitæ, vel honoris tuitionem; maxi-
 mè si committatur à constituto in discrimi-
 ne vitæ; quia tunc ille, qui suum aggresso-
 rem taliter suæ vitæ, vel honori insidiantem
 è medio sustulerit, ullam pœnam meretur;
 cum defensio hæc sit introducta, & appro-
 bata

bata jure naturali, Divino, & Civilis, & sunt jura satis aperta in l. ut vim ff. de justit. & jur. itaque 4.l. & si s. l. scientiam 45. S. qui cum aliter 4. ff. ad leg. Aquil. l. 1. S. cum vi, ff. de vi, & vi arm. l. 1. C. unde vi, l. 1. & 2. C. quand. lic. sine iudic. se vind. l. forem 9. C. ad leg. Cornel. de Sicar. c. 1. de pac. tenend. & ejus violat. in usib. feud.

Ad hoc igitur, ut homicidium dicatur commissum ad propriam defensionem; an sit probandum, quod occisor sit taliter constitutus in dubio vita discrimine, quod aliter mortem evitare non poterat. Alex. Trenta-cinq. var. resol. 1. de defension. à num. 19. ad 20. resolvit quod non est necessaria talis probatio, sed sufficit articulare insultum, & terrorum armorum, quia ex sola preparatione ad offendendum, vel aggrediendum licetum est offendere, vel occidere, ex DD. ab eodem laudatis, & signanter ex Grammat. decif. 7. & cons. 56. num. 9. Clar. in §. Homicidium in vers. sed quando R. Capit. Latr. decif. 75. num. 17. ubi quod dicitur esse probatum ad sui defensionem occidisse ex solo verissimili, & probabili timore, & dubitatione, immo sufficit armorum terror, & quod quis probabilitè offendi potuerit; accedit ex exteris eruditus Georg. Adilbertus in notis ad Valentini Voltzii in commentar. ad leg. Cornel. de Sicar. ad cap. 7. ad num. 27. lis. O. ubi quod discrimen vita tunc imminere dicitur, quando aliis impetum in ipsum facit; nulla licet percussione adhuc facta, ex communis DD. sententia, quod nemo primum ictum, seu insultum expectare teneatur.

Quinimò, quod non sit expectanda percussio, sed sufficiat vidisse, quod imminebat periculum injuria personalis, idem Trenta-cinq. in locis citatis; adeo quod sat erit vidisse insultantem se preparare ad offendendum; dummodo probaverit se primum invadum; ut satis magistraliter firmavit Harprecht. in citat. §. Item lex Cornelii à num. 114. ad 116. & num. 144. ubi subdit quod si extent indicia pro reo, & contra reum, inclinandum erit potius ad illum absolvendum, qui si fuerit integratatis vita, & non alias rixosus, neque tortura erit subjiciendus, sed absolvendus, vel extra ordinem coercendus ex Gramm. cons. 69. in fin. Faccbin. lib. 1. contrrov. jur. cap. 27. Boer. decif. 164. num. 15.

Verum & communis DD. sententia est adhuc ut necessaria defensio probata dicatur, articulandum, & probandum erit medium ad-

suisse insultum, & provocationem factam ab occiso; sed periculum imminens, & inevitabile ex aggressione, qua probata, necessaria defensio presumptivè probata censemur, juxta DD. placitum apud Carpzov. par. 1. qu. 33. à num. 17. ad 20. qui quamvis à num. 23. ab hac sententia recedere videatur, intelligendus est juxta ordinaciones Saxonicas, & necessaria defensione non concludenter probata, remittitur Judicis prudenter, an reus sit condemnandus, vel absolvendus. Wesembec. Faccbin. & Boer. apud Maresc. de legib. public. Judicior. de lege Cornel. de Sicariis glof. 1. §. 5. num. 23. Sed quod 25 hæc defensio probata dicatur per testes, nondum minus idoneos, & de credulitate deponentes; Sed quod magis est, probant etiam si non expresserint causam scientiæ, Valentini Voltzii in commentar. ad l. Cornel. de Sicar. cap. 7. à num. 184. ad 188. ubi accedit D. Georg. Adilbert. in notis, qui assignat rationem, & tradit distinctiones inter testimonium prolatum de eo, quod sensu percepitur, ut tunc valeat dictum testimoniū non redditā causa scientiæ; ex quo sensuum judgmentum certum est, & non ita fallax; Secus si testimonium feratur de eo, quod non sensu, sed animo, & cogitatione percipitur, quia tunc sine causa adjuncta non valet, etiam si super causa scientiæ non fuerint testes interrogati. Accedunt quæ latissime fuerunt cumulata per Basilio dec. 16. n. 29. Hæc, quæ fuerunt animadversa circa legitimam corporis, vel honoris defensionem ad 26 examen revocamus, an praescribant sibi locum ad excusandum à poena ordinaria illum, qui injuriis lacestitus injuriantem occiderit; in negativam sententiam prolabitur, Carpzov. definit. 6. par. 4. constitut. 10. & in præc. crimin. qu. 97. num. 69. quem cum Anton. de Mattheis, aliquique cumulatis sequitur Reg. Matthei contrrov. 29. num. 42. Cum quibus, rejetis omnibus contrariis argumentis concordat Harprecht. in locis citatis à num. 163. ad 174. ubi nendum expugnat contraria argumenta, sed hanc sententiam profitetur esse veritati, & pietati consentaneam, dum leges supra allatas, quæ loquuntur de necessaria defensione non possunt trahi ad injurias verbales dum loquuntur, quando vis infertur corpori, vel vita, & demum inculcat, quod injuriatus verbaler non suet suum honorem se ita vescendo. Verba notabilia Authoris. At vero Dd

27. rō qui injuria verbali provocatus vulnerat, vel prorsus jugulat injuriatorem; honorem suum hanc defendit, sed potius propriam vindictam, omni jure prohibitam exercet, Deuteron. cap. 12. vers. 35. ad Roman. 12. vers. 20. Præterea quod revera mibi auferri nequit, ejus retinendi gratia hominem me occidere posse; prorsus irrationaliter est; Atqui per injurias alterius, fama mibi auferri non potest; Nimis etenim male ageretur cum hominibus. & hoco nimis lubrico eorum fama, & honor positus esset, si ab alterius arbitrio penderet; sed indulgamus etiam vulgato errori; quod per injurias illatas, alterius fama detrabatur, & quædam infamia irrogetur: iste tamen ut homicidium justificetur, sufficere nunquam poterit, contra leges divinas, & humanas; Et binc est, quod in l. nec timorem 7. in princip. ff. de eo, quod met. caus. gest. erit, timor infamie eo delicto contineri, & justa causa restitutioonis esse negatur, quia scilicet iste metus justus non est: neque infamia, quis ob injurias privati; sed lege, vel sententia ob delictum suum notatur, vulgatis juribus; Accedit ad hoc idem firmandum Brunnermanni in commentar. ad Pandectas in l. ut vim. ff. de justit. & jur. nu. 5. & 6. ubi quod Nobilis Viri est opinionem hominum sanguini humano postponere, & generosi Viri est, stultas vulgi opiniones contemnere, comprobat Harprecht. opinionem nonnullis ejus argumentis mutuo acceptis, Georg. Adelbertus in notis ad ValentiniuM Voltzii in commentar. ad leg. Cornel. de Sicar. cap. 7. tit. 1. num. 127.

Hæc principia quamvis sint juri Divino, & Christianæ pietati satis consona; nunquam 28. tamen in praxi receptum, nec servatum vidimus puniri pena ordinaria injuria etiama verbali gravi affectum. se vulciscensem contra injuriantem, sed semper extra ordinem damnatum legitimus apud Grammat. decis. 98. num. 10. in fin. decis. 8. & 23. & vot. 5. & conf. 39. quod negare non potuit idem Harprecht. num. 169. & 170. Concurrente gravissima verbali injuria; ubi quod ignoscendum est illi, qui provocatus se ulcisci voluit, & inter gravissimas verbales injurias semper crederem esse magni ponderis illam, quæ tangit honorem; nempè si occisus vocasset occisorem cornutum, vel quod tem habuerat cum ejus uxore, ut habetur apud doctissimum D. Calderi decis. 42. per tot.

ubi num. 48. & 49. refert suisse poena extraordinaria triremum damnatos homicidas illos, qui intra viginti quatuor horas, post commissam rixam interfecerunt injuriantem, qui vocaverat eos cornutos; & quod cognoverat uxorem, & sororem insultantis etiam contra naturam.

An poena ordinaria homicidii affici possit, qui interficit se præparantem ad dandam alapam, elevando manum alapæ tantum inferendæ gratia, negative resolvit Harprecht. in locis citatis num. 171. ad 174. ex allatis, & aliis additis argumentis; sed quod non sic deveniendum ad poenam ordinariam dixerunt Barzius decis. Bononia 141. num. 13. Tondut. quest. civil. lib. 2. cap. 171. num. 19. accedit Hieronym. Baslico decis. 16. num. 29. vers. & ponit exemplum, & vers. at vero. Qui nimo constituto de alapa illata, etiam si vindicta non sumatur incontinenti, sed elapsis quatuor annis, non erit locus poenæ ordinariæ mortis, prout firmat, & passim judicatum per S.C. testatur Gizzarell. decis. 18. n. 4. vers. tamen.

Et quid in fratre occidente rixantem cum suo fratre, ad cuius defensionem accurrit, vi 31 dendæ sunt decisiones, quæ prodierunt pro poena exiliari apud Tbor. in 3. part. compendi, v. Homicidium commissum per fratrem, & verb. homicidia si in rixa; & novissimam, quam adduximus cum voto quondam. Consiliar. de Fusco in animadvers. 184. d. num. 3. n. 41. accedit doctrina Bald. in l. data opera C. qui accus. non poss. Viv. decis. 63. qui distinguit inter justam, & injustam causam rixandi, de Ballis tract. orimin. lib. 3. cas. 1. de homicid. à nu. 169. ad 163. ubi refert in una facti contingentia suisse à carceribus relaxatum quandam Alguzerium, qui supervenierat in rixa duorum, & apprehenderat unum ex eis cum ense evaginato, qui alterum percussérat, & dum illum armis spoliaret alter vulneratus, iactu ensis occidit apprehensum, ad materiam Gomez in tit. de homicid. cap. 3. num. 2. 50.

Poena homicidii an teneatur, qui insequitus suum inimicum, si iste projiciatur in mare, 32 de ponte, & sumergatur? negat Alciat. conf. 23. lib. 7. sed videandus est Anton. de Ballis variar. lib. 3. cas. 1. de homicid. n. 222. 34. & 35.

Et quæ sit poena illius, qui aggressus ab inimico non habens arma, vel non valens se ab 33 iustibus inimici defendere, mulierem, alijs am-

ve

ve personam sic apprehendat , ut ejus corpore suum tegat, & ob id hujusmodi persona occisa fuerit , vide Boer. decif. 84. *Farinac. qu. 125. ad num. 147.* qui dicit injungendam esse pñnam arbitrariam ; sed vindendus est Anton. Merend. controv. lib.15. cap.35. tom.3.

Postremò animadvertisendum supereft , quod subito rixa cum turba suborta , si Titius à pluribus fuerit affectus vulneribus, ille solus equidem, qui lethale vulnus intulit, tenetur de homicidio; Cæteri verò, qui deinde percusserunt , tenentur de vulneribus, seu de percussionibus, quia is occidisse dicitur , qui primum vulnus lethale inflxit , quia reliqui, qui devenerunt ad percussionē potius cadaver, quam hominem percussisse censentur , juxta communem sententiam, quam profitetur Harprecht. in cit. §. lex Cornelii à num. 107. ad 110. ubi expendit tex. in l. Mela 11. §. sed & si piures 2 vers. & si quidem appareat cuius ita perierit , ff. ad l. Aquil. & laudatis Covarr. Placa, Claro, Zafio, Linglois, Menocbio, Marta, Farinaci, Grivello, Befoldo , cum cæteris aliis conclusi , quod si incertum fuerit , quis primus percusserit, & sic occiderit , omnes pñna arbitraria tenebuntur ex sententia laudatorum Authorum. Sed an aliter decernendum sit in delicto commissio cum armis igneis, diximus in animadverf. 184.n.25.

S I I M M A R I U M .

- 1 **A** Dulterii definitio traditur.
- 2 **A** Dulterii crimen est detestabilius cæteris criminibus.
- 3 Pñna l. Juliae de Adulter. num fit mortis, vel relegationis ; & quid jure divino attempo , num. 4. Et quid bode Regionum moribus, ibidem. Et quid in Regno, num. 5.
- 6 Dulterium commissum , marito consente, an veniat puniendum , & qua pñna. ibidem .
- 7 Dulterium an committatur in meretrice nupta.
- 8 Dulterii absolutio an proficit adulteræ ; Et quid in absolutione viri , qui commisit incestum , nñm ejus absolutio proficit mulieri confessæ de eodem crimine, n. 9.
- 10 Dulterii corpus delicti quomodo probatur ; Et nam probetur per verba enunciativa, nempè moglie del tale, ibid.
- 11 Dulterium quomodo probetur in specie;

Et an probetur per testes deponentes , se vidisse virum supra mulierem, ibid.

12 *Et an sint suspecti de falso testes deponentes , se vidisse venereum conjunctionem maris, & feminæ.*

13 *Adulterium an probetur per evidentiam facti , vel per presumptiones juris , & de jure , vel per legitimam probationem mulieris adulteræ. Et an resultet indicium indubitatum adulterii, si maritus per annum abfuerit, & demum reversus in domum, prægnantem invenerit uxorem ; vel si oppressus adversa valetudine uxori conjugale debitum prestare nequiverit, n. 14.*

15 *Adulterii accusatio, ad hoc ut legitimè dicatur instituta, requiritur, ut maritus instituat accusationem de adulterio ; Et quid si accusationem proposuerit , & ante litis contestationem remiserit ; nñm Fiscus possit querelam prosequi, n. 16.*

17 *Et quid quando adulterium esset commissum cum violentia.*

18 *Et quid quando adulterium esset commissum cum incestu.*

19 *Et quid quando adulterium esset aedò notorium, quod maximum scandalum in publico oriretur.*

20 *Marito quando liceat occidere adulterum deprebensum in adulterio.*

21 *Refertur casus decisus per M. C. D. per quam maritus occidens fuit condemnatus ad remigandum per decennium , & ad interesse partis. Refertur aliis casus condemnationis ad relegandum non ob internicionem ex causa adulterii , sed ex causa incisionis genitalium, ibid.*

22 *Et an liceat fratri occidere sororem adulteram, quam invenit cum amasio.*

23 *Maritus occidens uxorem in adulterio deprebensam, an lucretur dotem.*

24 *Maritus interficiens uxorem , quam falsò de adulterio accusavit, an teneatur ad antefatum heredibus uxoris imperfecta.*

25 *Antefatum quomodo sit arbitrandum in casu proposito.*

26 *Mulier an possit accusare maritum criminaliter de adulterio.*

27 *Maritus, probato adulterio , & concubinatu, an possit condemnari ad restituendum dores, & ad præstationem alimentorum.*

C A P U T VIII.

De Crimine Adulterii.

ADULTERIUM est concubitus illicitus cum uxore aliena; & dicitur alieni Thorii violatio, *i. stuprum* 34. §. 1. ff. ad *i. Iuliam de adulter.* *i. inter stuprum* 101. ff. de verbis signific.

Hoc gravissimum crimen, quod reliquis criminibus detestabilius censetur, punitur pena legis *Iuliae de adulter.* ut in §. Item lex *Iulia de adulteriis Instit.* de public. *Judic.* quam legem *Iuliam*, non à Cajo Cæsare, sed ab Augusto fuisse latam, probat eruditissimus Harprecht. in commentar. ad citatum §. num. 5. contra opinionem Glos. & Bartol. & aliorum, fretus auctoritate Eruditorum Juris Consultor. & Historicorum, præcipue Svetonii in Augusto c. 34. ubi agit ex professio de legibus ab Augusto latis, & retractatis.

Quæ fuerit legis *Iulia* poena num gladii, vel relegationis, Interpretes non sunt concordes; sed poenam esse Relegationis sentiunt Doctissimi Viri, quorum sententiam, quamvis sit pauciorum DD. verissimam existimat, Anton. de Matthæis ad lib. 48. per tot. it. 3. ad leg. *Jul. de Adulter.* num. 1. verum nu. 4. non negavit tantam esse hujus criminis magnitudinem; ut non nisi morte reorum expiari possit, & adducit Clarum conquerentem cur Principes hoc gravissimum crimen severissimis legibus non coerceant; & esse hunc unum ex casibus, in quibus Christiana Respublica indiget reformatione.

Jure siquidem Divino cautum est Adulterium puniri poena ultimi supplicii, ut ex Sacris literis notum sit in *Levit. c. 20. vers. 10.* Si quis adulteraverit alterius uxorem, morte moriatur, tam ipse, quam adultera, concordat *Deut. cap. 32. V. 22. Ezech. c. 16. V. 15.* & seq. junct. *V. 40.* Cum hac mortis poena concordant leges Constantini Magni in *i. quamvis 30. §. ultimo C. ad i. Jul. de Adulteriis*, & in *i. transfigere 18. C. de transactionib.* quamvis Regionum Moribus poena hæc in desuetudinem abierit, levioribus extra ordinem introductis, ut conqueritur idem de *Matthæis num. 3. vers. atque, & Jul. Clar. cum ceteris apud Harprecht. in cit. §. Item i. Iulia num. 83.*

Sane in Regno non practicata legimus pennam mortis pro crimine Adulterii, nisi in certis casibus, de quibus post *Francb. decis. 240.* testatur *Reg. Capyc. Latro decis. 121.* à num. 11. ad 13. ubi quod hodie poena est reposita in *Judicis arbitrio*, & dicam *infra* in *tit. de Incestu.*

Hæsitatum legimus an adulterium commissum dicatur marito consentiente; & qua 6 poena veniat coercendus Vir, qui propriam Uxorem prostrituit, adeundus est *R. Sanfelic. decis. 266. num. 6. lib. 2.* quem laudavimus in nostra *practicab. obser. 26. num. 1.* & 2. & nunc addimus *D. Maresc.* ubi supra glos. 1. num. 16. 23. & 24. vers. similiter.

An adulterium committatur in Meretrice nupta? affirmat *Ulpian. in i. uxor* 13. §. sed in ea ff. ad *i. Iul. de adulter.* Sed distinguit tradendo plures intellectus ad *Text. Harprecht. in locis allegatis* à num. 34. ad 35. negat *Capic. decis. 44.* & *Reg. Sanfelic. decis. 341. num. 5.* 10. 3. concludit fuisse per M.C.V. punitam Mulierem ad quærelam mariti ignorantis adulterium uxoris non prostitutæ, videndus est *Carpzov. qu. 57. par. 2.*

Verum illud animadvertere non erit omnendum, quod adulteri absolutio prodest adulteræ; ita quod absolutione adulteri allegata per mulierem, amplius in æternum pro eodem adulterio accusari non poterit, nec adulteri accusatio nocet mulieri, per *Text. in i. denunciaffe §. queritur ff. ad i. Iul. de adulter.* *Farinac. de delict. carnis qu. 141. num. 108.* plenè *Ciriac. contr. forens. cap. 354.* à num. 1. ad 15.

Fallit in absolutione Viri, qui commisit incestum, cuius absolutio non prodest mulieri 9 confessæ de eodem crimen, idem *Ciriac. num. 22.* post *Decian. in tract. crimin. lib. 3. cap. 28. num. 8. in fine.* Hactenus egimus de poena adulterii; nunc agendum supereft de probationibus, & indiciis, quæ exiguntur pro perfecta hujus criminis probatione, tanta circa corpus delicti, quam in specie.

Delicti corpus in crimen Adulterii est concludens probatio matrimonii, & quando concurrit incestus erit probanda consanguinitas, vel affinitas *R. Rosa in prax. decret. par. 1. cap. 1. num. 11. vers. hinc*, quod requiratur plena probatio matrimonii, *Farinac. de delictis carnis qu. 141.* quæ probatio est adeo necessaria, quod Adulterii poena infligi non potest, speciali matrimonii probatione nona existente, etiam si recte in informativo per-

ver-

verba enunciativa nominaverint N. Moglie del N. M. consil. i. num. 47. Maresc. de legib. publicor. Iudicior. de leg. Iulia de Adulteriis glof. i. num. 21. ubi adducit consil. Bartoli i. 12. num. 5. & decisum refert Novar. decis. 55. qui num. 5. dicit quod semper fuit renitens in expediendis citationibus ad informandum, quando in processu non apparebat de probatione matrimonii, nisi per querelam Viri; adeoquod esse probandam qualitatem matrimonii, non obstante confessione rei de Adulterio, dixit Foller. in præc. 3. par. 3. par. versic. & si confitebuntur num. 85. Et quod pena Adulterii non incurritur, nisi quis habeat certam scientiam mulierem cognitam esse conjugatam, quæ ignorantia juramento probatur, Bened. Carpzov. qu. 61. à num. 42. ad 51. par. 2. Daniel Clasen. de jure aggratiandi cap. i. 4. fol. 150.

Circa probationem in specie advertendum erit, quod cum hoc delictum sit difficillimæ probationis, tamquam crimen, quod patitur clam, & occultè, admittendæ sunt præsumptiones conjecturæ, & testes singulares, ex text. in l. consensu C. de Repud. glof. in l. ob Carmen. §. fin. de testibus, cum aliis concordantibus cumulatis per Fulvium Daniellum in consultat. per me impressa in practicab. observat. 26. num. 13. Unde dixit Bart. in l. 3. num. 1. ff. defurt. quod Adulterium censetur probatum, si quis deprehenditur in domo ubi adest pulchra mulier, quam doctrinam, communiter receptam profiteatur, post Mascard. & Menoch. Sperell. decis. 136. num. 19. tom. 2. Quæ intelligenda est ad faciendum indicium ad torturam; cum Adulterium, & copula carnalis, neque probentur concludenter per testes de visu deponentes se vidisse Virum supra mulierem; sed præsumptivè ex Farinac. de delictis carnis qu. 134. cap. 3. à num. 58. cum seqq. Mascard. de probat. lib. 2. concl. 810. num. 3. & 4. & concl. 312. num. 22. in quibus locis advertit, quod testes deponentes præcisè se vidisse venereum conjunctionem mariti, & foeminæ sunt suspecti de falso; sed quod in his casibus semper erit locus torturæ, & non condemnationi, nisi quoad Thori separationem, plenè ex Carpzov. & Samuele Strikio diximus in animadvers. 382.

Probatur igitur Adulterium per evidentiam facti, vel per testes, vel præsumptiones juris, & de jure, vel denique per legitimam confessionem mulieris adulteratae, ad reser. in l.

2. C. quorum appellat. non recipiunt. ibi: Argumentis convictus, testibus superatus, proprio ore confessus. Et quod confessio certior probatio reputetur ceteris aliis probationibus, adest text. satis clarus in cap. penult. de Adulter. ibi: Mandamus quatenus, nisi sibi constiterit per evidentiam rei, vel per confessionem legitimam mulieris, quod adulterata sponte fuisset, ipsum recipere compellas; accedit D. Miresca, qui verba hujus celebris textus transcribit in locis superius allegatis glof. 2. num. 12.

Inter presumptiones juris, & de jure nullum majus certum, & indubitatum indicium haberi potest, quam si maritus elapso anno absuerit, & demum in domum reversus, uxorem prægnantem invenerit, vel si maritus tanta adversa corporis valetudine laboraverit, ut uxori suæ conjugale debitum præstare nequiverit, verum ipsa interim prægnans facta fuerit, quæ vehementissima argumenta nascentia ab humanis principiis à lege, & humana ratione probatis, saturant ad convincendum, & ad reum pœna ordinaria legis. Iulia afficiendum, ut ex tex. in l. filium 6. ff. de his qui sui, vel alien. iur. & ex aliis concordantibus firmat Harprecht. in citat. §. Item lex Iulia num. 54. 55. 56. & 57.

Adhoc ut legitimè dicatur instituta accusatio in crimine adulterii, requiritur, ut maritus durante matrimonio instituat accusationem de adulterio, cum nemo extra maritum accusare adulterum, vel adulteram possit, leg. Miles 11. §. volenti 10. & l. constante 26. ff. ad leg. Iul. de Adulter. in quibus Juribus habetur, quod maritus præfertur parentibus, & ceteris agnatis, accedit ex Regnicolis Affiliis, & moderni Criminalistæ communiter apud Reg. Sanfelic. decis. 351. nu. 5.

Quod adeò verum est, quod si maritus accusationem proposuerit, & postmodum querelam ante litis contestationem remiserit, non poterit Fiscus querelam prosegui, juxta decisio apud Reg. Capyc. Latr. decis. 120. lib. 2. Verum conclusio limitatur in sequentibus casibns.

Primus, quando adulterium esset cum violentia, quia tunc proceditur ad ulteriora non obstante, quod ante litis contestationem Partes remiserint, ut decisum refert Reg. Sanfelic. dec. 138. num. 7. Quinimò in hoc casu jus querelandi nedum competit Viro, sed etiam mulieri per vim adulteratae, quia

quia non dicitur simplex adulterium, Reg. Merlin. qui sic practicatum recenset lib. I. cap. 58. cent. 1. contr. forens.

Fallit secundò quando Adulterium esset commissum cum incestu cum consanguinea, 18 quia puniri potest separati, non obstante remissione Adulterii facta à marito, qui accusavit, Larrea decif. Granat. 50. qui nu. 21. refert suisse irrogatam poenam arbitriam exilii, & pecuniariam pro solo incestu, D. de Franchis dec. 240. Tiber. Decian. trah. crimin. lib. 3. cap. 3. num. 16. tom. 1.

Fallit tertio, quando Adulterium esset adeò notorium, quod maximum scandalum in 19 publico oriaretur, si ex officio non procederetur, Gonzalez in cap. In tantum 4. de collus. deteg. lib. 5. decretal. Et an notorium dici poslit per prægnantiam mulieris, & confessionem Adulteri, negativè decisum testatur Reg. Sanfelic. decif. 351. num. 20. in fin. tom. 3.

Præclarum hujus criminis speciale esse videtur illud, quod tribuitur marito per Rogerium 20 Regem in Constitut. Regni si maritus, per quam correcta antiquarum legum asperitate, de qua in l. si Adulterium §. Imperator ff. ad leg. Iul. de Adulter. & in LGracibus C. eod. per quam nulla adhibita distinctione personarum, & temporis permittitur marito interficere Adulterum deprehensum cum uxore adultera in ipso turpitudinis actu; Verba Constitutionis; Si maritus uxorem in ipso actu adulterii deprehenderit, tam adulterum, quam uxorem occidere licebit, nulla tamen mora protracta.

Ex quibus verbis palam fit, quod Adulteri sunt interficiendi in ipso actu Adulterii, & si fecus factum fuerit, recurrendum erit ad ius commune, quod sit locus poenæ depor-

21 tationis, vel relegationis; & ita servatum legimus per M. C. V. cum maxima cognitione negotii contra Antonium de Vita, qui cum fuerit confessus se occidisse Victoriam de Vita suam uxorem, & Erasmum Russo ex causa adulterii, sed non in ipso actu Adulterii, fuit Antonius condemnatus ad remigandum per decennium, & ad interessè Partis; & quamvis Fulvius Danesius sui temporis Advocatus magni nominis satis doctè, & eruditè scripsiterit pro reformatio- ne decreti M. C. V. ut patet ex præstantissimo Juris responso impresso in nostra practi- cab. observ. 26. non obtinuit à Sac. Cons. reformationem sententia, nisi quoad absolu-

tionem ab interesse, ut monet Reg. Merlinus à me visus post dicta scripta, & impressa Controv. forens. cap. 19. num. 30. cent. 1. contra reum scripsit Reg. Cons. Anellus Pottius cuius Allegationes habentur apud Rev. de Luca in observat. ad decis. 678. D. de Franchis à num.: 6. Sed concurrente qualitate personæ, & aliis justis causis, fuerunt absoluti nonnulli Nobiles, quorum unus erat titulo decoratus, qui occiderant Uxorem cum adultero, non in ipso actu, sed ex intervallo, & quamvis aliqui ex dictis occisoribus fuerint ad relegandum damnati, id evenit ex causa incisionis genitalium pro qua fiscus instabat esse puniendos poena legis Cornelie de Sicariis, ut habetur apud Reg. Sanfelic. decif. 337. & signanter nu. 13. tom. 3. ubi Typis mandare curavit Allegationes editas per Advocatos illius temporis magni nominis.

An liceat fratri occidere sororem adulteram, & quid si illam in flagranti cum Amasio in 22 venerit, Reg. Tap. in Constit. Regni si maritus num. 23. lib. 3. Iuris Regni num. 4. refert suisse fratrem condemnatum per Sac. Cons. ad remigandum per quinquennium, ex quo constabat fratrem scivisse conversationem inter adulteros, accedit Giurba conf. 86. num. 23. in fine, quam decisionem relatam per Reg. Tap. refert Gizzius in observ. ad decis. 121. Reg. Capycii Latro nu. 34. & 35. tom. 2. Sed ego illam invenire non potui apud eundem Reg. Tapia; Verum dicam decisionem, quæ tribuitur Reg. Tapiæ inveni relatam per Reg. Sanfelic. decif. 264. num. 4. par. 2. sequitur Prat. ad Muscatell. in praxi crimin. in tit. de Adulterio versic. secundum occurrit, fol. 673. secundum Neapolitanam impressionem.

Exquirendum restat an maritus occidendo uxorem in adulterio deprehensam, dotem 23 lucretur, affirmavit Bartol. in l. ab hostib. §. pen. ff. sol. matrim. negavit Bald. in ead. leg. cuius opinionem communem dicunt DD. apud Reg. de Marinis lib. 1. cap. 263. Verùm casus non fuit decisus apud D. de Franchis decis. 678. Et quamvis opinionem de Marinis impugnet Andreol. controv. 336. Verùm secundum Bald. opinionem pluries decisum testatur Vr. fil. ad Affit. decis. 265., & novissimis temporibus referente Consiliario Rocco, decisum profitetur Reg. Consiliar. de Altimar. in observat. ad consil. I. Reg. Rovit. num. 44. & 45. tom. 3.

Ve-

Tractatus Criminalis Analyticus.

215

Veram notabilitatem erit ad vertendum, quod

²⁴ Antefatum debetur hereditibus uxoris in-
terfectae à Viro sub praetextu adulterii, de
quo accusavit uxorem, sed non probavit,
ut decisum demonstrat Reg. de Ponte decis.

^{24.5} *Rovitus cons. 1. som. 3. ubi Reg. Consil. de*
Altim. accedit Mofes. ad Confuc. Neapolit.
par. 7. de jure quartæ qu. 13. num. 23.

Hujus Antephati taxatio erit arbitranda, jux-
ta text. in l. hereditatum ff. ad l. Falcid. &
²⁵ sic pro usufructu illius temporis, quo uxor
proterat vivere, *Tasson. de Antephato vers.*
4. num. 65. fol. 311.

Illud erit animadversione dignum, quod
quandvis mulier non possit accusare mari-
²⁶ tum criminaliter de adulterio, sed tantum
civilitè ex generali capite injuriarum, &
restitutionis dotis, ex *Novella de nuptiis* S. si
quis igitur, ubi DD. ex *Regnicolis Reg.*
Merlin. cap. 58. cent. 1. D. de Francib. decis.
669. & 678. Reg. Rosa in praxi decretor. par.
a. cap. 4. num. 24.

Respectu restitutionis dotis habemus decisio-
nes S.R.C., apud *Gizz. in observ. ad decis.*
121. Reg. Capycii Latro num. 37. 38. & 39.
²⁷ lib. 2. ubi compilato processu, & probato
adulterio, & concubinatu, sicut condemnata-
tus Vir ad restituendas dotes, & ad præsta-
tionem alimentorum, inclusis fructibus do-
tis, referentibus *D. Consiliariis D. Fulvio de*
Constantio, & Cesare Freccia.

S U M M A R I U M.

¹ **A** Dulterii sub criminis, & sub lege Jul.
comprehenduntur stuprum, lenoci-
nium, & raptus.

² Stuprum est duplex, nō pē voluntarium,
& violentum.

³ Stuprum violentum est illud quod comoni-
ctitur in muliere reluctante, vel cum bla-
ditiis, promissionibus, & fallaciis.

⁴ Pēna stupri est capitatis, perfecto fla-
gitio.

⁵ Seuprum violentum patratum cum armis
an sit coercendum pēna mortis. Et quid in
stupro commissio in personam inbonefiam,
Ibid.

⁶ Stuprum av. dicatur commissum coactis
hominibus, si unus solus bona coactus
sit, vel unus solus vim fecerit, vel domus
affregerit.

⁷ Reg. de Rosa opinio in prax. decret. cristi-
nali. In virtutem rōpū aderit, n. 9. & 10.

⁸ Explicatur text. in l. i. §. qui pueri ff. de
extraor. crimin. in illis verbis, perfecto fla-
gitio, punitur capite. Et an pena capitii
intelligenda sit de poena mortis naturalis,
Ibid.

¹¹ Stuprum commissum cum violentia an
coerceatur pena, l. Juliae de vi public., &
num. 8.

¹² Pēna l. Juliae de vi public., qua coercatur
stuprum cum violentia, non tollit pēnam
mortis, que juxta casuum diversitatem
erat imposta vim publicam inferentibus, &
recensentur casus, num. 13.

¹⁴ Et quid in stupro commissio in campis, vel
in via publica armata manu more latro-
num. Et quid in stupro commissio in villa,
seu ruribus cum violentia, & cum reitera-
tione, num. 15.

¹⁶ Stupri, & adulterii pēna ordinaria an
mitiganda sit in minore.

¹⁷ Stuprum an commissum dicatur, si clau-
stra prudoris non dirumpantur per mate-
rialem effractionem virginalis integrita-
tis.

¹⁸ Et an possit dari tuta virginitas, etiam
concurrentibus signis corruptionem atte-
stantibus, nempe bymenis disruptionem,
viarum latitudinem, & carentiam effusionis
sanguinis.

¹⁹ Stuprum mulieris bene cognoscere, &
investigare est quid arduum, & maxima spe-
culationis.

C A P U T IX.

De Stupro.

Sub hac lege Julia tria crimina sunt
comprehensa, adulterium de quo
haecenus ratiocinati sumus, stu-
prum, tam Virginum, vel Vidua-
rum, quam puerorum, juxta text.
in l. Stuprum 34 ff. ad leg. Jul. de adulter. Ad
eandem legem pertinere videtur lenoci-
nium, & raptus; quamvis raptus pertinere
videatur ad leg. Jul. de vi pub. de quo crimi-
na infra erit sermo.

Stuprum est duplex, voluntarium, & violen-
tum; de stupro voluntario tam in Virgi-
nem, quam in Viduam honeste viventem
diximus in *Animadvers. 321.* ubi de ejus
pēna.

Stuprum violentum est illud, quod commi-
titur

Sicut cum violentia in mulierem reluetantem, quamvis non desint DD. affirmantes stuprum commissum cum blanditiis, persuasioneibus, promissionibus, & muneribus, & similibus fallaciis dici quoque violentum ex l. i. §. persuadere 3. ff. de servo corrupt. ex Addentibus ad Angel. de malefic. in verbo che bai ad uiterato num. 56. Bajard. ad Clar. tib. 5. §. stuprum num. 38. & habetur ex cumulatis per Basilio decis. 19. num. 5.

Pœna hujus criminis perfecto flagitio cum vi, est capitalis, l. i. §. qui puer 2. ff. de extraord. dincr. criminib. & ita istum text. intelligit, & declarat Bart. laudatus à Farinac. in prax. par. 4. tit. 16. qu. 147. num. 6., & idem Basilio in citata decis. 19. à nu. 5. ad 13. ubi nititur conciliare antinomiam inter dictum text. in §. item lex Iulia de adulteris. Institut. de public. judic. accedunt ex Regnicolis, Reg. Sanfelic. decis. 245. nu. 7. & Angel. Scial. in prax. für judic. cap. 3. num. 106.

Verum seire oportet, quod pœna mortis est coercendum stuprum violentum patratum cum armis, per textum in l. his qui aedes 1. ff. ad leg. Jul. de vi publ. & in l. i. §. qui puer 2. ff. de extraordinar. criminib. & in Autb. ut nulli Judices §. fin. verific. fures autem collat. q. Cuiac. cum cæteris cumulatis per Rep. Matthei de re crim. controv. 34. à n. 14. ad 47. ubi decisum refert pro pœna summi supplicii in casu consimilis violentie commissæ armata manu, & in terminis stupri violenti videndus est Carpzov. in prax. criminal. q. 75. à num. 1. ad 55. ubi quod hæc pœna mortis præscribit sibi locum, etiam in stupro commisso in personam inhonestam, & vulgarem ex quo potissimum punitur coactio. & ingressio violenta, & proinde duplex esse delictum dixit Brunnemaw. in l. 3. nu. 3. ff. ad leg. Jul. de vi public. & dieitur delictum commissum coactis hominibus etiam si unus homo coactus sit, vel unus solus vim fecerit ad text. in l. Prætor ait §. dolo autem verific. homines coactor ff. de vi bonor. raptor. de ratione hujus assertiois recurrentium est ad Anton. de Massibus ad lib. 47. fff. in tit. de furtis cap. 3. ad tit. 39. Statuti Ultrajecti n. 8. ubi loquens de moribus dicitarum Regionum ita ratiocinatur: Quos quidem mores non ausim reprehendere in primis si dominus alienus effracta sit, aut itinera publica infestata, nam preter quamquod vis cum ablatione rei concurrit, etiam publica misericordia ad eam securitatem:

legis impellit; Neque enim commercia gentium atque Civitatum consistere possunt nisi Maria atque Terræ improbis hominibus surgentur, & sua cuique Domus tutissimum refugium sit, quid prodest teles defendi adversus frigora, pluviam, atque alias Celi injurias si sunt nibilominus metuendi veiculari, que autem leti commoda, que, quales nocturna si dormire securè non licet? Quidquid non pecunii dumtaxat suis, & suppelletili, sed vite quoque paterfamilias timeat? Incertum enim qua mente fur ador effringat, spoliandi, an occidendi animo. Quam ob causam, & lex divina aliquoties jam citata, occidi eum permisit. Acriter in primis in eos animadvertisendum, qui adibus expugnatis, aut Vallis hominem captivum abducunt eique passionem grandis alio cujus lucri extorquent.

Quibus ita se habentibus ferenda non est sententia Reg. de Rosa, qui in sua praxi decretor. Criminal. par. 2. cap. 2. de stupro n. 33. & 34. firmare laboravit pœnam stupri violenti non esse pœnam mortis naturalis, & textum in l. i. §. qui puer 2. ff. de extraordinar. criminib. in illis verbis, perfecto flagitio punitur capite esse intelligendum de morte civili, non autem de morte naturali, quemadmodum in dubio semper intelligenda sunt jura loquentia de pœna capitum, & similiter tradit stuprum commissum cum violentia coerceri pœna legis Julie de vi publica, quæ est deportationis juxta textum in l. eadem §. præterea ff. ad leg. Julian de vi publ. & in §. item lex Julia instit. de public. judic., & ulterius subdit ex Jacobo Contio relato à Claudio Bertazolio, & ex aliis eruditis, quod verba illius legis diuinitate legantur, & proinde intelligenda esse de stupro illo patrato in puellam, quod in puerum committitur contra naturam.

Non obstante ista argumenta excogitata per doctissimum Regentem, qui quamvis maxime peritiam habuisset rerum criminum, tamen fatendum erit articulum non degustasse maturiori consilio, quia si ita rem examinasset, invenisset veritati consentaneam contrariam opinionem, & pro ea stare nedum jura illa satis aperta, de quibus supra, sed magis communem opinionem punitentem ultimo suppicio violentum stupratorem, cum qua magis communi stant Bart. Bald. Aleric. Abb. Ancharan. Joann. de Plates, Hostiens. Angel. Carrer. Diacon. Cor.

*Corrad. Boff. Gomez. Cyril. Clar. Ay-
mon. Menoch. Peguer. Caball. Guttier. Car-
dinal. Ibusc.*, quos omnes refert in suis lo-
cis accuratissimus *Prosper Farinac. de de-
lict. carnis q. 147. in §. stuprum ampliat. 5.
à n. 22. ad 28.*, ubi advertit, quod quam-
vis nonnulli ex dictis DD. loquantur de
pena capitum simpliciter, non exprimendo de
qua; intelligendi sunt de pena mortis na-
turalis; quibus ex regnolis addendus est
*Andr. de Isern. in tit. quæ sint regalia in
verb. contrabentium incestas nuptias col. 3.
versic. sicut exemplo, Afflict. in Constitut. Re-
gni si quis rapere, quem refert, & sequitur
Foller. in prax. criminal. versic. et si confite-
bantur num. 16. fol. mibi 411. Vivius decis.
295. num. 5. Vincent. de Francb. decis. 534.
refert judicatum pro pena mortis per Sac.
Conf. ad relationem M. C. V., & dicit non
esse amplius disputandum de conciliationi-
bus textuum supra relatorum; & similiter
judicatum pro morte testatur *Josepb de Sef-
se in decis. Aragonie 94.*, accedit *Camill.
Borrell. in summ. decis. tom. 3. tit. 6. in tit. de
adulteriis, & stupro n. 200.**

Hac magis communi opinione actenta, & com-
probata rationibus supra traditis, & rebus
10 iudicatis, non est disputandum super con-
ciliationibus illis, de quibus inutiliter dispu-
tavit *Reg. Rosa post Claud. Bertazol.*, nam
*Claudius Bertazol. in addit. ad Bartholom.
in consil. 465. lit. A.* multas refert opiniones
pro concilianda antinomia inter *text.* & *l. i.*
§. qui pueri ff. de extraord. crimin. cum aliis
illis iuribus, de quibus apud eundem; ta-
mèn si benè considerentur jura prædicta,
nulla considerari potest antinomia, nec con-
trarietas; Nec aliquid facit, quod per *text.*
*in l. ead. §. præterea ad l. juliam de vi publi-
ca, & in §. item lex julia inst. de public.*
11 *iudic. stuprum coeretur pena l. julie de
vi public.*, quæ est deportationis; siquidem
hoc non tollit difficultatem summi suppli-
cii inferendi, nam etiam actenta dispositio-
ne *legis Iuliæ*, quæ imponit deportationis
12 poenam, non videtur sublata pena mortis,
quæ juxta casuum diversitatem erat impo-
sita vim publicam inferenti, quemadmo-
dum cautum est in raptu *in l. qui cætu §.
qui vacantem eod. tit.*, & in illis qui convo-
cati hominibus, & cum armis villas, & do-
mos expilaverint, & effregerint, nam capi-
te puniuntur juxta *text.* *in l. hi qui in d. tit.
ad l. juliam de vi public.* Item pena capitali
l. julie damnatur qui ciuem Romanum

pendente provocatione necavit, ut habetut
in l. julia 7. ff. eod. Rursus per *text.* *in l. quo-
niā multa facinora C. eod.* licet teneatur
delinquens poena *l. julie*, quæ est deporta-
tionis (quasi propria illius criminis) plebi-
tur tamèn pena summi supplicii. Item servi,
qui inscio domino violentiam patrarent ea-
dē *l. jul.* summo supplicio afficiuntur, *juxta
text. in l. servos C. eod.* Igitur concluden-
dum est *Jurisconsult. Paulum in text. in l. i.*
§. qui pueri ff. de extraordin. crimin. idè
statuisse, committentem violentiam in pue-
rum, seu puellam etiam suasionibus, & do-
nis intervenientibus, per se flagitio, ca-
pite puniri; quia si non puniretur *l. julia*,
puniretur alia lege, quam ipse *Paulus in-
duxit*, & statuit non ex ipso capite, sed ab
ipsa *lege julia*, quæ de raptu loquitur *in d.*

13 *l. qui cætu §. qui vacantem*; ad quod fir-
mandum ponderanda sunt verba *textus le-
gis unicæ C. de raptu virginis*, quæ etiam
ad violentum stupratorem convenient, nam
ratio quam ponit *Justinianus* in prin-
cipio illius legis pro inducenda pena mor-
tis, nempe quod castitas, & virginitas cor-
rupta restitui non potest, convenit tam
violentio stupratori, quam rapienti, fortius
quia per Imperatoris *Leonis novam constitu-
tionem tit. 35. raptus, & stuprum violentum*
æquiparantur; ex quibus remanent clara
jura per me allegata pro pena mortis, &
nulla adest antinomia, & dijudicare quisque
poterit an veritati consentanea sit mea, vel
Reg. de Rosa opinio.

Hanc sententiam pro pena mortis absque ul-
14 la hæsitatione servarem, & servandam cen-
serem in stupro commissio in campis, vel in
via publica manu armata; siquidem qui in
via publica manu armata, more latronum
honorem virgini puellæ furatus est, suspen-
di debet perinde quasi suspenduntur coeteri
grassatores committentes latrocinia, & gra-
fassiones, & latrocinia in via publica, *juxta
text. in l. capitalium §. famosos, juncto §.
grassatores ff. de penis*, & cum istis, & aliis
solidis principiis hanc opinionem sustinet
Thebaur. qq. forens. lib. 4. q. 57. à n. 18. ad 21.
ubi quod plus est furari honorem quam pe-
cuniam, & merces in via publica.

Et similiter eadem pena summi supplicii im-
15 ponenda foret quando stuprum, tametsi
non commissum in via publica, sed in do-
mo, villa, vel rure esset reiteratum cum
violentia, tam si violentia esset commissa
pluribus, & diversis puellis, quam si esset
E e rei-

reitaratè commissum in personam unius pueræ à pluribus armatis accedentibus per vim ad eandem stuprandam in domo, vel in villa, & unus post alium, stuprum patraverint, quia tunc ex talis criminis reiteratione, & pluralitate dicuntur plura supra violenter commissa, & proinde poena est exasperanda usque ad mortem, juxta *texe.* in *S.graffatores superius allegatum, & juxta opinionem Farinac. de delict.carnis q. 147. nū.59. & 60. Thom. Grammat.vot. 17.nū.5. Anton. Fab. Berlich. & aliorum, de quibus apud Reg. Mattheū de re criminal.controv. 50.n.8. & 9.*

Est & illud non ignorandum, quod stupri violenti, & adulterii poena ordinaria non minuitur in minore ex lauxilium §. in delictis ff.de minorib. l. si adulterium cum incestu 38. §. fratres ff. de adulteriis Reg. Mattheū controv. 8. num. 25. ubi sic decisum, & in terminis stupri violenti decisum testatur Carpzov. qu. 75. à num. 47. ad 50. fuisse irrogatam poenam gladii, quam poenam practicandam crederem in stupro violento commisso in pueram immaturam, vel in pueram perfectæ etatis cum armis, quiā tunc poena ultimi supplicii infligitur, non tam propter stuprum, quam propter violentiam stupri, ut diximus in observ. 382.n.7.

Stuprum an dicatur commissum si claustra pudoris non disrumpantur per materialem effractionem, vel sufficiat, quod virginalis integritas corrumpatur per violentum Viri accessum cum seminis ejaculatione, quod per orificium mulieris attrahitur, *Reg. Mattheū de re Crimin. controv. 53. à nū. 16. qui nū. 19. & 20. concludit quod stuprum redditur impossibile si ex relationibus peritorum, vel ex testibus, vel per rei evidentiam constet membrum virile fuisse antecedenter viro amputatum, & hanc esse negativam coarctatam probatam per modum durissimum, cui magis quam testibus deferendum est, & proinde nū. 24. refert fuisse absolutum, & pueram in expensis condemnatam.*

Ratio assignari potest, quiā virginem esse defloratam per viri conjunctionem certò affirmari non potest, etiam concurrentibus signis hymenis disruptionem, viarum latitudinem, & parentiam effusionis sanguinis in concubitu, juxta receptissimam sententiam apud Artis Medicinae DD. & apud Jur. Cons. inter quos Cujac. de quo testatur Zaccb. qq. medico legal. lib. 4. tit. I. qu. 2. à nū.

18. ad 33. tom. I. ubi concludit, quod nūquam dari potest tuta virginitas, dum multoties ex menstruorum fluxu, & humiditate relaxant vulvæ membranæ, ita quod mulieres absque ulla disruptione, & dilaceratione virum admittunt. Et quod nullum possit sumi argumentum stupri ex pannis sanguinolentis; nec à ruptura, & integritate hymenis ex eodem *Zaccbia, Capivacc. Arniseo;* & ceteris peritissimis Medicis animadvertisit D. Basilio in cit. dec. 15. n. 35.

Ex quibus descendit, quod erit negotium artiu duum, & maximæ speculationis benè recognoscere, & investigare mulieris virginitatem, ut perpendit *Viv. in opin. 491. & in decis. 291. num. 9.* ubi monet Iudices, ut advertant unum novum, & cognitum apud Legistas, & Physicos, nempe quod potest dari casus virginem esse pregnantem, non tamen defloratam, ut contigisse afferit in duobus casibus ab ipso relatis; ipsum videoas; dum sat erit remictere curiosum Lectorem ad tantum Authorem, apud quem fides remaneat.

S U M M A R I U M.

- 1 **R** Apius criminis definitio traditur. *Pœna raptus est ultimi supplicii, nemdum contra autiores sceleris, sed etiam contra complices. ibid.*
- 2 *Raptus non consideratur si femina non fuerit raptæ libidinis causa.*
- 3 *Raptus poena est ultimi supplicii, etiam contra rapientes publicas meretrices.*
- 4 *Pœna raptus non tollitur per matrimonium subsecutum, & Constitut. verba afferuntur.*
- 5 *Raptus crimen an consideretur, quando mulier ipsa raptui consenserit sub colore matrimonii, num. . . Et quid si rapiens mulierem non cognoverit, quamvis potuerit, num. 6. Et quid in raptu Monialis. ibid.*
- 6 *Pœna ordinaria non habet locum, sed extraordinaria, contracto matrimonio inter raptorem, & raptam, concurrentibus tamen circumstantiis, de quibus per Authorem.*
- 7 *Raptus sub criminis an comprehendatur fuga mulieris honestæ procurata à domo sui Patris ad finem contrabendi matrimonizem, invitis Parentibus cum aliqua persona dispersis conditionis, & refertur casus, qui emerit decidendus.*
- 8 *Raptus poena an possit practicari contra mulierem rapientem virum, vel adolescentem 5*

- 10. *Raptus pœna ordinaria an in proxim deduci possit contra rapientes publicas mero trices.*
- 11. *Referuntur decisiones, pro pœna extraordinaria triremum.*
- 12. *Delictum in genere in crimen raptus quomodo probetur.*
- 13. *Raptus crimen an cognosci possit à Judice capiente, ratione contredictionis; Et quid in puella raptâ in uno territorio, & in alio compressa, n. 15.*

C A P U T X.

De Raptu.

Raptus crimen est execrandum scelus, quod committitur, cum Virgo, Vidua, Sanctionialis, allave honesta mulier, matrimonii contrahendi causa, aut libidinis explendi causa per vim, vel malis artibus abducitur, *Reg. Mattheis de re Crimin. controv. 55. n. 5. & controv. 49. n. 17.* Et proinde coeretur pœna ultimi supplicii irroganda, nedum ipsis auctoribus sceleris, sed etiam consciis, & complicibus, data quoque licentia, & potestate parentibus, & consanguineis foeminae occidendi. Raptore in ipso crimen repertos ad text. in l. Raptore Virginum 54. C. de Episcop. & Cleric. l. unic. S. pœnas C. de rapt. Virgin. latè Farinac. in præc. crimin. par. 4. tit. 16. quest. 145. n. 7. per quæ jura allegata, etiam parentes pœnatur pœna deportationis si patientiam præstiterint, accedit Novell. 143. vers. sed parentes etiam.

Diximus raptus definitionem esse, violentam translationem de loco ad locum libidinis causa; quià si foemina fuerit rapta non libidinis causa, raptus crimen non dicitur, *Carpzov. q. 40.*

Concordat de jure hujus Regni Neapolitani 3. *Constitutio Gulielmi sub rubric. de violentia Meretricib. illata, per quam imponitur pœna ultimi supplicii contra confessum, atque convictum de hoc crimine, etiam in personam Meretricis; Et altera Constitutio Re-*

gis Roberti incipiens, *Si quis rapere de violentia monialibus illata, quæ videtur omnino conformis juri communī; Quibus stipulatur Constitutio Imperatoris Federici, quæ incipit capitalem pœnam sub tit. de Raptâ Virgin. vel Viduarum, per quam sicut sublatus abusus tollendi pœnam raptus per matrimonium subsecutum. Verba Constitutionis. Consuetudinibus, quæ in aliquibus partibus Regni nostri Siciliæ, bænus obtinebant; pœnas Raptore, Raptam sibi in matrimonio collocando, vel alii eam tradendo ruptui fœse capitali sententia excubebant, omnino sublati, accedit dispositio Capituli Regni editi ab eodem Rege Roberto, quod incipit V. fine, per quod mandatur, ut procedatur contra Raptorem ad forjudicationem cum abbreviatione termini sex mensium non expectato anni circulo.*

Ex quibus juribus sublata videtur illa quæstio, quæ revocabatur ad examen actencto jure communī, an foret locus pœnae raptus, quando mulier ipsa ruptui consenserit, ut colligitur ex decisio apud Reg. Sanfelic. dec. 267. p. 2. ubi M. C. V. censuit puniendum pœna mortis Stephanum Roccum Ianuensem ob simplicem raptum cum voluntate ipsius raptæ sub colore matrimonii, quamvis ad locum destinatum non pervenerint, quamvis non committi verum raptum punitibilem mortis pœna, quoties mulier ex sua omnimoda, & spontanea voluntate assensum suum raptori præbuerit, probabilius videatur de jure communī *Harprecto in S. Item lex Julia de vi public. 8. tit. Institut. n. 33. vers. cæterum.*

Cum Harprect. opinione concurrendum crederem, quoties rapiens mulierem illam non cognoverit, quamvis potuerit, quia tunc cum virginitas, vel castitas non fuerit ablata, ordinariæ raptus pœna non erit obnoxius, secus si copula non fuerit subsecuta, ex quo ad illam pervenire non potuit, ut satis apertis principiis, probat idem Harprect. num. 36. & 37. post Petrum Francisc. Lingloy decis. Justin. 22. qu. 1. num. 15. Marfil. Carrer. Jul. Clar. & Mascard. plenissime Reg. Cortiada decis. 89. num. 40. & 41. tom. 2. quod tamen non procedit in Regno in raptu monialis, quæ tam si fuerit violata quam non, raptus crimen locum habebit ex Constit. Regis Roberti; in cæteris vero casibus amplectandam censeo opinionem

Ee 2 Har.

Harpreat. & ceterorum Doctorum laudatorum in terminis propositæ distinctionis, in quibus terminis intelligendam credidit decisionem *Regentis Sanfelicii*, ex novissimis nostris Regnicolis *D. Anton. Police de præminentia Regiarum Audientiarum tit. 10. cap. 24. num. 13. par. 2.* Sed *Sanfelicii* decisionem melius intelligendam credidit *Regens Rosa in præc. decretor. par. 2. cap. 4. num. 12.* si constaret in facto, quod rapiens, qui promiserat matrimonium erat jam conjugatus, quod cum non constet ex tenore illius decisionis, nec ex processu, credendum erit, quod *D. de Rosa* hoc arguerit ex verbo illo *sub colore matrimonii*, quod ponit *D. Sanfelicius* in principio decisionis.

Contracto matrimonio inter raptorem, & raptam, quamvis raptor mori debeat, juxta terminos Constitutionis *Si quis rapere*, & alterius, quæ incipit *Capitalem*, de quibus supra; nihilominus quod non habeat locum semper poena ordinaria, sed extraordinaria testantur DD. relati per *D. Anton. Police in cit. cap. 24. num. 12.*, ubi refert ita decisum per *M. C. V. sub die 29. Maii 1690.* ubi referente *D. Consiliario de Altimari*, non fuit practicata poena mortis contra raptorem, sed præsidii clausi, vita durante, quod ego servandum crederem concurrentibus circumstantiis illis, quæ Judicem inducere possunt ad recedendum à poena ordinaria, nam alias semper resisterent expressa verba Constitutionis per nos superius transcripta.

Et quid in raptu, seu potius fuga mulieris honestæ procuratae à domo sui patris ad finem contrahendi matrimonium cum aliqua persona disparis conditionis invitatis parentibus, malisque artibus, & ad finem, ut persona illa, quæ procuravit raptum, sub velamine matrimonii facilius commercium habere potuisset cum muliere rapta, juncta que præcedente allocutione cum eadem muliere, tamen in domo patris, quam post fugam à domo patris, mediante quadam apertura, seu foramine facto in quodam pariete propè Conservatorium, ubi mulier existebat, & vir continuò accedebat ad finem illum videndi; & qua poena veniat puniendus, de hoc fuit acerrime disputatum, annis præteritis in Regia Juncta erecta de ordine S.C. Majestatis contra Equitem illum, qui imputabatur de hoc crimine, & per Regiam Junctam fuit condemnatus ad exilandum extra Regnum per triennium, sed

demum in gradu revisionis prævia reclamatio admissa in Collaterali Consilio de ordine ejusdem M. C. decretum fuit reformatum sub die 4. Februarii 1684. interposito decreto male judicatum; & quod carcer cedat in penam, referente Regente *D. Stephano Carrillo*; & Votantibus Regentibus *D. Marchione Crispani*, & *D. Antonio de Gaeta*, & interveniente pro Fisci Patrono *D. tunc Consiliario*, postmodum Regente *Januario de Andrea*, ut ex actis penes Anastasium Scribam à mandatis.

Hæsitatum quoque vidi, an raptus poena practicari possit contra mulierem, virum, vel adolescentem rapientem negat *Harpreat. in locis citatis à num. 34. ad 35.*, & concurret cum hac sententia, *Harpreato* non citato, *D. Anton. Police cap. 24. num. 28.* qui laudat *Clar. Menoc. Decian. & Farinac.* Sed contraria sententiam sustinet *Crusius de indiciis delictor. par. 2. cap. 15. de indiciis raptus à num. 12.* ubi quod raptus poena sine sexus distinctione æquè in feminas, ac masculos constituantur, & refert *Angel. in l. unic. Cibac* tit. num. 6. attestantem se vidisse Florentiae meretricem combustam, ex quo rapuerat quandam pulchrum puerum.

Quod procedit quoque in stupro; in quo plenè constet, vel ex confessione ipsius mulieris, vel ex aliis evidentissimis probationibus, puellam sponte, & nudam accessisse ad lectum juvenis, & in stuprum consensisse, nullo modo stuprator erit hoc casu cogendus ad dotandum, vel ad ducendum puerilam in uxorem, juxta opinionem *Farinacci, Parisii, Gomez., & Berlichii*, apud eundem *Harpreat. in §. Item lex Julia de Adulteriis num. 96.*

Major occurrit difficultas, an raptus violenti poena ordinaria in præc. deduci possit contra rapientes publicas meretrices, & difficultas non insurgit de jure communi, quo attento non erit locus, nisi poenæ extraordinariæ arbitrio Judicis, ut ducto arguento legis, qui adulterium 29. C. ad leg. Jul. de adulter. probat *Harpreat.* ubi supra à num. 38. cum seqq. Sed subesse potest difficultas attentis hujus Regni Constitutionibus, quibus poena mortis imponitur, etiam in raptu, & violentia meretricibus illata; sed quod hæc poena non extendatur ad auxiliares, & cooperantes, dixit *M. strill. decis. Siciliae* 207. Sed nos dicimus, quod hodie neque fas erit poenam ordinariam practica-

re contra principalem rapiētēm talem mulierem, dum nunquam illam practicatam vidimus, imo contrarium decisum legimus apud Thib. in Cod. rer. judicat. allegat. 7. allegation. diversor. ubi ille, qui commisit raprum cum stupro in personam cuiusdam servae existentis in taberna, quamvis per M. C. V. cum nimio rigore fuisset ad mortem damnatus, in gradu reclamationis fuit reformata sententia, & condemnatus in Regiis triremibus per septennium, & quod cœfet poena ordinaria in raptu meretricis, & mulieris inhonestæ, est communis opinio apud Raynald. observat. crimin. cap. 22. §. 1. usque ad 10. à num. 161. ad 170. lib. 2. Et ad evadendam poenam ordinariam, non est necessarium, quod mulier rapta sit publica meretrice, sed sat erit, quod sit inhonestæ.

Demum animadvertere non erit obliuiscendum, quod in crimine raptus delictum in generē probatur, constito de abductione de loco ad locum libidinis causa cum probatione honestatis pueræ, pro qua honestate sufficit probare, quod tempore raptus, formina reputabatur honesta, & erat in gubernio honestarum personarum, ita post D. Sese decis. 95. num. 11. testatur Reg. Rosa in prax. decret. par. 2. cap. 5. num. 12. vers. dico, quamvis non esse necessariam hanc honestatis probationem, cum confundantur dictum in genere cum delicto in specie, operatus fuerit D. Antonius Police in cit. cap. 24. num. 33. p. 2.

Insuper accedit, quod raptus crimen cognoscitur à Judice capiente, qui efficitur competens ratione contrectationis, ut ex Dectan. tract. crimin. lib. 8. cap. 9. num. 6. docet Capit. blanc. de Baron. cap. 54. num. 7. lib. 2. sequitur Raynald. observ. ad cap. 1. supplet. 5. num. 258. & 259. Reg. Rosa in prax. cap. 5. num. 25. in fin. lib. 1.

Et quid in puerâ rapta in uno territorio, in alio compressa, vide Zanger. de exception. par. 2. cap. 1. num. 236. quem laudat Basilico decis. 15. num. 41.

S V M M A R I V M .

I Ncestus crimen quam grave, & inexpiabile scelus sit, demonstratur, & quo gladio vindicetur, maxime si cum adulterio, & stupro conjunctum sit.

2 Pœnarum discrimin consideratur inter stuprum commissum inter ascendentēs, &

descendentēs, & commissum inter collaterales, num. 3.

- 4 Incestus cum stupro commissus cum deabus sororibus quando pœniatur.
- 5 Decisio D. de Franchis 240. quam in dubium revocavit Caball. recepta in præci demonstrator ex novissimis rebus judicatis.
- 6 Pœna incestus inter affines, qua sit.
- 7 Venus prodigiosa qua sit demonstratur.
- 8 Afferuntur verba Anton. de Matth.
- 9 Pœna qua teneatur ille, qui ementito sexu nupsi tamquam feminæ.
- 10 Sodomia crimen in tres dividitur species.
- 11 Pœna qua sit practicanda contra maritum exercentem venerem præpostaram cum coniuge proprio.
- 12 Confessio mulieris an sit ratificanda in caput viri.
- 13 Terqueri an possit mulier honesta, vel inhonestæ, que assertuisse sodomitam passam.
- 14 Sodomitam passi depositio in tortura ratificata, an sufficiat ad torturam inferendam.
- 15 Et quid concurrentibus adunniculis.
- 16 Et quid si concurrat delictum in genere cum fractura de recenti.
- 17 Tortura ex processu informativo inferri non posset ex dicto silius crimen passi; aliis non concurrentibus.
- 18 Pœna, qua veniant afficiendi libidine si Mastrupratores, afferuntur verba Anton. de Matthæis, ibidem.

C A P U T XI.

De Incestu, & Venere Prodigiosa.

QUAM grave, & inexpiabile scelus sit incestus omnibus notum est; dum indifferenter coeuntes cum consanguineis, & affinibus æquiparantur brutis, quæ in coeundo nullam servant consanguinitatem, ut ex Bermon. in tract. de public. concubinar. rubric. de incestu num. 5. monet Farinac. de delitt. carnis qu. 149. num. 2., & ideo gladio vindicatur: maximè si cum adulterio, vel stupro conjunctum sit, ad text. expressum in Cod. Theodos. in l. 1. Cod. de incest. nupsiis, Ant. de Matth. ad lib. 48. fff. tit. cap. 6. de hoc tis. n. 5. vers.

Ceteram adest pœnarum diversitas inter incestum

stum commissum inter ascendentes, & descendentes, & collaterales, nam in primo, & secundo casu punitio est capitis absque ulla hæsitatione, etiam atento jure Divino. *Lævit. cap. 10. vers. 11. 12. 14. & 38. 138. §. 3. D. de adulter.*

In linea vero Collaterali, in quo jus civile tam tum obstat, poena erit extraordinaria relegationis, vel fustigationis cum bonorum publicatione ex 1.6. *autb. Incestas, C. de incestis nuptiis, D. de Franchis dec. 240. ¶ 378. Tbsaur. decis. 110. num. 5.* ideo apud Reg. *Sanfelice. dec. 417. par. 3.* Ille, qui commiserat stuprum, & incestum cum duabus consobrini sult ad tristernes damnatus reformata sententia M. C. V. quæ ad mortem damnaverat, quamvis incestum cum sorore sammo supplicio vindicandum probaverit *Anton. de Matthæis in loca citato num. 5. in fine ibi: Ex his autem apparet, errasse eos, qui tradiderunt solum incestum in recta linea commissum summo supplicio plebendium esse; nam cum incestus cum sorore, non minus sit contra jus naturæ, & gentium, ut modo probavimus, consequens est, & bunc summo supplicio vindicandum.*

Et quamvis contra *D. de Franchis* in supérius citata decis. 240. insurrexit cum solidissimi mis argumentis *Petr. Caball. resol. crimin. cas. 240. nu. 4.* & pro hac opinione decisum testatur *Ant. Fab. in suo C. lib. 5. tit. 3. de incest. nupt. def. 6.* nihilominus in Regno semper practicatam legimus poenam extraordinariam Ieyiorem; quemadmodum decisum comperimus per S. C. de anno 1654. in causa *Vincentii Frolli* inquisiti in M.C.V. de stupro cum incestu in personam Pentæ N. ejus sororis consobrinæ, quamvis per M.C.V. fuisset latum decretum, esse quaestioni subjiciendum; factò verbo in S.C. per tunc Judicem Prato fuit suspensum decretum M.C.V. & mandatum eidem M.C.V., quod citra torturam causam expediret, iuxta ordinem sibi datum, & per M.C.V. fuit explicatus ordo datus pro pena exilii, ut ex actis penes Matthæum Curtium tunc Aclorum Magistrum; deinde causa fuit commissa in S. C. ad instantiam querelantis; cuius exitum ignoramus.

Inter affines nulla cadit dubitatio, quod remanet simplex poena extraordinaria, ideo incestus matris cum genere fuit punitus poena fustigationis, apud *Clar. in præc. crimin. §. adulterium, vers. Quare, de qua decisione*

suit memor *Farinac. de delictis carnis qu. 149. num. 78.* & de nefario coitu habito inter vitricum, & privignam differit Reg. *Mattheu controu. 50.* qui num. 24. quamvis inclinare videtur, quod leges, & Doctores loquentes de incestu in ascendentibus, & descendantibus, extendi debeant in affinibus, qui loco parentum, & liberorum habentur; tamen num. 68. & 69. refert suisse interrogatam penam extraordinariam exiliarem, ex quo in specie casus propositi poena non erat à lege definita; & non urgebant contra réum, nisi indicia; & sic durum videbatur extendere penam usque ad mortem; cum jus non patiebatur admittere duas specialitates, maximè quando agitur de vita hominis.

Hactenus diximus de incestu, nunc de venere prodigiosa; seu monstruosa brevissime ero acturus, sat erit remittere Lectorem ad *Anton. de Matthæis* in locis per me superius allegatis nu. 8. cujus verba sunt: *Sequitur 8. venus monstruosa, de qua ne pudicas aures offendam paucissimis agere constitui. Monstruosa Venus est quecumque, vel virum, vel feminam mentitur: cujus rei sunt pedicones, pathici, tribades, Mastupratores, Felatores, Irrumatoros, & qui nefandam libidinem cum brutis exercent, qui omnes ultimo supplicio afficiuntur; quoniam naturæ metas transgrediuntur, & quantum in se est spes huminum interficiunt. Eaque in re civilia jura cum legibus Divinis conveniunt Levit. 20. v. 13. 22. 23. Exod. 22. v. 19. Deut. 27. 21. §. Item lex Julia de adulter. infest. de public. judic. l. cum vir nubit 31. Cod. boe tjt. l. 1. §. ult. ff. de extraordin. crimin. Novell. 77.*

Poena hujus criminis tenetur ille, qui ementito sexu tamquam foemina nupsit, juxta casum relatum per *Menoch. de arbitrariis lib. 2. contur. 3. cas. 286. num. 13.* ubi cum fuerit hoc detectum post mortem, fuit denegata sepultura cadaveri, & damnatus ad mortem ille, qui se affidaverat puerum, legitur apud *Thor. in 3. part. sect. 3. v. Sodomita, qui puerum.*

Hoc crimen sodomiæ in tres dividitur species, apud *Basilico decis. 4. num. 10. 11. & 13. accepto dit Carpzov. in præc. crimin. part. 2. qu. 76. num. 4. 5. & 6. & num. 15. 16. 17. & 18.*, qui num. 24. 25. & 26. admittit, & decisum testatur eandem penam mortis esse praetitandam contra maritum exercentem Venereum

Tractatus Criminalis Analyticus.

223

nerem præpostoram cum conjuge propria, etiam si delictum fuerit perpetratum in ore uxoris, & poena fuit quoque practicata contra ipsam uxorem admittentem, & ore semen exsugentem, quod est delictum irruptionis, de quo loquitus fuit Antonius de Matthæis, plenè diximus de hoc nefando crimen in *Observat. ad singul. 382. & 383.* ubi in *Animadversionibus*. Verum, quod mulier patiens coitum sodomiticum regulariter præsumatur coacte, & ex metu reverentiali consensum præstissime, & præsertim in uxore, dixit *Farinac. de delictis carnis qu. 148. n. 80.*

Quare dicta confessio neque ratificanda erit in caput viri, juxta definitionem illam *Antonii Fabri*, quam allegavimus in *Animad. 353. & 354. num. 8.* quemadmodum tortu quæ non debet quælibet mulier honesta, quæ afferit fuisse sodomitatem etiam sponte *Raynal. observat. crimin. cap. 21. §. 4. n. 16. & 17. tom. 2. contrarium in meretrice dicit Basilic. dec. 4. num. 31.*

Sed major suboritur difficultas, an solum dictum mulieris, vel pueri, qui passus fuit solum dormiam, & in tortura ratum habuit, faciat indicium ad torturam, affirmat *Bossius de indic. & considerat. ante tortur. n. 160. Marfil. in pract. crimin. §. diligenter num. 8. & seq. Gomez variar. resol. tom. 3. cap. 12. rubr. de probat. delict. n. 16. & ex Regnicolis Muscat. in pract. crimin. de cognit. delictor. n. 25. Reg. de Marinis in observ. ad decisionem Reverterii 415. n. 4. to. 2.* ubi nedum stare videtur pro tortura simplici ex dicto solius socii criminis, sed pro tortura ex processu informativo, juxta illud, quod semel servatum vidisse per M. C. V. profitetur, ibi: *In crimen vero sodomie memini semel vidisse in M. C. servatum, sodomitam esse torquendum ex processu informativo, cum nullum contra ipsum adfesset indicium, nisi dictum criminis passi, qui hoc etiā in tortura asseveraverat.* Sed contraria opinio est verior, & magis in foro recepta, nempe quod talis sola depositio impuberis sodomiam passi non faciat indicium ad torturam, non concurrentibus aliis adminiculis, & pro hac sententia stat *Crusius de indic. par. 1. cap. 68. num. 3. & 4. Carpzov. in pract. crimin. part. 3. quæst. 12. num. 37. & 38.* ubi loquitur de cæteris delictis exceptis, concordat *Basilico decis. 4. à num. 16. ad 31.* ubi distinguendo conciliat contrariam opinionem, quemadmodum fa-

cit *Reg. Rosa in pract. decretor. criminal. p. 2. cap. 1. à n. 12. ad 24.* ubi hoc comprobatum dicit cum observantia M. C. V. his verbis: *Nibilominus in hoc nefando delicto in nostra M. C. V. practicatur, & in usu est, quod dictum sodomitati, sive maris, sive feminæ, sive majoris, sive minoris, vel sponte, vel per vim, cum adminiculis, facit indicium ad torturam, juxta doctrinam Fardinac. quæst. 43. num. 99.* Verùm hæc praxis recipit suam declarationem, & modificationem, ex traditis per eundem in *par. 1. cap. 7. num. 15.* ubi testatur de contraria praxi M. C. V. & Regiarum Audientiarum, dum dicit, quod in illis, ut plurimum servatum vidi solum stuprati dictum sufficere ad torturam inferendam; si cum ejus depositione concurrat 16 delictum in genere cum fractura ani, seu laesione de recenti, accedit *allegatio Augustini Molli. Advocati magni nominis rerum criminalium apud Danza de pugna Doctor. tom. 3. cap. 1. à n. 1. ad 5.*

Quare in istis terminis, & non aliter sustineri potest illud, quod scripsit *Reg. de Marinis 17 in observat. ad cit. decis. 415. Reverterii*, si quidem si ad deveniendum ad simplicem torturam non sat erit sola impuberis stuprati confessio, istis saltem non concurrentibus circumstantiis; Cùr asseverandum erit, sat esse ad inferendam torturam ex processu informativo, quando in hoc casu cautius, & cum maxima circumspectione est procedendum, unde apud *Reg. Reverter. decis. 276. tom. 1.* censuit Collaterale Consilium, non esse concedendam dispensationem pro tortura ex processu informativo, non obstante, quod contra reum urgerent non levia indicia, nempe vulnerati assertio, & rei contumacia, quæ sola nullis aliis concurrentibus, satis superque videbatur ad faciendum indicium ad torturam ex puntuali doctrina *Grammat. conf. crimin. 67. n. 5.*

Qua pena veniant afficiendi libidinosi Masturbatores, videndus est *Caball. resolut. crimin. casu 16. num. 5. & 6. tom. 1.*, ubi quod poena 18 est exiliaris, vel alia extraordinaria, & hanc penam posse arbitrari in penam relegationis, dixit *Benedict. Carpzov. par. 2. in tit. de Sodomiae pena qu. 76. à num. 12. ad 14.* licet de jure nulla poena statuta reperiatur, sed in graviorem penam sua nimia severitate inclinare videtur *Anton. de Matthæis in locis superioribus nu. 8.* sub illis verbis: *Quare dubitari potest, recte Interpretes plerique*

rique ex libidinis istis Mastupratores excipiunt tamquam non morte illi, sed exilio, vel mitiore pena afficiendi sunt. Nam cum hi quoque genus hominum interficiant, & Deus filios Iude ob scelus non dissimile occiderit, non video, qui excusari a pena capitatis possint, nisi forte, quia propter nimiam frequentiam difficile, ac penè impossibile sit banc severitatem rueri, accedit videndus idem de Matthæis in prolegomen. c. 3. n. 4. fol. 39. ubi quod ideo dicuntur Mastupratores, quia sibi ipsi stuprum inferunt.

De crimine sodomiæ dixi in Observat. 382. & 383., & dicam in Animadversionibus, ubi exquirendum erit de necessitate corporis delicti, maximè quando proceditur per indicia indubitata, & diximus quoque in superiorius citatis Observationibus num. 6. quod non liquida corporis delicti probatio in hoc criminis quemadmodum in adulterio, & incestu suppleri potest per confessionem utriusque rei, adeo quod utroque reo consciente poterit Judex tute devenire ad mortis sententiam ex Carpzov. q. 76. à num. 50. ad 52. p. 2.

S V M M A R I V M .

- 1 *S*epulchri violati crimen quomodo committatur, & an ejus pena possit extendi usque ad mortem, num. 2.
- 3 *P*œna qua veniat afficiendus spoliator cadaveris, & quid in spoliantibus mortuum nondum sepultum, num. 4.
- 5 *E*t quid in dante alapam cadaveri Episcopi mortui.
- 6 *P*œna qua teneatur Officialis associans cadaver, ut crimen occultetur, demonstratur cum novissimis rebus judicatis.

C A P U T XII.

De Sepulchro violato.

- 1 *H*oc crimen committitur pluribus modis, & signanter per illum, qui statuam in monumento positam dejicit, vel abstulit, vel fregit; vel qui fecit, quo minus quis funeretur, vel sepeliatur in eo loco, in quo sepeliendi jus habet, ut satis aperitis juris Consultorum, & Eruditorum principiis probat Anton. de Matthæis de crimi-

nibus tit. 6. de sepulchro violato c. 1. n. 3.
Pœna hujus criminis potest extendi usque ad mortem concurrentibus qualitatibus delictum aggravantibus, Tiber. Decian. lib. 6. cap. 42. num. 18. Carpzov. quest. 83. num. 58. par. 2.

Ex quibus principiis descendit, quod spolians cadavera plectitur pœna mortis si spolium sequatur armata manu, si vero sine armis pœna extenditur usque ad Metallum l. 3. §. adversus, ff. de sepulc. violat. Brunnen. in Commentar. ad dictum text. n. 5. Tiber. Decian. lib. 6. cap. 42. num. 16. Menoch. de Arbitrar. cas. 387. num. 13. Farinac. in præc. crim. de delictis, & pœnis q. 20. à num. 116. ad 119. ubi quod id procedit etiam in spoliantibus mortuum nondum sepultum, quoties concurret qualitas armata manus, Bened. Carpzov. in præc. crimin. p. 2. q. 83., ubi quod quamvis pœna spoliantium cadavera defunctorum regulariter non sit ultimi suppliæ; hoc verum est non concurrentibus qualitatibus delictum aggravantibus. Et an occidens forjudicatum possit ipsum forjudicatum occisum spoliare, videndus est Agel. Scialoys in præc. forjud. cap. 17. n. 57.

Quid dicendum in non spoliante, vel vulnerante Cadaver, sed in dante Alapam Cadaveri Episcopi mortui ex odio: videnda est determinatio S. Congregationis Episcoporum, & Regularium facta sub die 27. Junii 1670. per quam Rev. Petrus Antonius Boccardus, qui impegerat alapam cadaveri Reverendissimi Moncalvi Episcopi Guardiae fuit condemnatus in pœnam exilii temporalis, arbitrio S. Congregationis, & talis pœna fuit decreta ab defectum plenæ probationis, & ob ætatem sexagenariam ipsius Boccardi, ut testatur Raynald. in observat. ad cap. 32. §. 4. & 5. à num. 523. ad 527. tom. 3. fol. mibi 152.

Hic pertinet animadvertere, qua pœna teneatur Officialis associans cadaver, ut crimen occultetur, Reg. Mattheu de Regimine Regni Valentia cap. 8. §. 8. à num. 98. ad n. 105. refert, quod fuit punitus pœna remigii per annos duodecim, sed per S. Cons. sub die 18. Martii anni 1699. hæc pœna fuit exasperata ad triremes vita durante contra Nicolaum Izzo urgentissimè inditiatum de hoc, & aliis criminibus, reformato in pejus decreto M. C. V. per quod extiterat condemnatus ad serviendum in Regiis Triremibus per septennium, ut dixi in practic. Observat. SVM.

S U M M A R I U M.

- 1 **S**acrilegii species traduntur.
- 2 **P**œna sacrilegii an possit extendi usque ad mortem; referuntur decisiones tam antiquæ, quam recentiores, & u. 3.
- 4 **E**t quid in furripiente rem Sacram, nempè Patenam modici valoris, an sit afficiendus poena ultimi supplicii.
- 5 **D**ecisio Reg. Sanfelic. in dubium revocatur ex novissimis rebus judicatis allatis per D. Crisp.
- 6 **P**œna sacrilegii num subingrediatur, si res sacra à loco propbano fuerit ablata; vel non sacra de loco sacro. Et furti actionem dari non autem sacrilegii concludit Harprect. cuius verba transcribuntur, num. 7. Et an distinctiones supra tradite per Autorem, & per Harprect. deferire videantur in Regno, num. 8.

C A P U T XIII.

De Sacrilegio.

- S**acrilegii plures sunt species; sed nos decrevimus verba facere de illa sacrilegii specie, quæ committitur subripiendo rem sacram de loco sacro. Quod crimen est capitale ex text. in l. sacrilegii 6. in princip. ff. ad leg. Iul. pecul. laudat facta, §. locus ff de pœn. quod admisit in quocumque sacrilegio, Reg. Matthei controver. 36. num. 18. sed relata communione opinione num. 19. afferit, quod aliqui ex DD. allatis loquuntur concurrentibus qualitatibus aggravantibus, nempè violentiæ, 2 fracturæ, furti magnitudinis commissi cum reiteratione, vel nocturno tempore; quo casu poena erit extendenda usque ad mortem naturalem.

Hanc opinionem in praxi receptam legimus in Regno apud Reg. Sanfelic. decif. 35. ubi

- 3 fuit judicatum per M.C.V. esse reum mortis Ioannem Dominicum della Rocca, qui subripuit linteamina Altaris ex fericò confecta valoris ultra unciam existentia in Ecclesia S. Mariæ Salutis, & similiter esse furcis suspendendum Andream de Mauro, qui subripuit ab Ecclesia argenteas tabulas affixas ante imaginem Beatæ Virginis ex voto fidelium; accedit alia decifio 243. num. 4.

par. 2. ejusdem Reg. Sanfelic. qui refert ne-dum furca suspensum, sed raptatum, & ma-nu amputatum Antonium Mandari inquisi-tum de furto Pixidis Sanctissimi Sacra-menti, etiam cum scissione Custodiæ cum scarpello in Ecclesia Jesus Mariæ, & alias consimiles decisiones, quæ prodierunt de anno 1672. contra Antonium de Palma, & alios, refert D. Crisp. in Theorie. & practic. Crimin. tract. 4. de Crimine sacrilegii nu. 25. Difficultas superesse videtur in subripiente rem sacram, nempè patenam modici valo-ris; an sit afficiendus poena ultimi supplicii; & apud Reg. Sanfelic. in superius citata decif. 243. num. 6. in fine, habetur suisse con-demnatum ad furcarum suspendia Mini-cum della Sala captum cum patena argen-tea modici valoris, quam ab Ecclesia subri-puerat. Verum contra dictam decisionem 5 insurgit D. Crisp. in citatis locis à num. 35. ad 39. ubi nedum illam expugnat tamquam nullo fundamento innixam, & contra com-munem Doctorum sententiam, & contra doctrinam Paul. de Castro ab eodem laudati; sed contrarium passim judicatum testatur per M.C.V. & signanter de anno 1673. in personam Dominici Febbo, qui non aliter fuit damnatus poena mortis, sed mulieratus fuit flustigatione, & perpetua remigatione ob furtum patenæ valoris carolenorum 28. à Sacristia Sanctæ Mariæ della Concordia, quamvis imputaretur etiam de ablatione Mappæ ab Altari S. Laurentii valoris caro-lenorum quindecim, apud Scribam de Feli-ce in Banca olim de Caro.

Major est difficultas num subingrediatur cri-men sacrilegii si res sacra à loco profano 6 fuerit ablata; & in subtrahente rem non sa-cram de loco sacro: in primo casu distin-gendum arbitratur Anton. de Mattheiis hoc tit. cap. 3. num. 3. inter scienter abstulen-tem rem sacram, & ignoranter, nam in pri-mo casu erit sacrilegium; in secundo fur-tum, nam non locus, sed res sacrilegium fa-cit ex Constitutione Severi, & Antonini.

Quod poena sacrilegii Jure Canonico tenetur ille, qui rem non sacram de loco sacro fur-to subtraxerit, adeo cap. si quis contumac- 16. & Can. quisquis caus. 17. q. . . . Clar. §. sacrilegium num. 1. DD. apud Reg. Sanfelic. decif. 243. num. 3. in fine; sed furti actionem dari non autem sacrilegii concludit Har-prect. in §. Item lex Iulia peculatus 9. tit. In-stitutus de publicis judiciis nuov. 14. & 15. to. 4.

F. f. cuius

cujus verba: *Atqui de contrario si res non sacra, sive profana ex loco sacro furtu fuerit subtracta, & hujusmodi rei nomine furti actionem dari, non sacrilegii, disertè respondit Marcian. in l. Divi Severus 5 ff. ad leg. Jul. peculat. sed buic contradicere videtur Claudius Saturninus in l. facta 16. §. locus 4. ff. de pœn. cum sic ait locus facit, ut idem vel furtum, vel sacrilegium sit; & capite luendum, vel minore suppicio. Quibus indicare voluisse videtur Iure Consultus, quod re privata ex loco sacro ablata sacrilegium committatur. Quo circâ Cujac. lib. 13. observ. cap. 19. opinatur istam l. 16. §. locus, esse correctam per d. l. 5 ff. ad l. Jul. pecul. Verum jam autem ostensum est, legem Pandectarum per aliam l. Pandectar. ne riquam corrigi. Ideoque bic nodus aliter solvendus est, & respondendum prefatam, l. aut facta 16. §. locus 4. ff. de pœn. non esse accipiendam de re privata, sed sacra, vel publica: Nam si talis res ex loco sacro surrepta fuerit, sacrilegium: si ex privato, furtum committitur. De re siquidem privata text. iste intelligi nequit propter allegatam, l. 5 ff. ad leg. Jul. peculat. que clare decidit, eum qui privatam pecuniam in æde sacra depositam abstulit furem esse, non sacrilegum, & banc in sententiam inclinat etiam D. Collega Bocer. dict. tract. de pœn. furtor. criminalib. cap. 2. num. 35.*

- Sed hæc distinctio parum deservire videtur in Regno, dum apud Reg. Sanfelic. in superius citata decis. 35. fuit inficta pœna ultimi supplicii in sacrilegio improppio, quod erat furtum rei non sacræ excedens unciam, ut advertit idem Reg. Sanfelic. in dec. 243. num. 5.

S U M M A R I U M.

- 1 **P**OENafurti an de jure cōmuni sit pœna summi supplicii, & quid fuerit statutum per leges uniuscūjusque Regni, Populorum crescente malitia, & rapacitate, nu. 2.
- 3 Harprect. verba tanquam singularia afferruntur, ibid. Et quid fuerit statutum in Regno nostro per Carolum II. Andegavens. in capit. Regn. Adhoc, demonstratur, n. 3.
- 4 Pœna mortis statuta in cap. Regn. Adhoc, an dura visa fuerit, non concurrentibus qualitatibus delictum aggrauantibus.
- 5 Pœna ordinaria vindicat sibi locum, concurrente qualitate violentie commissæ ar-

mata manu, vel concurrente qualitate faltatis.

- 6 Furtum excedens unciam, ad hoc ut pleatatur pœna mortis, an constare debeat de valore unciae tempore, quo fuit latum capitulum, vel de tempore præsenti, quo fuit commissum delictum.
- 7 Furtum magnum à pluribus commissum, si facta divisione quantitatis furtae, portio uniuscūjuslibet non ascendet ad summam statutam, an omnes teneantur pœna mortis.
- 8 Fur, qui confessus est furtum commissum, non constito de corpore delicti, an pœna ordinaria teneatur; Et quid si ex pluribus furtis, que commissum fateatur, unum, vel duo in genere verificentur, an fur laqueo suspendatur, quamvis reliqua furtæ verificata non extiterint, num. 9.
- 10 Delictum in genere in criminis furti auverificetur presumptionibus, & conjecturis ad infligendam pœnam ordinariam.
- 11 Et quid si circumstantie in confessione adjectæ correspontent cum confessione principalis, qui fuit furtum passus.
- 12 Et quid in furtis Campanæ.
- 13 Delicti corpus, quando non concurrit in criminis furti in terminis pœnae triremium impositum in Pragm. 10. de emption. & vendit. quamvis concurrat rei confessio, non erit locus pœnae triremium contra fures confessos.
- 14 Pœna triremium per decennium. tenetur in Regno fures, aut receptantes res furativas, aut ejus auxilium præstantes, etiam si sint Pater, Mater, & cæteri consanguinei, & affines.
- 15 Et quid quando principales furtum committentes non venirent plectendi pœna ordinaria triremiuin.
- 16 Pœna contra conjunctos receptatores rerum furatarum, ad hoc ut teneantur pœna bujus Pragm. an requiratur nedum consanguinitas, & receptatio, sed etiam scientia furti commissi.
- 17 Fures condemnati pro primo furto, inquisiti demum pro secundo furto tenentur ad pœnam triremium per decennium; Et quid si pro primo furto fuerit latum decretum, quod carcer cedat in pœnam, ibid.
- 18 Furtum an committatur, quando res non fuit contrectata de loco ad locum.
- 19 Fur an possit ratione contrectationis puniri à Iudice loci, ubi res fuit contrectata;

Et

C A P U T XIV.

De Criminibus non atrocioribus, & nonnullis levioribus.

- Et quid quando furtum committitur in Territorio Baronis, & contrectatio fit in aliqua Terra demaniali, ibid. Et quid quando Baro habet privilegium cognoscendi de delictis commissis extra Territorium, ibid.*
20. *Et quid si Iudex contrectationis non beat informationem super delicto in genere.*
21. *Furti appellatione an veniat crimen truffæ.*
22. *Pœna truffæ an sit exiliaris, vel triremum. Et an rei absentes citentur ad depонendum, ibid. Et quid in crimine falsi, num. 23.*
24. *Furti actio an detur ad querelam mari- ti. Et quid si uxor rem furatam restituere voluerit, an detur juramentum in litem pro restituzione rei furatae, num. 25.*
26. *Furti actio an detur Patri pro furto facto à filio emancipato, & quid è contra, & an Iudex possit criminaliter punire consanguineos de crimine furti, ibid. Et an remissio obtenta per filium liberet socios, ibid.*
27. *Furtum commissum per filium naturalens an puniatur uti furtum domesticum.*
28. *Furta domestica an plectantur pena mortis, adestis legibus Romanis.*
29. *Furtum an committatur in re communi.*
30. *Et an socius accusatus à socio de furto teneatur actione civili.*
31. *Furti actione an teneantur inventores rerum incertarum deperditarum.*
32. *Furti actione an teneatur Tabellarius, seu Nuntius, qui aufugit, subtrahit pecunia, vel subtrahit rebus alibi deferendis.*
33. *Furii pœna, & privationis officii an teneatur habens custodiam frumenti publici, si faciat panizare frumentum proprium, relieto in borreis frumento publice Annona.*
34. *Fur an possit condemnari ad paenam corporalem, & ad restitutionem rerum subtratarum, si non constet de furto, quam per solius partis offensæ demunciationem. Et an sit locus juramento in litem pro liquidatione quæ arsritatis furatae, ibid.*

In ter crima non atrociora numerari potest furtum, ex quo fures lege divina Mosaica non plectebantur poena capitali, ut superius diximus. Nec jure communi indistincte statuebatur pœna summi supplicii, ex quo conveniens non visum fuit, ut qui in ære deliquit in corpore puniretur, dum nulla adest proportio inter vitam, & bona, eruditissimus Anton. de Matthæiis de criminib. ad lib. 48. ff. de furtis tit. 63. num. 4. ibi: Nummos abstulit, non vitam tibi; Cur amittat vitam, cum satisfacere nummis possit? Ademit, quod restituiri potest, cur admittatur ipsi, quod restitui non potest, & in eodem loco num. 3. vers. abstulit, dixerat; Nulla proportio justa est inter furcam, & quinque solidos.

Verum ad refrenandam populorum crescentem malitiam, & rapacitatem, & ad conservandam publicam tranquillitatem apud plerosque fuerunt sèpè sèpiùs promulgatae leges constituentes pœnam summi supplicii, prout in Germania ex Constitutione Caroli V. constitutum testatur Harprecht. in §. pœna manifesti 5. Institut. de obligation. que ex delicto nascuntur num. 8. & 9. qui num. 16. inculcat rationem superius assignatam, his verbis: Idcirco, & Magistratus pro Reipublice necessitate modum pœnarum statuere, adeoque decernere potest, ut fures Severius coerceantur, furcaque suspendantur, quo salus communis propagari, paxque, & tranquillitas publica in mundo commodius conservari queat.

Quare in Regno nostro Carolus Secundus Andegavensis in cap. Regni, Ad hoc sub tit. de furtis, statuit, ut quicumque furtum in rebus unum augustalem valentibus commiserit, fustigetur; & signetur in fronte, ac à tota Provincia banniatur; Qui autem furtum commiserit ultra augustalem, usque tamen ad unciam, puniatur pœna amputationis manus: Extensa pœna usque ad mortis supplicium contra illum, qui ultra unciam furatus fuerit.

Cujus legis dispositio semper in Regno dura viva fuit uti emanata sic exposcentibus illis

F f 2 tem-

temporibus, quibus malefactoribus grassantibus opus erat exemplo, ad text. in l. aut facta §. fin. ff. de pœnis, & ideo nunquam receptam, nec practicatam vidimus, nec quoad furtum infra augustalem, nec quoad ad pœnam amputationis manus; nec quoad pœnam mortis pro furto infra, & ultra unciā, nisi esset magnum furtum, vel concurrent qualitates illæ, nempè discussio- nis domorum, vel usus Clavium adulteri- narum, vel furtum esset commissum à per- sonis utentibus barbis adulterinis, juxta de- cisionem Gizzarelli. i 3. quem sequitur Reg. Sanfelic. decis. 35. decis. 36. & 39. num. 5. & decis. 272. tom. 2. ubi fuit practicata pœna ultimi supplicii in magno furto, quod ascen- debat ad suminam ducatorum quincento- rum.

Præterea prescriberet sibi locum capituli di- spositio si furtum proponeretur commis- sum, nedum cum qualitate sacrilegii, juxta decisiones per nos allatas in tit. de sacrilegio, ubi hæsitavimus de pœna ordinaria in sacri- legio modici valoris, sed similitè vindica- ret sibi locum concorrente qualitate vio- lentiae armata manu, maxime cum comiti- vâ noctis tempore. Itus hanc Civitatem, juxta decis. D. de Frâncis. f 70. vel concur- rente cum furto qualitate falsitatis, juxta decisiones anni 1670. quas refert D. Crisp. in tract. crimin. tract. 13. cap. 3. de pœnis furto- rum num. 47. 48. & 49. accedunt Regnicole allegati per D. Anton. Police de præbemin. Regiarum Audientiar. tit. 10. cap. 28. num. 30. tom. 2.

In terminis superius citati cap. ad hoc quo cau- tum fuit, ut in furto excedente unciam au- 6 ri fur plectatur pœna summi supplicii; vidi pulchram excitatam quæstionem, num in- telligi debeat de valore uncia temporis, quo fuit latum Capitulum, vel de valore uncia temporis præsenti, quo fuit cotmmissum de- lictum, quo crevit valor uncia auri, usque ad ducatos 18. & quod intelligi debeat de valore tempore delicti perpendit doctissi- mus Reg. Rosa resol. 29. num. 16. & 17. par. 3. quem ego sequutus fui in mea præ- sentat. instrument. cap. 4. num. 160. ubi ad- duxi Bened. Carpzov. in terminis loquen- tem.

Dum diximus, quod furtum magnum plecti- tur pœna summi supplicii, ulterius progre- 7 dimur, quid dicendum si furtum magnum fuerit à pluribus commissum, & facta divi-

sione quantitatis furatæ inter Socios, unius- cūjuslibet portio, quæ ex re furata perve- nit non excedit summam statutam ad pœ- nam mortis. Omnes esse immunes à pœna ultimi supplicii ex Berlicbio, & Carpzov. in præc. crimin. par. 2. qu. 7 8. nu. 37. & sequent. advertit Brunneman. de proces. crim. cap. 9. de pœnis, num. 83. in fin. Sed in contrarium de- certat Crisp. in Theorie. & præc. crim. tract. 13. cap. 3. de pœnis furtorum à num. 32. ad 54. & Calà super prag. 11. de empt. & vend. par. 3. à num. 36. ad 39.

Illud insuper animadvertere non erit omitten- 8 dum, quod furtum commis- se si quis con- fiteatur, attamen de corpore delicti non constat, reus non potest pœna ordinaria delicti puniri, sed bene arbitraria ex Paul. de Castr. in austb. sed novo jure n. 8. in fin. C. de servis fugitiv. latè Benedict. Carpzov. quest. crimin. par. 2. q. 8 1. num. 59. Imò Farinac. de inquisit. quest. 2. num. 15. voluit quod ad condemnandum de furto confessum, etiam præcedentibus indiciis, esset verificanda confessio, perquirendo loca, in quibus fas- sus fuit pecuniam abscondisse, adhoc ut ex pecunia inventa dicatur verè constare de corpore delicti, alias reus esset dimicen- dus cum cautione, non verificata ejus con- fessione in tortura facta, juxta casum per eum relatum.

Limitatur tamen, quando quis plura furtæ 9 commis- se fateatur, tunc enim si unum, vel duo verificantur, & de locis, & perso- nis, quibus facta sunt constet, fur laqueo suspenditur, etiam si reliqua non sint liqui- data, & verificata, juxta decis. Gram. 48. & Bajard. ad Clar. §. Furtum nu. 27. sed hoc in desuetudinem abiisse dixit Campana de forjud. resol. 16. num. 11. sed pro opinione Grammatici stat Carpzov. in præc. crimin. in supracit. qu. 81. nu. 13. & 14. relatus per D. Hieronymum Calà super Pragm. 11. de empt. & vendit. p. 1. n. 19. & 20.

Delictum in genere in criminis furti quamvis 10 probari possit præsumptionibus, & conje- cturis, cum sit delictum difficilis probatio- nis, in quo non remanent vestigia; nihilominus hæc communis DD. assertio intelli- genda est quoad inquirendum, torquendum, vel ad pœnam extraordinariam, non autem ad damnandum reum pœna ordina- ria, pro qua exiguntur plenæ probations super corpore delicti, etiam si reus confes- sus sit, ut post Guazzin. ad defensam reor. de-

Tractatus Criminalis Analyticus.

229

defens. 4. cap. 5. circa corpus delicti num. 5. Matthæu controv. 35. à num. 13. ad 32. ubi sic resolutum refert, & dixit Foller. in pract. crim. in verb. capiat informationem num. 17. plenè Raynald. observ. crim. cap. 14. nu. 309. cum seq. tom. 2. sed contradicit Carpzov. in pract. crim. qu. 81. à num. 13. ad 17. par. 2. ubi quod fure confessio, si circumstantiae in 11 confessione adjectæ corresponteant cum confessione principalis, qui fuit furtum passus, adeò quod verificatur delictum tam circa personas, quam locum, & res furatas, non potest dubitari de corpore delicti, nec de pena mortis; imò subdit hoc procedere etiam si pecunia, vel alia res ablata indicata Magistratui adhuc non extet, sed consumpta reperiatur, & postmodum fur confiteatur.

Et quamvis Reg. de Ros. in pract. crimin. par. 1. cap. 1. num. 20. stet pro opinione, quod sufficiant conjecturæ ad probandum corpus delicti hujus criminis, maximè si fuerit furtum pecuniae, quod non solet hominibus manifestari; Verum ego ejus opinionem intelligendam puto in furtis in via publica, de quibus paulò inferius loquitur, in quibus hodiè per Prag. 30. in §. 20. de exilibus, 12 est provisum, ut in furtis campaneæ sufficiat conquestus principalis disributi, & non requiratur probatio existentiae pecuniae, & identitatis bonorum furto subtractorum.

Accedit in terminis poenæ triremium statutæ per Pragm. 11. de empt. & vend., quod def. 13 ciente corpore delicti in criminе furti, quamvis adsit furis confessio, & concurrant indicia resultantia ex consuetudine furandi cum conquestu Partis querelantis, si tamen aliundem non constet de corpore rei furto subtractæ, nequè erit deveniendum ad poenam triremium contrà fures confessos, sed tantum infligi potest poena relegationis, exilii, vel fustigationis, ut post Carpzov. & Berlicb. declarat in terminis Calà in commentar. ad eandem Prag. par. 1. cap. 4. à num. 16. ad 18. Et ratio est, quia poena triremium statuta per dictam Pragm. habetur ut poena ordinaria, & proindè poena extraordinaria erit infligenda in alio genere poenæ, juxta tradita per Nos in observ. ad singul. nostri Genitoris 197. à n. 19. cum seq. & in observ. 83. n. 20.

Illiud animadvertere non erit omittendum, quod fures, aut res furtivas receptantes, aut eis quomodolibet auxiliu. præstantes,

etiam quod sint Pater, Mater, Filii, Fratres, Consanguinei, & Affines puniuntur, 14 si homines sunt, poena triremium per decennium; si autem foeminae poena fustigationis, & exilii extrà Regnum, Pragm. 11. de empt. & vendit. in §. 2. ad materiam Reg. Sanfelic. decis. 343. num. 13. & pleniū Dom. Crispus in Theor. & pract. crim. tract. 12. de furtis, cap. 3. de penis fuer. à nu. 99. cum seq. ubi ad intellectum hujus Pragm. tradit, quod durum esset, attenta æquitate servare illius dispositionem, quandoquidem si principales furtum committentes non plectuntur in praxi, nisi poena exiliari, 15 æquum non videtur, quod receptantes, vel celantes res furatas teneantur poena triremium; ex quo sequeretur, quod accessorium teneretur ad majorem poenam, quam principalis, quando saltē illius naturam sequi deberet, & proindè concludit totum esse repositum in prudentis Judicis arbitrio.

Ulterius adhoc, ut conjuncti receptatores 16 rum furatarum teneantur poena hujus ædi- Eti, requiritur nedum consanguinitas, & re- ceptatio, sed scientia, quæ involvit furti participationem, ex qua videntur opem præstare juxta sensum DD. laudatorum per D. Calà super Prag. 11. de empt. & vend. cap. 17. à n. 59. ad 65. & juxta quæ nos diximus in terminis expensionis monetæ adulterinæ in practic. observ. 30. num. 12. & 17. ubi quod scientia est plenè probanda.

Demùm animadvertere oportet, quod si fures 17 pro primo furto condemnati extiterint, & post finitum tempus condemnationis inquirantur, pro quocumque indicio, ad triremes condemnantur per decennium, juxta Pragm. 11. §. 6. de empt. & vendit. hinc hæsi- tari contingit, an si fur pro primo furto ob- tinuerit decretum, quod carcer cedat in penam, dicatur proindè condemnatus ad fi- nem, ut pro secundo furto incidat in po- nem dictæ Pragm. Theor. in compend. verb. poena debita reo, fol. mibi 266. affirmativè decisum refert per M. C. V. adhibitis tribus Judicibus civilibus adjunctis ob paritatem votorum, sed facta postea relatione in Coll. Cons. per tunc Reg. Cons. Sanfelic. fuit re- vocatum decretum M. C. V. Et ratio est, quia per decretum, quod carcer cedat in penam, non poterat verè dici condemnatus, & allegat Vulpell. cons. crimin. 6. num. 8. & proindè ordinaria remigrationis poena pro- sc.

secundo furto irroganda non est, ut defendendo terminos istius decisionis comprobat *Dom. Hieronymus Calà super Pragm. 11. de empt. & vendit. cap. 11. num. 8. & 49.* & de viribus hujus decreti diximus in observat. ad singul. 320. à n. 2. ad 5.

Illud erit sciendum, quod furtum non committitur, quandò res furata non fuit contrectata de loco ad locum, & non deferratur ad locum destinatum, per *Textum in l. si quis uxori, §. neque verbo ff. de furtis, latè Farinac. in tract. de furt. quest. 194. à num. 48.* accedit decisio allata per *Maresc. de legib. publicor. Judicior. Glos. 7. fol. 228. num. 55.* Sed quod contrectatio fit aliquando verè cum ablatione rei, & aliquando siè per translationem ad alium usum contrà voluntatem Domini, & tunc non est necessaria amotio, sed sufficit rem attractari lucrandi animo, *Carpzov. in prax. crimin. p. 2. qu. 85. n. 1.*

Ex quibus principiis descendit illa questio; an fur qui rem furatam in uno Territorio asportavit in aliud, & ibi cum ea fuerit captus, an possit ratione contrectationis puniri à Judice loci, ubi fuit contrectatum? Et ad favorem ipsius Judicis, ubi fuit contrectatum, bis decisum refert *Capyc. decif. 104. & Vincent. de Francb. decif. 681.* decisum refert, furem suisse remissum ad locum commissi furti, quia non apparebat in processu de contrectatione bonorum furto subtractorum Neap. Sed quod etiam existente dicta contrectatione esset facienda remissio ad locum commissi furti, defendit adversus dictam decisionem *Anton. Meren. lib. 24. cap. 89. num. 72. & 73.* accedit ex modernioribus *D. Hieronymus Calà super Pragm. 11. de empt. & vendit. cap. 18. à n. 93. ad n. 99.* ubi stat pro Judice, ubi fur fuit deprehensus cum re furto subtracta, vel cum illius pretio, & *num. 100.* limitat, quandò furtum committitur in Territorio Baronis, & contrectatio in aliqua Terra demaniali, quia tunc semper erit præferendus Baro, qui habet jurisdictionem in dominium Regio Officiali habenti jurisdictionem in exercitium, & *num. 102.* limitat quoque quando Baro in cuius Territorio fuit furtum commissum, haberet Privilegium cognoscendi de delictis commissis extrà Territorium, nisi Baro, in cuius Territorio fuit fur deprehensus haberet cōsimile Privilegium. *Et quid, si Judex contrectationis non habeat*

informationem de delicto in genere, ex quo 20 inquisitio fuit formata à Judice delicti, vi-dendus est *Capiblancus super Pragm. 8. de Baronib. par. 2. n. 138. & 139. & Calà,* qui nulla de *Capiblancus* mentione facta, *n. 105.* tradit cautelam adeundi superiorem, ut compellat Iudicem loci delicti ad remi-tendum furem cum furto, & processu.

*Animadvertisendum restat; an crimen truffæ veniat appellatione furti, ita quod comprehendatur sub dispositione Pragmat. 11. de empt. & vendit. Et negativè resolvit D. Hieronymus Calà super d. Prag. 11. de empt. & vendit. cap. 2. à num. 112. ad 114. ubi ita Romæ resolutum refert ex *Scannarolo* ex quo statuta sunt intelligenda de furtis habentibus propriam furtorum naturam, non autem de furtis impropriis, prout est truffæ.*

*Pœna igitur truffæ est exiliaris, & judicatum refert *Thor. in 3. part. sect. 3. V. Truffator, fol. 387. Novar. dec. 172.* & ideo per M. C.*

*22 citantur ad deponendum, & quod civiliter agatur, ut testatur idem *Thor. in prim. part. compend. eod. V. Truffator fol. 558. col. 2.* quamvis apud *Reg. Sanfelic. decif. 42. num. 9.* fuerit ad triremes damnatus quidam filiatorius, qui truffavit sericum, & aufugit, finendo decoxiisse, vide *Calà super Pragm. 11. de empt. & vendit. p. 1. cap. 20. à nu. 112.* circa pœnam truffæ videndum est *Raynald. ob-serv. crimin. cap. 14. à n. 15. cum seq. tom. 2.**

*Illud sciendum erit circa citationem ad depo-nendum, quam servari diximus in crimine 23 truffæ, nunc servari quoque dicimus in crimine falsi, quamvis vidisse expeditas ci-tationes ad informandum testetur *Reg. Ro-vitus super Pragm. 4. de falsis num. 29. & decif. 2. in princip.* Et prius practicatum di-xerat *Io: Thomas Alphan. in addit. ad Margarit. fisci Nunt. Tartagl. ad c. 8. prax. crimin. fol. 32.**

*Neque furti actio datur contra uxorem ad quærelam mariti; imò quod neque postulari possit actione expilatæ hæreditatis, ex Antonio de Matthæis, & Cruso advertit D. Calà in locis supra cit. n. 121. 122. & 123. Et licet furti actio non detur marito contrá uxorem, vel è contra, si tamen rem fura-tam restituere noluerint, dabatur contra eos juramentum in item pro restitutione rei furatæ, per *Text. in l. si cum Dos, §. fin. ff. rerum amatarum,* & potest is, cui res fura-ta est adire Iudicem, & illius officium im-plorare pro restitutione rei furatæ, alias ex offi-*

officio non potest Iudex criminaliter procedere pro dictis furtis; idem Farinac. à n. 108. ad. 111. & 112. Et quod in furto domestico debeat Iudex proferre sententiam juxta Patris voluntatem, ex eodem Farin. cit. loco.

Neque furti actio datur pro furto à filio eman-
cipato Patri factō, aut à Patre filio, sed da-
tur actio in factum simpliciter ad damnum;
Vide Giurb. cons. crimin. 68. num. 6. arg. l. si quis
uxori, §. si filius, ff. de furt. & quod de fur-
to domestico, & levi neque civiliter agi pos-
sit, dixit Andreas de Isern. in Constit. Regni
locorum Bajuli, versic. item habes ex Text.
in l. si liberto ff. de furt. Et quod Iudex non
possit procedere ex officio, nec criminaliter
punire consanguineos de crimine furti, dixit
Bartolus allegatus per Carpzov. in prax.
crim. p. 2. q. 82. n. 41. Et an furti remissio si
obtineatur per filium à Patre, liberet quo-
que Socios, & alios furti complices à resti-
tutione, videndus est Giurb. in cit. cons. 68.
n. 14. & 24.

Nec furtum commissum per filium naturalem
in bonis patris est punibile poena ordinaria,
quia dicitur furtum domesticum, etiamsi sit
magni valoris, vide Vermigl. cons. 26.

Furtum siquidem domesticum legibus Roma-
nis non plebitur mortis poena; Sed an id
recte procedat, vel rectius cautum sit sta-
tutis poenam mortis dictantibus; videnda
sunt erudita ratiocinia Anton. de Matthæis
de criminib. ad lib. 47. ff. tit. de furt. cap. 3.
num. 2. fol. 86. 87. & 88. ubi quod statuta
sunt strictissimè interpretanda, ita ut nihil
omnino derogent Iuri Civili.

Illud exquirendum restat: An furtum com-
mittatur in re communi; affirmant jura in
l. rei communis, ff. pro socio, l. si socius, ff. de
furt. Hoc tamen procedit, quando furtum
fuit dolo, vel fallacia socii commissum, Cabal.
resol. crimin. cas. 216. cent. 3. ubi refert suisse
absolutos accusatos à Domino de furto, vi-
de Carroc. dec. 33.

Et quod socius accusatus à consocio de furto
in re communi teneatur actione civili, inter-
posito decreto, quod suspensa criminalita-
te, &c. Vide Carrab. singul. 224. & Reg. San-
felic. decif. 147. tom. 1. Danza de pugna DD.
tom. 3. de indicis proximis, & remotis cap. 7.
num. 6. & 7.

Furti actione tenentur inventores rerum in-
certarum, seu deperditarum, si statim res
inventas praconizare non faciant, Gomez

3. variarum cap. 5. num. 2. Lagunes de fru-
titib. par. 1. cap. 25. num. 96. Reg. Sanfelic. de-
cif. 38. num. 11. ubi in fin. habetur suisse
transmissos ad Regias Triremes illos, qui
emerunt Saccarum in arcis repositum, in
quibus argentum repositum erat.

Furti plenam committit Tabellarius, seu nun-
cius, qui pecuniam alibi deferendam. fura-
tus, aufigit, Farinac. in cons. crimin. 96. n.
41. lib. 1. Cassan. ad Consuetud. Burgund. rub.
1. §. 5. vers. si aliquis simplex furtum num. 9.
Sed quod hoc casu sit dictanda solùm poena
extraordinaria perpetua, vel temporalis re-
legationis, vel etiam fustigationis pro quan-
titate pecunie ablatae, refert determinatum
Bened. Carpzov. quest. crimin. par. 2. qu. 85.
num. 79. ex Matthæo Berlicchio part. 8. con-
clus. 5 8. n. 2.

Item furti poena tenetur, & privationis officii
Administrator habens curam, & custodiam
frumenti publici, si faciat panizare fru-
mentum proprium, relieto in horreis fru-
mento publicæ annonæ, ex text. in l. si ali-
quid 6. de susceptorib. docet Raynald. obser-
vat. cap. 14. §. 21. n. 102.

Restat animadvertisendum, quod fur potest
condemnari ad poenam corporalem, & in
consequentiam ad restitutionem rerum fur-
to subtrahitarum in campis, liquidatione re-
servata, & licet res furatae non extent, nec
de illis aliter constet, quam per solius Par-
tis offendit denunciationem, & dandum
esse juramentum in litem tam respectu
quantitatis, quam aestimationis, ut deci-
sum refert Peguera decif. 23. in latrocinio
commisso cum armis in via publica, ex tex.
in l. si quando, C. unde vi, & idem esse pra-
eticandum in furto commisso de nocte, se-
miplene tamen probato ex acclamationi-
bus, ut ex Mascal. de probationib. conclus.
860. num. 13. vide Farinac. de furtis qu.
178. à num. 7. cum seq.

S U M M A R I U M.

- 1 **A** Bigeatus crimen quomodo, & ex qua-
ntitate animalium commi-
ttatur; Et quid data reiteratione. n. 2.
- 2 Poena abigeatus est mortis naturalis con-
tra illos, qui armata manu, idest cum gra-
fatione, & latrocinio abigunt.
- 3 Emendatio textus in l. 1. ff. de abig. tra-
dita per Cujac. revocatur in dubium per
Anton. de Matth. & expressè refellitur per
Harpocr. cuius verba transcribuntur ibid.
- 4 Abi-

- 5 Abigeatus pena ratione circumstantiarum redditur arbitraria.
- 6 Pœna mortis imposta contra fures an comprebendat abigeos.
- 7 Abigeatus pena an possit practicari contra capientes boves, & alia animalia aberrantia.
- 8 Abigeatus pena ad hoc ut quis teneatur, requiritur dolus malus, quia abesse videtur in capiente, vel detinente animalia aberrantia.
- 9 Pœna furti civiliter in quadruplum, & non abigeatus pena tenetur capiens animalia aberrantia in partibus Apuleæ; & an hoc procedat in ceteris Regni Provinciis, num. 19.
- 11 Lex, sive Statutum directum ad certum locum an procedat in ceteris locis, de quibus non loquitur.
- 12 Dobana Menapecdum Apuleæ an traxerit originem à Romanorum tempore, vel fuerit instituta per Regem Alphonsum I. Refellitur Reg. Tap. & transcribuntur verba Reg. Moles pro resolutione questionis, num. 13. 14. & 15.
- 16 Animalia aberrantia quoties reperiuntur; & ignoratur dominus, applicantur Baroni, in cuius territorio fuerunt deprehensa.

C A P V T X V.

De Abigeis, & illorum pœna.

Abigeatus est qualificatum furum animalium, quod committitur quoties pecora ex paucis, vel armentis subtrahuntur, & ad formandum crimen abigeatus requiritur, ut dolo malo equum, bovem, & ex ovibus, vel ex aliis animalibus minutis, puta capris, vervicibus, arietibus, hircis, agnibus, haedis, & similibus furripiantur ad minus decem, ex suis, seu porcis, quinque, vel quatuor, & ex equis, vel bobus, vel aliis majoribus animalibus, nempe mulis, asinis, tauris, & bubalis sufficit, ut subtrahatur unum ad text. in l. 1. §. ultimo, ff. de abig. Laut facta 16. §. quantitas, ff. de pœnis, Anton. de Matthæis de criminalib. ad lib. 47. tit. 8. de abigeis cap. 1.

Et quamvis qui ex supra nominatis animalibus minutis minorem numerum subtrahere-

rit, dicatur fur, & non abigeus, tamen data reiteratione, est abigeus, etiam si unum animal pro qualibet vice fuerit subtractum, ut ex Caball. Farinac. Gomez, & Cortiada docet Raynald. observat. criminal. cap. 13. §. 4. num. 100.

Abigeatus pœna est mortis naturalis contra illos, qui armata manu cum gladio, idest cum grassatione, & latrocino abigunt, ad text. in l. abigeatus crimen §. quamquam, & l. 2. ff. de abigeis, ubi quod ad bestias, vel ad gladium damnantur, ex quo sunt latrones magis, quam fures; verum Anton. de Matthæis in cit. tit. cap. 2. à num. 1. cum seq. monet, quod maxima est controversia, an genus abigeorum furantium à stabulo pecus sit plenus coercendum juxta d. l. 1. vel potius ille, qui abegit à Silva, juxta emendationem, quam tradit Cujac. qui advertit, quod verbum illud plenus, est legendum lenius, & verbum illud pœna gladii, intelligendum estè de ludo gladiatorio, & non de ultimo suppicio gladio irrogando; cujus Viri doctissimi argumentis assentire non videtur idem Author, sed hanc Cujacii emendationem & opinionem expressè refellit Harpact. in §. pœna manifesti 5. Institut. de obligat. que ex delicto nascunt. à num. 107. ad 109. Cujus Viri doctissimi verba hic transcribere lubet: Sed queri solet utrum ille, qui è stabulo pecus abegit gravius pœna debeat eo, qui è paucis pecus abegit? Et Cujac. quidem lib. 6. observat. cap. 8. illud negat; ac propterea à inde cum in d. l. ult. §. 1. ff. d. tit. ita scriptum esset, eum quoque plenus coercendum, qui à stabulo abegit domitum pecus, non à Silva, nec grege, ipse textum cum Greecis emendat, & pro plenus legit lenius; cumque bac maximè ratione motus, quod mitius, & levius puniendi sint, quibus non ita patet furandi copia è contrario verò durius, & acrius sint puniendi, quibus major patet, quam Cujacianam opinionem, & rationem licet summopere sibi placere, scribat Gotofred. ad l. ultim. §. 1. lit. A. ff. de abig. mihi tamen cum Hunn. in resol. ad Treuehler. vol. 2. disput. 30. tb. 2. lit. G. ep. 1. §. pag. 309. ea baud arridet. Cur enim qui pecus è stabulo abigunt, durius (ut Callistratus loquitur) plenus puniri debeant, quam isti, qui è paucis, vel grege abigunt, ratio in promptu est: Quod illi abigentum cum effractione committunt: Stabula quippe pecorum effringunt.

Ve-

Tractatus Criminalis Analyticus. 233

Verum hodiè hujus criminis poena redditur
5 arbitaria ratione circumstantiarum con-
currentium, adeoquod sepius reducitur ad
poenam extraordinariam, Caball. resol. cri-
minal. cas. 160. lib. 1. Carpzov. par. 2. qu. 86.
num. 36.

Ilud ad examen vidi revocatum an statutum
imponens penam mortis naturalis contra
6 fures, prout est statuta in hoc Regno per
Capit. ad hoc de furtis, comprehendat abi-
geos, qui sunt fures qualificati, affirmat
Carpzov. in cit. qu. 86. à num. 37. cum seq. ubi
per septem argumenta suam tuetur opinio-
nem, sed contrariam sententiam, per septem
alia argumenta meliora, & solidiora defen-
dit Raymald. in cit. cap. I 4. à num. 222. ad
num. 246.

Animadvertere non prætermittam, quod abi-
geatus pena non potest practicari in capien-
7 tibus boves, & alia animalia aberrantia in
partibus Apulæ, ubi est statuta pena qua-
drupli per Constitut. Regn. incip. delicti fines,
per quam sicut reformata pena mortis im-
posita, per aliam Constitut. Regn. incip. per-
venit, latè Affid. super d. Constit. Si vero
in alio loco, quam in Apulia animalia ca-
piantur, & detineantur etiam pro fida, &
diffida, capiens, & detinens punitur pena
furti, nisi statim assignaverit Bajulo loci, ex
Affid. in citat. Constit. pervenit in t. t. de
furtis, & latrociniis à n. 3. ad 4. quæ pena
etiam reducitur ad pecuniariam quadrupli.

Ratione confirmatur hæc nostra assertio; si
quidem ad committendum abigeatus cri-
8 men, requiritur dolus malus, sed dolus ma-
lus abesse videtur in capiente; vel detinen-
te animalia aberrantia, vel pro fida, & diffi-
da, sed tantum fieret locus actioni furtivæ,
quoties detinens non consignaverit anima-
lia Bajulo, vel Justitiario retinendo illa pe-
nes se animo celandi, & invertendi domi-
nium, ad text. in l. falsus creditor §. qui alienum,
ff. de furtis, Peguera decif. 29. à nu. 3.
ad 5. Caball. resol. criminal. cas. 160. n. 5. & 6.

9 Quæ actio furtiva in Regno non plectitur
poena furti corporali, sed reducitur ad pe-
cuniariam quadrupli, ut diximus juxta ter-
minos superius citatæ Constitut. Ut delicti
fines; Et cum satis clarus hoc advertat
Campag. in cap. Regn. ad hoc num. 120. sub
tit. de furtis, qui cum se non restringat in
10 partibus Apulæ; sed loquatur indefinite,
ideò ejus verba hic subiecte duximus,
cum possint deservire: *Littera 38. dictam*

regulam, & textum nostrum non procedere,
quando penes aliquem reperirentur anima-
lia aliena, & illa afferat invenisse oberran-
tia, vel de manu latronum eripuisse, & la-
tronem ostendere non potuit, & illa animalia
penes se retinuit, & non presentavit Baju-
lo, vel alii superiori, juxta dispositionem
Constitutionis Regni pervenit ad aures,
quia tunc licet possit tamquam furi puniri,
ut in dicta Constitut. pervenit, in tali casu
tale furtum non punitur pena mortis, ju-
xta dispository bujus Capit. sed punitur pe-
na quadrupli, juxta Constit. Regni, Ut de-
lictii fines.

Et quod lex, sive statutum directum à Princi-
pè determinatè ad unum locum Regni, di-
rectum censeatur in cæteris locis Regni de-
cissum habetur apud Thor. in compend. decis.
par. 2. verb. Pragmatica fol. 471. & exempla
adduximus in observat. ad sing. 179. nostri
Genitoris num. 6.

Ex quibus concurrunt tradita per Reg. Tap.
in commentar. super d. Constitut. pervenit
sub tit. 10. de abigeis lib. 5. Juris Regni, ubi
12 tradit d. Constit. locum sibi vindicare in Pro-
vinciis Apulæ, & dicit assignare rationem,
quam non assignavit Affid. nempe quod
major illorum territoriorum pars deseruit
pro pascuis Regiæ Curiæ, ex quibus, &
ex Dohana Menapecdum Rex noster ma-
ximos consequitur redditus, & proinde pa-
radoxum illud defendere conatur, nimurum
leges de Abigeis, latae pro animalibus, quæ
in dicta Provincia inducuntur fuisse condi-
tas, cum Romanorum tempore hoc jus Do-
hanæ fuerit cognitum; Sed salva pace tanti

13 Viri hoc non est ferendum, cum sit merum
sönnium, seu potius allucinatio, ut profite-
tur Reg. Moles in suis decisionib. in tit. de Do-
hana Menapecd. Apuleæ §. 1. à num. 8. ubi
14 constanter sustinet hoc Apuleæ Vectigal,
quod hodie exigitur apud Foggiam non
fuisse exactum, nec aliter institutum ante
Regem Alphonsum I. & ortum habuisse ab
anno 1642. & probare hoc nititur ex antiquis
Registris, in quibus perquirendis cum mul-
tum insudaverit, ideo nobis visum fuit ejus
verba hic transcribere, quæ sunt brevia, & se-
quentis tenoris: Sed nō est dicendum hoc Ve-
ctigal pecuarium, quod per Regem nostrum bo-
die percipitur eo modo, prout bodie exigitur,
fuisse exactum, vel aliter institutum ante
Regem Alphonsum Primum, quia esset ma-
xima allucinatio, nam autoritates prædi-

Etæ hoc non probant, & ex aliis compertum est; hanc fuisse novam ipsius Regis Alphonsi institutionem, & ante ipsum à retro Regibus non cognitam, nec perceptam quod probatur. Quiā perquisitis registris omnibus Regum prædecessorum ipsius Alphonsi, ut sunt Registræ Caroli Primi, & Secundi, & Roberti Regis, ac Regina Joanna Prima, Ladislai, Caroli Tertiæ, & Joannæ Secunde, quæ in Archivio Sicle conservantur, quibus perquirendis multum insudavi, nulla penitus mentio habetur de hoc jure Dobanæ Menæcudum, cum de aliis omnibus redditibus Regiis plenè in eis tractetur. Accedunt cætera ea, quæ diximus in nostra practicab. observat. 59. super Pragm. 79. de offic. Procurat. Cæsar. à n. 1.

Illud non erit sub silentio involvendum, quod quoties reperiuntur animalia errantia factis bandimentis; & Dominis non repertis, applicantur Baroni, in cuius territorio sunt deprehensa, ut pluries servatum profitetur Danza de pug. Doctor. toin. 2. de furtis cap. 4. ubi laudat Capibl. de Baronib. tom. 1. part. 8. nu. 241. & tom. 2. cap. 41. n. 2. accedit Borrell. de Magistrat. lib. 4. cap. 12. à num. 12. ubi testatur de hac praxi.

S U M M A R I U M.

1. **P**œna falsi tenentur facientes falsa testamento, quæ postmodum fuit extensa ad omnia instrumenta publica.
2. Falsi pœna tenentur, nedium illi, qui falsum testamentum fecerint, sed qui eo usus fuerit, & qui testamentum surripuerit, & qui ad accusandum, vel non accusandum innocentem, denunciandum, vel non denunciandum pecuniam acceperit.
3. Falsi pœna est capitalis etiam in Tabellione instrumenta publica falso fabricante; Et quid in Notario, qui aliquid addiderit, vel immutaverit in instrumento, ibid.
4. Pœna mortis est constituta in Regno contra Notarium confidentem instrumentum falsū.
5. Notarius an dicta pœna teneatur, si fabricaverit instrumentum falsum super contractu nullo, & invalido.
6. Notarius, qui non erat Notarius, sed publicè babebatur pro Notario, & plura instrumenta falsa conficerat, an teneatur pœna ordinaria falsi; Et quid in Notario, qui fuit officio privatus, & confecit instrumenta falsa tempore, quo non erat Notarius, nu. 7. Et quid in illo, qui non est Notarius, & confec-
- cit instrumenta publica de rebus verè gestis, an comprehendatur sub Constit. Regni, que loquitur de Notariis confientibus instrumenta falsa, num. 8.
9. Pœna falsi an teneatur ille, qui comisit crimen partus suppositi.
10. Pœna falsi an teneantur supponentes unam personam pro alia ad se obligandum; Et quid in supponente unam personam pro alia in donatione magnæ quantitatis, concurrente complicitate in falsitate, tam ex parte donantis, quam Notarii, & Judicis, ibidem.
11. Falsi pœna an teneantur seducentes, seu tentantes testes ad falsum deponendum; Et quid delicto non subsecuto, ibidem. Et quid quando fuit devenit ad actum consumationi proximum, ibidem. Et quid adversus virum nobilem, vel bone qualitatis, n. 12.
13. Pœna falsi an teneatur occultans, seu detinens testes ne examinentur.
14. Pœna falsi tenetur qui vivi testamentum aperuit.
15. Pœna falsi tenetur falsificans Provisiones Regias; Et an possit extendi pœna usque ad mortem, ibid. Et quid in falsificante rescriptum Proregis, n. 16.
17. Falsitas commissa in privata scriptura, qua pœna puniatur; Et quid in utentibus falsis testibus, vel falsis instrumentis, n. 18.
19. Falsitas ad hoc ut incurritur, an nedium requiratur productio scripturarum, vel testimoniū falsorum, sed etiam usus.
20. Declaratio circa usum, an requiratur, ad hoc ut pœna falsitatis incursa dicatur.
21. Traditur distinctio inter componentem falsum instrumentum, & inter utentem.
22. Declaratio circa usum, quamvis facta prævia instantia partis adverse, poterit declarans illam revocare, declarando se non usurum, usque ad sententiam.
23. Declaratio circa usum an sit facienda in causis criminalibus ante terminum datum ad facendas defensiones.
24. Pœna criminis calumniae instituentis falsam accusationem, quæ sit tam attentis legibus Romanorum, quam bodiernis moribus, & n. 25.
26. Testes falsum deponentes in causis capitalibus, qua pœna teneantur.
27. Pœna porrigentium capita falsa contra Officiale, quæ sit.
28. Calumniatores, & temerè querelantes, an sint condemnandi ad expensas.

CA-

Tractatus Criminalis Analyticus. 235

C A P U T XVI.

De Crimine falsi.

Crimen falsi descendit ex leg. *Cornelia de falsis*, quæ fuit à Cornelio Sylla Dictatore lata, est de testamentis, l. 2. §. capta 32. vers. deinde *Cornelius*, ff. de orig. iur. quare in multis locis testamentaria dicitur, ut bene advertit doctissimus *Harprecht*. in §. Item lex *Cornelia de falsis* 7. tit. institut. de public. judic. n. 1.

Postmodum hæc lex per S.C. Libonianum fuit extensa ad omnia instrumenta publica, sed non eadem poena, §. item lex *Cornelia Institut. de public. judic.* & post *Cujac.* & cœteros explicat *Reg. Matthæus de re crimin. contr.* 5. num. 14.

Tenentur hac lege non solum illi, qui testamentum adulterinum fecerint; sed qui eo usi fuerit, & qui testamentum verum amoverit, celaverit, eripuerit, deleverit, resignaverit, aut si quis falsum scriperit, vel vivo testatore aperuerit, ex l. 1. §. 5. l. 2. l. 17. l. 16. hoc tit. & l. cum qui 14. C. cod. explicat *Anton. de Matthæis de criminib. ad lib. 48. fff. tit. 7. cap. 1. de lege Corneli de falsis* nu. 2. & 3. qui num. 5. & 6. explicat verbum illud *subripuerit*, an sit referendum ad tabulas publicas, & testamenta; cum privatorum instrumentorum subreptorum crimen, non sit publici judicii crimen, cum coerceatur actione, vel extra ordinem vindicetur, ex l. qui tabulas, 25. ff. de furtis. Verum de Jure Regni nostri pro falso testamento, vel quasi falso non erit locus poenæ mortis, nisi in fabricante, ut ex Constitutione Regni laudatis Regnicolis advertit *D. Maresca de legibus publicor. judicior. de leg. Cornel. de falsis ylos.* l. §. 7. n. 57. fol. 526.

Tenentur hac lege *Cornelia de falsis*, qui in accusationem innocentium coierunt, quin ob accusandum, vel non accusandum, denunciandum, vel non denunciandum testimonium, pecuniam acceperint, l. 2. ff. de concus- sione. l. 1. §. 1. ff. ad leg. *Corneli de falsi*.

Hoc crimen est capitale ex l. fff. 5. C. cod. ubi *Dionis. Gotofred.* & ideo apud plures Mun- di partes statutum est, ut Tabelliones instrumenta publica falso fabricantes, & con- fidentes poena capitali plectantur, ut post

*Lucam de Penna, Clar. Petrum de Gregor. Muscatell. Salernitan. Grammatic. Anton. Fabr. & Thor. probat D. Matthæus controv. 38. num. 13. quod fuit extensum, etiam in Notario, qui dolose aliquid instrumento ad- diderit, vel mutaverit, vel debitas solemnites in testamento omiserit, ut advertit *Harprecht, in loco superius citato num. 29.* & an puniatur poena falsi Notarius, si confi- ciat instrumentum sine sollemnitatibus ju- ris? videndum est *Reg. Capyc. latro consultat.* 160. num. 3. lib. 1.*

In Regno poena mortis contra Notarium fal- sum confidentem instrumentum est statuta

4 per Constitutionem Regni *Judices ubique locorum*, quam Federici Constitutionem es- se in viridi observantia post *D. de Franchis infra citandum*, cum cæteris Regnicolis te- statut *Reg. de Philipp. diff. 14. num. 3. & 4.* sed poenam mortis non posse practicari, nisi in duobus tantum casibus, nempe quando falsitas est magna, & pluriæ iterata, existi- mavit *Reg. Cartiada dec. 88. n. 28. tom. 2.*

Restat difficultas num Notarius, ut falsarius plebi debet si fabricaverit instrumenta su- per contractu ex se nullo, & invalido, vel propter sollemitatum defectum, vel ex alia causa, & falsi poena ordinaria non esse subji- ciendum tuerit *Harprecht. in locis allegatis* à num. 29. ad 31. ex quo paria sunt actum non facere, quam facere inutiliter, & quod jure non subsistat, & proinde sit locus regu- læ, quod falsitas, quæ nemini nocet ordina- ria piena falsi vindicari non potest ex l. si quis 36. §. ultim. ff. de pignorat. action. cum aliis concordantibus, & instrumenta debent esse publica, & valida, ut poena ordinaria falsi subingredi possit, *Raynald. observat. criminal. in observat. ad cap. 18. l. 1. num. 15. tom. 2.*

Quare apud *D. de Franch. decis. 444.* fuit pu- nitus poena mortis Notarius ille, qui et si 6 non erat Notarius publicè habebatur pro Notario, & plura instrumenta falsa conse- rat; sed decisionem declarat *Giurba conf.* 96. num. 25. quem laudat *D. de Luca in ob- servat. ad dictam decis. num. 3.* sed semper exigerem ad practicandam poenam mortis, quod falsitas sit magna, & pluriæ reiterata *Reg. Cartiada decis. 88. num. 28. tom. 2.* quam Regni Constitutionem quamvis loqua- tur de Tabellionibus fuisse extensam ad Notarios ex Grammatic. in eadem Constit. & *Reg. Galeat. testatur. Reg. de Philipp. diff. 14. num.*

14. nū. 4. & 5. *Cafar. in Specul. Pereg.* qq. lib.
1. q. 8. num. 12. quos laudat *Raynald. obser-*
vat. crimin. cap. 28. §. 7. usque ad §. 15. n. 175.
tom. 2.

Quare pena ordinaria mortis non erit plectendus Notarius, qui sicut vere Notarius, sed
7 sicut ab officio privatus, & cons fecit instrumenta falsa tempore, quo non est amplius
Notarius, ut ex *Caball. cas. 66. advertit idem D. Anton. Police in locis supra allegatis n. 55.*
& *D. Raynald. in locis citatis num. 16.*
Et similiter non erit plectendus pena mortis
ille, qui non est Notarius, & cons fecit instru-
8 mentum publicum tamquam Notarius de
vere gestis; quia Constitutio, quae loquitur
de Notariis conscientibus instrumenta fal-
sa non est extendenda ad illum, qui non est
Notarius, ut in terminis consimilis legis te-
statutus decisum, *Reg. Matthei de Reginine Regni Valentiae c. 8. §. 8. num. 36.* ex quibus
solvitur decisio *D. de Franch.* quae fundatur
in reiteratione falsitatis.

Coeretur pena hujus criminis, crimen par-
tus suppositi, ad quam speciem lex Corne-
lia extensa sicut, ut ex modernissimis Eru-
ditis probat *D. Marefca de legibus publicor.*
judicior. de lege Cornelie de falsis glof. I. n. 41.
ubi deducit penam esse capitalem ex t. qui
falsam 19. S. 1. hoc tit. & in l. 1. C. cod. sed nn.
42. verf. Atq; firmat ex gravissimis Autho-
ribus non esse inflictam a jure penam mor-
tis, sed in libero homine esse penam exilio
absque bonorum publicatione.

Eadem pena falsi tenentur supponentes unam
personam pro alio ad se obligandum, vel
10 fidejubendum *Ursill. ad Affict. decis. 39. n. 7.*
& sive reum de suppositione personae dam-
natum pena exiliari, habetur apud *Sesse*
decis. 109. d. nū. 18. ad 22., quam decisionem
fundari in bona fide concludit *Raynald. ob-*
servat. crimin. in obseruat. ad cap. 18. §. 1.
num. 10. & 11. tom. 2. Verum in supponente
unam personam pro alia in donatione ma-
gnæ quantitatis concurrente complicitate
in falsitate tam ex parte donatarii, quam
Notarii, & Judicis sicut practicata pena mor-
tis per *M. Curiam*, ut testatur *Camill. Bor-*
rell. in summ. decis. 11. 18. de fide instrument.
num. 60. & 61. tom. 2. & in suppositione per-
sonae testatoris sive quoque dictatam po-
nam mortis testatur, *Boss. in præc. crimin.*
in tit. de delictu num. 36. & 37.

Tenentur eadem pena seducentes, seu ten-
tantes testes ad falsum deponendum, adeo

11 quod tenentur pena extraordinaria falsi,
Vr. ill. ad Affict. decis. 21. num. 3. Giurb. cons.
64. *Bajard. ad Clar. S. falsum nū. 12. Tbor. in*
compend. decis. par. 3. V. Testes, ut falsitatem,
fol 366. ubi quod non punitur tentans, nisi
fuerit subsecutum delictum, Mastrill. decis.
23. *num. 28. lib. 3.* sed contrarium decisum
per *Sac. Cons. refert Staib. in Observat.*
ad refol. 11. nū. 7. & 8. lib. 1. ad stipulatur *Reg.*
D. Michael de Cortiada decis. 88. num. 59. ubi
quod delicto non subsecuto tentans nulla
pena coeretur, etiam si tentans devenerit
ad aliquem actum remotum ex *Tbor.*
qui sic decisum refert in *decisione per nos su-*
pra citata; limitat tamen idem *Cortiada*,
quando fuerit deventum ad actum consum-
mationi proximum, nam tunc esset locus
poenæ extraordinariæ, & nec non rursus li-
mitat, quando tentans devenerit ad actum
remotum allocutionis cum ipso teste, & lau-
dat eundem *Tbor.* qui sic decisum refert in
Cod. rer. judicat. allegat. 46.

Limitatur, ut non procedat pena seductionis
testium adversus nobilem, vel bonæ quali-
12 tatis virum inquisitum de dicto crimine, ut
ex *Ifern. & Reg. Reverterio*, qui sic tradit
decisum per Regiam Cameram obseruat
Prat. in responsificali 23. nū. 91. quæ decisio
Reverterii allegata per *Prat. in manu-*
scriptis decis. 24. vol. 5. est 415. in recollectis
per Reg. de Marinis.

Pena quoque extraordinaria tenetur occul-
tans, seu detinens testes in domo sua ne
examinentur, sive repetantur, vide post
Caball. resolut. crimin. cap. 43. & cas. 273. lib.
2. *Mastrill. in decis. 225.* qui loquitur etiam
in subtrahente instrumenta, vel libros pu-
blici Mercatoris, & latissime scripta per
Prat. discept. forens. cap. 20. d. num. 87. cap. 3.
& num. 75. ubi docet Praxim M. C. Vic. de-
creti interponendi, quod testes babeantur
pro repetitis prævia instantia Fiscali, ac ca-
pta desuper informatione de occultatione,
sequitur *Petra super Rit.* I. 27. num. 10. 20. I.
& de hoc *diximus cap. 23. nū. 3. p. 1.* Et quid
si impedimentum per consanguineum, vel
amicum Rei inferatur, videndus est idem
Mastrill. in cit. decis. num. 11. & 12.

Pena legis Cornelie tenetur, qui vivi testa-
mentum aperuit; & plerumque in metal-
14 lum damnatur, vel in Insulam depor-
tatur ex text. in l. si quis aliquid, §. qui vi-
vi. ff. de penis, & eadem pena legis Corne-
lie tenetur, qui accipit pecuniam ab alio ob-
accu-

accusandum, vel non accusandum de crimi-
ne ad text. in l.2. ff. de concussionibus.

Eadem pena legis *Cornelie*. coercetur falsitas
commissa in provisionibus Regiis, & contra
15 falsificantem provisiones Regiae Cameræ
fuit exasperata poena usque ad mortem,
apud *Salernitanum* decif. 27. accedit Reg.
Reverter. decif. 302. quam decisionem re-
censet, Reg. de *Philippis in eis. disserr. fiscali*
14. num. 5. & 6. sed fortiter contradicit Reg.
Mattbeu contr. 38. ubi spreta decisione *Sa-*
lernitani refert decisum pro relegatione,
quamvis ageretur de liberatione depositi
ingentis summæ cum falsis mandatis Judi-
cis, accedit alia novissima decifio Regis Ca-
meræ, quam ostendit D. *Maresc. de legib.*
publicor. judicior. sub hoc tit. de lege Cornelie
glos. i. S. 7. *Cortiada decif. 8. 8. Gannaver. decif.*
18. ubi refert punitum poena relegationis

16 falsificantem rescriptum Proregis, vulgo
Viglietto di Segretaria, & U. J. D. *Dominicus de Falconibus* unus ex Auditoribus
Provinciæ Calabriæ inquisitus de falsifica-
tione subscriptionis D. Ferdinandi de Alar-
çon Præsidis, & Gubernatoris Provinciæ
prædictæ, & necnon de corruptela fuit dam-
natus ad poenam deportationis vita duran-
te, & ante exequitionem sententia fuit de-
gradatus, ut testatur *Caballcas.* 294. n. 344.,
& 395. ubi ex *Grammatic.* refert formam
talis degradationis, que fuit expleta asporta-
to degradando ab Exequitoribus ad for-
rum Magnum hujus Civitatis super Tha-
lamum, ubi consueverunt delinquentes ju-
stificari asportatis duobus libris legalibus
super quadam Tabella apud ipsum apertis,
& mox clausis; projecti deinde fuerunt in
Terram, & pariter elevato sibi bireto à ca-
pite, & anulo à digito per Ministrum Justi-
tiae fuit degradatus, & in insulam deporta-
tus.

Et quid in falsitate commissa in privata scri-
ptura, an puniatur, perinde quasi fuerit
17 commissa in instrumento publico, affirmat
Burrell. conf. 23. à num. 46. ad 47. videndum
est *Foller. in praxi par. 2. q. 93. num. 62. Reg.*
Mattbeu controv. 37. qui quamvis num. 4.
& 5. dicat quod poena legis *Cornelie* repe-
riatur extensa ad omnia instrumenta, &
privatas scripturas ex *Senat. Conf. Libonia-*
ne, & edito D. *Claudii tamen num. 31.* in
contrarium stare videtur.

Quæ falsitatis poena, quod hodie non sit, nisi
exiliaris, quæ succedit loco deportationis,

Farina. de falsitat. & simulat. q. 150. & deci-
suum per Sac. Cons. refert Thor. in compend.
decif. par. 3. V. falsitas commissa, fol. 47. ubi
agebatur de subscriptione falsa nominis Do-
mini facta à famulo in Apoca bancaria Ban-
co præsentata.

Quæ pena exiliaris procedit etiam in terminis
Pragmat. de falsis, per quam contra utentes
18 falsis instrumentis, vel falsis testibus ultra
amissionem cause imponitur poena juris
communis, quæ non est nisi exilii tempora-
lis, ut advertit *Rovitus ad eandem Pragmat.*
num. 17. post *Marantam conf. 38. nu. 14.*

Adhoc ut hæc falsitatis poena incurritur, re-
quiritur nedum productio scripturarum,
19 vel testium falsorum, sed etiam usus, ut di-
sponitur per *Pragm. I. sub hoc tit.* unde fa-
cienda erit expressa declaratio circa usum
prævia instantia Partis adversæ adhoc ut
poena incursa dicatur; ut dixit Reg. de Ma-
rinis cap. 78. nu. 3. & 4. lib. 2. suar. resol. & no-
quoque diximus in obseru. ad eand. *Pragm*
& ad singul. nostri Genitoris 150. num. 6. ub
laudavimus *Confiliar. Prat.* hanc praxim
20 extollentem; quamvis hoc in dubium re-
vocare tentaverit, D. Anton. *Police de præ-*
bemin. Reyiar. Audient. tit. 10. cap. 28. à nu.
58. ad 63. ubi tenet declaracionem circa
usum fieri solitam in causis civilibus non
tollere poenam falsorum testium producto-
rum super articulo falso, sed ejus argumen-
ta ruunt, ex traditis per *Francis. Mariam*
Pratum, qui fuit Magnus Criminalista, &
ex infra tradendis.

Hanc praxim veram agnovit ex exteris, &
eruditis Scriptoribus *Joan. Harprect. in §.*
21 *Item lex Cornelie 7. tit. Institut. à num. 32.*
ad 38. ubi assignando discrimin illud, quod
versatur inter componentem falsum instru-
mentum, & inter utentem, nempe quod il-
le ordinaria legis *Cornelie* poena coerceatur;
hic vero extra ordinem teneatur; notat di-
scriminis utilitatem inter unum, & alterum
casum; Siquidem ille qui falsum instrumen-
tum dolo malo fabricaverit, poenam falsi
non evitabit; quamvis instrumento usus
non fuerit, & profiteatur se numquam usu-
rum; ille vero, qui instrumentum falsum
ab alio factum produixerit, & uti cæperit,
liberabitur à falsi poena quoies penitentia
duetus destiterit ab usu instrumenti, &
declaraverit se non usurum instrumento
quamvis prius ad interrogationem adversa-
ri declaraverit se velle uti, & hanc declara-
tio-

tionem posse fieri profitetur, usque ad sententiam definitivam, imò post sententiam, quod firmat contra *Meunb.* ex *texc.* in *l. qui falsos 19. ff. ad l. Cornel. de fals. & l. si falsos 8.* C. eod. & ex aliis validis argumentis, quamvis re integra posse renunciari declaratiōnī cīrca usum factae dixit *Jo: Baptist. Ventrigl.*, in *praxi rerum notab. fori Ecclesiastici Annotat. 33. num. 8. par. 1.*

Sed advertendum erit in causis criminalibus, quod producens testes non potest compelli ad declarandum circa usum ante terminum datum reo ad se defendendum, ut ex *Anna, Vivio, & Riccio* diximus in *nostris obseru. ad Gallupp.* *par. 2. cap. 27. num. 1.* quibus nunc addimus eundem *Episcop. Ventriglia* in locis supra notatis *num. 5.*

Affine est cum hoc crimine, crimen calumniantoris instituentis falsam accusationem; causa 24 lumniator siquidem est ille, qui dolo malo falsum crimen intendit, quod crimen olim apud Romanos lege *Remmia*, seu potius *Mennia* lit. *K.* fronti calumniatorum inurebatur, ut in *L. S. 2. ff. ad S. C. Turpil.* & ex verbis *Ciceronis pro S. Rosci.* ad vertit *Anton. de Mattheis* ad *l. 4. 8. ff. de sententia cap. 3. de calumnia Accusatoris num. 1. & 2.* ubi docet, quod cum postea ex calumniatorum improbitate res deducta esset ad derisum, placuit severius agi statuta poena talionis, pergit ulterius dictus eruditissimus *Auctor* advertendo quod non sit illicet calumniator, qui non probat crimen, quod intendit; sed qui dolo malo falsum crimen obicit *texc. 4. 1. S. sed non utique, & S. seq. ff. ad S. C. Turpil. frustib. 16. C. ex quib. cauf. infam. irrog. l. 3. C. de calumniator.* & ad hoc comprobandum adducit quoque verba *Ciceronis pro S. Roscio.* Accedit *Basilico* *decif. 35.* ubi quod tale crimen coerceri potest actione, & poena arbitaria injuriarum, quae potest extendi usque ad mortem; cum successerit in locum poenæ talionis, quae statuta erat per legem decemviralem ex traditis per *Vberz. Gifan. in S. puen. Infit. de injur.*

Quæ sit poena moribus recepta hodiernis temporibus contra calumniatores, videndus est *Raynald. obseru. crim. cap. 18. S. 7. & nu. 1. ad 23. tom. 2.* ubi ex *Caball. refol. 166.* stat pro poena extraordinaria, dummodi calumnians non inducat falsos testes, vel non sit solitus falsas accusations proponere, quia tunc poena posset extendi usque ad mortem.

Contra tales testes falsum deponentes in causa capitali tam de jure communi, quam municipali hujus Regni adest poena ultimi supplicii, tamen adhoc ut practicari possit requiritur, ut falsitas habuerit effectum consumatum per condemnationem; alias delictum remaneret in simplici actentato non punibili poena ordinaria ex generali consuetudine totius orbis, & secundum istos terminos esse intelligendam Regiam *Pragm.* declarat, & decisum refert *Reg. Capyc. Latro decif. 172. à num. 22. ad 38. & nu. 22. vers. ex quibus*, accedit aliis relatis *D. Antonius Police de præmin. Reg. Audien. cap. 28. n. 48. & 49.* & quamvis afferantur decisiones in contrarium per *Cortiad. decif. 88. à n. 45. ad 57.* tamen illas declarat, *num. 48.* ubi quod suus Senatus nos semper utitur severitate poenæ ordinariæ contra falsos testes, sed aliquando mitius agit condemnando illos ad crimenes, vel ad poenam fustigationis. Verum in Regno in anno 1653. fuit practicata poena mortis contra testes, qui formaverunt imposturam contra Innocentem, & Advocatus, qui testes instruxerat ad instantiam Impostoris, fuit acriter tortus, ut legitur decisum per Regiam Junctam, apud *Prat. in respons. fisc. 23. n. 34. vers. dicitur*, de quo fuit memor *D. Maresc. in cit. glof. 1. S. 7. n. 34. vers. dicitur.*

Et quod in porrigentibus capita contra Officialem, & illa non probantibus, fuit practicata poena exiliaris extra Regnum in causibus, apud *Tasson. de Anteph.* *vers. sc. 1. obseru. 2. allegat. 24. fol. 448.* & apud *Tbor. in 2. par. V. poena committentis crimen fol. 262.* accedit *R. Sanfelic. decif. 374. lib. 3.* ubi addentes.

Verum contra calumniatorem, & temere querelantem semper erit locus condemnationis *expensarum Grammat. decif. 39.* ubi testatur decisum fuisse querelantem condemnatum ad expensas ob presumptionem calumniæ *Basilica decif. 35.* sed quod delatores teneantur ad expensas, & ad id quod interest, semper quod innocentem temere accusaverint, firmat *Anton. de Mattheis* in locis supra allegatis, *num. 5.* quamvis in Regno vigere videatur contraria observantia, seu potiusabusus de quo testatur *Reg. Sanfelic. decif. 54.* ubi fuit liberatus in forma non obstante, quod fuisse instatum esse condemnandum ad poenam calumniæ, & ad damnæ, & interesse ob falsam accusacionem,

SUM-

Tractatus Criminalis Analyticus. 239

S U M M A R I U M.

- 1 Pœna l. Juliae de vi public. quæ sit, & à quo lata fuit.
- 2 Pœna hujus criminis tenentur arrestantes, vel detinentes aliquem absque Superioris licentia; vel quando extrahuntur homines de uno domino ad aliud; & refertur casus decisus, num. 3.
- 4 Pœna, qua tenentur extrahentes Bannitum ab Ecclesia, & illum occidentes; Et refertur casus decisus per M.C.V. ibid.
- 5 Pœna associantis Bannitum armata manu ad locum immunem, quæ sit.
- 6 Pœna l. Jul. vi public. tenentur excimenter carceratum, etiam pro debito civili.
- 7 Pœna l. Jul. tenentur Officiales, qui Ci-
vem Romanum appellantem neccassent, vel
verberassent; Et quid. in Officiis, qui
exequitur sententiam mortis contra inqui-
sum appellantem. ibid.
- 8 Pœna facientis tumultum in Civitate,
quæ sit, si accidentaliter tumultus seque-
ritur.
- 9 Tumultuantes intus Ecclesiam, qua pœ-
na teneantur.
- 10 Pœna l. Iul. an teneatur probibens ali-
quem testari, vel è contra.
- 11 Pœna committentium violentias, quæ sit.
- 12 Pœna l. si quis in tantam, an receperit ab
Aula in Regno.
- 13 Pœna l. Iul. de vi public. tenentur usur-
pantes alienam jurisdictionem; Et quæ sit
pœna usurpatæ jurisdictionis. ibid.
- 14 Pœna privati carceris, quæ sit; & an in-
curratur per unicum actum. ibid.
- 15 Pœna l. Iul. tenentur vulnerantes, enfe-
pugnone, vel alio simili instrumento, etiam si
percussio fiat nullis coadunatis hominibus.
- 16 Eadem pœna tenentur percussientes ali-
quem baculo, seu fuste; Et an pœna augea-
tur ex circumstantiis aggravantibus, num.
17.
- 18 Pœna an extendatur ad triremes in man-
dante aliquem bastonari, si verberatus mor-
riatur.
- 19 Pœna percussientis aliquem alapa, an
possit extendi usque ad mortem.
- 20 Pœna dantis alapam Officiali, quæ sit;
Et an sit capitalis. ibid. Refertur casus de-
cisus. ibid.
- 21 Pœna percussientis alapa Clericum, quæ
sit.

- 22 Et quid in percutiente cum baculo sacer-
dotem sacerdotibus vestibus ornatum.
- 23 Pœna inferentis cicatricem in faciem,
quæ sit; Et quid apparente in facie cicatri-
ce cum deformitate, num. 24. Et quid si ci-
catrix effet cum mutilatione membra, n. 25.
Et quid si vulnus fuit appensatè illatum,
num. 26. Et quid si cicatrix non fuit cum
armis, sed cum lapide, num. 27. Et quid si
vulnus fuit illatum cum ampibora vini, vel
cum vase vitro, n. 28.
- 29 Pœna l. Iul. an teneatur insultans cum
armis, etiamsi percussio non sequatur, nem-
pè si fuerit emissus ictus scoppictæ absque of-
fensione personæ; Et quid attentæ novissima
Prag. num. 30. Et quid in attentante emit-
tere ictum, tamen scoppicta tantum ignem
emisit à fucone, non autem à canna, nu. 31.
Et quid ictus emissio, & noxa constito de palla
plumbea existente intus scoppictam, nre. 32.
- 33 Remissio partis an requiratur ad obti-
nendam indulgentiam, vel compositionem
criminis l. Iul. de vi publ.

C A P V T XVII.

De pœna l. Juliae de vi publica.

Hoc publicum iudicium descendit, ex l. Julia de vi publ. & de vi priv. quam legem fertur ab eruditis latam fuisse à Jul. Cesa-
re, ut ex Vulteo Gifan. & Ci-
cer. Philippic. testatur Dom. Harprect. in §.
item lex Julia de vi publ. 8. sit. Institut. de publ.
judic. n. 1. ubi tradit illam veram, & vul-
gatam distinctionem, inter vim publicam,
& privatam; nam prima ut plurimum, sive
frequentius infertur armis, privata vero
sine armis committitur.

Egimus de hoc crimine, & illius pœna in obser.
ad sing. 197. à nu. 5. cum seq. ubi querimus,
an ad incurendum hoc crimen appellatio-
ne armorum veniant fustes, & baculi, &
similiter egimus in Animad. ad eandem ob-
serv. nu. 1. ubi examinavimus, an sit locus
pœnae l. Juliae dolo non interveniente; nunc
agendum superest de illis, qui pœna hujus
criminis coercentur.

Coercentur pœna hujus criminis capientes, ar-
restantes, vel detinentes aliquem absque
2 Regis, vel aliorum superiorum licentia, cu-
jus criminis pœna est capitalis per Cap. Reg.
Ca-

Carol. I. quod incipit contrā effrenatas, quod concordare videtur cum dispositione juris communis, nām text. in l. quoniam servos Cod. ad l. flaviam de Plagiar. prohibet sub pena capitali asportationem hominum de loco ad locum, & quamvis text. loquatur quando asportantur homines liberi, & venduntur ut servi, habere tamē locum etiam, quando extrahuntur homines de uno dominio ad aliud dominium, tradit Boer. decif. 29. nu. 7. & sic Romæ judicatum fuit tempore Benedicti Papæ VI. contrā nonnullos, qui extraxerunt quemdam Lombardum à Curia Romana, sed Caball. resol. crim. cas. 29 I. num. 28. fatetur decisionem Boerii procedere in arduis; subdens num. 20. quod quando carceratio, & extractio secuta est cum armis tenetur extrahens pena l. Just. de vi public. quæ est arbitria.

Et proindè annis superioribus in quadam Regia Iuncta ercta de ordine Excell. Proregis Comitis de Ognatte fuit decisum, quod Pantaleo Mirella Gubernator Generalis Status Melphis exularet per triennium ob extractionem cujusdam Sacerdotis de Regno, absq[ue] Superiorum licentia, cūm Rex ih. hoc Regno habeat protectionem etiam Clericorum, Salgad. de Regia protect. cap. 2. num. 17.

Qua pena teneantur extrahentes bannitum ab Ecclesia, & illum occidentes, videndus est Guazz. ad defens. reor. def. I. cap. 2. in fin. & Rovit. in rubric. de exilib. num. 7. ubi an bannitus possit impunè occidi in Ecclesia, & in Civitate Beneventana, & negativè decisum refert per S. C. per quod fuit condemnatus ad relegationem in insulam per decennium ille qui interficerat Bannitum in Civitate Beneventana referente Consil. Olcignano. Sed in M. C. in causa Nuniantis Petrone ad relationem Regii Consiliarii Anelli Portii fuit decisum esse pena ultimi supplicii plectendum per text. in l. presenti lege, Cod. de bis qui ad Eccles. confug., quo statuitur, quod capitalli pena plectantur illi, qui conati sunt tantummodo ab Ecclesia extrahere, consuientes ad Ecclesiam, etiam ex delictorum causa, ut post Menoch. Decian. & Farinac. explicat Brunnem. in comment. ad dictam leg. Et quod pena associantis Bannitum armata manu ad locum immunem sit quoque ultimi supplicii habetur ex text. in l. I.

Cod. de bis qui latrones. Verū apud Reg. Sanfel. decif. 227. fuit practicata poena remissionis per septennium.

Tenentur l. Iulia de vi public. eximentes carceratos etiā pro debito civili, contrā quos 6 fuit practicata poena remissionis per biennium, apud D. de Franeb. decif. 442. ad quam puenam dicit S. C. condemnare plebeos loco relegationis; sed apud Reg. Rosa resol. 14. tom. 2. fuit practicata poena remissionis per quinquennium. Verū iste decisiones procedunt in exemptione int̄is Civitatem Neapolis, sed extrā Civitatem poena est exularis Reg. Capycc. Latr. decif. 76. Laganar. ad Rovit. super Pragm. 2. de jurif. dict. non turb. num. 18. Et hac poena etiam tenentur Officiales, & Magistratus, quandō abutuntur eorum potestate inferendo vim, ex qua subsequitur carcerati exemptione, pro ut fuit habitum pro vero in casu per nos relato ad observat. ad singul. 330. à nu. 4. cum seq.

Tenetur poena l. Iuliæ Officialis, qui Civem Romanum adversus provocationem necasset, torsisset, vel verberasset, ut cavitur in l. 7. ff. ad l. Iul. de vi publ. Ant. de Mattibde crim. tit. 18. cap. 4. n. 31. de poena. Et proindè Officialis, qui appellatione non obstante exequitur sententiam mortis, tenetur in sindicatu, Borrell. in summ. decif. tit. 33. de appell. num. 915. & 916. ubi refert fuisse per M. C. V. graviter vexatum quendam Doctorem, qui executus fuit sententiam mortis contrā inquisitum de furto, appellarem à dicta sententia. Et quod pena sit ultimi suppliciū adest Capit. Regni incip. si juxta, quod practicatum refert Gramm. cons. crim. 15. Reg. de Marin. lib. 1. suarum resol. cap. 265. nu. 15.

Coercentur eadem poena tumultum facientes in Civitate si tamē acciderit non principaliè, sed accidentaliter calore iracundiae ex causa oclusionis fratri, & punitur poena exiliari, etiam si concurrat incendium ante ostium homicidæ, ut fuit practicatum apud Gramm. vot. 19. ubi refert per M. C. fuisse delinquentem condemnatum ad poenam exilii per triennium, quam decisionem reasumit Thor. in compend. decif. verbo tumultum faciens ful. 114. lib. 1. & accedit secundum Gramm. opinionem Valent. Voltz. in comment. ad l. Cornel. de Sicar. cap. 6. num. 32. ubi quod non potest fieri reus de seditione, & tumultu, quando potius casu, quam ipsius

Tractatus Criminalis Analyticus. 241

sus culpa seditio concitata fuisset. Sed quando vis infertur per turbam, & tumultum cum telo, pena exacerbatur usque ad mortem, ex textu in l. qui aedes 11. ff. ad l. Jul. de vi publ. & ex communi DD. opinione decisum refert Reg. Matthaeu de re crimin. controv. s. n. 4. & 55.

Tumultuantes tamèn intus Ecclesiam, & se invicem injuriantes, absque tamen perturbatione divinorum officiorum sunt condemnandi in exilium, ut practicatum refert Thbor. in casu relato in suo voto 27. par. 2. ad intellectum texius in Autb. sed novo jure, Cod. de Episc. & Cleric. ubi glos.

Committitur vis publica, quando quis per vim prohibet aliquem testari, vel è contra quandò quis aliquem ad testandum compellit, si vis fiat cum armis, si verò sine armis tenebitur l. Jul. de vi priva. Farinac. qu. 151. num. 5. de poena contrà prohibentem aliquem testari, & an ea teneatur prohibens Notarium, & testes nè accedant ad testatorem volentem facere testamentum, videndum est idem Farinac. de falso. & simulac. qu. 161. nu. 29. & an hæc poena comprehendat tertium, vide Reg. Tap. dec. 16.

Hac eadem poena tenentur committentes violentias, qui plechantur poena Constitut. Regni incip. violentias, qua cavitur ut pro 11 poena violentie commissæ teneatur spolians solvere medietatem estimationis ipsius rei, sed difficultas erat cui applicanda, fuit decisum esse Fisco applicandam, Bartol. de Capua super d. Constat. Regn. Thbor. in compend. decif. ver. poena contenta par. 1. fol. 392.

Verùm poena l. si quis in tantam Cod. unde vi, recessit ab aula communi usu totius Christiani orbis, & illius loco successit poena arbitraria cum restitutione rei invafæ, testatur Farinac. de furt. qu. 195. num. 144. & in Regno impunita poena medietatis estimationis rei, in qua fuit violentia commissa per citatam Constat. Violentias, quam practicatam refert per S. C. Thbor. in supra tradita decisione.

Eadem poena tenentur usurpantes alienam jurisdictionem, quorum poena est arbitraria, Capyc. dec. 130. in dubio, Capibl. de Baron. in Pragm. 8. par. 3. num. 311. quamvis usurpantes alienam jurisdictionem in arduis teneantur poena mortis, sed in levibus teneantur poena arbitraria, ex Caball. resolut. crim. cas. 291. num. 27. Scial. in tract. de for. compet. in proem. num. 15. ubi quod in ista poena

usurpationis jurisdictionis, quis non incidit nisi contraveniat per binos actus, ex Borrel. conf. 10. num. 21. qui refert suisse absolutos reos condemnatos per Curiam Baronalem ad ducatos 172. ex quadam prætensa usurpatione jurisdictionis per capturam, & asportationem carcerati de loco ad locum, & demum ducti coram Indice, Thbor. in Cod. rerum judic. alleg. 18. num. 41. & 42. fol. 60. Reg. Rovit. super Pragm. 1. num. 8. de jurisd. ad invicem non turb. Et si Officialis habeat ipse aliquam jurisdictionem, non dicitur alienam usurpare, sed suam excedere ex Mastrill. decis. 241. num. 101. latè Thbor. in vot. 14. par. 2. num. 9. & 10. Giurb. decis. 92. num. 22. & ad materiam videndum est Lagunar. ad Rovit. super Pragm. 8. de Baron. à num. 1. cum seq. Reg. Matthaeu controv. 4. num. 28. ubi ex Farinac. tradit quod Rei hujus criminis non tenentur, nisi de vi publica, vel l. Iulia de ambitu, & non l. Iulia Majestatis, quoties jurisdictione non usurpatur, nec exercetur animo occupandi dominium.

Poena privati carceris, etiam sub hoc tit. comprehendi videtur, & quæ sit à jure statuta, 14 videndum est Affict. in Const. Regn. Duram, n. 7. Campag. in cap. Regni contrà effrenatas, ubi imponitur poena capitis contrà capientem aliquem de persona, vel bona aliena arrestantem propria autoritate, & sufficit sola captura, licet non adhibeantur vincula, ut advertit Campag. num. 22. latè Clar. in §. final. quest. 68. Excusat tamèn qui delinquentem, ut puta furem detinuerit per viginti horas, & superiori consignaverit, Rovit. in Pragm. de exilib. num. 3. Carav. rit. 47. Parif. de Sindic. verb. Officiales destinati. Patri licebit filium retinere, U. s. ill. ad Affict. decis. 149. & an poena hujus capituli incurrit per unicum actum, vel saltim requirantur duo, idem Campag. nu. n. 16. Et quod poena privati carceris licet sit corporalis, tamèn servari non solet in Tribunalibus, sed infligitur poena pecunaria, Boer. decis. 275. Andreol. controv. 299. qui defendit poenam privati carceris non intrare, quandò retentio fit non causa jurisdictionis usurpandi, sed causa coercionis.

Tenentur poena hujus legis vulnerantes ense, pugione, vel alio simili instrumento, etiam 15 si solus nullis coadunatis hominibus, alium vulneravit, vel aggressus fuerit l. 3. §. eadem ff. ad l. Iul. de vi public. l. ultim. ff. ad l. Iul. de vi priv.

priv. quæ poena est arbitraria, ut dixi in obser. 297. à num. 8. ad 16. Reg. Cortiad. decis. 99. num. 14. ad 22, quæ poena non extenditur ultrà exilium, vel relegationem, semper quod vulnus non infertur alicui nobili personæ, nec sequitur mors, vel alij cuius partis corporis debilitatio Reg. Cortiad. cit. decis. num. 23. ubi infinitas refert decisiones: Nam si sequatur mors, vel vulneratus remansit debilitatus, tunc condemnatur vulnerans ad servitium Regiarum triremium per triennium, vel quinquennium, vel relegatur per tantundem in insulam, ut testatur decisum idem Cortiad. num. 25. 26. & 27. ex Mastrill. decis. 268. p. 2. Giurb. consil. 49. num. 5. & Peguer. decis. 14.

Eadem pena tenetur percutiens aliquem cum baculo, seu fistula, quæ est pena injuria. 16 rum, sive fiat in capite, sive in aliis partibus. l. item apud Labecorum §. si quis pulsatus ff. de injur. quæ solet arbitrari ad exilium per triennium, juxta decisionem, apud Thesaur. decis. 224. num. 1. & alios quos refert Reg. Cortiad. decis. 99. n. 33. tom. 2. ubi refert quamplures alias decisiones, quibus suit prædicatum: Quod carcer cedat in penam, firmatis prius treguis, & solutis expensis factis in curatione vulneris; & quod teneatur hac lege, qui coadunatis hominibus armatis injuriam infert verberando, adebet tex. in l. si criminis C. de vi publ. ubi Bart. Muscatell. in prax. crim. in tit. de vulnerib. letalib. num. 50. Decian. tract. crim. lib. 8. cap. 18. nu. 1. Carpzov. tract. crim. q. 40. n. 4. & sub n. 9. quare Bartol. in eadem. l. si criminis, dixit quod si injuria est commissa in personam non coadunatis hominibus, datur actio injuriarum. Si coactis hominibus, de vi publica, sequitur Wesembec. in parat. tit. de vi publ. nu. 5. in fine. Nig. in Cap. Regn. ab illo inchoandum n. 61. Muscat. ubi supra num. 36.

Augetur tamen poena concurrentibus circumstantiis aggravantibus ex qualitate personæ 17 offendæ, & loco, in quibus casibus poena solet extendi ad triremes per quinquennium, juxtam eandem Thesaur. decisionem, alias que cumulatas per eundem Cortiad. cit. dec. num. 36.

In mandante aliquem bastonari extenditur poena usque ad triremes in perpetuum, si 18 bastonatus moriatur, ut decisum refert idem Cortiad. n. 37. ubi bastonatus erat minor ætatis novem annorum, vide Gomez.

tom. 3. variar. cap. 3. nu. 17. & 18. ubi Ayllon. Giurb. consil. 46. num. 6. & num. 32. & consil. 82. Facchin. controv. lib. 1. cap. 36. accedit comprobando hanc sententiam eruditus Valent. Voltzii in comm. ad l. Cornel. de Sicar. cap. 4. n. 52. ubi relatis Bald. Aretin. Thom. Gram. & Claro, sic lepidè subdit. Quibus insuper adjiciendum puto Consil. Castrens. singul. obseruat. dignum, & omnium fama, & voce celebratum, quod est in ordine 227. par. 2. in nova editione, ubi eos qui bastonibus, ut ipse loquitur quendam bastoniarunt, & occiderunt ab homicidii poena, & crimine placè absolvit.

Poena percutientis aliquem alapa an possit tamquam arbitria extendi usque ad mortem, considerata persona inferentis, & recipientis injuriam, & loci ubi illata fuit, videndus est Reg. Cortiad. decis. 99. num. 42. tom. 2. ubi refert decisiones pro relegatione, & similitè refert puniri pena triremium per triennium percutientem pugno Doctorem, ex Thor. in comp. decis. par. 2. V. pena percutientis, fol. 441. Verum si percussio cum alapa sequatur in rixa, erit decernendum, quod Carcer cedat in penam, ut judicatum refert idem Cortiad. cit. decis. 99. num. 43. &c. Thor. in compend. decis. verbo percutiens aliquem alapa p. 3. sef. 2. fol. 260. & vot. 96. in fin. eademque determinatio militabit si alapa, vel alia consimilis injuria Sacerdoti, vel alteri intus Ecclesiam fuerit illata quæ poena quoque exilii fuit statuta per textum in Novella 123. cap. 31. dummodo Sacra Ministeria non fuerint conturbata, vel impedita, ut satis clarius declarant Coler. decis. 178. Raynald. obser. crimin. cap. I. §. 10. num. 28. & 34. Crespi. de Valdaura obser. 76. nu. 24. Et ex hoc motivo, & ex illo minoris ætatis fuit per M. C. D. de anno 1695. supersessum in sententia foriudicationis contra U. I. D. Alexandrum Ricardum, qui impetebatur de consimili criminis ad Fisci instantiam.

Poena vero dantis alapam Officiali est capitallis, ex Franc. Marc. decis. 293. nu. 7. Viv. 20 decis. 46. n. 8. Reg. de Pont. de Poteſt. Proreg. rubr. de prov. fieri ſolit. §. 2. n. 18. ubi loquitur de eo, qui dedit alapam Iustitiario Civitatis Neapolis, Ricc. collect. 1783. Thor. in comp. decis. verb. alapa par. 1. & in Cod. rer. iudicat. inter alleg. divers. alleg. 11. & 12. & an procedat in Officiales Baronis, videndus est idem Thor. alleg. 10. num. 7. ubi allegat Cor. stit.

Tractatus Criminalis Analyticus. 243

sit. Regn. participatio, quæ dicit Officialibus nostris, & in nostra Curia residentibus, & sic loquitur de Officialibus Regiis, ut ibi tradit Afflct. in 2.g.v.50. & latius in Confst. Regn. si quis aliquem num. 10. ubi loquitur de eo qui vulneravit Capitaneum Terræ Solofæ, qui fuit punitus tamquam si vulnerasset privatum poena Confit. Regni si quis aliquem, non autem poena Confit. Regni, ut participatio; Et annis elapsis fuit idē servatum per Regiam Iunctam in personam Fabritii Minutolo, qui verberavit Capitaneum Casalis Paniscoculi, nam fuit condemnatus ad relegationem per quinquennium, ut dixi in obseruat. ad singul. 264. num.4.

Et quid in percutiente alapa manu aperta Clericum, vel Sacerdotem videndus est Viv. 21 dec.46. ubi refert decisum esse puniendum poena exiliari, accedit Ascia deter. 181. qui similitè pro exilio decisum refert; sed aliter decernendum erit, quandò injuria fuerit facta Sacerdoti intùs Ecclesiam, Reg. Sanfel. decis.63. nu.21 lib.1. Capibl. de Baron. cap.2. num.3. Scial. in prax. foriud. cap.3. num.115. accedit Tbefaur. decis. 224. ubi verberans Sacerdotem Præpositum, seu Guardianum S. Francisci in Ecclesia, ad triremes extitit damnatus; verùm apud Cartar. decis. 82. à 22 num.25. ad 32. in fine, ille qui intulit injuriam Vicario Foraneo in sollemni proceſſione Corporis Christi, deferenti Sacrosanctam Eucharistiam, & Sacerdotalibus vescimentis induito, coram hominum multitudine, fuit poena fustigationis, & exilio damnatus.

Et quid in dante alapam Cadaveri Episcopi mortui, diximus supra de sepulchro violato, verific. quid dicendum.

Pœna vulnerantis, vel inferentis cicatricem in faciem alicujus hominis est atrox delictum, 23 vide Giurb. conf.79. num.4. & DD. cumulat. per Reg. Cortiad. decis. 99. num.31. ubi refert fuisse condemnatum ad servitia Regiarum Triremium per quinquennium, & consimilem decisionem in Regno nostro refert, Thor. in C. rer. judicat. cap.12. num.1. vide Basilic. decis. 44. num.18. & 19. qui num. 16. agit de poena facientis insultum cum armis prohibitis animo deliberato cum cicatrice, vel mutilatione, & de poena contrà obtruncantes Nares, oculos, & labia, actenta Praga. Regni Sicilia.

Verùm hoc intellige apparente in facie Cica-

trice cum deformitate perpetuò remansura, 24 secùs si effet scissura modica, idem Cortiad. num.32. V. intellige, ex eodem Thor. & Maſtrill. dec. 168. num. 13. & 14. lib. 2.

Item intellige si cicatrix effet cum mutilatione membra, ut ex Maſtrill. & Giurb. conf. 40. à 25 num.5. & conf. 73. num. 1. idem Cortiad. num. 32. ubi refert fuisse condemnatum vulnerantem ad relegandum in insulam per quinquennium ex quo delictum plenè non constabat, aliàs condemnatus fuisset ad poenam triremium.

Item intellige si vulnus fuit illatum appensatè, secus si casualiter, quia tunc effet poena 26 exiliaris per quinquennium, juxta confil. Giurb. 73. & benè distinguit Capiblanc. de Baronib. lib. 2. pra. 8. cap. 36. num. 17.

Item intellige si cicatrix in facie facta fuit cum armis, secus si cum lapide, quia tunc mictitur in exilium, non obstante, quod vulnus effet apparenſ, & difforme, ut ex eodem Giurb. confil. 73. & Maſtrill. decif. 168. nu. 15. decisum refert idem Cortiad. cit. decis. nu. 32. verf. intellige 2.

Idemque si vulnus fuisset illatum cum Amphora vini, vel cum ampulla vitrea vino 28 plena, quia tunc vel carcer debet cedere in pœnam, secundum Thor. voto 50. col. 2. & in compend. dec. par. 3. sect. 2. verf. percutiens aliquem cum amphora, fol. 160. vel quod banniretur à Civitate, juxta decisionem relatam per Cortiad. num. 32. verf. intellige in fine.

Pœna I. Iuliæ coercetur omnis insultus factus cum armis, etiam si percussio secura non 29 fuit; idè si quis emiserit contrà aliquem iustum scopiæ consummato delicto per pilæ emissionem absque offensione in personam illius, contrà quem iustum fuit emissus, hac pœna tenetur ex traditis per Reg. Revit. sup. Pragm. 2. de abolition. à nu. 9. cum seq.

Sed difficultas superesse videtur circa pœnam de jure Regni, stante novissima Pragm. edit. 30 ta sub die 17. Augusti 1671. per quam statuitur pœna triremium per septennum contrà emicentes iustum scopiæ non seculo effectu, & hanc pœnam practicatam legimus per Concil. crimin. Catabn. apud Cortiad. decis. 55. nu. 39. verific. quero: Quamyis aliquando practicatam refert pœnam relegationis.

Limitatur secundo, ut non procedat in aetentante, nempe in simplici insultu facto per 31 eum, qui iustum emicere volens, tamen ex suone ignem emisit non autem à canna, ex quoq

quo, ut vulgo dici solet, piglio tanto di foco, e non di canna, Reg. de Marin. lib. 1. suarum resolut. cap. 323. ubi refert fuisse reum liberatum in forma citra torturam, ex quo deficiebat corpus delicti, vide Giurb. observ. 33. & signanter num. 23. ubi fuerunt rei dimissi à carceribus sub levi fidejussione, ut restatur num. 23.

Ex qua ratione limitatur tertio, in emitte
31 secuta, sed nequè constito de palla plumbi
bea imposta intus scoppictam ex quo ictus
fuit emissus per aerem, ut in casu apud
Thor. vot. 26. ubi reus fuit liberatus in for-
ma, & in 3. par. comp. v. qualitas.

Sed illud procedit in hoc crimine citra contro-
versiam, nullam esse necessariam partis re-
33 missionem ad finem indulgentiam, vel
compositionem hujus criminis obtinendi,
ex quo cum nulla intervenerit offensio in
personam, non est, quod remittendum sit,
ut satis apertis principiis firmat, & rebus
judicatis comprobat, Reg. de Marin. lib. 1.
suarum resolut. cap. 2. num. 63. ubi tantas cu-
mulate res judicatas, quod videtur inducta
judicandi consuetudo, & quamvis pro con-
traria sententia allegari possent tradita per
Reg. Rovit. dec. 2. num. 8. tamen refellitur per
Reg. Consil. Altim. in observat. ad eandem dec.
num. 8. ubi quod in contrarium est veritas.

S U M M A R I U M.

1. Poena amotionis terminorum an sit abrogata, & an hodie sit arbitraria carceris, vel pecuniaria, vel relegationis.
2. Pena pecuniaria de termino moto an tollat penas corporales extraordinarias.
3. Pena de termino moto an sit de jure Canonico.
4. Appellatione terminorum, seu limitum, que intelligenda sint.
5. Accusatio criminis de termino moto, an competit unicuique de Populo.
6. Juramentum in litem, an detur in judicio de termino moto.
7. Pena, vel actio criminalis ulla est constituta super termino moto, nisi contra illos, qui moverunt terminos dolo malo.
8. Pena criminalis de termino moto, an detur pendente lite civili inter easdem partes.
9. Actor, qui accusavit de termino moto, an declarare tenetur locum, & tempus commissi delicti.

C A P U T XVIII.

De termino moto, & illius poena.

POENA amotionis terminorum, de qua in lege agraria ff. de termino moto, quæ sit de jure hodiè, & an censeatur abrogata ab aliis legibus vide Farinac. in tract. de furt. qu. 168. ad nu. 90. ad 91. versic. sed bæc, ubi firmat dictam poenam non esse abrogatam, nec in judicando esse ab illa discedendum, tanquam à communis opinione, reprobata opinione, Menoch. de recub. possess. remed. 9. num. 345. & de arbitrar. cas. 393. num. 6. cum sequ. Et quod hac poena hodiè sit arbitraria carceris, pecuniaria, vel relegationis, vide Carpov. qu. crimin. par. 2. qu. 83. ad num. 69. ad 71. vide Novar. de gravam. Passiller. grava. 69. Et quod hæc pena possit arbitrari usque ad mortem; vide Boßium in cas. per eum relat. in tract. criminis de termino moto.

Dubitatur; an hæc pena pecuniaria quinquaginta aureorum, quæ est statuta per d. fin. ff. de Termino mot. tollat poenam corporalem extraordinariam statutam in legibus contraria moventes terminos, vide Jason. in S. quadam num. 37. Inst. de actionib. quem citat Mindan. in consult. Saxonice. lib. 5. q. 1 19. Sed poenam pecuniariam esse redactam ad poenam corporalem, dixit Menoch. de arbit. Iudic. cas. 393. num. 9. vers. videmus; Sed penam pecuniariam non esse antiquatam, sed concurrete cum accusatione, advertit ex Cujac. Anton. de Matthæis de criminib. lib. 47. de termino mot. tit. 14. cap. 2. num. 2. sed hujus Authoris argumentis occurrit Raynald. observ. crimin. cap. 15. §. 7. ad num. 33. ad 35. tom. 2.

Ampliatur, ut amovens terminos, paniatur etiam de Jure Canon. Can. tanta 80. dist. 3. ubi Glos. Farinac. ubi supra num. 111.

Ampliatur secundò, ut termini, seu limites intelligendi sint quævis signa agros ad invicem dividentia, ut lapides, aut pali, aut arbores, aut his similia, Vivius opin. 870. num. 5.

Ampliatur tertio, ut hoc crimen publicum sit, & unicuique de populo competit accusatio, secundum Glos. in l. 3. ff. de termino moto, & per eundem Farinac. num. 313.

Am-

Tractatus Criminalis Analyticus. 245

Ampliatur quarto, ut contra terminos ambo
ventes detur juramentum in item non so-
lum pro damnis, sed etiam ad probationem
loci; in quo ante motionem termini stabant,
ex Serapb. de priv. juram. priv. 31. num. 106.
vide eundem Farinac. num. 114.

Pœna ulla, nec ulla actio criminalis constituta
est de termino moto, nisi in eos qui move-
runt dolo malo, ex l. ult. in princ. & §. 1. ff. de
termino moto, Anton. Fab. in Cod. lib. 5. tit. 18.
quando civilis actio criminali præjudicet, in
annot. ad def. 2. num. 5.

Pœna prædicta, seu actio criminalis de termi-
no moto non datur pendente lite civili in-
ter easdem partes de communi dividendo,
etiam si agatur de termino moto, qui lite
pendente suppositus fuerit, nam ante om-
nia terminanda erit causa civil. nec crimi-
nal. agendum erit prout sit, quandò crimi-
nalis actio incidit in civili, ut resolutum per
Senatum refert Antonius Faber in suo C.
lib. 9. tit. 18. def. 2. Cod. quando civilis, actio
criminali præjudicet.

Et adhoc ut hæc pœna habeat locum, requiri-
tur, ut actor declarerit locum, & tempus com-
missi delicti, Sempron. Afcia determ. 185.
videndus est Raynald. obſerv. crimin. cap. 15.
§. 7. à num. 29. cum seq. tom. 2.

S U M M A R I U M.

- 1 JUDICES QUOMODO SE GERERE DEBEANT IN Pœ-
NIS INFILGENDIS, & TEMPERANDIS; Et an
majus peccatum committat Magistratus af-
fectans misericordiam, quam severitatem,
num. 2.
- 3 JUDEX AN POSSIT AUGERE, AUT MINUERE Pœ-
NAM à lege, vel statuto definitam.
- 4 Pœna mitigandi causa, an considerari
possit in persona præpotente.
- 5 Pœna an sit mitiganda ob incertitudinem
corporis delicti.
- 6 Pœna an sit mitiganda ob temporis di-
tornitatem; Et quid in forjudicato, qui
stetit per decennium in forjudicatione, ibid.
Et an confessio Rei facta, delicto præscripto,
noceat, num. 7.
- 8 Pœna mitiganda an veniat ob promissio-
nem impunitatis factam ad extorquendam
confessionem.
- 9 Pœna an veniat mitiganda, quando lex,
vel statutum non fuerit in observantia.
- 10 Pœna an sit mitiganda ob transactionem
cum parte offensa

- 11 EXCULPATIO PARTIS OFFENSAE AN TOLLAT INDIA-
TIA EXISTENTIA CONTRA INCPALPUM DE DELICTO.
Et quid si exculpatio sit procurata prece,
pretio, vel timore, ibid.
- 12 Pœna an sit mitiganda ob minorem etat-
em. Et quid in delicto commisso ab infante,
num. 13. Et quid in pueri novem annorum,
num. 14.
- 13 Et quid in minore, qui emisit idem scop-
picte contra aliquem. Et quid in furto com-
misso per minorem intus Civitatem, ibid.
- 14 Pœna an lenienda veniat in sene integras
vite.
- 15 Pœna an sit mitiganda ob fatuitatem, vel
ob extremam mentis simplicitatem.
- 16 Pœna aliqua an affici possit furiosus, qui
incidit in furorem, patrato delicto. Et quid
si fuit effectus furiosus post condemnationem,
ibidem.
- 17 Pœna an sit mitiganda pro delicto
commisso ante furorem. Et quid in par-
ricidio, num. 20. Et quid in furioso, qui re-
diit ad sanam mentem, num. 21. Et an deli-
ctum presumatur commisso in furore, vel
tempore sanæ mentis, num. 22.
- 18 Furiosi consanguinei an tencantur de del-
icto commisso per furiosum.
- 19 Pœna aliqua num afficiendi sint noctambuli
bominem occidentes, vel aliud delictum
committentes.
- 20 Noctambulones qui dicantur.
- 21 Pœna ordinaria, an sit afficiendus obſes-
sus à demone, qui homicidium, vel aliud de-
lictum committit.
- 22 Et an obſessus à demone possit subjici tor-
mento ad eruendam veritatem.
- 23 Pœna mitigandi causa, an detur in ebrio,
qui deliquit impetu ebrietatis.
- 24 Pœna aliqua num afficiendi sint noctambuli
bominem occidentes, vel aliud delictum
committentes.
- 25 Noctambulones qui dicantur.
- 26 Pœna ordinaria, an sit afficiendus obſes-
sus à demone, qui homicidium, vel aliud de-
lictum committit.
- 27 Et an obſessus à demone possit subjici tor-
mento ad eruendam veritatem.
- 28 Pœna mitigandi causa, an detur in ebrio,
qui deliquit impetu ebrietatis.
- 29 Pœna an sit mitiganda in delicto commisso
ab hypocontriaco affecto humoris malinconico
degenerante in atram bilam.
- 30 Pœna an veniat minoranda ob nimii amo-
ris violacionem.
- 31 Pœna an veniat minoranda ob subtilita-
tem ingenii, & ob insigne artificium.
- 32 Pœna an veniat minoranda ob merita,
vel insigne beneficium in Republicam.
- 33 Pœna an veniat minoranda ob rustica-
rem.
- 34 Pœna an veniat minoranda ob mandatum
Superioris. Et an talia mandata excusen-
tiam à pena ordinaria, num. 35. Et an
jussus Parentum excuset à Parricidio, &
ceteris delictis, num. 36. Et quid in mana-
data

- datario delictorum, & criminum, que personæ coherent, num. 37.
- 38 Pœna an sit mitiganda in filio, quem Pater ultrò judicibus obtulit ad corrigendum, si culpabilis reperiatur de gravioribus criminibus.
- 39 Pœna mitiganda an veniat ob numerorum filiorum,
- 40 Falsitas an punitur in filio, qui illam commisit pro liberando Patre carcero.
- 41 Pœnae mitigandæ locus an sit in consanguineis occidentibus veneno carceratos consanguineos ne diffamentiur.
- 42 Pœna an mitigetur in domino percutiente servum cum verberibus, ex quibus servus mortuus est; Et quod famulus presumatur verberatus causa correctionis, ibidem.
- 43 Pœna ordinaria damnari num possit reus punitus leviter, vel excessivè tortus; Et quid si reus ponatur in aliquo loco ignominioso, num. 44.
- 44 Pœnae temperanda causa an sit in adolescenti, qui fuerit tentatus, vel vis illata in ejus pudicitia.
- 45 Pœna an sit minoranda ob loci consuetudinem; Et quid in crimine usurariæ pravitatis, ibid.
- 46 Consuetudo an excusat beneficiarios, & Episcopos disponentes in consanguineos dites de bonis quæstis ex redditibus Ecclesiæ.
- 47 Pœna an sit minoranda in emittente ignem in restuchiis congruo tempore, si vi ventorum superveniente ignis vagetur, & vicini prædia devastet.
- 48 Et quid in delicto commisso ob oblivionem.
- 49 Pœna an sit lenienda, quando est facienda pœna commutatio ob adversam valetudinem condemnati. Et quid in malieribus incidentibus in pœnas iustum funis, ibid.
- 50 Pœna asportationis armorum prohibitorum an sit minoranda in insultato, qui illi cō arrepto sceloparvo iustum emisit in personam insultantis.
- 51 Pœna pecuniaria incusationis mandati an sit minoranda in Neapolitanis; Et quid in exteris moram trahentibus in Civitate Neapolis, num. 53. Et an bona exterorum existentia in hac Civitate subjacent confusione, ibid. Et quid si pœna fuisset deducta in stipulationem, num. 54.
- 52 Mandatum factum absque assurcatione, si fuerit acceptatum, an exigi possit in casu controvensionis.
- 56 Pœna an sit minoranda in reo confessum qualitate; Et quid quando contra confessionem urgent conjectura; & presumptions, ibid.
- 57 Pœna intoranda venit, quando rei confessio non continet verisimilem causam delicti; Et quomodo confessio redarguatur de inverisimilitudine, ibid.
- 58 Confessio rei an debeat continere expressionem cause delicti. Et an delictum presumatur commissum per assassinum de mando alterius, quando non constat de causa in certo percussore, ibid.
- 59 Pœna an sit lenienda in reo confesso, à quo confessio fuit extorta cum minis, & verbribus; Et an confessio extorta per suggestionem sufficiat ad condemnandum, num. 60.
- 61 Confessio extorta in tormentis, nullis precedentibus indiciis, an sufficiat ad condemnandum, reo perseverante in confessione, repertis indiciis. Et quid si confessio, & circumstantiae in ea adiectæ veritati convenient, num. 62. En quid si confessio fuit facta super processu nullo, ibid.
- 63 Confessio sponte facta absque ullo metu tormentorum, an sufficiat ad condemnandum, nullis precedentibus indiciis. Et quid quando inquisitus talem confessionem revocaverit, 64.
- 65 Confessio rei, si non fuerit per Fiscum expressè acceptata, an sufficiat, & an possit per confidentem revocari, non docendo de errore.
- 66 Confessio non facta, Judice pro tribunali sedente, an sufficiat ad condemnandum ad pœnam ordinariam; Et quid si confessio esset recepta coram Gubernatore illiterato sine Assessoris interventu, vel voto; Referuntur novissimæ S.R.C. decisiones, ibidem vers. & quamvis.
- 67 Confessio incidenter facta, an noceat quoad pœnam ordinariam.
- 68 Confessio facta coram Officialibus Baronum tam delegatis, quam ordinariis in causis, in quibus Barones habent aliquod interesse, an sufficiat quoad pœnam ordinariam.
- 69 Confessio facta coram judicibus Baronum in casibus, in quibus sunt incompetentes, an possit tanquam extrajudicialis revocari, non docendo de errore.
- 70 Confessio recepta coram Iudice delegato a Baronibz in causis avocatis ab officiali ordinario, an sufficiat.

71 Con-

Tractatus Criminalis Analyticus. 247

- 71 Confessio facta coram Locumtenente substituto à Capitanco Baronis, an substineatur.
- 72 Confessio recepta per Regiam Audientiam, vel per aliud Tribunal, pendente articulo remissionis ad Curiam Baronalem, an dicatur nulla. Et quid in confessione, vel sententia lata per Iudicem post electionem, vel variationem fori, nū.73. Et quid quando Curia variata haberet privilegium cum derogatione, l.unic. num.74. Et quid quando non fuit præstitum juramentum perborrescentiae, num.75.
- 76 Pœna contenta in sententia condemnatoria contra Reum, an possit executioni demandari quando non justificatur ex actis, ex quo processus non reperiatur.
- 77 Sententia forjudicationis an possit exequi post decem annos, non reperto processu.
- 78 Confessio recepta à Reo examinato in die feriata ad honorem Dei an reddatur nulla, & irrita.

Parricid. lib. 1. cap.2. post tract. de jure Indiarum.

Verùm pœnam à statuto, vel lege definitam potest Iudex augere minuere, & eam ex causa remediare, ex Bart. in l. quid ergò 13. §. pœna gravior, ff. de bis qui not. infam. latè Carpzov. qu. crimin. qu. 67. num. 19. & 41. ubi quod hodiè omnes pœnae ex facti, & personarum qualitate sunt arbitrio Judicantis, ad Text. in Lett. severior, ubi Glos. & DD. C. ex quib. causis infam. irrogetur, Clarus in §. final. qu. 85. vers. ulterius querendo, & quid in judicib. inferiorib. & pedaneis; vide Farinac. qu. 14. num. 4. par. 1. & qu. 150. par. 3. nu. 61. ubi advertit, Judices inferiores etiam sibi usurpatè hanc plenariam potestatem criminis gratiam faciendi eo fundamento, quod quibus concessum est judicandi arbitrium, iudicandi, & pœnas à lege indictas moderari, & tollere interdum possunt, vide Anton. de Ball. ad materiam in commentar. ad Pragmat. Regni Sicil. post tract. criminal. lib. 5. & num. 115. ad 118. fol. 243. accedit Antonius de Matthæis de criminib. lib. 48. tit. 18. cap. 4. de pœnis à num. 3. ad 7. ubi quod in pœnis instituendis observanda est proportio geometrica, ita quod Iudex modò durius, & modò remissius statuere potest, ut subdit num. 31.

Adhoc igitur, ut cernatur ex quibus justis rationibus possit Iudex defletere, ad temperandam, vel mitigandam pœnam, libet hic adnotare singulas illas causas, quæ possunt illum ad hoc impellere, quas cum priùs pro mea eruditione excerpserim, nunc ad aliorum utilitatem in lucem edere decrevi.

Prima justa mitigandi causa, quæ Judici se offerit est in persona potente, in quorum delictis sunt excusandi Praesides, & Judices, si non sumunt in justitiae rigore vindictam, cum Divus Augustinus dicat: Non nullos toleramus, quos corrigere, vel punire non possumus 2. quest. 1. c. quisquis, vide Luc. de Penn. in l. Missi col. 4. Cod. de exactionib. tribut. lib. 10. Paris de Puteo in tract. de Syndicat. in verb. justitia, fol. 54. quos refert Casaneus in Conf. Burgund. §. 5. nu. 32. fol. 167. accedit videndum Solorzanus de jure India rum lib. 3. cap. 5. num. 30. 31. & 33.

Secunda mitigandi causa erit incertitudo corporis delicti, nam quamvis reus crimen confessus fuerit, non poterit dicto reo confessio de crimine etiam atrociori imponi alia pœna, nisi extraordinaria, vel alia mitior, ut ad-

C A P U T XIX.

De pœnis temperandis, & de causis, quæ possunt impellere Judices ad pœnas mitigandas.

I N pœnis infligendis, & temperandis Judices, & Magistratus taliter se gerere debent, nè quid durius, aut remissius, quam causa depositit, constituantur, non affectando severitatis, aut clementiae gloriam, juxta monitum Text. in l. respiciendum ff. de pœnis.

Majus peccatum committit Magistratus, qui affectat Misericordiam, quam si fuerit crudelis, si credimus Bodino de reb. public. lib. 3. cap. 5. pag. 485. ibi: Gravius peccat Magistratus commiserationem affectans, quam si crudelis videatur, quoniam hæc Civis in officio meru legum, ac pœnarum continet, illa mores, ac leges Civitatis solvit, peccandique licentiam impunitate proposita solet afferre; comprobat Daniel Clasen de jure agrariani cap. 5. fol. 48. & 49. & fol. 60. in fin. ubi quod hæc quibusdam non placent.

Quare salutaris severitas vincere debet inanem speciem clementiae, ut inquit Cicero in Epist. ad Brutum, de qua apud Solorzan. de

advertisit *Benedictus Carpzov.* par. 3. qu. 148. num. 44. & par. 1. qu. 26. à num. 43. ad 53. ubi sic pronunciatum refert in casu quo minus recte fuerat adhibita cognitio expertorum super verificatione delicti in genere, idem *Carpzov.* in sua *Iurisprudens.* par. 4. const. 33. def. 8: ubi quod poena ordinaria non potest habere locum ob incertitudinem corporis delicti, & loquitur in furto frumenti, ubi cederat rei confessio, & nihilominus fuit reus in exilium missus. Et quid in furto casei, videndus est *Thor.* in *Suppl. V. probations in criminalib.* fol. 503. ubi reus fuit liberatus in forma, ex quo non constabat de identitate casei. Et quod corpore delicti non probato reus sit relaxandus sub fidejussionibus, *Mar. Burg.* apud *Guazz.* ad *defens. reor. defens.* 4. cap. 1. in fine. Verum putat *Reg. Matthaeu de Reginime Reg. Valentiae* cap. 8. §. 2. num. 32. & 33. ubi declarat illud, quod dixerat num. 27. & 18.

Tertia causa minuens poenam ordinariam delicti est temporis diuturnitas, ut affirmat *Modestin.* in *l. si diutino 25. ff. de pœnis;* sed non vidisse hoc practicari, praeterquam in levibus delictis dixit *Clarus in pract. crimin. §. ult. qu. 60.* Etsi reus absens fuerit, & in fuga perseveraverit ultra decennium, nullibi cautum reperiri, esse à poena ordinaria excusandum, dicit *Benedictus Carpzov.* qu. 141. à num. 82. ad 83. ubi refert sic pronunciatum in suo Foro in duobus casibus *homicid. perpetrat.* antè decennium, pro quibus fuit imposta poena ordinaria, & fuit de opinione *Alciat.* lib. 2. *Parergon.* cap. 10. *Coryphaeus Miscellaneorum 2. cap. 20.* & *Gotofred.* in *d. l. si diutino de pœnis,* in qua *Modestinus*, eos solum à poena ordinaria eximit, qui in reatu tempore diuturno fuerunt, & verbo *reatus* intellexit statum rei non simplicitè postulati, sed etiam condemnati, & vinculis degentis; Et quod foriudicatus, qui per decennium stetit in foriudicatione non possit gaudere beneficio legis, dixit *Gramm. dec. 24.* vide *Campan. de foriud. resol. 22.* accedunt *Antonius de Matthæis de crimin. lib. 48. tit. 18. cap. 4. num. 26.* & *cap. 5. num. 14. Brunne man. in comment. ad hanc leg.*

Et quod non noceat confessio facta à Reo, punitione delicti præscripta, vide *Daniel. Clas sen. de jur. agrat. cap. 14. fol. 144.*

Quarta mitigandi poenam causa est promissio impunitatis à Judice facta ad extorquen-
dam confessionem, *Foller. in pract. crimin.*

verb. et si confitebuntur par. 1. num. 15. & li-
cet Judex non possit facere gratiam, vel im-
punitatem, tamen promissa servare tenetur
abstinendo se à condemnando, ut advertit
**Farinac. in prax. crimin. p. 3. qu. 81. num. 2.* &*
*77. *Scacc. de judic. causar. civil. lib. 1. cap. 86.**
*n. 15. videndus est *Thor. in compend. decif. V.**
confessio delicti facta per reū sub spe impuni-
tatis, ubi fuit punitus pena triremis vita du-
rante ob impunitatem promissam à Judice,
*& in *ead. par. 3. v. confessio facta per reum,**
refert fuisse condemnata ad domum poeni-
tentiae vita durante ob promissam impuni-
tatem à Scriba causæ, & ob suspectum fa-
tuitatis; & aliæ recentiores decisiones pro
pœna extraordinaria infligenda reis, à qui-
bus confessio fuit extorta sub spe impuni-
tatis, habentur apud *Reg. Rosa in prax. cap.*
5. num. 51.

Quinta causa, quando prætenditur fuisse incursum poenam statuti, & per reum excipitur statutum non esse in observantia, adeò quod quando fuit per aliquos contravenatum, illius poena non fuerit exacta, maxime quando essemus in persona idiota, *Reg. Lanarius conf. 43. num. 33.* requiritur enim legis observantia, & quod sit usu recepta, *Reg. Rovitus super Pragm. 10. de extractio- nibus.* & plenius diximus in *Animadversion. 399. num. 2.* ubi quod probatio non usus legis est satis difficilis.

Sexta causa, ex qua prætendi potest per reum, ut poena minoretur, est remissio partis offensæ; sed quod poena minui, & temperari non potest ob transactionem cum parte offensa, dixit *Carpzov. in prax. crimin. qu. 1. 48. num. 23.* quia interesse aliud est publicum, aliud privatum, & procedit regula etiamsi in transactione interveniat consensus Principis urgentis partes offensas ad transigendum, quia non videtur Principem habuisse animum aggratiandi, & remanet in Judicium facultate dictare pœnam gladii, ut bene advertit *Brunneman. de Proc. crimin. In quisitor. cap. 6. de personis, contra quas formanda est inquisitio num. 14.*

Verum quod indicia contra reum inculpatum de delicto tollantur per exculpationem partis offensæ, ex Regnicolis decisum demonstrat *Kivius decif. 101. num. 1. & 2.* dummodo tamen dolus, & malitia absit, ut post antiquiores Interpretes docet *Crusius de ius- dic. par. 4. cap. 50. num. 36. tom. 3.* ubi tradit exemplum doli, nempe si exculpatio fuerit procul-

Tractatus Criminalis Analyticus. 249

procurata, & impetrata prece, vel pretio, vel timore.

Septima est exceptio minoris ætatis, per quam succurritur minori ad poenam ordinariam minorandam, etiam in atrocioribus delictis, considerata atrocitate, personæ qualitate, & reiteratione, quod est repositum in Judicis arbitrio, si voluerit, non tamen cogitur, tam si consideremus jus commune, quam hujus Regni: De jure communi vindendus est Carpzov.par.3.qu.143. à nu.64. ad seqq. ubi insequitur opinionem Baldi, Menoch. Ulpellii, & Colerii; concordat cum aliis laudatis Raynald. obseru.crim. cap.14. à num.284. ad seqq. ubi reficit Merendam, & Mattheu contrarium sentientes.

De jure Regni hoc expressè fuit statutum per Pragm. 1. sub tit. de minorib. qua hoc his verbis cavetur: Quare ut nulla in posterum dubietas oriri possit, sancimus, statuimus, & declaramus judicantium esse arbitrio, aordinaria, vel minori pena misiores delinquentes feriendi sint, considerata delicti atrocitate, personæ qualitate, eoc delictorum reiteratione, ac ceteris aliis considerandis rite perpensis. Non itaque necessitatis, sed Judicis arbitrio id omne reticulum post hoc omnes intelligant; Sicque statutum hoc est conforme cum iure communi, & non correctum, ad tradita per Rorit. dec. 1 s. n. 17.

Constitutio Regni, terminum.vitæ, loquuntantum fuit de infante; cujus verba: Infans etiam sine malignitate animi, & furiosus si hominem occiderit, non tenetur, quoniam alterum innocentia consili, alterum infelicitas casus eccusat, sunt verba sumpta à text. in l.infans. 12. ff. ad l.Cornel.de Sicc.

Hinc fit, quod praxis recepta se haberet, quod viso infante, etiam si fuerit novem annorum, quod tempus est major infantia, pronuntiatur, non esse procedendum, ut diximus ex Reg. Tappia in animadv. 23. 1. num. 4. ubi num. 1. habetur, quando, & in quibus delictis atrocissimis minor non excusat à poena ordinaria.

Et qua poena teneatur minor, qui emisit iecura scopiæ contra aliquem non sequuto vulnere; adeundus est Rogen's Cortiada dec. 99. num. 40. Et quid in criminis falsi, habemus Pragmas. 2. sub tit. de furtis, per quam minores annis 12. pro prima vice fustigantur, pro secunda ipsis amputantur aures, & pro tertio furto tribuitur arbitrium Judicis deviendi ad penam mortis, juxta Pragm. 1.

de Minoribus, quam poenam truncationis auricularum hodie non servari dixit meus Genitor in singul. 178. nec poenam mortis vidisse in praxi receptam testatur D. Crisp. in sua pract. crimin. tract. 13. de furtis n. 38. Et quod Pragmatica procedat tantummodo in Civitate Neapolis, ex Thor. diximus in obseru. ad d. singul. 178. n. 1.

Octava causa excusationis est in sene integræ vitæ, qui excusatur à poena mortis ordinaria, etiam in homicidio, l. 2. ff. de term. mot. 1. 3. in fin. C. de Episc. aud. Menoch. de arbitr. cas. 329. num. 20. Gomez tom. 3. varior. cap. 1. num. 68. Gaillus obseru. 110. accedunt latè tradita per Harprecht. in l. Cornelius de Sicc. 1. tit. Instit. à num. 283. ad 286. de public. judic. ubi ex Aristot. lib. 2. polit. cor. dicit, nedum corporis, sed etiam mentis esse senectutem; quamvis in fine tradat senectutem, & decrepitam ætatem excusare in levioribus, non autem ab atrocissimis delictis in Divinæ, vel humanæ Majestatis offendit. Et cum hac sententia absque hac distinctione concurrit Valentini. Voltzii in commentar. ad l. Cornelius de Sicc. in Appendix. ad cap. 6. num. 46. fol. 593. ubi tradit, senes excusari in delictis capitalibus ad instar minorum, si praesertim vitæ antea innocenter actæ paritas donec possit, ubi accedit Georg. Adilbert. in notis, qui querit quis habendus sit pro sene; & in Regno nostro apud Reg. Sanfelic. decif. 166. num. 11. & 12. lib. 2. fuit à poena mortis liberatus Tiberius Tagliaferro tanquam sepe uagenarius, non obstante, quod erat convictus de crimen peculatus, quia videbatur sensu, & intellectu quodammodo diminutus; ex eisdem rationibus senes torqueri prohibencur, quod tamen in senibus decrepitis, non autem in robustis sexaginta annorum admisit Carpzov. par. 3. qu. 118. à num. 35. cum seqq. ideo apud Reg. Sanfelic. decif. 355. tom. 3. fuit tortus senex sexaginta annorum in crimen sodomitæ, nec aliter decernendum in septuagenario. ex Ricc. decif. 233. par. 3. dixerint Addentes ad eand. decisionem, vers. Annuit.

Nona est fatuitas, aut extrema mentis simplicitas, quæ excusat à delictis, dum non differt ab infantia, aut ab insania, ut observat Daniel Clasen. de jur. agricola. cap. 13. caus. 5. fol. 141. ubi laudat Aloys. Riccius, & Cened. in collectan. ad Decretalia, & quod poena fuerit moderata ob suspectum fatuitatis, habetur apud Thor. in compend. decif.

Li par.

par. 6. vers. confessio facta per reum; quod procedere potest etiam in senibus, qui ob decrepitam astutam intellectu deficere incipiunt, ut superius diximus; & declarat idem Clasen. cap. 13. fol. 186, quamvis contradicit Carpzov. qu. 144, num. 12. & ex eisdem principiis excusandus erit mutus, & surdus a natura, qui plerumque fatuus est, dum ab eo nulla exprimi potest confessio, ut perpendit ad illum a tortura excusandum post Brun. Ceson. & Bucer. idem Carpzov. par. 3. qu. 118. num. 21, qui a num. 22. ad 24. aliter sentit in muto, & surdo per accidens, & in surdis tantum literas scientibus, qui scripta interrogari possunt, & eodem modo responsum dare tenentur.

Et an furiosus effectus, patrato delicto, aliqua poena plecti possit, negat Bald. in *l. furiosum* 18 in fin. C. qui testam. facere posse. quem sequitur Daniel. Clasen. de jure agrariano. cap. 13. fol. 137, sed in praxi habemus casum determinatum in Regno condemnati ad surcarum suspendia per M. C. V. tempore, quo erat sanæ mentis, sed post condamnationem fuit effectus furiosus, & nihilominus non fuit suspensus, ut testatur Fab. de Anna in Additionib. ad Patrem super Constat. Regni terminum vita, num. 92., ubi dicit vidisse dictum insanum liberum per duos annos, nunquam recedentem a Palatio M. C. V. accedit Caball. resol. crim. cap. 297. num. 1. 17. & 41. cent. 3, & D. Hieronym. Basilio decif. 8. num. 72. 73. & 74. ubi querit, 19 an furiosus possit torqueri pro delicto commissio ante furorem, & resolvit negativè, ex quo, qui non potest puniri, non potest torqueri, quamvis contrarium servatum dicat in effecto furioso post delictum, qui fuit postmodum liberè dimissus.

Fallit in parricidio, in quo furor superveniens 20 criminis supplicium non impedit, ut ex leg. Divus, ff. de offic. Praconf. considerat Solorzan. in dissertatione de parricid. lib. 2. cap. 18. erga fin. post tract. de jure Indian. tom. I.

Et quid in furioso, qui ad sanam mentem regrediit, & aliqua poena esse puniendum putat Lucas de Penn. in l. si apparitor C. de Coborralib. Princip. per cap. si quis insaniens 15. qu. 1; sed contrarium defendit Farinac. qu. 94. n. 26. prax. crim.

Et an presumatur delictum commissum in furore, vel tempore sanæ mentis, vide Grivell. 22 decif. 33. a nu. 26. ad 28, ubi limitat in atrocissimis admissa opinione Foller. ad favorem

rei. Verum furiosus, neque interrogari potest sub tormentis de crimine ante furorem commissio, ut cum Bocero existimat Carpzov. q. 118. num. 17. par. 3.

Et an consanguinei furiosi teneantur de dilig. 23 Esto commissio per furiosum, negativè resolvit Cabal. supra cit. loc. num. 50. nisi a Judice fuerit injunctione custodia.

Et quid in Noctambulis hominem occidentibus, vel aliud quodvis delictum committentibus, an puniendi sint, & quæ probanda sint ad hoc ut excusentur, vide Zaccb. qq. Medic. legal. lib. 2. tit. 1. de Dormientibus noctambulis qu. 12. a num. 10. ad nu. 12. ubi, quod ordinariæ poenæ subjiciuntur, quoties ratum habuerunt in vigilia, id quod in somno gestum fuit ex Menoch., & quod non teneantur poena ordinaria leg. Cornelie. Noctambulones, tenet, declarata opinione Gaill. Georgius Adilbert. in notis ad Valent. Voltzium in comment. ad l. Cornel. de Sicar. ad cap. 6. num. 12. lit. E. fol. 563. Noctambulones sunt illi, qui vitio phantasie correpti Medici incubos appellant, Crispius in tract. de indic. p. 4. cap. 33. num. 48. & 49. ubi quod incubus morbus est ex prava fantasie dispositione, malisque humoribus nascentes, qui hominem alto deprimit somno, eoque divexit, ut existimet corpus sibi aliquod grave, & immensum sibi incumbere; cetera videnda sunt apud eundem qui refert multa de Noctambulonibus.

Et quid in delicto commissio ab obsesso a Dæmore, an sit puniendum, vel tribuendum Dæmoni obsidenti, vel judicandum sit sicut de crimen commissio a furioso dilucida intervalla habente, vide Grivell. dec. Dolan. 33. qui num. 27. decisum refert contra obsessum, maximè quia casus verfabatur in claris, ex quo mulier confessa fuerat patrum fecisse cum Dæmons tempore sanæ mentis.

Et an obsessus a Dæmons possit subjici tormento ad eruendam veritatem, negativè respondit Basilico decif. 8. nu. 71. ubi laudat graviores Authores, & memor fuit de hac Crivelli decisione, quemadmodum memor est Crispius de indicis p. 1. q. 101. nu. 10. & p. 4. cap. 33. n. 49. & 50.

Decima causa mitigandi est in ebrio, qui delictum in impletu ebrietatis, qui non suo vitio, sed Combitonum vi coactus se plus justa oneraverit, Anton. de Mattreis de criminib. lib. 48. tit. 18. cap. 4. num. 5. Zaccb. qq. Medic.

Tractatus Criminalis Analyticus. 251

colegal de Ebrio q. 11. num. 37. & quomodo debet esse ebrietas, adhuc ut excusat, vide Caball. cas. 297. num. 16. cent. 3. Harprett. in §. item lex Cornel. de Sicar. 5. tit. institut. à num. 287. cum seqq. de publ. judic. tom. 4., ubi quod enormiter ebrius à poena ordinaria excusat.

XI. Causa est quandò proponitur delictum ex melanctolia commissum, quod accidit, quandò melanctolicus humor salubriter humano corpori datus degenerat in aetam billem, per quam cerebrum primariò afficitur, sive peculiari, sive totius corporis viatio, quo morbo affecti, vel cogitant, vel loquuntur longè à consilio, & ratione aberrantia, omniaque peragunt cum metu, & mæstitia, ut ex Io: Bodin. & Philipp. Camerar. benè docuit Carpzov. par. 3. qu. 145. à vnum. 53. ad 62. ubi refert, non esse similes homines delinquentes prorsus impunitos dimisso, sed tantum mitigatum ordinarium delicti supplicium, substituta per prudentem Judicem quadam extraordinaire poena, qualem criminis aequalem existimaverit, ratione melanctolicæ affectionis, & mentis perturbatae, & diximus supra in criminis abortus. frvè infanticidii, vers. Illyd denique; Et laborantes tali affectu Melanchonico eximuntur à tortura, prout eximuntur furiosi, Carpzov. in ead. p. 3. qu. 118. v. 18. & 19.

XII. Causa, ex qua hæstarì potest, an poena veniat minoranda est ob nimii amoris vehementiam, quia amor, & libido vehemens æquiparatur furori, Carpzov. par. 2. practic. crim. q. 61. n. 60. & quod amans, qui ex amoris vehementia sui compos non est mereatur remissionem, vel mitigationem poenarum, docet eruditissimus Daniel Clasen. de jur. agrat. cap. 13. caus. 2. fol. 138. & 139. ubi infinitas cumulat eruditioñes circa infaniam amoris, & quod nonnulli præ amore summo mortui sunt, vel voluerunt se morte tollere, perbellè Rota decis. 12. impressa per me post Praxim de præsent. instrument. à nu. 9. sed hujus poenæ mitigatione non placuit Anton. de Matthæis de criminib. lib. 46. fff. tit. 18. de pen. cap. 4. num. 9., ubi admittit quoties cum amore concurrit ira, quæ ortum habet ex rivalium injuria, cuius iræ impetus poenæ mitigationem inducit. Accedit Harprett. in §. Item lex Cornel. de Sicar. tit. 5. Instit. num. 297. de public. judic. tom. 4. ut ex And. Gaill. advertit in puncto

Juris defendi non posse, ut excusat à poena ley. Cornelie homicidium commissum ferventissimo amoris estu, seu impetu, nisi amor fuerit conversus in furorem, vel provocatio Corrivalis, & impetuosa debbacatio rixosa crimen extenuent.

XIII. Minorandi causa est subtilitas ingenii, 31 & insigne artificium, ducto arguento ex text. in l. ad bestias ff. de penis, Gram. conf. 29. num. 40. & conf. 6. & exemplum adduxit Daniel Clasen. de Iure agrat. cap. 14. fol. 157. ubi quod est minoranda poena ob utilitatem publicam, nempè si is, qui delictum capitale commisit sit utilis Reipublicæ, & refert Dyn. ad l. d. ad bestias dicentem quemdam insignem artificem Fabrum ob homicidium perpetratum in socium militari poena castigatum fuisse, eo quod utilis fuisset Reipublicæ Grammatic. cit. conf. 29. & conf. 43. num. 3. & servatum fuisse cum doctissimo, & peritissimo rerum criminialium Magistro Farinacio, cui ob ejus peritiam, & excellentiam pepercisse Clem. VIII. experte Cardinali Salviato, testatur doctus D'Yrsaya à Boston in suis institutionibus criminalibus lib. 4. tit. 7. de penis augendis, vel minuendis num. 20. quamvis contradicat, aliam intelligentiam tradendo ad ley. bestias Anton. de Matthæis in cit. tit. 18. cap. 5. n. 7. & 12. de penis.

XIV. Minorandi causa est meritum per insigne beneficium in Rempublicam, ut de Flavio Scriba, & de Horatio occidente sorem docet Daniel Clasen. de jur. agrat. cap. 13. caus. 8. fol. 143. & latius cap. 14. fol. 152. ubi testatur de contraria praxi, & observantia. Sed quod servitia Principi præstata excusat à poena mortis, vide Reg. Tap. in Constitut. Regni terminum vite nu. 40. lib. 5. juris Reg. Accedit Valent. Voltz. in Comment. ad l. Cornel. de Sic. in Appendic. ad Caput 6. num. 49. ubi quod præstantia artificii, vel præclara de Republica merita, Principem aliquando permovere possunt, ut si non planè ad homicidiam absolvendum, mitiore faltem poena castigandum ex ead. l. 3. r. ad bestias, ff. de penis.

XV. Ob rusticitatem poena etiam minoranda venit, ex quo rusticitas non excusat in delictis, quæ jure Divino naturali, Gentium, & Civilis notorio non vindicantur, ex Menoch. de arbitr. apud Carpzov. in Prax. p. 1. q. 45. n. 44. Daniel Clasen. de jure agrat. cap. 13. fol. 155. Accedit Antonius de Matthæis

de criminib. ad lib. 48. fff. tit. 18. de pœnir cap. 5. num. 10., ubi assignat hanc eandem rationem, quod juris naturalis, aut Divini ignorantia neminem excusat. Cæterum data ignorantia juris positivi succurrendum erit rusticis, etiam à contraventione Regiarum Pragmaticarum, maxime si non poruerint consulere peritiores, ut decisum habetur apud *Viv. decis. 318. num. 4. & in decis. 289. n. 37. & in decis. 504. n. 5. & 6.* Et quod regulariter non sit rigidè procedendū cum rusticis dixit *Novar. de Gravaminib. Vassallor. gravam. 445.* qui limitat in rusticis sagacibus qui non sunt omnino à poena immunes.

XVI. Causa excusans est mandatum superioris, nempè si quis mandato Principis, aut Ducis quendam interficerit, dubitatur, an teneatur pœna leg. *Cornel.* Et quamvis in illicitis Domino jubenti haud sit parendum per text. in l. 17. §. 7. ff. de *injuriis*. Tamen si quis discernere nequeat, nūm in quibusdam superiori parere non liceat, sed jure subjectionis se esse obligatum Domino ad obediendum in omnibus, præsumendo Dominum suum justa, & licita imperare, & tunc esset parcendum, *Daniel Clasen. de Iur. aggrat. cap. 13. caus. 6.* & quod hoc homicidium commissum iustū superioris potentis dicatur commissum etiam ad defensionem, dixit *Farinac. de homicid. qu. 125. n. 54.*

Et quod talia mandata Superioris, etiam Potentis excusent solum à pœna ordinaria, dixit *Viv. decis. 394. lib. 3. num. 13.* ubi refert suis ad regias triremes vita durante damnatum vassallum, qui fassus fuerat patrassē homicidium de mandato sui Domini, sed quoties servus delictum commiserit leve de mandato sui Domini, totaliter à pœna excusatur, *Caball. resol. crimin. casu 289. n. 20. cum seqq. cent. 3.*

Et an jussus Parentum excusat à Parricidio, ceterisque delictis, videndus est *Bened. Carpov. in Prax. par. 1. q. 8. num. 45. & 46.* & magis in terminis *Tiberius Decian. lib. 7. cap. 15. num. 4.* ubi eruditorum, & Sacrae Scripturæ loca adducit.

Et quid in mandatario delictorum, & criminum, quæ personæ coharent, veluti si fuerit mandatum committi stuprum, adulterium, vel sodomitam, vide *Annon. de Mattheis de crimin. tit. 18. cap. 4. n. 15.*

XVII. Causa leniendi pœnam in filio, quem

38 Pater ultrò Iudicibus obtulit ad finem illum coercendi, qui si culpabilis reperiatur de gravioribus criminibus, non potest ulli pœna plecti, ne videatur Pater filium ad supplicium obtulisse, ex tex. in l. militis 13. ff. de re militar. §. ult. ubi statuit I. Consultus filium desertorem, qui à Patre oblatus fuit in deteriorem militiam dandum, nè videatur Pater filium ad supplicium obtulisse; quare apud *Reg. Sanfelic.* filius ille, qui fuerat ad instantiam Patris carceratus, & repertus cum armis fuit patri consignatus, ex decisore supra citati text. ut testatur in *Praxi Iudic. sed. 22. num. 5.* At in contrarium contendit *Anton. de Mattheis ad lib. 48. fff. tit. 18. de pœnis cap. 5. nu. 13.* quoties filius majus crimen commiserit, nempè sacrilegium, cædem, vel adulterium; nihil enim tunc proderit oblatio, cum de pœna horum criminum, nec Princeps aliquod suo arbitrio statuere possit. Accedunt ampliationes, & limitationes allatae per *Farinac. de pœnis temperand. quest. 98. casu 6. & n. 164. ad 172.*

XVIII. Causa leniendi pœnam est numerus filiorum, & DD. hoc firmantes sunt freti argumento ducto à Tex. in l. cym in Provinc. 57. §. 5. ff. de *Ritu nupt. ex loc. Quintilian.* apud *Anton. de Mattheis ad lib. 48. ff. de pœnis cap. 5. nu. 8.* ubi refellit hanc sententiam, concludendo in fine, ibi: *Quintilianus verò locus non docet, necessariò Iudicem reo ob liberas parcere, sed facere plurimum parvulos liberos ostentantes ad misericordiam judicium excitandam.*

XIX. Causa consideratur in fallitate commissa per filium familias pro liberando Patre carcerato, quæ adeo excusatione digna censemur, quod filius puniri non possit, ex tex. express. in l. qui cum metu, §. Patris mortem, ff. de bon. libert. *Paul. de Castr. consil. 371.* & proindè suis per M. C. V. filium liberatum à tortura ostendit *Thor. in Compend. vers. falsitas commissa tom. 2. fol. 207.*

XX. Causa, qua queri potest; an pœna minoranda veniat, est in consanguineis occidentibus veneno carceratos consanguineos, nè diffamenti; cuius delicti pœna, quæ sit, & an delinquentes aliqua excusatione digni, videndus est *Caball. resol. crimin. cap. 94. tom. 1. Thor. in compend. decis. par. 3. sed. 2. v. Occidens carceratos, fol. 202.* ubi refert contrarium decisum, nempè suis punitos pœna mortis, & raptatos per Civitatem.

XXI.

Tractatus Criminalis Analyticus. 253

XXI. Causa in Dominis percutientibus ser-
42 vum cum verberibus, ex quibus servus
mortuus est, cuius delicti poena, quæ sit,
videndus est *Tborus in compend. decif. par. 3.
sec. 2. v. Poena, quæ nam sit* fol. 279. ubi
refert suisse impositam poenam triremium
commutatam postea in exilium. Et quod
famulus verberatus à Domino præsumatur
verberatus causa correctionis, idè si ex
percussione obierit, tenetur Dominus de
excessu poena extraordinaria, vide *Farinac.
de var. & divers. criminib. q. 105. num. 146.*
post *Clar. in §. fin. versic. Potest etiam.*

XXII. Causa est; quando reus fuit punitus
43 leviter, vel excessivè tortus, non poterit
in poenam ordinariam damnari, quia tortu-
ra indebita debet cedere in diminutionem
poenæ, *Raynald. observat. crimin. cap. I. §. 10.
à nu. 47. cum seqq. tom. I., ubi semper, ac*
Iudex gravavit reum in procedendo, erit
*recedendum à poena ordinaria. Accedit Reg.
Matthei contr. 28. à nu. 4. cum seqq. & ea,*
quæ diximus in Animadu. 353. & 354. n. 1.

Et quod hæc conclusio procedat, etiam si reus
44 ponatur in aliquo loco ignominioso pen-
dente fabricatione processus, dixit idem
*Raynald. cit. loc. num. 52. ex Tbor. de Angelis,
& Reg. de Costantio.* Et quid in Reo gra-
viorum capitalium criminum, qui tempore
pestis fuit à carceribus dimissus ad hoc, ut
vacaret pro sepeliendis cadaveribus pestife-
ro morbo infectis, nūm ejus delicta censean-
tur remissa, affirmativè resolvit *D. Petrus
Quesada* *dissertat. I. à num. 35. ad 58.* ubi
refert suisse reum in exilium missum.

XXIII. Causa temperandi est in adolescentे
45 occidente illum, qui eum tentaverat, &
viri intulerat in ejus pudicitia, *Camillus
Bozrellus in sum. decif. tom. 3. tit. 1. de Spon-
salib. à nu. 93. ad 96.* ubi tradit eruditorum
Authorum exempla, adolescentem non esse
molestandum, neque aliqua poena afficien-
dum. Accedit *de Mattheis ad lib. 48. fff.
tit. 5. ad leg. Cornel. cap. 2. n. 2. & 12.*

XXIV. Causa est loci consuetudo, ad *text. in
46 cap. flagitia §. omnes 32. qu. 6. & in cap. cum
venerabilis, vers. migrasse de consuetud.
adeout consuetudo mutuandi pecuniam
ad rationem septem, aut octo pro centenario
ratione interesse in mutuo excusat usura-
rios, ut consuluisse adversus Fiscum testatur
*Olea de cessione Jur. tit. 3. q. 52. nu. 25. & 29.
allegat. text. in l. si quis fugitivus, §. apud
Labeonem, ff. de edil. Edict. quam opinio-
nem veriorem putat Leotard. de usur. q. 100.**

*nu. 56. contra Peguer. decif. crimin. 30. quod
procedere etiam in consuetudine reprobata
ab aliqua Constitutione, dixit Farinac. conf.
54. n. 18. & 19. quod ego non admitterem
sic de facili, & d. Author consulendo scripsit;
videndus est ex nostris Reg. de Rosa resol. 38.
num. 19. & 20. tom. 3. ubi an committant cri-
men usuræ contrahentes contra formam
Bulle, & Pragmaticæ de censib. recipiendo
mutuo pecuniam, & pacificando interesse
ad rationem 15. pro centenario, stante con-
suetudine faciendi similes contractus, quæ
ponebatur adesse in Civitate Gaetæ.*

Quibus accedit, quod consuetudo excusat
47 Episcopos, & beneficiatos disponentes, &
testantes in morte de bonis quæsitis ex red-
ditibus Ecclesie etiam instituendo consan-
guineos divites, ut contra *Martin. Navar.*
resolvit *Sarmient. de redditib. Eccles. par. 4.
cap. I. nu. 9. & 10. & opinionem Sarmient.*
probat *Gallus de fructib. disp. 37. à n. 44. ad.
46. & Mansi de testam. valid. vel invalid.
tit. 13. q. 8.* ubi rationem reddit.

XXV. Causa in emicente ignem, ut vulgo
48 dicitur in restuchiis congruo tempore, id est
in mense Augusti, juxta dispositionem *cap.
Regni incip. jam pridem;* Nam si acciderit,
quod vi ventorum superveniente ignis va-
getur, & vicini prædia devastet, non tene-
tur immicens criminaliter, sed tantum ad
interesse partis, ut habetur apud *Tbor. in
vot. 27. n. 25. in fine*, ubi limitat quando ignis
fuisset accensus die ventoso, quia tunc cul-
pa non careret, & quod tale incendium sit
impunibile defendit *Borell. conf. 7.* ubi refert
suisse absolutum quendam, qui incensis sti-
pulis permiserat ignem vagari, videndus est
*Carav. conf. II. inter consilia criminalia di-
vers. apud Zilett. tom. 2.*

Idem dicendum erit in delicto commisso per
49 oblivionem, nempe si quis per oblivionem
ostium non clauerit, & inde furtum fa-
ctum, vel per oblivionem candelam non
extinxerit, & inde incendium subortum,
quia delictum non erit habendum, nisi pro
culpo, ut docet *Samuel Strikii de jure
sensuum* *dissert. 9. de jure oblivionis cap. 3.*
de effectu oblivionis naturalis *nu. 35. & 36.*
ubi an ad restitutionem damni teneatur, &
affirmat contra *Lessium* contrarium sen-
tientem.

XXVI. Causa quoties est facienda poenæ com-
mutatio ob adversam valetudinem con-
sideramenti ad triremes, semper est facienda in
leviorem, nunquam in graviorem, *Anton.
Fa-*

Faber in suo Cod. tit. de pœnis definit. 8. Clar. in pract. crimin. q. 85. ubi ponit exempla in mulieribus incidentibus in pœnas iæcum funis, vel triremum, quæ erunt commutandæ in sustigationem, exilium, vel alligationis ad catenam *Tbor.* in 2. part. secl. 2. v. Pœna, quod dixit *Mustat.* in pract. crimin. in tit. de cognit. delictor. in tit. de blasphem. n. 47.

XXVII. Causa excusans à pœna asportationis
51 armorum prohibitorum quando quis fuit ab alio insultatus, & verberibus affectus, illico arrepto sclopo parvulo iæcum emisit in personam insultantis, non autem morte, vel vulnere subsecuto, non tenebitur pœnis in Regiis Pragmaticis contentis, sed tantum ad pœnam exiliare per triennium, ut decisum per S. C. reformato decreto M. C. V. quo imposita extiterat pœna triremum per quinquennium, testatur *Tbor.* par. 3. verb. pœna asportationis sclopi parvuli, meminit *Reg. Matthei de regim.* *Reg. Valent.* c. 8. §. 8. n. 152.

XXVIII. Causa minorandi pœnam pecunia-
52 riām est Neapolitanum privilegium, virtute cujus non exigitur pœna spreti mandati, nisi pro summa carolenorum decem, *Reg. Rosa* in pract. cap. 4. num. 10. quod procedit nedum respectu Casalium *Reg. Merlin.* controv. 99. num. 4. tom. I. & controv. 72. num. 7. cent. 2.

Sed etiam respectu exterorum existentium, &
53 moram trahentium in hac Civitate, quibus quoque prodest Privilegium concessum Neapolitanis, ut eorum bona non subjaceant confiscationi, nisi in criminibus exceptis, adeo quod etiam Exteris, & forensibus opulatur privilegium pro bonis, & annuis introitibus existentibus in hac Civitate, ut existentibus in hac Civitate, ut ex *Menoch.* conf. 1007. diximus in observat. 183. n. 5.

Limitatur quando pœna fuisset deducta in sti-
54 pulationem, idem *Reg. de Rosa* loco citato, vel quando mandatum injungeretur ratione gubernii, vel pro bono regimine *Reg. de Ponte de potest.* *Proreg.* tit. I. n. 18. cui contradicunt *Reg. Capyc.* latro consult. I. n. 120. tom. I. & *Reg. Sanfelic.* dec. 135. a. nu. 14. cum seqq.

Ad hoc tamen, ut mandatum pœnale legiti-
mè injunctum dicatur, & pœna exigi possit, requiritur, ut fiat cum assicurazione respe-
ctu aliorum delictorum, quia alias pœna exigi non possit, juxta illud, quod deci-

sum reliquit *Tbor.* in supplem. vers. contuma-
cia fol. 115. & quod assicuratio concedenda
sit pro crimine capitali, non autem pro levi
juxta practim tam M. C. V. quam Regi-
rum Audientiarum, quam tradit *Reg. Rosa*
in pract. *Decretor. Crimin.* cap. 9. num. 25.,
ubi laudat *Reg. Sanfelic.* decif. 236. Requiri-
tur insuper ut de mandato constet in pro-
cessu per legitimam scripturam, alias defice-
ret corpus delicti, ut ex *Reg. Matthei* di-
ximus in nostra observat. ad sing. 109. nu. 8.
& in *Animadvers.* 353. n. 2.

Illud tamen scire oportet, quod si ille cui fuit
mandatum injunctum absque assicuratio-
ne, si mandatum acceptaverit, non poter-
it in casu contraventionis proponere hanc
nullitatem ex defectu assicurationis, se d
tenebitur ad pœnam ad quam se submisit
acceptando mandatum, & cum fisco quasi
contrahendo, ut pluries practicatum testa-
tur *D. Capiblanc.* ipso existente fisci Patro-
no in *M.C.V. de Baronib.* super *Pragm.* 14.
nu. 79. verific. solent adhuc, in novissima im-
pressione tom. I.

XXIX. Causa quando reus fuit confessus
56 cum qualitate, & qualitas adjecta confessio-
ni justificatur aliundè ex probationibus, vel
presumptionibus, juxta *Abbatis* opinionem
communitè receptam contra *Bart.* in leg.
Aurelius, cujus opinioni Tribunalia adhæ-
rent quoties qualitas habet presumptiones
contra se, vel est admodum inverisimilis,
quia tunc pœna ordinariæ erit locus, *Facib.*
controvers. *Jur. lib.* I. cap. 27. in fine, *Caren.*
de Offic. *Sanctæ inquisitionis* par. 3. tit. 8.
num. 8. *Reg. de Marinis* lib. I. cap. 23. *Reg.*
Sanfelic. qui scripsit in eadem causa decif.
228. *Tbor.* in compend. decif. par. 3. V. *Confes-*
sio Rei inquisiti, *Quesada controv. forens.*
cap. 30. ubi respondet contrariis decisioni-
bus; videndus ex recentioribus, & doctissi-
mis rerum criminalium Authoribus *D. Mi-*
chael de Calderò decif. 21. in fin. n. 34. qui de-
cismus refert fuisse extraordinariè punitum
confessum occidisse suam uxorem inven-
tam in Adulterio cum homine, quem asse-
ruit non cognovisse, non obstante, quod
contra confessionem urgebant validæ pre-
sumptiones, quæ resultabant ex bona qua-
litate occisiæ; Verum, ex quo fuit probatum
in defensionibus, quod antiquis tempori-
bus mulier adulterium commiserat, fuit per
septennium condemnatus ad inserviendum
in Regiis Triremibus. In Magna Curia Vi-
cariae

Tractatus Criminalis Analyticus. 255

cariae servatur extra controversiam *Abbatis opinio*, ut testatur *Marchio Ville Rose* in præxi decretor. cap. 5. num. 55. v. Verum, ubi refellit interpretationem *Reg. de Mariinis*, & novam distinctionem adducit, nempe non esse scindendam confessionem in reo tantum inditiato, confessio cum qualitate; sed bene in Reo convicto, qui non probavit qualitatem ex *Reg. de Luca in observat.* ad decis. 566. num. 6. quæ fundatur in doctrina *Farinacii de Reo confessio, & convicto* §. 1. n. 135. in fine, sed quid decernendum si nec Accusator probet homicidium non iure factum, nec Reus probet fecisse defendantis sui gratia, adeundus erit pro resolutione propositæ controversiæ *Antonius de Mattheis de criminibus ad lib. 4. 8. fff. tit. 16. de question. cap. 1. de confessione spontanea* num. 20. ubi ita ratiocinatur: Postrem quærunt an si reus cædem confiteatur, sed Jure factam dicat, confessio ejus, ita dividi possit, ut priorem partem acceptet accusator, posteriorum repudiet: utique capit is pena plectendus sit reus, si non probet jure factam? Causam hic nullam video, quo minus dividi confessio possit, nec amplius queratur, an cædem fecerit reus, sed an fecerit dolo malo. Nec tamen onus omne probandi injungeretur reo, sed & accusator probabit dolo factam; & contra reus: jure factam, puta defendendi sui gratia. Sic enim Milo cum Clodium aggressorem occidisse se diceret, non tam idcirco damnatus est, quod non probaret, insidias sibi à Cladio factas, quam quod Clodiani contra probarent, consultū à Milone Clodium interfectum. Quid ergo si nec accusator probet dolo factam cædem. nec reus defendendi sui gratia, quid fieri? Resp. plerique quoniam cædes dolo facta præsumitur; ob præsumptiones autem nemo potest puniri capite, idcirco pœnam mitiorem extra ordinem infligendam. Quæ sententia nescio an legibus, aut rationibus defendi possit: nam aut nocens reus est, aut innocens, si nocens, pœna ordinaria plectendus est: si innocens, causa nulla est, cur extra ordinem potius puniri, quam absolvī debeat. Prù nocente autem habendum innuit l. 1. C. ad l. Cornel. de Sic. l. 5. C. de injur. ex quibus colligitur ea, quæ sui natura turpia sunt, in dubio præsumi dolo facta: per consequens si reus non probet sine dolo facta, in ea causa videtur, ut ordinariam pœnam effugere non possit. Probet igit-

tur reus, si testibus non potest, argumentis saltem innocentiam. Veluti inimicus fuit; sepius minatus erat: valentior erat, ille armatus, ego inertis: ille expeditus, ego mulieres mecum trahens, stipatus ille Sicariis: ego solus cum domesticis: ex illius morte nullum ad me redditum erat emolumen-
tum, & si qua similia: Quorum si nihil adstipulari reo videatur, non poterit non pro-
nocente baberi. Quod si duriuscum hoc
videatur, imponatur ecclæsio reus: nec enim
dubitandum ad ecclæsum sufficeret eam confes-
sionem, quæ tam propè condemnationi reum
admovet.

XXX. Causa, quod confessio rei non conti-
net verisimilem causam delicti *Farinac.*
conf. 185. num. 28. Gramm. decis. 48. num. 5.
adeo quod dicta confessio non sufficit, nisi
ad torquendum, ut in pulchro casu ratiocinatur *Tropia* decis. 29. num. 5. quem laudat
Reg. Rosa in præxi decretor. M. C. V. cap. 5.
num. 49. Et ad hoc, ut confessio reddatur
inverisimilis, sufficit, ut reus reperiatur va-
rius in circumstantiis, vel si non exprimat
locum, & tempus commissi delicti, *Bartazol.*
conf. 29. num. 10. & 11. *Zuffius de legitim.*
process. lib. 3. q. 194. num. 10. & 11. *Brunnem.*
in Comment. ar. ad tex. in l. confessus de con-
fess. n. 4. & 5. ubi quod in confessione sine
causa pro causa sufficit pravum genium de-
linquentis; Verum M. C. V. non solet
procedere ad citationem ad informandum,
& ad Capitula, non concurrente causa deli-
cti, pro quo venit imponenda poena mor-
tis, quando reus est tantum inditiatus, non
autem convictus de crimine, juxta Praxim
apud *Reg. de Rosa* in præxi. decr. c. 9. n. 35. &
37. de qua diximus in obser. ad Sing. 81. n. 9.

Accedit ad hanc praxim comprobandum
38 Anton. de Mattheis ad lib. 4. 8. fff. tit. 16.
de quest. cap. 1. n. 2. ubi quod est necessaria
expressio cause in confessione ad hoc ut do-
lictum dolo commissum dicatur, ibi: Quid
enim si confiteatur quis occidisse Titum,
cum potuerit, vel dolo tamquam inimicum
occidere, vel jure tamquam latronem, non
erit pro confessio habendus, ob id, quod occi-
disse confessus sit, sed quod occidisse dolo, qua-
re recte interpres præcipere videntur, ut
Judec cum reus imperior est, non solum in-
terroget, an fecerit, sed an cur fecerit, &
cui bono, sed quando percussor est certus,
qui est convictus de crimine, sed causa de-
linquendi non constat, præsumitur deli-
quis-

quisse per *Affassinum* de mandato alterius, adeo ut potest jubici torturæ, ut monet *Reg. Matthœu de re crimin. controv. 15.n.2.* quod non negavit idem de *Rosa citato loco nrum. 35.* & hoc negare non poterat, nam ita communiter est receptum, etiam non concurrentibus aliis indiciis, ex *Farin. in prax. crimin. q. 37.n.155. in fine,* ubi testatur semper vidisse hoc in practica servatum, & nullum invenisse Contradictem comprobant *in confit. 196.n.1. tom. 3.* *Reg. Matthœu de Regimine Regni Valençie cap. 8. §. 8.n.40.* licet istam conclusionem non sic simpliciter intellexerit, sed duobus concurrentibus *Eminentissimus Cardinalis Gualterius in quadam sua consultatione*, quam efformavit tempore quo Pauperum Advocati munera tam laudabiliter in Curia Romana fungebatur, quæ reperitur impressa apud *Zufsum de legitimat. processus lib. 1. queſt. 66. à n. 24. cum seqq.*

XXXI. Causa, quod confessio fuit extorta *59* cum minis, & verberibus Reis illatis, ut diximus rejicendo contrariam sententiam *Reg. de Rosa in Observat. ad Singul. 353. à num. 4.* ubi decimum retulimus fuisse admissionem revocationem talis confessionis, licet confessio fuisse ratificata in Aula M. C. Vicariz, & confirmavimus in nostris *Observationibus. ad Gallupp. ad par. 2. cap. 21.* *num. 20.*

Et an confessio extorta per suggestionem sufficiat ad condemnandum, videndum est *Merend. controv. lib. 5. cap. 12.* ubi respondit ad *text. in l. 1. §. in causa. verf. Qui queſtione nem ff. de quaſtione.* & in pulchro casu decisionem refert *Ciriac. controv. 150. à num. 101, cum seqq.* Et quod de consuetudine possit reus interrogari in specie super delicto, & confessio non dicitur extorta, videndum est *Farinac. de Reo confesso q. 82. nn. 98. & Reg. Rosa, qui alios cumulat in prax. crimin. cap. 5. n. 54. v. Rurſus.*

Quamvis confessio extorta in tormentis, nullis praecedentibus indiciis non sufficit ad *61* condemnandum, adhuc reo perseverante in confessione repertis indiciis, post *Bartot. in l. maritus, ff. de quaſtione.* & *Hippolyt. de Marsil. in l. penit. ff. de quaſtione.* de recepta, & communi opinione testatur *Carpzov. q. 123. à num. 13. ad 20.* ubi ita refert ſepiuſ pronunciatum.

Verum tali confessioni fides erit adhibenda si veritati conveniat, nempe si omnes circum-

ſtantes in confessione expreſſe ſint conſentanea cum dicta confessione, ut ſcilicet locus sepulturæ illius interfecti, omnia vulnera, & percussionses ipsius occisi, & similia, quia ex dicta confessione resultant indicia indubitata, quod ipſe conſitens fuit occisor, *Marsili. in pract. crimin. ſecunda queſtio, nu. 32.* & ipſo laudato comprobant *Grammat. conf. 40. n. 27. 28., & 29.* qui ampliat etiam ſi confeſſio fuit facta ſuper proceſſu nullo, cum non attendantur juris ſolemnitates, quando conſtat de veritate rei cum delicto ſic explorato, licet teſtibus probatum non ſit, violentiſſima hominum probatione probatum videtur, & proinde dubitandum non eſſe de poena mortis infligenda tali reo confeſſo in confessione perseveranti, dixit *Benedictus Carpzov. in prax. par. 3. q. 126.* & num. 12. ad 16., ubi quod quando circumſtantiae cum facta confeſſione non conve niunt, deveniſandum eſt ad poenam extraordinariam.

Illud extrā controverſiae aleam reponitum videtur, quod confeſſio ſpontē facta abſque *63* tormentis, vel metu tormentorum, etiam nullis praecedentibus indiciis, ſufficit ad condemnandum conſitemptem abſque aliqua ratificatione, ex *text. in cap. 1. cum ibi notatis de accuſat. de communi teſtatur, Viv. opin. 141.* & antè eum, *Foller. in prax. crimin. rub. 6. ſi conſuebuntur n. 65.* ubi in fine novem ponit limitationes, comprobant *Alexander Trentacing. lib. 2. variar. reſolut. 2. de confiſſ. num. 48.*, ubi adhoc, ut habeat locum hęc conclusio ſe remittit ad *Foller. in ſua Pratic.* & quod in hoc caſu ſola confeſſio abſque legitimis indiciis ſufficiat ad condemnandum, deſendit *Anton. Merend. controv. lib. 5. cap. 8.* ubi expendit *text. citat. in cap. 1. de accuſat.* accedit *Anton. de Matthœis de criminib. tit. 16. de quaſtione. num. 1.* ubi, quod *text. in l. 1. §. Divus ff. de quaſtione. lib. qxi paſſim in contrarium allegatur, procedit in confeſſione extorta, vel in confeſſione extrajudiciali.*

Et quid quando Inquisitus velit revocare tam confeſſionem propter metum, an tenetur hoc probare plenē per Testes, vel ſufficiat tortura; vide *Boſſium in tit. de confeſſ. num. 97. & 80.* ubi adducit *Aret. in. dicentem hoc eſſe in arbitrio Judicis;* ſed ipſe contrarium tenet.

XXXII. Causa, quod confeſſio facta per reum non fuit expreſſe per Fiscum acceptata;

Tractatus Criminalis Analyticus.

257

Et ta; quia talis confessio sine Fisci acceptatione non afficit; & potest per consitentem revocari, etiam non docto de errore, *Danza de pugna Doctor in tis. de confessio, & confessione cap. 2. num. 3.*; & quod confessiones passim à Fisco acceptari soleant testatur, *Matthæus de Reginine Regni Valentie cap. 8. §. 4. num. 25.* & ita servatur in Magna Curia, & in Regiis Provincialibus Audientiis Regni, & confessiones factæ coram Officialibus demanialibus, vel Baronalibus debent acceptari per Curia Coadiutorem de Angelis de Officialibus Baronum cap. 316. nu. 2. quamvis dixerit *Farinac. q. 81. num. 55* s. sufficere, quod talis confessio acceptetur per Judicem.

XXXIII. Causa, quod confessio non fuit recepta, ubi maiores consueverunt Curiam regere sedendo pro Tribunal, juxta text. in l. penult. ff. de justit. & iure, l. si ut proponis 26. ff. quemadm. & quand. Judex, & ex glos. in l. 4. §. sit prætor ff. de interrogator. actionib. §. in itinere, Marfil. in l. de minore §. plurimum num. 11. in fine, Clar. in §. fin. q. 21. num. 35. Foller. in Pract. Crimin. verb. & si confitebuntur num. 7. Farinac. q. 81. num. 50. Ricc. dec. 318. par. 4. & aliis relatis per Angel. Scial. in præc. fori judicat. c. ap. 4. nu. 54. Dissentit Reg. Rosa in præc. crimin. cap. 19. num. 40. qui refert bis contrarium determinatum de anno 1673. in confessione facta cum Gubernatore in domo Judicis ægrotantis, & in casu, in quo deficeret in confessionibus particula Curia pro Tribunal sedente, & in hoc ultimo casu decreta fuerunt confirmata per Collaterale Consilium, & non per Sac. Consilium, ut restatur Dom. Marchio Villæ Rossæ, ex quo Magna Curia erat delegata. Et ego libenter concurro cum dictis decisionibus tam satis juri, & rationi consentaneis, tam in primo, quam in secundo casu neminem ex rationibus perpensis per D. Regem, sed ex quo quamvis Judex habeat scitum Tribunal, potest nihilominus ex eaufa alium sibi locum eligere, dummodo hoc innotescat, & sententia, & acta sublinetur, maximè partibus consentientibus, ex quarum consensu fit prorogatio de uno loco ad alium, ut post Antonium de Matthæis, & ceteros ad vertit Francisc. Niger. Cyriac. controv. 416. à num. 31. ad 35. tom. 3. Itis verbis hic transcribendis.

Sed fuit congruus; & sententia eis hic non dicitur nulla, quoniam hinc Judex habeat scitum

Tribunal, tamen potest sibi aliud eligere, dummodo publicè, & notoriè hoc faciat Alberic. qui dicit ita sèpè fieri vidisse in l. cum sententiam 6. sub num. 2. vers. non tamen nego, C. de sentent. & interlocut. omn. jud. Augustin. de Bonfrancisib. de Arimin. in addit. ad Angel. de Malef. in verb. nos T. potestas predictas num. 3. Abbas in cap. P. & G. 40. sub num. 14. vers. In ordinario conclude extra de off. & potest. Ius. deleg. Marian. in c. significasti 18. m. 33. de for. competent. Scaccia de sentent. & re judic. gl. 7. q. 4. specie 2. num. 1. ubi num. 12. reprobatur tenentes sententiam esse nullam, & num. 17. hoc pro indubitate ponit, quando existat consuetudo, nam tunc potest dicere jus in Camera, berto, & alibi per Glus. in Autb. de testib. §. & quoniam stimus in verb. illic. in fine, Alberic. & August. de Arimino loc. supra cit.

Notorium autem est sèpè à Senatio ferri sententias in domo Präsidis, vel antiquioris Senatoris, & maximè hoc fieri poscit in casu isto, quia etiam causa ista collecta fuit in Edibus privatis D. Präsidis Ripæ, in quibus tunc reddebatur jus; & quia tempore publicationis ego habebam justam causam non accedendi ad prolationem sententia in alio loco, quam solito monitis tamen partibus, Scacc. de sent. & re jud. gl. 7. q. 4. spec. 2. n. 11. de hoc Authore, & aliis ab eodem laudatis non immemores sumus in nostris Observationibus ad Gallupp. ad p. 3. c. 1. n. 10. & 11.

Et dicitur confessio facta Curia pro Tribunal sedente si fuerit facta coram Gubernatoriis locorum, & Terrarum Regni illiteratorum vulgo Governatore Spadæ, & Cappa, vel coram Präside Provinciae in delictis Campanæ, qui quamvis procedere debeant cum Auditorum, & Assessorum voto virtute Regiarum Pragmaticarum; & signanter virtute Regiae Pragmaticæ 89. cap. alias 11. in §. 53. de Offic. Indic. nihilominus hoc procedit in expediendis illis negotiis, & actibus, qui requirunt causa cognitionem, quemadmodum in decretando, & preferendo sententiam, ut habetur ex Allegationibus Reg. Io. Camilli Cacatii, & ceterorum celeberrimorum Iuris Conf. apud Scaglion. super Regiis Pragmaticis à istum. 199. fol. mibi 33. ubi nu. 201. & 202. & ita traducta interpretationem ad citatam Regiam Pragmaticam, & num. 206. & subdunt hec notabilia verba: *Et hoc omnia confirmantur communis style omnium Curiarum hujus Regni, ubi*

Kk in-

indistinctè Gubernatores Terrarum, etiam illiterati, qui sine consilio Assessoris procedere nequeunt, informationes tamen, & confessiones reorum super delictis recipiunt, & deinde in procedendo in causis transmitten processum pro consilio ad Doctores exteriores, & alibi degentes, & rationem adduco ego, quia ideo non requiritur in recipienda confessione, Assessoris votum, quia confessio est de actis ordinatoriis causa, ut per doctrinam, Abb. in causam, que de testibus, dixit Zuff. de legitimat. process. fol. 63. q. 187, num. 17. & in ordinatoriis, & interlocutoriis non requirentibus juris altercationem non exquiritur Iudicis votum, ut post Giurbam, & Reg. Rovit. diximus in Observat. ad Singul. 260, num. 3. & 5. Volui plenius examinare, & per currere hanc materiam ad hoc ne in futurum in dubium verti possit, dum audivi novissime fuisse de hoc altercatum, nedum in Magna Curia, sed etiam in Sac. Cons. & non sine Judicium verecundia permisum Advocatis, ut super hoc differerent, & quamvis haec tamquam veris juris principiis consentanea amplius in dubium revocanda non forent, nihilominus post haec scripta, & impressa, ut fertur, fuerint iterum in dubium revocata, non sine aliqua censura in mei personam, ob scribendi libertatem. Nihilominus S. Cons. cuius iustitia fulget per Urbem, & Orbem non dubitavit hanc meam sententiam comprobare geminatis rebus judicatis, quarum prima prodidit de mense Novembri anni 1713, cum interventu dignissimi tunc Praesidis D. Dominici de Aguirre nunc meritissimi Regenti in Supremo Italæ Consilio; secunda in gradu nullitatis prodidit anno superiori 1714, existente ejusdem Supremi Praetorii Praeside Regente D. Gaetano Argento, moribus, doctrina, & integritate præstantissimo, qui est comparandus cum Veteribus illis Patribus quos mirata est antiquitas; in quo cum concurrat profunditas ingenii cum infinita lectione, statim feliciter degustavit articulum, & tale judicium tulit, quod S. Cons. pro majori parte Votantium probavit sententiam mortis, quam prius dictaverat M.C.V. contra Magistrum Leonardum Janstro Incolam Terræ Montisfalconis Reum patricidii cum qualitate præditionis in personam suæ Uxoris, virtute ejusdem rei confessione recepta per Didacum Sicuram Scriptam Fiscalem M.C.V. tunc Gubernatores

dictæ Terræ, quamvis confessio fuisse, per eundem recepta absque assessoris intervenitu, & consilio, causam fisci strenue, & docile tutatus fuit D. Dominus Almars dignissimus Fisci P. M. C. V. Jur. Consult. nobilissimus, ac doctrina, & moribus præstantissimus, ut ex actis. Verum confessiones reorum receptæ à judicibus M. C. V. cause Commissariis ratificari debent in Aula C. pro T. sedente Confil. Rocca, de Offic. in S. 14. de modo procedandi nu. 33. ubi limitat in Regia Luncta contrabannorum, quæ sui tempore erecta existebat; in qua ex speciali rescripto Proregis cayebatur sat esse confiteri delictum extractionis coram Commissario absque alia ratificatione coram eadem Reg. Luncta; ideoque Iudices M.C.V. vel Auditores Provinciarum Regni ceterique Regii Ministri destinati per Suam Excellentiam ejusque Collaterale Consilium ad capiendas informationes cum præminentibus M. C. V. non possunt extra Tribunal recipere reorum confessiones, nisi habuerint à D. Prorete hanc facultatem, ut diximus in Observat. 286. num. 12.

XXXIV. Causa quando confessio fuit incidenter facta, quia ex tali confessione, vel 68 reus erit absolvendus, vel condemnandus poena extraordinaria, Affid. dec. 176. & 172. cum ceteris, quos cumulavimus in nostris Ob irruptionis ad Gallup. in superius locis citatis num. 7. Verum animadvertere oportet, quod hoc dictum non procedit, sic de plano, prout est apud Ora Vulyi, nam ideo apud Affid. decif. 76. fuit liberata illa mulier, quæ confessa fuerat incidenter adulterium, ex quo non habuerat defensiones super dicto crimen, quia si defensiones habuisset erat extra ordinem punienda. Et ordinariè quando crimen adulterii esset conexum cum principali delicto, de quo impetrabatur quemadmodum declarata Affid. decisione fuit habitum pro vero apud D. de Francb. decif. 240. num. 13. ubi ex quo quarela exposita contra mulierem super venatione viri erat conexa cum crimen adulterii, quod mulier confessa fuerat, fuit confirmata mortis sententia lata per M.C.V.

XXXV. Causa quando Rei confessio, vel acta proponuntur fabricata coram Iudicibus & quomodo cumque incompetentibus, vel suspectis suspitione juris quemadmodum potest tradi. Exemplum in actis factis coram Officialibus Baronum in causis, in quibus

ver-

Tractatus Criminalis Analyticus.

259

vertitur illorum interesse, quia talia acta sunt ipso jure nulla, ut habetur apud Reg. Rosa resol. crimin. resol. 7. five 33. num. 14. to. 3. Pratus respons. fisc. 11. num. 15. Quinimò in hac specie bene applicari potest titulus Cod. ne quis in sua caus. jud., & ea, quæ diximus in nostris Observationib. ad Gallupp. par. 1. cap. 4. num. 16., & 17. ita quod talis confessio non sufficit, nisi ad pœnam extraordinariam ex Reg. Sanfelic. decis. 244. & de hac conclusione nullus huc usque dubitavit, nisi Consil. Carleval. de Iudic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. à num. 787. ad 797. qui dixit, quod valent gesta per Officiales Baronum in causis tangentibus Baronum interesse ante propositam recusationem, & similitè sustinentur acta in delictis, & offenditionibus notoriis; Verum quando easus acciderit consularem Baronum Officialibus, ut procederent ad capturam informationis super corpore delicti tantum, cuius cognitio cum sit de ordinatoriis potest adhiberi per Judicem incompetentem respectu cause principalis, ut ex Zuffio, & Conciolo diximus in nostra practicabil. Observat. 43. num. 6. & nec non consulerem reis confessis coram Baronibus iudicibus, ut revocarent eorum confessiones quas revocari posse censeo, ut extrajudiciales tamquam factas coram Judice incompetenti, etiam non docto de errore, juxta illud quod singulariter fuit animadversum à Crusio de indicis par. 4. cap. 50. num. 33. & dicam alibi.

XXXVI. Causa quando ageretur de confessione recepta, vel sententia prolata coram Delegato à Barone in causa avocata ab Officiali ordinario, qui fuit deputatus ab eodem Barone cum mero, & mixto imperio, cuius jurisdictione cum non possit infra annum revocari, vel minui, omnia acta facta per Delegatum irritantur tamquam contra legis dispositionem, ut arguere videtur Horat. Montan. de Regalib. verb. Potestas constitutendorum Magistratum num. 17. & controvers. 73. num. 4. & conferunt tradita per Carleval. de Iudic. tit. 1. disp. 2. n. 788. & 789. Antesignanus hujus opinionis acerrimus propugnator fuit Capiblancus, qui quantum potuit Baronibus detraxit super Prag. 3. à num. 187. ad 205. cuius opinionem inféquentur, Reg. Sanfelic. decis. 29. & 244 & Consil. de Altimar. de Nullitatib. rubr. 5. qu. 33. à num. 1. ad 6. accedit Scacc. de sentent. & re judic. glas. 7. q. 4. special. 4. num. 71. Pilliccion. qq. illustr. q. 21. vers. neque potest Prin-

ceps, cum aliis apud Baron. in Annotat. ad Singul. 98. num. 6. & 7. tom. 3. ubi quod est vera resolutio, quod non possit Baro avocare, re non integra, vel si Baro avocaret, & delegaret causas ob livorem, & odium cum Capitaneo, & ex recentissimis Authoribus, Lagunez de fructibus part. 1. cap. 17. §. unic. à num. 3. ad 17., qui insequendo opinionem Capiblanchi, & Novarii de gravaminibus Vassallor. gravam. 207. advertit, quod nullum majus gravamen excogitari potest contra Vassallos, Authoris verba: *Et præcipue ultra dicta inconvenientia, quia ab ipsis iudicibus specialiter ad alias causas delegatis non ita justitia sperari poterit, quia non ita eos timor, ac stimulus Syndicatus coeret cum difficulter de istorum excessibus inquiratur, nam frequenter de his casibus non syndicantur, ut Judices annales, qui in fine anni rationem justitiae administrationis formaliter reddere tenentur, & quia alias forte Domini causas delegabunt personis, quas ipsis complacituras cognoscant, ut benè notat Capibl. num. 216.*

At in contrarium fortiter urget opinio, Regentis Roviti super Prag. 2. & 3. de suspicionib. ubi solidissimis juris principiis firmat non esse prohibitam avocationem, re integra antequam Officialis incipiat cognoscere, & proinde esse valida acta ante inhibitionem Superioris, quam opinionem pro validitate actorum legimus comprobata rebus judicatis anni 1665. latis referentibus DD. Consiliariis postmodum Regentibus de Gaeta, & Florillo, & per me allatis in Observat. practicab. 69. num. 12., ubi quamvis hæsita- verim de hac sententia; nunc semota omni hæsitatione recedendo ab iis, quæ ibi dixi adhæreo sententiæ Roviti, quam amplectendam puto tam in judicando, quam in consulendo, dummodo non concurrat fraus, suspicio, vel versutia ex parte Baronis, & moyor ad recedendum à priori sententia, sedum ex autoritate rei judicata, quæ opinionem magis probabilem reddit; sed ex pondere rationum, in quibus sistere videtur ratio decidendi; Siquidem satis aperta redditur ratio decidendi, dum nullo jure caveatur esse prohibitum Baronibus, aut Episcopis, avocare causas ab Officialibus ordinariis, & illas alteri delegare, qui inimico, quod hoc sit permisum, solet communiter allegari textus in l. judicium solvit, ff. de Iudic. ibi: *Judicium solvit, vetante eo, qui judicare jussérat;* quare temerarium erit

Kk 2

rece-

recedere à rebus judicatis à gravioribus illis Patribus, qui tunc sedebant in M.C.V., & in Sac. Cons. Quibus additum maximum robur, quod in Regno super articulo dubitabili non cadit nullitas; enim verò ad hoc, ut sententia redargui possit de nullitate ex capite iustitiae requiritur, ut Nullitates proponantur contra expressum casum legis ex Prag. 4. de Dilationib. in §. 20., & hæc neque esset nullitas iustitiae, sed ordinis, quæ proponi non potest post sententiam ex eadem Pragm. in §. 17. maximè quandò liquido, & manifestè constaret de iustitia sententiae, ita quod circa merita nihil obici potest juxta ea, quæ ex Osuald. ad Donell. diximus in eadem Observat. num. 14. quibus adstipulatur Basilio decis. 19. num. 24. ubi quod in Supremis Tribunalibus, in quibus proceditur sola facili veritate inspecta non attenditur rigor processus circa ordinem judicarij.

Nec est in pretio habendum motivum Syndicatus, quod post Capibl. & Novar. allegavit Lagunez ex quo neque Officiales ordinarii possunt hodie coerceri per Syndicatum pro rebus judicatis, ut moribus receptum, diximus in nostris Observationib. ad Reg. Caym. de Regia Visitatione in Observat. ad artic. 5. num. 6. & 7.

XXXVII. Causa quando processus inquisitionis extitit fabricatus coram Locumtenente creato à Capitaneo Baronis, cujus acta redduntur irrita in causis criminalibus non delegabilibus cum non possit in eundem transire merum, nec mixtum Imperium ex l. 1. ff. de offic. ejus, & ex Constitut. Regn. in pecuniariis, §. ad hoc probibemus, & hoc præscribit sibi locum, etiam si Officialis habeat potestatem substituendi in commissione Borrell. de Magistrat. lib. 1. cap. 1. num. 224. Reg. Sanfelic. decis. 362. par. 3. ad nu. 11. cum seqq. ubi refert decisum omnia acta facta coram Locumtenente fuisse, & esse nulla in causis prædictis, quæ delegari non possunt. Et quamvis Campagn. in cap. Regni, quia de Vicariis num. 11. dixerit, quod causæ meri Imperii possint delegari; Ego hoc dictum intelligo, secundum distinctionem, Reg. Koviti super Pragmat. 5. de Sindicat. Official. num. 5. nempe in Locumtenente constituto à Barone, quia talis Locumtenens dicitur ordinarius, & habet merum Imperium si ei fuit concessum in commissione, quia talis præheminentia nunquam

concessa videtur, nisi nominatim, & expresa fuerit ex text. in l. 1. ff. de offic. ejus Affid. de feyd. super 4. lib. in tit. quid sit investitura num. 15. Accedit videndus Alciat. in commentar. super cap. quoad sedem de offic. ordinari. num. 71. sed magis in puncto num. 38. opinionem Campagne sequuntur Scial. de for. compet. cap. 33. n. 165. & in prax. for. judic. cap. 2. num. 39. de Angel. de Official. Baron. cap. 1. num. 4. & 6.

Hæc conclusio recipit declarationem, ut procedat in Locumtenente constituto à Barone per modicum tempus absentiæ, vel impedimenti Judicis Ordinarii non excedentis spatum quindecim, vel viginti dierum, quia alias per indirectum fieret fraus legi ad hoc, ut Baro posset Locumtenentem ad nutum revocare Capiblanc. de Baronibus super Pragm. 3. num. 217. & super Pragm. 5. num. 15. & 16., & quod Locumtenens creatus à Barone dicatur delegatus, quia dicitur habere jurisdictionem per accidens, & ex nova causa adeundus Illustr. Costa Archiepiscopus Campan., variarum ambiguit. Iuris lib. 3. cap. 12.

XXXVIII. Causa in confessione rei recepta per Regiam Audientiam, vel aliud Tribunal pendente articulo remissionis ad Curiam Baronalem, quia talis confessio tamquam nulla non sufficit ad pœnam ordinariam juxta decisionem, quam refert Reg. Petra super Rit. M.C.V. 265. num. 16. tom. 3. Reg. Rosa resol. 33. num. 14. & 37. tom. 3.

Et quamvis confessio spontanea tanti momenti sit, ut possit ex ea quis damnari, quamvis processus fuerit nullus, & inordinatus, quia confessio validat omnem processus nullitatem ex text. in cap. 1. & 2. de accusation. lib. 6. & in cap. Pisani de restitut. spoliat. ubi Par normit. Bart. in l. si confessus. ff. de custod. reor. Bald. in l. 2. C. de re judic. Salyc. in l. 2. col. ultim. C. de cust. reor. Angel. in l. 1. ff. de confess. & in l. & si superior C. ex quib. in fam. irrog. & communiter Canonist. in c. qualit. & quaud. il 2. de accusat. fallit tamen in proposita specie confessionis, quæ redolere videtur nullitatem ex defectu jurisdictionis, vel incompetentiæ, ut animadvertiscant Anton. Gomez de probationib. delict. cap. 12. num. 8. ubi Aylton. num. 5. Guazzin. ad defens. Reor. defens. 1. cap. 7. ad num. 1. cum seqq. plenè Reg. Matth. de Regimine Regni Valentia cap. 8. §. 8. ad num. 266. ad 267., ubi quod in hoc, neque subintrare potest distinctio an Judex sit incapax,

Tractatus Criminalis Analyticus. 261

capax, an vero incompetens, quia in hoc iudicio non datur prorogatio, quicquid distinguat *Zuffius de legitimat. process. lib. 3. n. 185. num. 18.* & 19. videnda sunt ea, quæ adnotavimus in *Animad. 264. à num. 17. cum seqq.*

XXXIX. Causa descendens ex consimilibus principiis, nempe si post electionem, variationem, vel revariationem fori fuerit processum ad ultraiora coram Judice variato, quia redduntur nulla, & irrita omnia acta, & sententia lata per Iudicem variatum post electionem, & variationem fori factam per personam privilegiatam *D. de Francib. dec. 294. Mastrill. dec. 127.* & nos in nostra prax. cap. 15. num. 53.

Limitatur quando Curia, à qua fuit causa variata haberet privilegium cum derogatione legis unica, ut docet, & decisionem refert *Mastrill. citata decif. num. 14.* & 15.

Limitatur secundo, quando non fuisset praestitum juramentum de perhorrescentia temporis electionis, quod est de forma, & de substantialibus requisitis *Constitutionis Regni statuimus*, quæ loquitur per verbum ablativi absoluti, ibi, *Corporali praestito Sacramento*, & proinde ex defectu juris jurandi nulla redditur fori electio, *Reg. Merlin. controv. cap. 86. centur. 1. Reg. de Merlin. in calce allegat. Julii Mastrilli, que est 95. 10. 3. allegat. divers. accedit Capon. discept. forens. cap. 191. tom. 3.* & ad hoc, ut electio fori legitime facta dicatur requiritur mandatum speciale, ut declarat *Carav. super Rit. 22.8. num. 21.*, & casus decisos refert *Thor. cas. 21. & vot. 12. à num. 12.* & proinde acta facta post variationem non sunt nulla quando fuit facta electio à non habente speciale mandatum ad tradita per *Lancellott. de Attentatis par. 2. cap. 6. num. 2.*

XL. Causa quando sententia contra reum non justificatur ex actis, ex quo processus non reperitur, quia sententia, & decreta sine processu non presumuntur rite, & recte interposita, ut ex *Reg. Merlino, Reg. Capyc. Latro, & Thoma Gramm.* diximus in *Animadu. 347.* ubi quid concurrente temporis diuturnitate, quæ quanta esse debeat; Idemque prescribit sibi locum si sententia feratur actis non integrè trasportatis, quia redditur nulla perinde quasi fuisse lata aquis non trasportatis, & sine causæ cognitione ad text. in *I. 26. C. de edendo, Castill. decif. 71.* & nullitas consideratur ex defectu Jurisdictionis,

Postb. de manutend. observat. 69. num. 36. Parex. de Instrum. edit. tit. 3. resol. 1. qui advertit, quod dicta Nullitas reparari nequit per Iudicem appellationis, sed sententia ante omnia erit nulla declaranda ex text. in cap. cum dilecti de empt., & vendit. accedit *Gratian. discept. forens. cap. 16. num. 35.* & decif. 148. n. 9. *Salgad. de Regia protect. par. 1. cap. 8. num. 13. 14.* & 15. ubi quod hæc nullitas emergit ipso jure, & non excusat ob presumptionem boni juris; Requiritur tamen, ut acta sint talia, & sui natura sint apta reddere sententiam nullam, *Giurba observat. 42. nu. 40.* qui à num. 10. impugnat *Salgad. in locis citatis*, tamquam loquenter sine distinctione.

Illud restat perpendendum circa hanc conclusionem an sententia forjudicationis possit executioni demandari non reperto processu, & quid si processus fuerit deperditus expeditis citationibus ad informandum, & ad Capitula videnda sunt ea, quæ fuerunt per nos considerata in *observat. ad Singul. 378. à num. 1. ad 3.* accedit *Basilico decif. 29. nu. 17.* & quæ observavit *Orilia ad resolut. 22. Consiliar. Campan. à num. 4. ad 15.* & quid si processus informativus fuerit subtractus per reum an reus habeatur pro convicto de criminibus in processu deductis, & qua persona pro subtractione puniendus, videndus est *Fagnan. in cap. penult. lib. 1. à num. 10. ad 22. de testibus cogend.*

XLI. Causa quoties confessio fuit recepta à reo examinato in diebus feriatis ad honorem Dei, ut ex *Bosso, & Ciazzio* diximus in nostra *Observat. 3. 16. num. 4.* quam conclusionem limitandam diximus in causis gravioribus, & enormibus in *Animadvers. ad eandem Observat. num. 3.*

S U M M A R I U M

1. **P**Rescriptio delicti, seu actionis criminalis an spatio viginti annorum, vel breviori termino coarctata dicatur.
2. Prescriptione quinquennii an tollantur crima adulterii, & stupri, & quid in crimen incestus, num. 3. Et quid quando incestus esset mixtus cum adulterio, n. 4.
3. Et quid in criminibus exceptis heresis, parricidii, assassinii, sodomitæ, & cæteris.
4. Et quid in interessi partis pro stupro illico, & in reliquis actionibus civilibus ex delicto proficiuntibus.

2 Pra-

- 7 *Præscriptio an detur in crimen suppositi partus.*
- 8 *Præscriptio in crimen falfi proponi potest post vigesimā annum per viam exceptionis.*
- 9 *Injuriarum tam verbalium, quam realiue actio an annuali præscriptione tollatur.*
- 10 *Præscriptionis tempus est continuum, & currit à die commissi delicti, non autem à die sententiae Judicis, vel accusatoris.*
- 11 *Præscriptio an currat à die commissi crimini in delictis habentibus tractum successivum.*
- 12 *Præscripta delicti punitione an noceat rei confessio supervenientis.*
- 13 *Absolutus ab aliquo crimen non potest amplius inquireri, vel molestari, & quid Principe mandante.*
- 14 *Absolutus à delicto an possit molestari ad instantiam alterius accusatoris habentis jus accusandi, & quid data ignorantia accusationis, ibid. Et quid inaccurato ab accusatore publico, absoluto, non addita clausula, alio non apparente, nūm iterum accusari possit ad instantiam partis, ibid.*
- 15 *Reus damnatus mitiori pena à Judice, quando severiori pena erat damnandus, an possit iterum molestari.*
- 16 *Absolutus à Judice delicti an possit puniri, & molestari à Judice domicili. Refertur casus decisus.*
- 17 *Accusatio an reddatur suspecta, si accusator accusare distulerit.*
- 18 *Pena an veniat minoranda ob temporis diuturnitatem, remissive.*

C A P U T XX.

ARGUMENTUM.

De delicti, & actionis criminalis præscriptione, & an præcripta actione criminali, præcripta dicatur civilis quoque actio, & an noceat confessio rei, delicti punitione præcripta.

Omnis actio criminalis, & omnia crima spatio viginti annorum perimuntur, & præscribuntur, nisi brevioris temporis spatio coarctata non fuerint, per text.

in l. querela 12. C. ad ad l. Cornel. de falf. l. i. §. præscriptum, ff. de jur. fisci, quibus principiis freta M.C.V. apud Reg. Sanfelic. decis. 387. judicavit esse longa præscriptione tumultum inquisitum illum citatum ad informandum, qui se præsentaverat post 28. annos, allegando delicti præscriptionem. Porro præscriptio introducta est ob bonum publicum, ut sit aliquis accusationis finis, Anton. de Matthaeis infrā laudandus.

Crimina, quæ breviori tempore perimuntur, sunt, adulterium, & stuprum, cæteraque delicta carnis, quæ leg. Julia de adulter. coercetur, quæ criminis præscriptione quinquennii tolluntur, ex l. 5. & ex l. 28. ff. ad leg. Jul. de adulter., & ex l. maritus 29. §. 6. ff. eodem, cum concordantib. apud Anton. de Matthaeis ad lib. 48. tit. 19. cap. 4. num. 1. de præscript. temporis.

Fallit conclusio in crimen incestus tam inter descendentes, & ascendentess, quam inter transversales consanguineos, & affines, quod quinquennii præscriptione non tollitur, ut ex text. in l. vim passam 39. §. præscriptione, ff. ad l. Jul. de adulter. animadvertisit Bened. Carpzon. in præc. par. 3. qu. 141. n. 49. Quod procedit etiam, quando incestus esset mixtus cum adulterio, vel è contra, ex text. in l. vim passam 39. §. præsumptione, ff. ad leg. Jul. de adulter. Foller. in præc. crimin. in verb. forjudicentur num. 19. Farinac. Decian. & Guazzin. verb. delictum resolut. 7. num. 15.

Fallit secundò in criminibus exceptis, & enor- missimis, veluti Hæresis, Apostasie, patricidi, assassinii, cæterisque enormioribus criminibus, quæ neque vicennali præscriptione tolluntur, ex Prosper. Farinac. in præc. crim. lib. 1. tit. 1. qu. 10. num. 30. & aliis cumulatis per eundem Carpzon. in locis citatis num. 52. sed apud Reg. Sanfelic. in superius cit. decis. 387. fuit admissa exceptio præscriptionis annorum viginti octo opposita per Jo: Michaelem de Amiano inquisitum de vi- tio nefando, qui se præsentando talem ex- ceptionem proposuerat; quæ decisio comprobatur ex traditis per eruditissimum Anton. de Matth. ad lib. 48. fff. tit. 3. de adulteriis cap. 6. de incestu, & Venere prædig. nu- 10. ubi stat pro præscriptione viginti anno- rum, his verbis: *Tempus hujus accusationis, quod attinet viginti annorum esse pieto: nec enim lex Julia cum stupro accusando. quin- quennium præfinivit, de Venere mons trizzosa sen-*

Tractatus Criminalis Analyticus.

263

sensisse videtur. Et cum incestus usque ad annum vicesimum accusari possit, absurdum fore, non idem obtinere in flagitio graviore. Fallit tertio quoad interest partis, & actionem civilem, nam quamvis actio stupri praescripta dicatur quoad poenam legi Julie, non tam sublata dicitur actio civilis pro stupro illato, quae durat per triginta annos, quemadmodum durant reliquæ actiones civiles, ut ex Modestino Pistorio docet Carpzov, ibidem num. 47. & num. 61. sed difficultas suboriri potest in actione injuriarum, quæ prescribitur anno, & in actione dolii, quæ perimitur biennio, & an accusatio injuriarum, & stellionatus eodem tempore perimitur, videndum. Anton. de Matthæis de criminib. in cit. cit. 19. cap. 4. de prescript. delicti n. s. vers. videamus usq. ad n. 7.

Fallit quartu in crimini suppositi partus, quod nunquam prescribitur, Foller. in præc. crimin. 1. par. 2. verb. forjudicentur n. 19.

Fallit quintu in crimine falsi quoad excipendum, in qua crimine, quamvis accusatio sit & temporalis, poterit nedum post vigesimum annum, sed perpetuo proponi exceptio, ex regula illa, quod temporalia ad agendum sunt perpetuo ad excipendum, Foller. in supracit. loc. n. 22.

Diximus, quod actio injuriarum annuali prescriptione tollatur, nunc addendum erit, quod in injuriis nedum verbalibus elapsi anno nulla actio competit injuriato. ex dispositione text. in l. si non curvicii, C. de injur. l. non solam, 3. injuriare, ff. de injuriis, sed etiam in injuriis realibus, nam si quis fuerit verberatus, si intra annum non egredit querelam proponenda, non poterit amplius agere, quia dicitur prescripta actio, juxta equiorem opinionem, quam veris principiis proficitur Novar. in forens. q. 152. par. 1. ubi num. 12. dicit hanc prescriptiōnem obstat etiam Fisco, & Curiarum Bazonium. Coadjutoribus volentibus in similibus casibus ex officio procedere, nam quoadmodum anno prescribitur ius accusandi, ita prescribitur ius inquirendi; si quidem inquisitio succedit loco accusacionis, & ideo sublatu jure accusandi, censetur sublatum ius inquirendi ex officio, juxta communem, quam post Angelum de Castro, Jason. Bos. Baldum, & Liviensem docet Tolemeus in præc. crimin. Fortaghe par. 1. vers. incipit, dicit secessus folij. Alias enim per indirectum concedetur, quod directo est.

prohibitum contra secessum in l. fin. Cod. de usur. rei judic. & in l. si ex duabus, ff. si ex duabus, ff. de negot. yest. & contra alia jura allata per Anton. de Matthæis in locis citatis num. 7. ubi quod nullam agnoscit rationem diversitatis inter unum casum, & alium.

Illud tamen scire oportet, quod hujus prescriptionis tempus est continuum, & currit à die commissi delicti, non autem à die scientiæ Judicis, vel accusatoris, Anton. de Matthæis in locis citatis n. 9. ubi distinguit inter prescriptionem actionis prætoriae, quæ terminatur anno, & inter prescriptionem vicennii; nam illa prescriptio est utilis computatis diebus, quibus accusator habet expoundi, & agendi potestatem, aliter est in vicennali prescriptione, quod tempus est continuum computandum à die commissi criminis, juxta Thesauri decis. 208. in fine, accedit Benedict. Carpzov. in qu. 141. num. 24. & 25. tom. 3. præc. criminal.

Declaratur conclusio in delictis successivis, in quibus non currit prescriptio à die commissi criminis, sed à tempore, quo quis desisterit delictum committere, nam continuatio non tollit, sed auget delictum ex rationibus cumulatis per Zuff. de legitimat. process. lib. 2. q. 93. à n. 1. ad. 6.

Denique animadvertere non erit omittendum, quod delicti punitione prescripta neque nocibet rei confessio superveniens, Hippolyt. de Marsil. in præc. crimin. 5. post quam n. 10. & in l. fin. n. 2. ff. de jurisdic. oratione Judicum, Prosp. Farinac. in præc. criminal. lib. 1. tit. 1. quæst. 10. num. 14. Gigas. de crimin. laesa Majestat. lib. 2. tit. quæmod. & per quos crim. laesa Majest. prob. quæst. 1. n. 15. Massard. de probat. conclus. 357. num. 15. & conclus. 35. num. 5. lib. 1. & ex communis Massill. de Magistratib. lib. 6. cap. 6. num. 21. & alii apud Carpzov. cit. qu. 141. num. 2. Brunswicus præc. crimin. cap. ultim. 1. à num. 1. ad 7. Clafén. de iur. aggravandi cap. 14. fol. 144. quem allegavimus in tit. de pœni. temporandis num. 7. & decisum dicit Thesaur. decis. 208. num. 4. & in reis confessis post peremptionem instantiae decisum per nostrum S. C. demonstrat D. de Franch. decis. 65. 4. revocatis contrariis illis determinationibus factis per M. G. V. & Regiam Audientiam.

Postremo prætereundum non erit, quod semel absolvutus ab aliquo crimen, non potest amplius inquire, vel molestari, quia crimen exungitur absolutione. h. q. 3. de crimin. C. de

de accusacione. l. 7. §. iisdem ff. eod. ubi Bartol. Abbas, Cagnol. & Decius, Boffi, in tit. de sententia. n. 69. Decian. lib. 3. tract. crim. cap. 30. à num. 21. Caball. resol. crim. cas. 93. n. 1. Mafirill. de Magistratib. lib. 6. cap. 6. n. 29. Claro. §. fin. qu. 37. num. 12. Guazzin. ad defens. reorum defens. 2. cap. 7. Matthaeus de re criminal. contro. 72. num. 18. Vivius decis. 98. n. 16. Rovit. super pragm. 1. de accusat. 4. Giurba conf. 53. n. 17. ubi hoc ampliat etiam Principe mandante delictum cognosci absolutoria sententia non obstante ex Silvano, & Bursato conf. 34. num. 12.

Ampliatur secundò in absoluto ad instantiam unius accusatoris, vel ex officio, ut non possit amplius molestari ad instantiam alterius habentis quoq; jus accusandi, Novar. dec. 74. quamvis data ignorantia accusationis fuerit admissus ad accusandum ille apud Reg. Sanfelic. dec. 377. par. 3. Et quid in reo accusato, & delato ab accusatore publico, si simpliciter fuerit absolutus, non addita clausula, alio non apparente, quæ multoties addi solet, num poterit de eodem crimen iterum accusari ad instantiam Fisci, vel ad instantiam partis negative resolvit Anton. Faber in Cod. lib. 3. tit. 2. de accusat. definit. 4. etiam si pars dicat, quod ipsa inaudita lata fuit sententia.

Ampliatur tertio etiam in reo, qui fuit leviori, & mitiori poena damnatus à Judice, nam propter authoritatem rei judicatae non poterit molestari, quamvis senior sententia secundum leges per Judicem dictanda fore, ut animadvertis acutissimus Anton. de Matthaei de criminib. ad lib. 48. tit. 19. cap. 1. n. 1. 2. vers. sed ex prædictis, quod ego intelligo dummodo absit dolus, fraus, vel collusio, quæ adesse videtur, quando non fuit assignata condigna poena, ut praedictum dicit Calderon dec. 48. n. 37.

Ampliatur quartò in absoluto à Judice loci delicti, ut non possit molestari, & paniri à iudice domicili, nisi intercedente fraude, vel collusione, ut ex Boffio, Claro, Farin. Caball. & Tbesaur. docet Angel. Scialoy. de foro compet. cap. 38. num. 78. quamvis in fine adducat Reg. Sanfelic. dec. 138. lib. 1. decisum referentem punientum non sufficienter à Judice originis, & domicili posse sufficienter puniri à Judice delicti; sed sua pace Reg. Sanfelic. hoc non dicit, sed dicit decisum num. 5. quod cum in anno 1615. esset carceratus in M. C. Bernardus Cencius Roma-

nus inquisitus de crimine parricidii patrato in Regno, de quo quamvis extitisset absolutus per Curiam Romanam, fuit processum ad ulteriora in M.C.V. exceptione abolitionis non obstante revocato decreto prius lato ejusdem M. C. Vic. per quam fuerat dictum, obstatre exceptionem rei judicatae.

Et quid si accusator diu steterit ad accusandum, an ejus accusatio reddatur suspecta, 17 Foller. in præsc. crim. verb. audiantur exceptiones proponenda per reos num. 63. & existis mediis substinetur praxis illa, que invalidit in Regiis Tribunalibus inhibendi Curias Baronibus, ne molesteant Vassallos pro delictis antiquis, quod fuit declaratum in delictis patratls ultra triennium, juxta decisiones per nos allatas in 1. part. cap. 34. n. 23. & 24.

Et an temporis diuturnitas sat sit ad poenam minorandam diximus de penis temperandi, verb. tertia causa minuens, num.

S V M M A R I V M.

- 1 **E**xceptio fori declinatoria est ante omnia decidenda.
- 2 **M.C.V.** habet jurisdictionem ordinariam in toto Regno, cuius jurisdictioni subsunt Comites, Marchiones, Principes, & Duces, & alii quocunque tituli insigniti.
- 3 **M.C.V.** jurisdictione fuit ampliata, & nullius privilegiis decorata per Imperatorem Federicum in constit. Regni Statuimus, in constit. incipient. Magnæ Curiæ nostræ.
- 4 **Jurisdictio Magni Admirati** fuit translatæ, & separata à M.C.V.
- 5 **Tribunal Classis Triremium** fuit separatum à Tribunal Magni Admirati.
- 6 **Jurisdictio Curia Artium Serici**, & lincei est privatæ, & abdicative in omnes matricularios ab ipsis artibus dependentes.
- 7 **Jurisdictio militaris**, quæ fuit separata à M.C.V. & collata in Auditorem Exercitus est potius delegata, quam ordinaria, & cum clausula privativa, abdicativa, & irritativa. & num. 8.
- 9 **Remissio ad Tribunal Auditoris Generalis** fit sine termino.
- 10 **Jurisdictio Praefecti Annonæ** in quibus casis versatur, & an possit jurisdictionem criminalem exerceret contra subditos Annonæ; & quid in præcessu servetur, & n. 11.
- 12 **Jurisdictio Tribunalis Campwear in Provincia**

Tractatus Criminalis Analyticus. 265

- vincia Terre Laboris in quibus casibus se extendet, & n. 13.
- 14 Tribunalia, que existunt intus Civitatem Neapolis divisa à jurisdictione M.C.V., quoad speciem causarum numerantur.
- 15 Iurisdiction Auditoris Generalis Exercitus, & Admiratæ, & Artis serici, & lance est tributa abdicatio.
- 16 Reg. Consil. Honuphrius de Palma commemoratur.
- 17 Baronibus fuit communicatum merum Imperium ab Alphonso I. Rege, nam antiquitus nunquam, aut raro concedebatur; Et an ex tali concessione meri Imperii fuerit pessundata jurisdictione M.C.V. n. 18.
- 18 Iurisdiction concessa Baronibus an sit privativè concessa quoad concedentem, & ejus concessionarios.
- 19 Baro non habens privilegium cum potestate cognoscendi de delictis extra territorium, num possit obtainere remissionem Vassalli delinquentis extra territorium, si Regium Tribunal prævenerit in capture, & Index delicti non concordat ad petendam remissionem.
- 20 Et quid in jurisdictione concessa, non circumscripsi territorio.
- 21 Privilegium cum clausula cognoscendi de delictis extra territorium commissis, cur fuit adinventum.
- 22 Regia Tribunalia babentia jurisdictionem ordinariam in toto Regno an possint procedere contra notorios Vassallos Baronum habentium privilegia cum clausulis abdicativis.
- 23 Privilegium cum clausula abdicativa, an equiparetur privilegio clericali.
- 24 Index, qui non est penitus incompetens, sed habet aliqualem jurisdictionem, licet eligibilem, an possit procedere in proposita exceptione fori declinatoria, n. 26.
- 25 Regie Audientie an possint destinare Commissarios ad capiendas informationes in Terris Baronum ob delicta ibi patrata.
- 26 Et quid concurrente negligentia, vel iniustitia, & quomodo sit hoc in praxi deducendum juxta Authoris sententiam, n. 29.
- 27 Remissionibus causarum an sit locus reis in carceribus non existentibus, & non soleris dietis vacatis per Commissarios.
- 28 Cautela traditur per Auctorem.
- 29 Baronis an sint in possessione clausularum abdicativarum, que continentur in investituris cum decreto irritante.
- 30 Clausula derogativa an possit contraria consuetudine, & possessione abrogari.
- 31 Baronis an possint emittere banns pena, ne Vassalli adeant Regia Tribunalia.
- 32 Officialibus Baronum an possit à Regiis Officialibus injungi præceptum expeditionibus causarum sub pena avocationis.
- 33 Et quid existentibus privilegiis de causis non avocandis,
- 34 Recursus ad superiora Tribunalia, omisso medio, an indistinctè substineatur in actibus irretractabilibus.
- 35 Avocari an possint causa criminales, & graves absque appellationis remedio à iudicibus inferioribus; & quæ sit ratio, babetur ex verbis Christoph. Crus. quæ transcribuntur, num. 40.
- 36 Princeps potest, suadente publica utilitate, avocare causam à Baronis jurisdictione citra prejudicium illius privilegiorum.
- 37 Princeps potest derogare Baronum privilegiis per modum legis generalis.
- 38 Remissio est deneganda ad iudices Baronum, quoties adest suspicio, tales iudices non esse iustitiam ritè, & rectè administratores; & quomodo hoc contingere possit, demonstratur. Et an comperta inquisiti innocentia sit remittenda causa ad Baronem habentem privilegium secundarum causarum, ibid.
- 39 Remissio an denegetur Baroni habenti privilegium cum derogatione l. unic. C. quando Imperat. ob suspicionem iustitia non bene administranda.
- 40 Refertur casus docitus per Sac. Cens. de anno 1674.
- 41 Privilegium concessum Magno Principi cum clausulis exorbitantibus, etiam contra viduas, & pupillas, & cum cæteris regalibus, an transeat in singularem successorem.
- 42 Assensus habens clausulam relativam ad instrumentum an sufficiat ad derogandam dispositionem text. in l. unic. C. quando Imper. si in memoriali Assensus non fiat de ea mentione, sed tantum in instrumento, ad quod se refert Assensus, prævia decretatione, quod fiat in forma, cuius tenor habeatur pro expresso, & specificè declarato, & quoad expressa tantum.
- 43 Privilegia concessa Magno Principi, non feudo devoluto ad Regiam Curiam, & de novo vendito, vel concessio, non specificatis re-

galibus, sed cum clausula, prout plenius, & melius prædecessores tui, translatæ censeatur in novum emporem, vel concessionarium.

49 *Referuntur novissime decisiones Collateralis Consilii pro decisione propositæ controversie.*

50 *Privilegium cum clausula, prout melius, & plenius cadit super expressis in secundo privilegio de novo concessio.*

51 *Et an sustineatur concessio facta cum dicta clausula, non constito de Prædecessorum possessione, ibid.*

52 *Privilegium cum derogatione l. unicæ C. quando Imper. non continet clausulam omnino insolitam, & proinde comprehensa dicta clausula derogatoria intelligitur in Assensu relativu ad instrumentum emptionis, & de ratione.*

53 *Privilegia cum clausula de cognoscenda, prout in privilegiis Principis Bisimiani, & Salerni; & necnon clausula cognoscendi de delictis extra territorium, non sunt concedenda; & referuntur verba Reg. Galeota, num. 54.*

54 *Assensus cum clausula, quoad expressa tantum non excludit ea, que sunt solita contredi, & qua in instrumento contenuntur, & non. ubi referuntur argumenta Michael. Angel. Gizz. num. 56.*

55 *Assensus cum clausula quoad expressa, quamvis sit expressio facta per relationem, tamen venit in consequentiam expressi, & comprehendit ea, que inducuntur à lege per viam comprehensionis.*

56 *Privilegium l. unicæ C. quando Imperat. num sublatione censeatur per privativam, & abdicativam jurisdictionem Baroni concessionem.*

57 *Et quid per privilegium cum clausula, non obstante quocunque privilegio, vel non obstantibus quibuscumque privilegiis, etiam si essent talia, de quibus facienda specialis mentio.*

58 *Privilegium l. unicæ C. quando Imperat. num sublatione censeatur per privativam, & abdicativam jurisdictionem Baroni concessionem.*

59 *Et quid per privilegium cum clausula, non obstante quocunque privilegio, vel non obstantibus quibuscumque privilegiis, etiam si essent talia, de quibus facienda specialis mentio.*

60 *Privilegium eligendi forum virtute leg.*

unic. C. quando Imperat. num procedat in causis minimis, & modici preiudicij.

C A P U T' XXI.

De exceptione fori declinatoria proponenda tam ante litis contestationem, quam post litem contestatam, & etiam post sententiam; & de jurisdictione M. C. V. & cæterorum Tribunalium, & Judicium separatarum ab eadem M. C. & de remissionibus causarum ad cætera Tribunalia æqualia, vel inferiora habentia abdicativam, vel privativam jurisdictionem; & de cæteris ad materiam.

Profecto exceptio declinatoria est proponenda ante omnes exceptiones; cum de hac exceptione sit prius, & ante omnia cognoscendum, ex Bart. Bald. & Paul. de Castr. & cæteris apud Consil. Carleval. de Judic. tit. 2. disp. 5. num. 8. tom. 2.

Et cum sèpè sèpius de hac exceptione differe, & disputare contingat in M. C. Vic., ideo à jurisdictione hujus Tribunalis erit inchoandum.

Tribunal M. C. Vic. potitur ordinaria, & universalis jurisdictione in toto Regno absque ullius personæ exceptione, adeoquod ejus jurisdictioni subsint Barones, Comites, Marchiones, Duces, & Principes, & alii quocumque titulo insigniti, & cæteri officiales tam perpetuam, quam temporalem habentes jurisdictionem, Reg. de Ponte de post. Prorog. tit. 7. §. 7. per tot. Reg. Tap. decis. Supr. Ital. Senat. 3. num. 37. prout in specie de Magno Admirato loquitur Reg. Rovit. super pragm. 1. de titul. abus. à n. 5. cum seq.

Hinc Imperator Federicus in Constitut. Regni Statuimus, ut M. C. nostra, ampliavit jurisdictionem M. C. Vic. statuendo, Magistrum Justitiarium commorari debere cum Rege in Curia cum quatuor Iudicibus assidentibus, quibus omnimodam, & plenissimam tribuit jurisdictionem in omnibus criminibus, etiæ si forent læse Majestatis, & quo-

Tractatus Criminalis Analyticus. 267

quoque cognoscendi de feudis, & de quibuscumque appellationibus, & causis misericordium personarum, ideoque idem Federicus in *Constit. incip. Magnæ Curiæ nostræ*, nominat illam justitiae speculum, & normam aliarum Curiarum; & postmodum meritò fuit appellata luminare majus omnium Curiarum, quia Tribunal hoc representando Locum tenentem Magistri Iustitiarii, & Vicarii Regis, idest Proregis, Regis vice administrat, ut desumitur ex *Constitut. Magister Iustitiarius, Tasson. de antepbat. vers. 3. observ. 3. à num. 202. 203. & 295.* & ante eum *Frocc. de subfeud. lib. 1. de offic. Nagistri Iustitiarii num. 34. & 35.* ubi demonstrat qualis, & quanta sit Magistri Iustitiarii jurisdictio, & potestas.

Ab hoc Tribunal M. C. V. per *Carolum Primum, & Secundum, Regem Robertum, & Reginam Ioannam Andegavenses*, fuit separatum illud Magni Admirati, constituto Tribunal Magnæ Curiæ Admirati cum equali jurisdictione, mistoque imperio ad certum genus causarum, ut advertit *Tasson. de antepbat. vers. 3. observat. 3. nu. 220. fol. 151.* ubi quod officium Magni Regni Admirati à Rege Carolo, & Roberto fuit collatum Rogerio de Loria, quamvis postmodum appareat concessio Reginæ Ioannæ facta in personam D. Berardini de Villamari, cuius Tribunalis jurisdictio fuit declarata à Carolo V. Cæsare, juxta instructiones, quas tradit *Reg. Tap. de jur. Regn. in tit. de offic. Magn. Admirat. tom. 2.*

Ab hac Magistri Admirati jurisdictione fuit à Philippo II. sapientissimo Rege separata Classorum jurisdictio, & erectum Tribunal Clasis Triremium, idest Capitanei Generalis cum suo Auditore, cui nedum fuit concessa jurisdiction contra omnes subditos illius Exercitii, juxta *text. in l. Magisteria, C. de jurisdict. omn. Iudic.* sed postmodum ad controversias jurisdictionales sedandas fuerunt declarati casus distinguentes jurisdictionem inter praefatos Provinciarum, & Classem Duces, & inter easus tribuentes jurisdictionem Duci Classem fuit comprehensum delictum, quod acciderit committi in Terra à Clasico in personam alterius Clasici, auferendo cognitionem à Iudice ordinario, etiam in captura præveniente, ut habetur ex instructionibus apud *Reg. Constant. in tit. de Clasic. à num. 77. ad 78., & Reg. de Marin. in observat. ad decis. 81.*

Reg. Roverter. à num. 3. ad 7. tom. I.

Est etiam separatum à jurisdictione M. C. V.

Tribunal deputatum contra exercentes ar-
6 tem seriei, & Ianæ, cui à Rege Ferdinand Primo fuit concessa jurisdiction civilis, & criminalis in subditos dictæ artis, & in om-
nes ab ea dependentes privativè, & abdica-
tivè, ut post *D. de Francib. dec. 175. testan-*
tur Horat. Montan. de Regalib. num. 36. fol.
147. & D. Crispus in theor. & prax. criminal.
cap. 5. ubi num. 5. quod jurisdiction exercet-
ur per Consules, & Consultorem, & à de-
cretis appellatur ad S. Consil. ut testatur
num. 21. ex Tasson. de antepbat. quem nos
quoque laudavimus in nostris *practicab. ob-*
serv. observ. 54. sup. Prag. 14. de Offic. Procu-
rator. Cesar. num. 1. & 2. ubi tradidimus di-
stinctionem, quam non tradidit *D. Crispus*
inter causas civiles, & criminales.

Ab eadem M. C. Vic. fuit separata jurisdiction militaris cum mero, & mixto imperio, ac
7 gladii potestate, quæ fuit collata in Auditorem Generalem Exercitus, qui constitui-
tur à D. Prorege, juxta *Pragm. 11. de Militib.* cuius jurisdiction est potius delegata,
quam ordinaria, cum non cohæreat terri-
torio; & in prima instantia est Iudex totius
militiæ Equestris, & pedestris residentis in
hac Civitate, & est competens omnium mi-
litum novæ militiæ, vulgo dictæ *del Battaglione* Provinciæ Terra Laboris, juxta
Pragmat. 21. in §. 10. de Militib. & respectu
militum reliquarum Provinciarum Regni,
etiam novæ militiæ est Iudex appellationis
tantum.

In qua siquidem *Pragmat. 11. sub tit. de Militib.* cavetur, quod in ipsorum Militum
causis quibuscumque civilibus, criminali-
bus, aut mixtis, nullus Officialis, sive Iu-
dex cognoscere, aut se intromittere possit,
sed in continenti, & ad simplicem petitio-
nem Mag. Auditoris Generalis, constito tan-
tum per fidem Regii Scribæ Portionis de af-
sentu, seu servitio militari, illos una cum
actis remittere habeant, & debeant dicto
Magnifico Auditori Iudici omnium illarum
causarum competenti; ibique decernitur, &
declaratur, ut omnia in contrarium acta
prosul sint irrita, & nulla, nulla tradita di-
stinctione, an crimen commissum sit milita-
re, vel dependens à militia, sive extra, aut
commisum in Civitate, & hoc statuitur,
*non obstante quacunque preventione, decre-
to, aut consuetudine.* Quod privilegium in-
dultum

dultum videtur non tantum favore militum, sed principaliter ipsius militiae, ut colligitur ex verbis ejusdem *Pragmat.* continentis nedum clausulam privativam, sed irritativam, ibi: *Quo de aquí adelante, toda replica, y duda cessante, no se entrometan, ni conozcan de las causas assi civiles, y criminales, como mistas. Declarando como declaramos desde agora nullos, & invalidos todos los atos, que por qualquiere Tribunal de los susodichos, excepto de los dichos Auditores, se biziieren contra los dichos soldados.*

De hac clausula privativa, & irritativa diximus in nostra practicab. obseruat. 28. super *Pragm. 20. de Militib. num. 18. & 19.* ubi num. 21. animadvertisimus Militum remissionem fieri sine termino, mediante Chirographo Auditoris Generalis, & fide Scribæ Portionis, Militem esse in albo descriptum. Adest in hac Civitate aliud Tribunal separatum, quod est Tribunal Præfecti Annonæ, quod regitur per sex Electos, quinque Nobiles, & unum Popularem, quibus demandata fuit amplissima cognitio circa Annam judicandi, & puniendi subditos ejusdem Annonæ, ut testatur *Reg. Petri super Rit. I. num. 32. & 33. lib. I.*

Hinc cum dubitatum extitisset, an Præfectus Annonæ potuisset aliquam jurisdictionem exercere in causis non concernentibus Annam, per Regiam Iunctam erectam tempore Ducis Medinæ de las Torres fuit declaratum, ut in causis concernentibus Annam liceret ejus Præfecto procedere, & rescribere M. C. Vic. ut non procederet; in cæteris delictis communibus, quæ non respiciunt Annam suis mandatum, ut Præfectus non se ingereret, nec rescriberet M. C. Vic., etiamsi Præfectus fulgeret dignitate Regentis Collateralis Consilii, ut habetur apud *Reg. Sanfelic. decif. 290.* & apud *Conf. Rocc. de offic. in tit. de Annonæ Præf. §. 7. num. 65. & 66.* Quod extitit magis declaratum, & confirmatum per *Pragm.* editam per Comitem de Villamediana in anno 1651. quæ est 42. sub tit. de *Annonæ*, per quam fuit expreßè mandatum, nè Electi Civitatis, & Præfectus Annonæ ullam jurisdictionem criminalem exercerent, nec poenam corporalem imponere possent, etiam contra subditos Annonæ, absque ordine, vel delegatione Proregis, ut patet ex illis verbis: *Senza intromettervi nelle cause criminali, & esecuzione di pene corporali, dal che ne an-*

co volemo possa eccedere il Grassiero senza altro ordine, o delegatione nostra; E quando si troveranno delinquenti, che incorrano in pene corporali, ne avisarete, e darete notitia à Noi, o all' Illustri Spettabili Regensi della Royal Cancellaria, acciò siamo castigati.

Adversus hanc *Pragmat.* reclamavit Civitas apud Sacram Catholicam Majestatem Regis *Philippi IV.* à quo obtinuit, ut causa decideretur in Supremo Italæ Consilio, ubi adhuc pendet indecisa, ut habetur apud *Conf. Rocc. num. 60.* sed quod hodie nullam jurisdictionem exerceat, dixit *Reg. Petr. in cit. rit. I. num. 41.*

Verum ad præsens servatur, quod Præfectus Annonæ, qui ut plurimum est unus ex Dominis Regentibus Regiæ Cancellariæ, procedit in causis criminalibus Annonam respicientibus virtute jurisdictionis, quæ si bi tribuitur per rescriptum D. Proregis. Et similiter quando Præfectus Annonæ non est de gremio Togatorum Collateralis Consilij, sed de Equitibus Neapolitanis, tunc datur coæqualis potestas procedendi cum voto Consultoris, ut practicatum vidimus in anno 1682. in causa Januarij, & Carmini Rispolo inquisiti de resistentia in personam Capitanei Annonæ hujus Civitatis, in qua processit Dux Cirifalci tunc Præfectus, existente Consultore D. Vincentio Raetano, postmodum Regente, & passim ita servatur.

Fuit etiam ab ipsis M.C.V. criminalis jurisdictione separatum Tribunal Commissarij Generalis Campaneæ in Provincia Terræ laboris, quod fuit erectum ad compescendum facinorosos homines committentes delicta in via publica, & per Campaneam, & ad reddenda tuta itinera in Provincia Terræ laboris, qui dicitur Auditor Delegatus ipsius Proregis cum particularibus instructiōnibus, quarum magna pars habetur in *Prag. i. de Offic. Judic. General.*, & apud *Conf. Rocc. in tract. de Offic. in rubric. 15. de Offic. Commiss. General. Campan. Reg. Merlin. controv. forens. centur. I. cap. 17. num. 4.*

Causæ, in quibus Commissarius Generalis Campaneæ procedit ad modum belli, & ex delegatione in corpore juris sunt sex illi causæ, de quibus loquitur *Pragm. 10. in §. 48. de Offic. Judic.*, nempe in furtis in itinere publico, & in Campaneæ, in crimine incendij, in recactis commissis in Campaneæ, & in delictis commissis more piratico; in cæteris

Tractatus Criminalis Analyticus. 269

nis verò casibus est obtinenda delegatio ab homine, & sic à Domino Prorege, adhoc ut Commissarius possit procedere ex delegatione.

Adsum in hac Civitate alia Tribunalia, ut sunt

14. Scribē Portionis Thæsaurarij, Prothomēdici, Bajuli, Siclæ, Portulaniæ, Justitiarij, Regiæ Dohanæ, Arsenaliæ, Castrorum, Venatiq;is, Regiæ Ratiæ, Cursoris Majoris, Consulū Rationum, & Artium, de quib;is, & ceteris alijs apud Tasson., qui enumerat trīginta novem Tribunalia, in Pragm. de Auctefat. versic. 3. obseruat. 3. à fol. 130. ad fol. 185.

Verū animadvertere oportet, quod enumerauta Tribunalia fuerunt divisa à M. C. Vic. quoad speciem causarum tantum, non tamen fuit abdicata jurisdictionis criminalis, excep̄tis Tribunalibus Auditoris Generalis Exercitus, & Admiratiæ, quibus fuit concessa jurisdictionis criminalis privativa, & respectu Tribunalium Artium Serici, & Lanæ tribuitur abdicativa jurisdictionis in delictis in arte commissis infra pœnam mortis, juxta decisā apud Reg. de Marin. lib. 2. suarum resolut. cap. 232., & apud D. Crisp. in Theoric., & prax. crimin. c. 5. à n. 1. Sed quia de hoc latè, & eruditè disseruit D. Consiliar. Honufr. de Palm. in suo discurs. Historic. Ju-

16. ridic. de reformation. Tribunal. ubi nu. 188. in fin., nedūm confirmat supra tradita, sed nu. 189., & 190. subdit, quod in dictis Tribunalibus in hac Civitate existentibus, quoad decernenda criminalia negotia remansit D. Fisci Patronus M. C. Vic., ideo ejus verba tanquam singularia typis mandanda duximus. Et maxime quod in hoc Regno cetera Tribunalia, quoad speciem causarum tantum fuerunt divisa à Magna Curia, nec ab ea fuit abdicata unquam criminalis jurisdictionis in quoscumque per separationem aliorum Tribunalium, nisi per separationem Officij Admiratiæ, & Militariæ, quibus tantum fuit concessa jurisdictionis criminalis privativè ad Magnam Curiam, alijs autem secus. Quinimodo, & in his omnibus Tribunalibus, quoad criminalia negotia remansit Fisci Patronus Magnæ Curiae, qui universalis est totius Regni, & unicus fuit à principio electus Magnæ Curiae, & Vicariæ, ut constat ex Rit. 2. Qui quicvis dicatur Advocatus Fisci Magnæ Curiae etiamen est omnium Tribunalium, & de corpore Sacri Consilij, ut declaravit Sua

Majestas in ultimis ordinibus datis ex resulta visitationis D. Francisci Antonij Alarconis, promulgatis die 13. Aprilis 1655, in §. 4. incip. el util que podria nacer, ibi: se podria encaricar al Abogado Fiscal, como de corpore Sacri Consilij.

Excipluntur quoque à jurisdictione M. C. Vic.

17. Causæ, quæ agitantur in prima instantia in Curijs Demaniaibus, & Terrarum Baronum Regni, quibus fuit communicatum merum, imperium ab Alphonso Primo Rege, quod merum imperium antiquitus nunquam, aut raro concedebatur, adeoquod Carolus I. concedendo filio, Nuceriam, Surrentum, Sarnum, & Salernum indulxit, ut intra districtum Salerni, & murorum ambitum tantum merum imperium exerceret; nam illis temporibus ante Reges Aragoneos feuda, & castra concedebantur, retenta per Reges jurisdictione, quæ exercebatur per Capitanos, seu Justitiarios à Regibus destinatos, & plerisque Baronibus concedebatur exercitium jurisdictionis durante eorum vita sub nomine Capitanei, seu Justitiarij, ut haberetur in registris, de quib;is apud Reg. Gallo. in decis. in calce controvers. ad controv. 53. à num. 18. ad 21. accedit videndus post Frecc. Anich. de prevent. dub. 1. c. 2. num. 74. fol. 102. Baladax. de Angel. in addit. ad Foll. in verb. audiantur Excusatores nu. 182.

Ex qua meri imperij semper deploranda concessione non sine ratione dixerunt communiter Regniculæ pessumdatam fuisse jurisdictionē M. C. V., & cunctas calamitates Regni ab ea ortum habuisse, merito fatetur justitiae Zelantissimus Reg. Merlin. contr. fo. cent. 1. c. 86. in princ. vers. sed quia; Quare Barones omnes habent intentionem fundatam in exercitio jurisdictionis privativæ in primis causis, & ideo Vassallis est prohibitus recursus ad Regia Tribunalia, omissio medio, juxta Pragm. 2. ubi de delict. quis convenir. deb., & in Prag. 8. de citat.

Quæ jurisdictionis adeo privativè concessa videtur quoad concedentem, & ejus concessionarios, quod concedens ipse concurrere non poterit, neque cumulativè cum concessionario ipsius jurisdictionis, ex quo feudatarius habens concessionem utilis dominij præfertur in concursu Regi habent indirectum dominium, quamvis ab eo causam habeat, ex theoria Andreæ apud Montan. de regalib. versic. potestas constituendorum Magistratum, nu. 26., & 27., comprobant scrip-

scripta per Reg. Petr. sup. Rit. 46. à num. 6. ad 10., ubi animadvertisit, quod neque Regia Tribunalia possunt prævenire, quia præveniendo turbarent Baronum jurisdictionem. Difficultas subesse potest, quando prævenisset Regia Audientia, vel M. Curia in capiendo delinquentem virtute ordinariæ jurisdictionis, quia hoc casu, efflagitante remissionem Iudice delicti, & non comparente Barone originis, non esset deferendum petitæ remissioni, nisi manifestè ostenderit habere privilegium cum clausula cognoscendi de delictis extra territorium, quia aliter jurisdictione potius cumulativè, quam privativè concessa censemur, juxta celebrem Follerij doctrinam in Constitutione Capitaneorum nu. 49. vers. sed si carceratus, & in præc. crimin. in verb. audiantur excusatores nu. 129., ibi: Quando enim Regia Curia prævenisset in capiendo, & haberet delinquentem in manibus, & Judex Originis vellet remissionem; tunc si expressè id non continetur in privilegio, non potest obtinere; quæ omnia notes in actu praædicto, quam doctrinam extollit tanquam canonizatam suo tempore per M.C. Vic. Reg. Merlin. controversial. c. 100. num. 24. centur. 1., & illam comprobat Campan. resol. 13. in fin. quamvis in principio arguerit in contrarium, quibus addenda sunt scripta per nos in observat. ad singul. nostri. Genitoris 396. nu. 2., & 3., & per Reg. Rosa in præc. decret. criminal. cap. 5. nu. 17.

Aliter decernendum videtur existente conceſſione jurisdictionis, non circumscripto territorio, quia semper privativè concessa censemur jurisdictione in illas personas, etiam data præventione per Regios Officiales, juxta decis. quam post Ricc. adducit Monac. in addit. ad decis. 18. Minad. nu. 3. in fin. Et ab hac sententia non discedere videtur Horat. Montan. de regalib. nu. 38., quamvis satis insipida sibi videatur citata decisio Minad. unde dicendum erit bene dixisse Reg. Rov. in conf. 38. nu. 14., & 15. vers. altera est tom. 3. clausulam cognoscendi de delictis per Vassallos commissis extra Territorium suisse ad inventam ad tollendam hanc difficultatem præventionis Regiorum Tribunalium.

Ex his igitur, quæ modò exposita sunt quicunque dignoscere poterit, si juri, & rationi consentanea sit praxis recepta in Regno procedendi contra notorios Vassallos Baronum habentium privilegium abdicativum;

siquidèm Ritus M.C.Vic. 46., & Constitutio Regni statuimus, ex quibus Reg. Sanfel. in decis. 69. cum alijs Regniculis, & nos in obſervat. ad singul. 277. nu. 21., & 22. diximus, M.C.Vic. habere jurisdictionem ordinariam in toto Regno, quemadmodum Regie Audientiae habent jurisdictionem ordinariam in Provincijs, nam dictæ leges fuerunt editæ ante Alphonſum primum, & post illius deplorandam concessionem meri Imperij, & proinde dicendum erit non fuisse loquatas, nec intelligi posse de hodiernis Baronibus, & ceteris habentibus privativam jurisdictionem, etiam quoad ipsum concedentem, juxta conclusiones superius firmatas, quia in hoc casu Regia Tribunalia se ingenerendo, etiam præveniendo turbarent Baronum jurisdictionem, ita quod acta redderentur nulla, & irrita, non obſtante quacunque prorogatione facta per Vassallos, cum nullum possit considerari discriminem inter hoc

privilegium cum clausula abdicativa, & privilegium clericale, juxta Capit. doctrinam in sua decis. 9. à nu. 15. ad 18., quam inter graviores Regnicolas extollit Foller. in præc. crimin. in verb. audiantur Excusatores nu. 68., & in Constit. Regni Justitiarij nomen nu. 113., & 115., in quibus locis dixit, quod est adempta jurisdictione totaliter, & post D. de Francibis decis. 86. n. 5., & dec. 417. nu. 8. Marcian. conf. 58. nu. 4. in fine tom. 1.

Igitur si est adempta jurisdictione totaliter, non est verum illud axioma, quod communiter applicare conantur Regnicolæ dicentes, posse Regia Tribunalia procedere, & acta substineri, Baronibus non comparentibus ad petendam remissionem, cum aliqualem habeant jurisdictionem, licet elidibilem; cum hoc prescribere possit sibi locum in simplici jurisdictione, absque clausula privativa, secus data penitus incompetentia, prout consideratur in Vassallis Baronum, qui eximuntur à jurisdictione Regiorum Tribunalium, à quibus est sublata jurisdictione ipso jure, nedum virtute privilegiorum cum clausulis antedictis, sed etiam virtute Regiarum Pragmaticarum, praesertim substituti de delict. quis conveniri debeat, quibus expressè cavetur, ne quis pro primis causis à proprio domicilio extrahatur. Unde sublata ipso jure jurisdictione, citatus non tenetur comparere, cum acta reddantur nulla, & irrita, juxta Paul. de Caſtr. distinctionem in conf. 481. nu. 6. lib. 1., quem infere qui-

Tractatus Criminalis Analyticus. 271

quitur Barbos. in l. si quis ex aliena, nu. 34.
ff. de judic. sub illis verbis: Et idem tutior vi-
26 detur responsio Pauli de Castr. cons. 481. nu.
6., quod autem Judex habet mero jure jurisdi-
ctionem in aliquos, sed tamen elidibilem, op-
posita exceptione, aut verò ipso jure in eos
nullam habet jurisdictionem; primo casu va-
lebit citatio, & processus, etiam si exceptio sit
notorijsed in secundo casu procedent conclu-
siones supra a nobis proposita; quam conclu-
sionem confirmat nu. 44., ibi: Et tantum po-
test admitti contraria opinio, quando ex ver-
bis statutorum sunt exempti a jurisdictione
Ordinariorum, ita ut ordinarij ipso jure in
Scholares nullam habent jurisdictionem, &
hanc opinionem ex Regnicolis veram asse-
runt cons. Rocc. resp. 54. num. 6. tom. 2. de Ma-
rin. lib. 1. Suar. resolut. c. 34. nu. 2. Reg. Petr.
super rit. 46. num. 10. in fin. vers. infra, de
Angel. de Official. Baron. c. 277. nu. 13.

Quibus inspectis principijs, multominus susti-
tineri potest illud, quod aliquando atten-
27 tare solent Regiae Audientiae, mandando
Curijs Baronalibus transmissionem acto-
rum, vel informationem criminum patrato-
rum in eisdem locis, vel destinando Com-
missarios ad capiendas informationes pro de-
lictis ibi commissis, quod fundari ex decla-
ratione Collateralis Consilij, facta de anno
1595., de qua in glof. marginali ad prag. 7.
ubi de delicto quis conveniri debet, affirmare
ausus fuit D. Ant. Polic. de Preem. Regiar.
Audient. tit. 1. c. 10. nu. 19., & necnon in re-
scripto Ducis de Arcos, testatur Campan. de
forjudic. resolut. 5. nu. 3., de quibus memores
suimus in observat. ad singul. 306. mei Ge-
nitor. nu. 1., sed hoc non esse verum, nec in
praxi de facili servandum diximus, & nunc
intrepidè sustinemus; Siquidem per dictam
provisionem Collater. Consil. adnotatam ad
Prag. 7. ubi de delicto nihil aliud decernitur,
nisi quod in Terris Principis Bisiniani pro
injustitia, vel negligentia potest Regia Au-
28 dientia inquisitiones capere, & postea de-
cernere super remissione; Igitur quoties
non constat de negligentia, vel injustitia,
non potest Regia Audientia apponere ma-
nus, quia nedum turbaret Baronis jurisdi-
ctionem, sed resultarent illa absurdia, de qui-
bus infra; quinimò constito de negligentia,
non potest causa avocari, nisi praevijs pre-
29 ceptis, & comminationibus, illis fieri solitis
juxta praxim infra tradendam, nisi man-
ifesta injustitia resultaret per dissimulatio-

nem delicti factam ab Officiali, quia tunc
esset locus avocationi, nulla praecedente
monitione, quinimò posset superior crimi-
naliter procedere contra ipsum Officiale
delictum dissimulantem, juxta illud, quod
monet Raynald. observat. crimin. in proem. §.

11. nu. 27. vers. nota tertio tom. I.

Nec huic malo mederi potest per remissionem
causae, nam resultarent multa absurdia in
30 perniciem jurisdictionis Baronis; quorum
primum, nam post capturam, vel impin-
guationem informatiōpis non esset locus re-
missioni, nisi reis personaliter comparenti-
bus, juxta Pragm. 6. in §. item, quod Guber-
nator de Offic. Justitiae, & juxta receptissi-
mam, & vetustissimam praxim. Secundum
absurdum, nam Vassilli gravarentur, ne-
dum longeva carceratione extra proprios
lares, sed etiam gravarentur expensis, seu
deditis erogatis per fiscum in captuta infor-
mationis, ad quas condemnari solent, juxta
praxim traditam per Novar. decis. 47., & per
nos in locis cit. Cautius igitur agerent Ba-
31 rones, si instarent pro revocatione litera-
rum inhibitorialium ante capturam infor-
mationis, vel causae avocationem, quia hoc
casu ad finem obtinendi remissionem non
esset necesse, ut Rei essent constituti in vin-
culis, juxta singularem doctrinam Campan.
resolut. 26. n. 2., & 3.

Non me latet, quod Caravit. in Rit. 205,
dixerit, Barones nunquam suisse in posses-
32 sione clausularum abdicativarum conten-
tarum in investituris cum decreto irritante,
quam Caravita doctrinam insequuntur
Capiblanc. super Prag. 8. p. 2. nu. 85. de Baron,
Campan. resol. 13. n. 3. Carleval. de Judic. tit. 1,
disp. 2. nu. 100. Cafar. in spesul. Peregr. qq.
0. 35. num. 15., & 16., nam Barones replicare
posunt, legem investituræ continentem
clausularum derogatoriam contraria consue-
tudine, & possessione abrogari non posse, ut
ex communi DD., etiam monalium calcu-
lo firmavit D. Praes., & Fisci Patron. Re-
gal. Patrim. Partenius Pitagna in consultat.,
per nos typis mandata in practicat. observat.
81. n. 10., & 11., accedit Reg. Mercurian. disp.
20. n. 19., & 20. tom. 1. plenissime Reg. Mer-
lin. controv. cent. 2. cap. . . à n. 12. Conf. Arias
variar. resol. lib. 2. cap. 18. nu. 14.

Cujus jurisdictionis privativæ, & abdicativa-
33 e auctoritate freti Barones, solent emittere
banna penalia, ne Vassilli adeant Regiae
Tribunalia, omissis Judicibus Baronalibus,
sub

sub poena exigenda; quæ banna an jure promulgari possint, itaut poena in casu conventionis exigi possit, plenè differuit meus *Genitor in suo singul.* 206., ubi nos in nostris adnot. laudavimus, *Noverium, & Montan. de regal.* nu. 27., & 28. dicentem, Regem non posse repellere Vassallos oppressos ad se recurrentes, & confugientes jure recursus, & querelæ contra ejus concessionarios, ratione obligationis contractæ cum subditis, si quidem subditi, & homines Regni submiserunt se Regi, adhoc ut justitiam ipsis ministraret, & allegat plura loca Sacrae Scripturæ.

Hinc fit, quod passim Suprema Tribunalia rescribere solent Baronibus Curiis, & cæteris inferioribus Magistratibus, ut infra duos menses, vel quam citius causas existentes in timine expeditionis expediant, juxta tenorem capit. *Regis Roberti* 183. ubi de *Nigr.* num. 8. quam comminationem jure expediri posse, non opitulantibus contrariis Baronum privilegiis munitis cum clausula de non comminando, nec de avocandis causis, ex capite retardata justitiae, monet

36. Horat. Montan. de regal. nu. 34. fol. 146. ubi profitetur, talem clausulam, quæ in paucis privilegiis reperitur, esse contra bonum publicum, & nihil operari posse contra Personam Regis, qui non potest hanc directionem jurisdictionis à se concessæ remittere, sub sequentibus notabilibus verbis: *Nec opitulabitur Baronibus clausula de non comminando, & avocando causas ex capite retardata justitiae, que clausula in paucis privilegiis reperitur;* dicit enim *Gram. loc. cit. nu. 7.* intelligendam esse de comminatione ab ordinario Judice facienda, non autem à persona Regis. Sed ego dico, clausulam predicet am nil operari, quia contra bonum publicum, *C. si contra jus, vel util. publ. fin.* Non enim potest Rex banc directionem jurisdictionis à se concessæ remittere, quia subditi commiserunt se Regi, abdicantes à se omnes jurisdictionem, illamque dederunt Regi, non Baronibus, ut ab eo judicentur, ut in lib. 1. *Regum* c. 8. ibi: *Rex erit super nos, & judicabit nos Rex noster;* & in lib. 1. ff. de constit. *Princip.* ibi: *Populus ei, & in eum transfluit omne sicut imperium, & potestatem, & bac ratione dicitur Rex debitor justitiae subditis suis: quia acceptando Regnum, ad id virtualiter obligatur; ut plenius doensi in prælud. q. 3. num. 9. & q. 4.*

Verum scire oportet, quod tutius ageretur in casibus contingentibus, si præceptum com-

37 minans cause avocationem injungeretur Baroni utili Domino jurisdictionis primarum, & secundarum causarum, quod sub competenti termino, habito respectu ad personarum, cause, & loci qualitatem, causam expedire ficeret à suis Officialibus sub pena avocationis, ad dignoscendum animum Baronis, cuius contumacia magis officere potest, cum sit utilis Dominus jurisdictionis, juxta tradita in usu forensi per *Camill. Borrell. de Præstant. Reg. Catholicæ c. 62. à num. 115. ad 123.*

Verum semper recursus ad Superiora Tribunalia interponi potest, omisso medio, in actis 38 irretragibilibus; nempe si mandetur Officialibus Baronum, vel aliis inferioribus, ne inconsulta *M. C. Vic.*, vel *Regia Audientia ad Torturam procedant*, quia hoc casu ligantur manus Judicis, qui comparere debet pro revocatione rescripti Superioris, & ejus inhibitionis, adhoc, ut non committat attentata, juxta notata per *Capiblanc. de Baronib. in Pragm. 3. num. 169. 170. & 171. part. I.*

Verum enim verò cause criminales; & graves avocari possunt à judicibus inferioribus 39 absque appellationis remedio, *Crus. de iudic. p. 4. c. 29. nu. 3. & 4.* Cujus verba non gravabor hic transcribere cum satis proficia, & pia videantur, ibi: *Quinquod jure eveniat, libet pro re nata avocari, & transferri in Curiam superioris ab inferiore sine appellationis beneficio,* *Toming. cons. 65. num. 11. Partb. litig. lib. 1. c. 12. num. 22.*

40 *Quapropter bodierno style, quo utimur causa criminales, matrimoniales, & feudales,* ut plurimum solent avocari ab inferioribus, vel prescribi bise, quo ordine, quo passu procedant, nequid durius, aut reinissus decernant per imperitiam; *bamine imperitabil est injustius, ait Comicus, unde Italorum effatum:* di tutto gran male offendendo la mala vita, e l'ignoranza degl'inferiori. *Malitia, & ignorantia (que quasi catenam coherent) inferiorum Iudicium multa producunt, & coacervant inconvenientia, que ad superiorem devoluta, non nisi gravi dilevuntur industria, & cura.* Et quomodo tandem constabit coram Altissimo, & Supremo, Superior ille in judicio extremo, ubi rationem redditurus est muneri sibi commissi à Deo, an ne excipere poterit, se Judicem in-

Tractatus Criminalis Analyticus. 273

inferiorum fidem, ac religionem fuisse secutum, Bodin. 4. de Republice. 6.

Quibus ita suadentibus, & utilitatem publicam praeserentibus, adtentia delictorum 41 atrocitate; Solet Prorex cum ejus Collat.

Consilio sibi avocare causam à Curulis Regiis, demanialibus, vel Baronialibus, decernendo, ut procedat M. C. Vic. vel Regia Audientia pro illa vice tantum citra præjudicium privilegiorum Baronum, juxta proxim traditam per Reg. de Pont. de potest. Pro reg. in tit. de elect. Official. num. 18. & per Horat. Montan. de regalib. verb. potestas constituendorum magistratum num. 29. Capiblancus super Pragm. 8. de Baronib. num. 166. part. I.

Diximus, quod ita decernitur ob publicam utilitatem; quia si publica utilitas id non suadeat, Princeps non possit deveneret ad auferendam jurisdictionem Baronibus, quo 42 rum privilegiis derogare non potest, nisi ex rationabili causa, vel per modum legis, juxta animadversa per Reg. Merlin. controversial. forens. c. 17. num. 28. cen. 1. & per eundem Montan. cit. num. 29. ubi quod in ipsis casibus non potest Rex à se abdicare jurisdictionem, & illam dare Baronibus, qui illa abutuntur, accedit Capiblanc. de Baronib. in Pragm. 8. part. I. num. 165. & 174. & 175.

In ceteris verò causis, in quibus non suadet ratio publicæ utilitatis ita decernendi, sed 43 suspicatur per Suprema Tribunalia, Baronem, sive ejus Judices non fore justitiam ritè, & rectè administratores, avocabitur quoque causa, vel illa avocata, denegatur remissio, quod in duobus casibus hoc contingere posse ostendit Conf. Carleval. de judic. tit. 1. disput. 2. num. 862. nimis cum probabilitate existimatur, Judicem petentem causæ cognitionem non esse punitum delictum ob amicitiam, familiaritatem, vel potentiam; vel existimatur, esse nimis severè, & acriter procedendum, vel vindictam sumendam ob inimicitiam, vel potentiam; Ex quo regulariter remissio deneganda venit Baroni, de cuius violentia dubitatur, cum sit solitus maletractare Vassallos, Barrell. ad Bellum. in specul. Princip. rubric. 11. S. ex quo vers. nono limita; qui in 11. limitatione dicit, similiter denegandam fore remissionem, quando Baro illam petret ad finem liberandi, vel absolvendi inquisitum; & quod remissio Vassalli non sit

facienda ad Baronem semper quod proponebitur adesse inimicitiam contractam, ex quo Vassallus se examinaverit, vel querelam exposuerit contra Baronem, licet Baro contendat inimicitiam esse reconciliatam per excusationem, vel remissionem; adest decisio apud Thor. in comp. decis. p. 3. sect. 3. verb. remissio petita fol. 148. & 149. Unde quoties accusatio, & inquisitio fuit procurata per Baronem ex odio particulari contra suum Vassallum carceratum causa non est remittenda ad eundem Baronem, sed carceratus liberandus; ut plurius vidisse practicatum testatur Carolus Grimald. in Addiction. ad prax. Nuntii Tartay. ad cap. 8. prax. crimin. fol. 32. Quemadmodum, quando nullum adesset delictum non fieri solet remissio ad Baronem, sed Mag. C. V. decernit, Non adesse delictum, & proinde non esse locum petitæ remissione, juxta geminatas decisiones, quas refert Reg. Sanfelic. decis. 64. num. 4. tom. 1. & quamvis hanc observantiam limitandam dixerit idem Sanfelic. num. 11. in Barone habente secundas causas, & idem dixerit R. Tap. Juris Regn. tom. 6. tit. 28. de gravamin. Vassall. num. 14. in fine; tamen ego crederem, quod in hoc casu esset idem servandum ob notorium gravamen illatum, per quod oritur legitima suspicionis causa cum omnibus Officialibus ejusdem Baronis, quibus quando causa remittenda foret, esset remittenda cum clausula illa quamplurimi servatam in Regia Audientia Barense, testatur Vivius in decis. 237. num. 1. nempe cum clausula, ut Officialis Baronum procedant super absolutione inquisitorum.

Et adeò est potens hæc suspicio oriens ex causa inimicitæ, vel familiaritatis Baronis erga 44 suum Vassallum, quod in his casibus denegatur remissio Baroni habenti privilegium cum derogatione, l. unic. quemadmodum fuit decisum per S. Conf. in causa Apolloniae de Adamo strupata ab Antonio Marvacio Terræ Petræ, quæ variando forum delicti elegerat M. C. Vic. vigore privilegii, text. in l. unic. C. quando Imper. nihilominus, non obstante remissione petita, ad forum delicti, ubi inquisitus carceratus detinebatur, pro parte Marchionis dictæ Terræ habentis privilegium cum derogatione, l. un. uti causam habentis à Duce Suessæ, à quo feudum fuerat emptum; remissio fuit denegata tam per M. C. sub die 14. Novembris 1673. quam per S. Conf. confirmato decreto M. C. in gra-

M m du

dū appellationis sub die 1. Martii 1674. ut ex actis in banca Actuarii M.C.Vic.Crimin. Felicis de Caro; confert alia decisio ejusdem S.Consil.de qua memores suimus in obseru.
ad singul.nostri Genitor. 382. nū. 4. & s.

Dum verba fecimus de privilegio, l.unic.Cod. quando Imperat. utiliter quæri potest, num 46 requiratur expressus Regius Assensus virtu investituræ habens, ad hoc, ut derogatum censeatur dispositioni dictæ legis, & nec non exigatur specialis expressio de Regalibus, & ceteris privilegiis exorbitantibus concessis alicui Magno Principi, quando agitur cum novis emptoribus, vel singularibus successoribus: Et non sufficere generalem clausulam relativam ad instrumentum decisum habemus apud Reg. Capyc. Latr. decis. 67. ubi latè Gizz. in obseruat. qui respondit contrariis decisionibus, figendo pedes, non 47 censi derogatum privilegio, l.un. si in memoriai Assensus non fiat de ea mentio, sed tantum in instrumento venditionis, ad quod se refert memoriale, prævia decreta, tione, quod fiat in forma, cuius tenor habeatur pro expresso, & specificè declarato, & num. 10. assignat rationem, nempe, quod quando in assensu non exprimitur illud, quod erat speciali expressione dignum, vitiatur assensus, ex quo Rex, vel non concessisset, vel difficultius, latissime Montan. de regalib. in verb. bona vacantia à num. 4. Capibl.de Baron super Pragm. V. num. 65. ubi limitat conclusionem, & lib. 2. c. 37. nū. 11. in fin. ubi, quod assensus debet esse expeditus cum eisdem prærogativis; Et hæc fuit doctrina, Minadois in constit. in aliquibus in text. num. 39. de Franch. in decis. 125. n. 1. & plenius decis. 275. num. 7. & decis. 505. post num. 22. Reg. de Pont. de Poteſt. Proreg. in tit. de elect. Official. §. 1. num. 34. in fin.

Quare facta nova alienatione feudi ob devolutionem, incorporationem, vel lineam fini- 48 tam feudatarii Magni Domini, si feudum fuerit concessum de novo, non specificatis Regalibus illis primo loco concessis, sed cum clausula generali, prout alii prædeceſſores, nullo pacto venire regalia primo loco concesſa, habetur apud Rovit. decis. 6. concordat cum distinctione Reg. Rovit. Reg. Revert. decis. 344. ubi Reg. de Marin. in obſervat. sed plenius in obſervat. ad decis. 129. à num. 4. ad 6. ubi reaffirmat Roviti argumenta concludentia non esse curandum de clausula, prout plenius, & molitus prædecessor

.xviii, apposita in secunda concessione, excepto casu, si clausula haberet specificam relationem ad privilegium illius Baronis, qui tenebat castrum primo loco concessum eum illis privilegiis, & de hoc de Marinis loco memor fuit, Reg. de Luca in obſervat. ad decis. 125. de Franchum. 3. & secundum Roviti distinctionem decisum per Collater. Consil. de anno 1685. in causa Ducis Gravinae, & D.Philippi Vergara Baronis Crachi, demonstrat Consil. de Altimar. in suis novissim. obſervat. ad d. decis. 6. Rovit. num. 1. & ali. bi decisum refert Consil. Rocca. in respons. 37. à num. 9. ad 11. tom. 2.

Verum, quod clausula prout melius, & plenius cadat super expressis tantum in secundo 50 privilegio de novo concessis, non autem, ut ex illis verbis fiat extensio ad alia contenta. In antiquo privilegio non expressa in novo, firmat ex Foller. & Lanar. Consil. Carlov. de judic. tit. 1. disp. 7. num. 81.

Sed illud erit summopere notandum, quod valet concessio regalium cum clausula prout, & quemadmodum prædecessores rem illam possederunt, & tenuerunt, quamvis 51 non constet de prædecessorum possessione, juxta decisionem factam junctis Aulis, de qua post Reverter. decis. 11. testatur Consil. de Altimar. in obſervat. ad d. 6. Rovit. decisio- nem, & de Nullitat. contract. tom. 2. rubric. 1. p. 2. q. 15. num. 622. fulmibi 52.

Actamen non temere sustineri potest, clausulam derogationis, l.unic. censi comprehenſam in Assensibus relativis ad instrumenta, in quibus fit mentio de dicta clausula, ut clausulam non omnino insolitam, sed frequentius concedi consuetam, ex traditis per Reg. Galeot. in decis. ad. controvers. 53. in 3. art. a mō. 29. ad 36. in eadem controvers. lib. 1. fol. mibi 559. ubi, quod in infusationibus factis per Regiam Cameram post annum 1639. quibus temporibus ob necessitatem bellorum Italiae fuerunt vendita multæ Terræ, & Caſtra, & etiam Caſalia Civitatis Neapolis, ipso agente capitas Fisci, fuit passim concessa, & admissa clausula deroga- tionis, l.un. tanquam frequentius consueta 53 concedi, denegatis prorsus clausulis in pri- vilegiis Principis Bisiniani, & Salerni; & si- militer fuit resolutum non concedi clausu- lam cognoscendi de delictis extra territo- rium, ut habetur ex verbis Authoris, quæ tanquam singularia hic Typis mandare- sum arbitratus: Verum respectu clausula- de-

Tractatus Criminalis Analyticus. 275

54 derogationis. l. unic. C. quando Imperator permissum videlicet fuit concessa; ut frequentius consuetudine concedi, sed prorsus donecatur clausula contenta in privilegiis olim concessis per Reges Aragoneos Principibus Salerni, & Bisiniani, quarum aliqua sunt adeo excorbitantes, ut censeantur nimis laderere coronam, & Regiam Majestatem: dicitur enim Rex in hismodi concessionibus concedere lapidem pretiosum suæ coronæ, ut ex Bald. dicit Afflct. in d. S. ex eadem lege post num. 4. de lege Corradi, & quoad clausulam (cum potestate cognoscendi de delictis extra Territorium) fuit resolutum similiter non concedi, nisi prout iuris, ea quippe ratione, quia sunt nimis onerosæ subditis, & per eorum concessionem nimis leditur auctoritas, & dignitas Regalis, ut de concessionibus factis in principio acquisitionis Regni, vel tempore belli, quod propter eam Rex non teneatur ad observantiam, & multò minus successor, latè tradit Gram. d. vot. 28. loquens in specie de prerogativis concessionis per Regem Ferdinandum Primum Principi Salerni in princ. & num. 13. cum seq.

Cum igitur clausula derogationis leg. un. non sit omnino insolita, sed frequentius concedi solet; cur assverandum erit, non sufficere assensum cum generali clausula relativa ad instrumentum, ad hoc ut derogatum censematur privilegio l. unic., quando derogatio est de clausulis concedi consuetis, & Princeps sine hesitatione concessisset, si fuisset expressum, ad text. in cap. duodecim de praebend. & habetur in terminis apud Reverter. decis. 205. ubi ita loquitur: Unde dicebatur clausula in assensu appositu, ut gratia suffragaretur quoad expressa tantum: Verum fuit consideratum, banc clausulam non excludere ea, que in instrumento continentur, & que extranea non sunt, sed solita concedi, quod comprobatur Reg. de Marin. in obseruat. num. 5. Consil. Rocc. resp. 100. a nu. 43. ad seqq. som. 2.

Ex quibus corrunt argumenta tradita per Gizz. & per ceteros Regnicolas in contrarium sententes, dum clausula est de concessione consuetis, & Rex perinde quasi concessisset, si fuisset expressum in memoriali Regii Assensus.

Nec est verum illud, quod dicit idem Gizz. num. 8. & 9. quod hæc expressio per relationem est expressio facta, interpretativa, & generalis, quæ non sufficit in Regno, ubi

requiritur Assensus expressus, nam satis, superque sufficit talis assensus; siquidem expressio per relationem venit in consequentiam expressi, & comprehendit ea, quæ tacite inducuntur à lege ex vi comprehensiva ex mente concedentis, juxta doctrinam Camerarii apud Consil. de Rosa consult. 52. à num. 12. tom. 1. & plenius Prat. practicar. obseruat. observat. 78. à num. 22. ad 26.

Non minus ardua est controversia, num privilegium hoc in corpore juris indultum visus, ceterisque miserabilibus personis, per text. in d. l. 1. C. quando Imperat. censematur derogatum per plenariam jurisdictionem Baronii tributam privative, & abdicative ad alios Judices, vel requiratur expressa derogatio, affirmativa résoluta Capiblane. prædict. qq. super Pragm. 8. de Baronib. cap. 37. num. 11. & 12. & cap. 43. ubi refert res judicatas hanc suam opinionem comprobantes; sed requiri specialem derogationem, nec aliter sufficere derogationes generales, decisum sub die 19. Octobris 1632. demonstrat Reg. de Marin. lib. 1. sua. resolut. cap. 286. num. 7. in fin. & num. 8.

Hæc opinio comprobatur, nedium rationibus, sed communi DD. sententia, quam cumulatis 28. DD. probat Consil. Carleval. de iudic. tit. 1. disput. 2. sect. 7. num. 758. & 759. 59 etiamsi secundum privilegium contineat clausulam, non obstante quocunque privilegio, de quo esset facienda specialis expressio, vel clausulam, non obstantibus quibuscumque privilegiis, etiamsi essent talia, de quibus facienda mentio de verbo ad verbum, ex quo nulla generali clausula censematur derogatum privilegio l. unic. concessio miseracionis causa, ut comprobatur idem Carleval. nu. 580. Reg. Merlin. controvers. forens. centur. 1. cap. 86. Novar. de elect. for. tom. 1. sect. 4. qu. 7. accedunt decisiones Reg. Reverter. 97. 215. & 467. ubi plenius Reg. de Marinis in suis obseruat.

Hoc autem privilegium eligendi forum concessum supradictis personis privilegiatis 60 non prescribit sibi locum in plurimis causibus, & signanter in causis minimis, & parvi momenti, juxta notata per Novar. de elect. fori par. 1. sect. 4. qu. 41. ubi in causa ducatorum octo fuit dictum, quod procedatur in M. C. allegata electione fori non obstante: quemadmodum fuit decisum in causa ducatorum viginti de anno 1675. per M. C., & confirmatum per S. C. ut testatur Ma-

resc. de legib. public. judicior. gl. 1. de forma
exercendi, & instituendi public. judic. n. 11,
fol. 13. ubi reddit rationem, quod per ca-
lumniosam petitionem remissionis in simili-
bus levioribus causis resultaret abusus ju-
risdictionis.

S V M M A R I V M.

- 1 Recusatio Iudicis est janua defensio-
nis, quia periculorum est coram Iu-
dice suspecto litigare.
- 2 Recusationis definitio est ex causa odii,
vel amoris legitimè proposita declinatio.
- 3 Statutum loquens in uno ex correlati-
vis babet locum, & in alio.
- 4 Recusationis remedium fortius prescri-
bit sibi locum in causis criminalibus, ubi
majus est periculum.
- 5 Antonii de Matthais, & Crusii verba
transcribuntur num. 6.
- 6 Iudicis suspecti argumenta debent esse
evidentissima in causis criminalibus.
- 7 Iudex recusatus, an possit rejicere fri-
volas suspiciones per processum ad ulteriora.
- 8 Recusatio Iudicis an dicatur affectate, &
calumniosè proposita, si proponatur contra
Iudicem ex causa inimicitiae contractæ cum
reco, contra quem minus rigide se gesserit,
inquirendo ex officio de crimen.
- 9 Et quid si ex modo procedendi, vel ex fa-
cti circumstantiis inimicitia arguatur.
- 10 Iudex in criminis notoria an possit recu-
sari tanquam suspectus.
- 11 Iudex supremus Tribunalium collegiator-
um, an possit rejicere frivolas recusationes,
vel illas in Senatu proponere debeat; Et
quid servetur in præaxi, recusatione non
proposita ad formam Reg. Pragm. n. 13.
- 12 Iudices procedentes suspcione pendente,
an suspecti reddantur, quamvis vera causa
propositæ recusationis non fuerit.
- 13 Refertur casus decisus per Collat. Consil.
sub die 13. Februarii, & n. 16.
- 14 Acta facta per Iudicem postquam fuit
declaratus suspectus, sunt nulla, irrita, &
attentata, etiam accedente consensu partis.
- 15 Iudex, qui procedit post recusationem ad-
missam, teneatur pena L. Juliae de vi publica,
vel privat. quia aliter, quād jus est facit.
- 16 Literæ Regales anni 1710. & 1711. in-
terpretantur n. 20.
- 17 Recusationis terminus non currit, si cau-
sa non fuit expedita facto Iudicis, vel fa-

cte adversarii.

- 22 Affertur tenor consultationis editæ per
Authorem in causa Principis Tarsie, n. 23.
- 24 Privilegiis, & gratiis Civitatis Neapo-
lis prejudicium affertur per impedimentum
præstitum executioni descretorum, vel pro-
visionum Collat. Consil.
- 25 Collat. Consil. est. Judex interpretandi lite-
ras Regales, quarum interpretatio sublata
non videtur, etiam omni interpretatione
sublata.
- 26 Causæ non possunt advocari extra Regnum
virtute Privilegiorum Caroli V. & Philip-
pi II.
- 27 Dicitio restrictiva, & relativa non conti-
nuit plus quam est in relato, ita ut si plies con-
tineretur in referente, censeretur expres-
sum per errorem.
- 28 Lex nova recipit interpretationem ab
alia.
- 29 Collat. Consil. non recognoscit Tribunal su-
perius in Regno.
- 30 Exceptiones, que possunt opponi contra
accusatorem, possunt opponi contra Iudicem
inquirentem.
- 31 Exceptiones infirmitatis, captivitatis, &
absentia tantummodo opponi possunt pro par-
te citati in iudicio criminali.
- 32 Tertius, sive Agnatus ex citatis ad for-
judicandum veniens tanquam excusator ad
Iudicem recusandum, an, & quando admittatur.
- 33 Declaratur deciso relata per Tassonum
de antefato.
- 34 Iudicis recusationem proponendi tempus
in causis criminalibus, à quo die incipiat
curere, agnatis citatis ante sententiam for-
judicationis.
- 35 Iudicis recusationem proponendi tempus,
an curat in causis criminalibus, pro se in
causis civilibus.
- 36 Pragmat. 15. in S. 6. de suspicionibus de-
claratur.
- 37 Recusatio Iudicis in causis criminalibus,
an possit hodie proponi usque ad litis conte-
stationem; Et quid si de novo emerget su-
spicionis causa.
- 38 Litis contestatio quando facta dicatur in
causis criminalibus.

CA.

Tractatus Criminalis Analyticus. 277

C: A: P: U T XXII.

De Recusatione Judicis suspecti in causis criminalibus, & an admittatur recusatio quemadmodum admittitur in causis civilibus, afferuntur verba eruditissimi *Crusij*, & *Antonij de Matthaeis* pro quaestione resolutione; Ad examen revocatur an *Judex* post recusationem possit in causa se ingerere, & an possit proprio marte rejicere recusationes, allatis novissimis rebus judicatis per *Collat. Consil.* ad interpretationem litterarum Regalium anni 1710., & 1711., & an recusatio possit proponi per tertium, sive *Agnatum comparentem* ad excusandum reum citatum ad forjudicandum, & afferuntur recentissimæ decisiones.

Non minus ardua, & usui forensi accommodata est quaestio de recusatione Judicis, quam hic pertractandam duximus; cum nihil durius, ac in judicijs periculosius, quam coram Judice suspecto litigare, juxta monitum *Nicolai Papæ* in c. quod suspecti 3. qu. 5. Ex eo quia recusatio Judicis est janua defensionis, *Reg. Capic. latro conf.* 101, nu. 6. tom. 2.

Exordiendo à definitione, dicimus, quod recusationis vera definitio illa est. Recusatio est Judicis ex causa odij, vel amoris legitime proposita declinatio; quam definitionem tradit & declarat *Gonzalez* in cap. ad speciali de appellat. num. 2, ubi, quod illa verba ex causa odij, vel amoris, ideo subsequuntur, quia ex hoc dupli capite oriuntur omnium suspicionum cause.

Quare in terminis *Pragm. anni 1689.* prohibentis non posse proponi, & committi cau-

sam suspicionis etiam notorice elapsa tempore, exceptis suspicionibus orientibus ex causa ad vocationis, vel consanguinitatis, comprehenditur causa inimicitiae capitalis, & ratio comprehensionis est, quia recusatio ex capite inimicitiae parificatur cum recusatione ex capite consanguinitatis, quia causa suspicionum juxta traditam definitionem reducuntur ad duo principia, nempe ad amorem, & odium, juxta notata per Doctores apud *Reg. Petram super Rit. 265. num. 104. tom. 3.*, & proinde omne illud, quod per *Reg. Pragm.* fuit statutum circa causam amoris, quæ considerarur in consanguinitate, & munere ad vocationis, censetur dispositum circa inimicitiam capitalem, nam quando duo per modum regulæ aequiparata sunt à jure communi, tunc statutum loquens in uno ex aequiparatis, & correlatis habet locum etiam in alio, juxta text. in l. si quis servo alieno. C. de furtis, & communem apud *Viv. opin. 805. Gait. de credit. cap. 3. tit. 1. num. 866.*, & 867. *Fagnan.* in cap. nullus de Regularib. à num. 38. ad 42. accedunt ad confirmationem hujus theoreticas decisiones per me allatae in observat. ad singul. 388. nu. 16., & 17., & ad *Galluppi*. ad p. I. cap. 4. nu. 11. verf. excepta,

Recusationis remedium maximoperè præscribere debet sibi locum in causis criminalibus ob ingens periculum, dum in illis non de tritico, & oleo legato, sed de hominum fortuna, existimatione, ac capite agitur, quibus nihil in Orbe Terrarum præstantius, ut utar verbis *Benedicti Carpzovij* in præc. crim. q. 103. nu. 1. p. 3., & proinde ubi majus est periculum, ibi cautius agendum, juxta text. in cap. ubi periculum de electione.

Non me latet, quod *Anton. de Matthaeis de criminib. ad lib. 48. tit. 13. cap. 7. nu. 1.* innuerit, satis clarè videatur, Judicem suspectum in causis criminalibus non posse dici quemadmodum servatur in causis civilibus judicijs, cuius magistralia, & singularia verba pro quaestione resolutione hic transcribere satis consentaneum putavimus. *Verum recusatio suspecti, quanquam alia, tam in criminalibus, quam in civilibus causis fieri posset; neminem enim, ut Cicero pro Cluentio scribit, non modo, de existimatione cuiusquam, sed re pecuniaria quidem de re minima veteres Romani voluerint esse iudicem, nisi qui inter adversarios convenisset: tandem postquam gladij potestas ad prefectum urbis, proconsul-*

sules, & praefides Provinciarum rediit excole-
visse videtur. Ideoque novae constitutiones,
qua de arbitris in locum Judicium suspecto-
rum surrogandis agunt, tantum de civili-
bus, non criminalibus judicijs loquuntur, l.
16., & ult. junct. autb. si verò contigerit C. de
judic. nov. 53. cap. 3. nov. 82. cap. 8. nov. 86.
cap. 2.

Accedit *Crusius de Indic.* p. 4. cap. 16. num. 16.
6 ubi advertit, in causis criminalibus non esse
admittendas de facili recusationes sine le-
gitimis causis, concordat *Brunneman.* in
process. crim. cap. I I. nu. 20. in fin. fol. 242., ubi
istis sequentibus aureis verbis hoc animad-
vertit; *Nisi tamen evidensissima suspecti
Iudicis argumenta sint, non est facile Iudeo
recusandus, quia malo domini omnis Iudeo
suspectus est, immo suspecte ipse leges, Cœlum-
que, ac Terra, suspecte fureæ, rotæ omnia,
sed adjungendus ipsi ab inquisito Notarius.*
Verum hæc supratradita intelligenda fore cre-
derem in suspicionibus illis calumniosis affe-
ctatis, & frivolis, quæ sapè sapienter proponi
8 solent ad retardandam causæ expeditio-
nem, quæ meritò permissum est, etiam Iudi-
ci recusato rejicere, procedendo ad ulteriora,
juxta tradita per *Anton. Fabr. in Cod. lib. 3.
tit. 4. definit. 6., & 7. Guazzin. ad defensio-
nem. 1. cap. 21. n. 63. Grass. de except. except.
24. nu. 12. Peguer. decis. 42. nu. 2. tom. 2. Mai-
nard. decis. 96. lib. 1. Cancer. variar. refol. lib.
3. cap. 10. nu. 76. Andreol. controu. 430. nu. 32.
p. 6. Farinac. in fragment. crimin. 806., & 807.
p. 2. de Nigris in cap. Regni prolixitate nu.
58. circa finem, & alij apud *Scialoy.* de furo
compet. cap. 9. nu. 220. Reg. *Petra super Rit.*
265. nu. 49. ver. quin tom. 2.*

Afectata diceretur Judicis recusatio, si pro-
9 poneretur ex causa inimicitiae contractas in-
ter Judicem, & Reum, contra quem Judex
processit inquirendo de criminis ex officio
sub obtenu, quod nimis rigide se gesse-
rit; Siquidem nulla considerari potest causa
inimicitiae cum Judice, qui procedit ex de-
bito sui officij, nec prosequitur propriam
injuriata, sed exercet virtutem justitiae, ut
ex *S. Petro Damiano probat R. Mitterbeis*
de re criminali controver. 65. à nu. 25. ad 27.
comprobat *R. Michael de Calderò in dec. Ca-*
thol. I 8. num. 13., ubi, quod bene inimicitia
contrahatur ex parte inquisiti cum Judice
inquirente, nulla autem ex parte Judicis, ut
ipsum suspectum reddat, ex supra tradita
ratione, & hoc idem sentire videtur R. Rou.

super pragm. I. de suspicion. nu. 59. Ninthilo-
minus erit locus Judicis recusationi, si ex
10 modo procedendi, vel ex facti circumstan-
tiajs arguatur, quod Judex inquirendo tan-
quam inimicus se gesserit, nempe si contrà
aliquem processerit inquirendo ex officio,
nemùm de criminis, sed etiam de vita, & mor-
ibus, vel præter ordinem, nimis rigorosè, &
acerbè processerit, inquirendo etiam de de-
lictis antiquis obliioni tradijis, quia præsu-
meretur, quod Judex ex odio, inimicitia, &
non coactus ex necessitate officij processo-
rit, ut bene perpendit doctissimus *Tiber.*
Decian. lib. 3. c. 25. nu. 60. ver. ego tamen.

Hinc fit, quod Judex in criminis, seti delicto
notorio recusari nullo modo potest tan-
11 quam suspectus, ex cap. proposuit, ubi glas.
de appellat. & ex *Gomez. Carporov. qu. 104.*
n. 73. tom. 3. quod etiam existente justa cau-
sa recusandi admittit *Reg. Rovit.* super
Pragm. de suspicion. nu. 5. Alex. Jacob. de
*Aren. & Cyn. doctrinam Roviti, & lauda-
torum Authorum laudat *Reg. Capic. latr.*
decis. 209. num. 48. in fine tom. 2.*

Cæterum conclusio de rejiciendis frivolis, &
calumniosis recusationibus tūm in civilibus,
tūm in criminalibus non poterit vindicare
12 sibi locum in supremis Judicibus Tribuna-
lium Collegiatorum, qui non possunt pro-
prio martē rejicere recusationes, sed illas in
Senatu proponere debent adhuc, ut Sena-
tus judicio decernatur si admittendæ, vel
rejiciendæ sint suspicionis cause, juxta de-
terminationem relatam per *Anton. Fabr. in*
Cod. lib. 3. tit. 4. def. 6. ne quis in sua caus. jud.
verum in Sac. Cons. Consiliarius recusatus
13 poterit ad ulteriora procedere suspicione
non formiter proposita, *Reg. Tap. super rit.*
265. num. 18. lib. 3. jur. *Regn.* quamvis ad
tollendas altercationes soleant partes habe-
re recursum ad spectabilem *Presid. S.R.C.*
ad hoc ut decernat, ut donec non fuerit
recusatio formiter proposita *Consiliarius*
Commissarius continuet in procedendo.

Caveri debent regulariter Judices et si supre-
mi ne procedant in causa suspicionis, suspi-
14 tione pendente, vel non obstante, quia ex
hac sola causa suspecti redderentur, quam-
vis causa proposita sit falsa, ut ex *Paris.* &
Bertaz. & ex *soact.* valde simili, probat *Reg.*
Rovit. super pragm. I. de suspicion. num. 44.
Reg. Sanfelic. decis. 85. num. 4. tom. 1. quos
addito *Prato.* & *Giurba* laudat *Reg. Petra*
super rit. 265. num. 167. tom. 3. qui excipit
duas

Tractatus Criminalis Analyticus. 279

duos casus, querum primus si non innotesceret Iudici proposita recusatio; secundus si recusatio non extitisset formiter proposita, juxta superius tradita.

Quibus ita de jure se habentibus, dijudicare quisque poterit an jure, vel injuria Comes 15 D. Petrus Jacobus Rubino olim Praes S. R. C. recusatus uti suspectus à Marchionne Falletti meritissimo, ac nemini secundo, Consiliario, nunc Presidente Regiae Cameræ Summariae, in causa Status Siciniani, potuerit, recusatione in ejus personam proposita non obstante, & pendente ip Collaterali Consilio, se ingerere, & facere consultationes eidem Collaterali, & Sue Catholicæ Majestati pro ejus interventu, & post decretum ejusdem Collateralis Consilii interpositi sub die 13. Februarii 1713. quod non interveniat, interponere illud decretum, quod ita inconsultè interposuit, quod procedatur in S. C. eo modo, & forma, quibus procedebatur antequam dicta suspicio proponeretur, non obstantibus quibuscumque, per quæ verba virtualiter fuit in decernendo, quod ipsemet Praes in causa intervenire dehebat, non obstante recusatione, & non obstante decreto Collat. Conf.

Hoc decretum tanquam exorbitans à regulis justi, & honesti corripiendum, & irritandum 16 censuit Collat. Conf. prævio alio decreto sub die 16. Martii ejusdem anni, quo fuit demandata observantia primi decreti sub pena nullitatis actorum. Verba decreti Collateralis Consilii: *Illusterrimus, & Excellentiss. Dom. Prorex, Locumtenens, & Capitaneus Generalis provideret, decernit, atque demandat, quod nulla habita ratione decreti interpositi per Spectabilem Reg. Praesidentem S. R. C. tanquam nulli, & invalidi pro observantia decreti prolati per Regium Collaterale Consilium, cum effectu non interveniat in causa inter Illustrem Marchionem Falletti, & ereditores patrivonii Illustris Dueis Siciniani, tam in votando, quam in delegando, & quodcumque ab eo, vel cum ejus interventu gestum fuerit in causa predicta contra formam decreti predicti, nullum robur, ac firmitatem obtineat, & certioreretur Regii Consiliarii de Aula, in qua lis pendet, qui ita observent, & observari faciant, & fiat consultatio Sac. Cesar. & Carbol. Majestati.*

Non sine ratione eavetur in decreto Collateralis Consilii, quod omne illud, quod cum

17 interventu Praesidis recusati gestum fuerat in causa predicta contra formam decreti, nullum robur, & firmitatem obtineat; si quidem acta facta postquam Judex fuit declaratus suspectus, nedum sunt nulla, & irrita, etiam si cesset causa, vel recusans consentiet, decisum habetur apud *Rovit. conf. 49.n.11. & 13. tom. 2.* nam si resultant attentata, si Iudex procederet pendente recusatione, multò magis post illam admissam, juxta communem cum Rotæ decisionibus, de quibus laudato *Borrello*, & *Lancellot.* memores fuimus in nostra praxi præsentat instrum. cap. 15. num. 59. Quinimodo ad ulteriora procedendo in vim publicam, vel pri 18 vatam incurreret, quia in judiciis etiam vis insertur, quoties homines sibimetipsis quoquomodo sua manu jus dicere intendunt, contra iura in l. unic. C. ne quis in sua caus. judic. & contra text. in l. ereditores 7. ff. ad leg. Iul. de vi privat. ubi *Callistratus* ait: *Tu vim putas esse solum, si homines vulnerentur, vis est, & tunc quoties quis id quod debet sibi putat non per Judicem repositum, concordat textus in l. 7. ff. de vi public. & in l. qui dolo, ff. eod. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 394. num. 102. Thesaur. decif. 35. Harprecht. institut. de public. judic. §. 8. nu. 13.* ubi quod leg. Iuliæ de vi publica judicio tenetur, quando potestatem, imperiumve habens aliter, quam jus est faciat, quamvis sine armis, accedit ex Regnicolis Reg. Merlin. controv. centur. 2. cap. 27. num. 1. Et ex exteris accedit Crus. de indic. delict. par. 2. cap. 37. & n. 28, ad 30. ubi quod lege Iulia tenetur, quoties dolo malo quis fecerit, quominus, judicia. tutò exerceantur, aut ut oportet, judicetur; & addit, quod similis ratio versatur, cum quis turbatur contra sententiam Iudicis, cuius officium in hoc potissimum versatur, causa decisa, defendere pronunciata; Et postmodum subdit hæc alia sequentia verba, quæ cum sint satis applicabilia, hic quoque typis tradenda duximus, ibi: *Eadem bac leg. Iulia tenetur Iudex incompetens, causam ad se non pertinentem sibi sumens, in eaquo judicare attentans, idque ideo, ne procedat nulliter, & judicia, in quibus Dei præsencia viget, l. 13. Cod. de judic. clausoria faciat, Vant. de nullit. eoz defect. juris. Ruin. conf. 61. vol. 5. Z. as. in l. 2. ff. de juris. Autoris verba bene congruunt in nostra propria facti specie, nam eoipsò quod per Collateralis Consilium fuit dictum, quod Praes-*

ses

ses Petrus Iacobus Rubino non intervenias,
fuit declaratus incompetens in causis Mar-
chionis Fallecti ; siquidem recusatione pro-
posita jam admissa , Iudex omni caret juris-
dictione , & reputatur incompetens , & uti
privata persona , *Maynard. decis. Tholos. 99.*
in fin. lib. 1. & ita decisum habetur apud
Reg. Rovit. in cit. conf. 49. nu. 12. & 13. tom. 2.
ubi *Consiliar. de Altimar. in obseru. n. 4.*

Nec adversantur literæ Regales anni 1710.
& anni 1711. quibus nititur decretum , si-
quidem in dictis Regiis ordinationibus non
19 cavetur, ut Præses S. R. C. elapsò mense à
die propositæ recusationis possit in causa, in
qua fuit recusatus intervenire , & jus dice-
re in S.C. recusatione non obstatæ , & multo
minus post decretū jam interpositum, quod
non interveniat tam in votando, quam in de-
legando, sed tantum in literis de anno 1710.
fuit ordinata in violabilis observantia *Prag.*
Comitis de Sancto Stephano, ita quod non
possit D. Prorex cum ejus Collat. Consil. ab-
illa recedere, nec aliquo modo dispensare, &
respectu recusationum proponendarum in
personas Præsidis S.R.C. & Locumtenentis
Regiæ Cameræ mandavit , ut pendente re-
cusatione intervenirent , donec aliter fuerit
ordinatum per Collat. Conf.

In literis anni 1711. obtentis ad declaratio-
nem præcedentium , & ad postulationem
20 hujus fidelissimæ Civitatis, & Dominorum
Deputatorum privilegiorum , & capitulo-
rum, fuit iustum, quod tales supremi Iudi-
ces uti suspecti recusati, pendente recusatio-
ne determinanda infra mensim, se abstingere
debeant , qua determinatione non sequuta
infra dictum tempus ad formam Regiarum
Pragmaticarum, quamvis non prohibeatur
interventus in causa principali , nulla tri-
buitur facultas Spectabili Præfidi S.R.C. &
Locumtenenti Regiæ Cameræ exequendi
literas Regales, sed talis facultas injungitur
Collat. Conf.

Rursus non loquuntur literæ Regales , quod
possint intervenire tales Ministri recusati, si
21 causa non fuit expedita, factio Iudicis ; vel
factio adversarii, quo casu terminus non cur-
rit , juxta tradita per *Prat. difcept. forens.*
cap. 50. num. 20. nam lapsus temporis non
est imputandus parti recusanti , qui ex par-
te sua adimplevit faciendo quicquid potuit,
ut post *Bald. in l. fin. C. de adulter. & Affid.*
dec. 50. Reg. Rovit. in decis. 18. num. 7. in fine,
quod affirmavit in terminis constitutis

Reg. de Marin. in obseruat. ad decis. 317. Reg.
Reverter. num. 6. tom. 2.

Quæ adeò juri consentanea fuerunt existima-
ta , quod cum Princeps Tarsiae inter Equi-
22 tes Neapolitanos non minus nobilitatis clari-
tate , quam doctrina , & eruditione , ac
morum suavitatem ornatissimus , recusasset
uti suspectum eundem Regentem , tunc
Præsidem S.R.C. D. Jacobum Rubinum in
causa eum hæredibus q. D. Ferdinandi Spi-
nelli, causa recusationis commissa in Colla-
terali Consilio, dignissimo Regenti D.Tho-
mæ Mazzaccara , interim cum interposi-
tum extitisset supra ralatum decretum,
cernens Princeps , quod suæ causæ ma-
ximopere afficiebat , recursum habuit ad
Tribunal Deputationis Capitulorum hu-
jus Civitatis pro privilegiorum observan-
tia , & prævio supplici libello conquestrus
fuit, nedum de ingenti præjudicio sibi illa-
to, sed de maximo præjudicio, quod publico
quoq; inferebatur ob privilegiorum contra-
ventionem ; & cum ego fuissim consultus,
quid de jure sentirem, præjudicia adesse fir-
mavi ex quatuor gravaminibus resultanci-
bus in perniciem privilegiorum , & gratia,
rum Civitati concessis , quæ cum fuissent
discussa in Tribunal Deputationis, adeò ra-
tionabilia fuerunt existimata , quod fertur
fuisse factam consultationem Sac. Cath. Ma-
jest. Principi favorabilem, & proinde meam
Consultationem his typis tradendam sum
arbitratus , cum defervire possit in consi-
gnilibus contingentibus,

Tenor Consultationis .

I L ricorso del Principe di Tarsia avanti
l'Eccellenissima Deputazione de' Capito-
li di questa Città ha per fondamento la
controvenzione de' privilegii , e il pregiu-
dizio, che si suppone inferito al Publico, ed
alla sua causa dal Spettabile Presidente del
S.C. il quale riuscito formiter nel Collate-
ral Consiglio dal Marchese Presidente Fal-
letti , e dal Principe , dopo che fù decisa la
recusazione proposta dal Marchese , e men-
tre pendeva quella proposta dal Principe ;
il medesimo Ministro recusato attentò con
un suo decreto interposto sotto li 3. di Mar-
zo di ordinare, che non vi era giurisdizione
nel Collateral Consiglio sù la detta causa , e
che perciò si procedesse nel S. C. nella con-
formità , che si procedeva prima, che si pro-
poneſſe

ponesse la recusazione con la clausola d'egatoria, non obstantibus quibusvis conforme dalle parole del decreto, che sono del seguente tenore: *Attento lapsu non mensis tantum à die propositæ dictæ recusationis, sed mensum decem, unde nulla jurisdiction ad judicandum in ea remansit penes Collaterale Consilium, sed devoluta fuit ad suam Cesaream Maestatem sub relatione facienda à S. Excell. per Cons. Collat. juxta sancta in postremis regiis ordinibus anni 1710. & 1711. & ad tento etiam, quod super hoc penderet consultatio data per Praefidem S.C. ad utramque Curiam Viennæ, & Barcinonæ, super qua ad judicandum itidei nulla jurisdiction Collat. Cons. ex prescripto ipsorum Regiorum ordinum, pro eorundem observantia procedatur in hac causa in S.C. eo modo, & forma, quibus procedebatur antequam dicta suspicio proponeretur, non obstantibus quibusunque. Rubinus Reg. & Praes.*

Sono più le controversioni, e li pregiudizii, che si vedono inferiti alli Capitoli, e privilegii.

Il primo pregiudizio è l'attentare di sospendere, e revocare per mezzo di un tal decreto l'esecuzione del decreto già pubblicato dal Collaterale, non diffidandosi la controversione dell'i Privilegii della Città, sempreche s'impedisce l'esecuzione alle proviste del Collaterale in negozio di giustizia, essendo conceduto tal privilegio alla Città dalla gloriosa memoria di *Carlo V.* nell'anno 1554. del quale ne fa testimonianza il *Reg. Tappia de Praest. Reg. Cancel. fol. 94. num. 35. ed il Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit. de delegat. caus. nu. 10. in fin. & 11. verific. Et quid dicimus, il Cons. Rocc. de Offic. in tit. de offic. Proreg. rubric. 8. num. 203.*

Nè si può pretendere di colorire l'attentato col pretesto delle Lettere Regali di S. M. Cesarea, con cui si suppone tolta la giurisdizione al Collaterale sù la relazione da farsi alla istessa Maestà Cesarea, e già fatta dal Presidente, come si afferisce nel suo decreto; impertioche non vi sono tali Lettere Regali, che togliano la giurisdizione al Collaterale, e quelle due si enunciano del 1710. e 1711. non tolsero in simili casi la giurisdizione al Collaterale, mà si ordinò l'osservanza della *Prematica del Conte di S. Stefano*, à cui non si potesse dispensare, se non si facesse relazione alla Maestà Sua,

come da quelle parole: *He resuelto, que en este punto de suspiciones se observe al pie de la Letra, y sin la menor omision la Pragmatica, que se publicò en este Reyno, siendo Virrey de el, el Conde de Santistevan, sin que ningun Tribunal, ni aun Vos, ni los que os sucedieren en los Gargos de Virrey, puedan dispensar en parte alguna de la misma Pragmatica, sino es procediendo para ello expresa orden, facultad, y licencia mia, para lo qual en los casos, que se ofrezieren dignos de obtenerla se me hâ de bazer relacion distinta con Acuerdo del Colateral con especial expresion de los fundamentos, que concurrieren para que yo dispense en la mencionada Pragmatica.*

Onde non trattandosi di dispensare alla *Prematica del Conte di Santo Stefano*, mà di decidere una causa di recusazione, era ben giudice il Collaterale, nella cui decisione se cascata fosse interpretazione di Regia Prematica, ò di Lettere Regali, era parimente giudice l'istesso Collaterale, à cui spetta tale interpretazione, conforme stà stabilito non solo per legge commune, giusta li testi espressi nella l. 1. e 9. de leg. ma ancora per gli ultimi ordini della gloriosa memoria di *Carlo II.* sotto la data dell' 16. Gennajo 1670. e questo si pratica alla giornata anco nelli casi, che dalle leggi si togliestè ogni interpretazione, non intendendosi giamai tolta l'interpretazione necessaria, come quella, che si rende uniforme alle leggi della natura, e delle genti, giusta l'avvertimento di *D. Cristofaro Crespi di Valdaura obseruat. part. I. à num. 20. ad 67. cum seq.*

Il secondo pregiudizio contiene l'avocazione delle cause di Regnicoli, e Napolitani fuori del Regno.

Che le cause non si possano avocare fuori del Regno, è privilegio antichissimo conceduto alla Città dal Serenissimo Rè di Aragona, confirmato dall'Imperador *Carlo V.* nell'anno 1538. e confirmato dal Rè *Filippo II.* nell'anno 1540. e che questi privilegii siano nella loro più vigorosa osservanza, non vi è chi non lo sappia, onde molto maggiormente è in considerazione il pregiudizio, e la controversione nella specie della presente controversia, in cui si tratta di avocare, non solo le cause pendenti, come questa del Principe, ma le già decise, come quella del Marchese Falletti, in cui stà pubblicato il decreto: Cosa, che controvieni espres-

N n
famen-

famente al capitolo conceduto nel parlamento generale , che si legge nel cap. I. fol. 127. fr. d' capitoli , e privilegii , in queste parole : *Tutte le provisioni , che forsi si spediscono , per le quali s'impedisce la giustizia , e le cause nello presente Regno si agitano , si agitierando , ò vero l'esecuzione di quello fuisse giudicato.*

Il terzo pregiudizio si considera dal restringere in modo la recusazione in persona di Capi di Tribonali, rendendosi da tal restrizione affatto inutile , e frustatorio il beneficio della recusazione , non potendosi praticare la determinazione fra un termine di un mese , particolarmente nel Collateral Consiglio , Tribonale sempre occupato in negozii gravissimi ; nè contraddicono le Lettere Regali , se bene si considera la mente , e le parole .

Le Lettere Regali sono colla data di 2. di Luglio 1710. e dellì 2. di Settembre 1711.

Con quelle del 1710. si ordinò , che ricosandosi come sospetti il Presidente del S. C. ed il Luogotenente della R. C. non dovessero astinervi da intervenire nella causa , pendente la medesima ricusazione.

Queste lettere restorno riformate con le susseguenti dellì 2. di Settembre 1711. con cui si disse , che li Capi di Tribonali ricusati s'astenessero di intervenire , e di votare per il tempo di un mese , in modo che passato un mese , e non determinato il punto della sospessione , secondo la disposizione delle Regie Prammatiche , in tal caso possano intervenire , e votare; le parole : *Buelbo de nuevo à encarcaros , y mandaros , que siempre que sean recusados los dos referidos Cabos se astengan de intervenir , y votar por el tiempo de un mes en las causas , que en sus respectivos Tribunales se trataren de aquellas partes , que en ellas los hubieren dado por sospechosos de calidad , quæ si passado el preferido termino de un mes , no se determinase el punto de suspicion segun la disposicion de las Regias Pragmaticas , no dese en tal caso de intervenir , y votar en la causa principal el Cabo de Tribunal , que fuere recusado.*

Sicche queste ultime riformano , e modificano l'antecedenti; ma non dispongono , se non che quello , che stà disposto per le Regie Prammatiche , alle quali si riferiscono con quella parola relativa , secun la disposicion de las Pragmaticas ; in modo che detta Carta di S. M. è relativa alla Prammatica del Con-

te de Lemos , cb' è la 15. num. 25. de suspicion. ed alla Prammatica del Duca di Alcalà , cb' è la 18. sub eod. tit. in cui fù stabilito precisamente il tempo degli 30. giorni per la decisione delle cause delle ricusazioni , senzache si possa allegare altro impedimento , eccetto quello impedimento dell'espedizione , che nascesse per colpa del Commissario : l'effetto dunque relativo colla dizione prout opera , che s'intenda l'orazione della Lettura Regale riferirsi restrictive ad relatum , che sono le Prammatiche , ed è tanta la forza della detta restrizione , che se si dasse il caso , che si continesse qualche cosa di più nella scrittura , che si riferisce di quello , che si contiene in relato , s'intenderia detto per errore , giusta le chiare disposizioni di ragione , che dopo Bart. e Ruin. ed altri notò il Presid. Ganaverro nella decis. 57. à num. 44. ad 49. con queste parole : *Tanta est vis restrictionis de referente ad relatum , quod si magis continetur in referente , quam continetur in relato , illud censeatur dictum per errorē.*

Giustissima dunque fù la mente di S. M. di riferirsi alle Regie Prammatiche , accioche il tutto si regolasse , secondo la disposizione dell'antiche leggi del Regno , e secondo la disposizione , ed osservanza delle medesime si regolasse l'osservanza degl'ultimi ordini; non essendo cosa nuova , che una legge , ò una Prammatica riceva la sua osservanza , ed interpretazione dall'altra.

Il quarto pregiudizio contiene di essersi condotto decreto introdotto un nuovo modo , ed un nuovo rimedio per via di attento d'impedire l'esecuzione de' decreti del Collaterale , quando il detto Supremo Tribonale non riconosce altri superiori in questo Regno , eccetto la persona di S.M. e nelle cause di ricosazioni , nelle quali dalle leggi del Regno è tolto il rimedio dell'appeliazioni , della reclamazione , delle nullità , e della restituzione in integrum , si introdurrebbe un nuovo rimedio non ancora inteso . Nap. 1713.

Supereft , ut aliquid dicam de recusatione Jucidis proponenda per excusatores admissos per leges Regni ad excusandum reos citatos ad informandum , & ad capitula , & demum ad foriudicandum.

Jure cōmuni actento non dubitatur; quod omnes exceptiones , quæ possunt opponi contra accusatorem , possunt quoque opponi contra Judicem inquirentem , ut per doctrinam

nam

Tractatus Criminalis Analyticus. 283

nam Bart. & per ceteros antiquiores resoluit, Reg. Matthei de re criminal. controver. 65. nu. 17. & 18. qui ex regnolis allegat Reg. de Marin. resol. 209. num. 7. & seq. lib. 1. sed non Reg. Rovitum, qui magis in terminis loquitur super Pragw. 1. num. 5. 8. de suspicionib.

Hanc tamen juris communis conclusionem restrictam, & modificatam habemus ex legibus Regni, & signanter ex Ritu M.C. Vic.

269. quo cavetur, ut pro parte citati in criminali judicio nulla exceptio admitti possit, nisi infirmitatis, absentiae, aut captivitatis.

Sed nihilominus vetustissimis receptum est motibus admitti excusatorem, sive tertium ad recusandum Iudicem, uti suspectum, juxta decisiones factas in Collat. Consilio, quas refert Jo: Baptista Ther. in compend. decif. tom. 2. verb. suspicio, & in suppl. verb. Tertius comparens, fol. 633. & plenè articulo 32 lum examinat, Reg. Merlin. controversial. fo- rense. centur. 1. c. 48. ubi num. 13. tradit re- sponsonem ad Rit. M.C. Vic. 269. quem in- telligendum dicit in excusatoribus compa- tentibus adversus citationes ad informan- dum, & ad capitula, quibus non est per- missum allegare alias exceptiones præter il- las à Ritu enumeratas, juxta intelligentiam, quam eidem Ritui tradit, Vincent. de Franceb. decif. 329. num. 11. Sed aliter ser- vandum dicit in Agnatis, Affinibus, & Amicis citatis tempore citationis ad fori- dicandum, ut compareant ad allegandum si sua putaverint interesse, qui cum effi- ciantur legitimi contradictores ex dicta ci- tatione in re tam maximi præjudicii, nedum possunt opponere exceptiones à Ritu enu- meratas, sed omne illud, quod respicit reor- rum defensionem, & quod est seorsim à crimen, dum tales citati potius habentur pro principalibus, & legitimis contradic- toribus, quam uti tertii, ex traditis per eundem Merlin. num. 18. & ex rebus judicatis supra traditis, de quibus memor fuit Consil. de Altimar. in observat. ad Rovit. decif. 1. num. 42. & plenius de nullitat. Rubric. 4. q. 10. num. 21. tom. 1. & Reg. Petr. super Rit. 269. num. 27. tom. 3.

Et quamvis Jo: Dominic. Tasson. super pragm. de Antefato vers. 4. obseruat. 4. nu. 58. & 59. 33 contrarium practicatum fateatur in causa forjudicationis D. Trojani Gattulæ, in qua licet comparuerit consanguineus inquisiti;

& allegasset suspectum Consiliarium Pare- sciam Fisci Patronum ejusdem cause; ta- men per M.C.V. non fuit admissa, sed reje- cta recusatio prævio decreto, quod resti- tuantur scriptura. Et quamvis à Propresi- dente S. Consil. D. Jo: Sances de Luna fuis- set admissa supplicatio de verbo faciendo de decreto prædicto, nihilominus dicit de- crationem fuisse suspensam, & revocatam per Collater. Consil. etiam interveniente ipso Propresidente vocato sub die 19. Octobris 1611. Hanc tamen rem judicatam non obesse crederem vetustissimæ praxi supra traditæ, sed innixam credo in notoria inju- stitia recusationis, quæ tanquam notoriæ cal- lumniosa, vel affectatæ proposita bene rejici poterat, & arguitur, quod ex tali motivo rejecta fuerit, dum non fuit interpositum decretum, quod rejiciatur, sed tantum scri- pturæ restitutæ fuerunt; quemadmodum servare consuevit eadem M.C.D. in exce- ptionibus illis, quæ calumniosè proponun- tur ad retardandam expeditionem illarum causatum, in quibus proceditur satis celeri- ter per horas, nam nulla facta provisione, re- stituuntur comparitiones partibus, & pro- ceditur ad ulteriora.

Scire tamen oportet, quod hæc Iudicis recu- satio ad hoc, ut legitimè proposita dicatur, erit proponenda tempore illo, quo agitur de proferenda sententia forjudicationis, & proprie post contumaciam contractam per ci- tationem ad forjudicandum, & dum admi- chtuntur Agnati, & excusatores ad peten- dam copiam actorum ordinatariorum pro nullitatibus formandis. & proponendis, quia si recusatio proponeretur ante, vel post ci- tationes ad informandum, & ad capitula, vel dum agitur de expedienda citatione ad forjudicandum, esset rejiciendus libellus re- cusationis, tanquam impertinenter oblatus; quemadmodum servatum fuit per M.C.V. in anno 1697. in causa forjudicationis illo- rum fratrum de Marinis inquisitorum de homicidio in persona Antonii Conte, in qua quamvis fuissent recepta capita recusatio- nis propositæ ad formam Reg. Pragm. in personam D. Iudicis D. Antonii Plastinæ Causæ Commissarii, dum agebatur de ex- pedienda citatione ad forjudicandum, ta- men cum fuissest hoc animadversum per M. C. extendato errore, jussit esse restituendum excusatoribus libellum, & capita recusatio- nis, reservatis juribus eisdem proponendi

N n 2 ean-

candem exceptionem tempore prolationis sententiae forjudicationis.
Insuper animadvertere oportet, quod recusatio erit proponenda intra quadraginta dies, enumerandos à die, quo Agnati fuerunt citati in citatione expedita contra reum ad forjudicandum, alias si elapsò dicto termino fuerit proposita, erunt rejicienda capita recusationis, juxta illud, quod diximus in observat. ad singular. nostri Genitoris 388. nū. 84., & 85., & décisum demonstravimus per eandem M. C. V. in anno 1700. in causa forjudicationis Principis Ariciæ ob homicidium in personam Caroli Galiani in animadvers. ad dictam observat. nū. 85., & 86.

Quam praxim supratraditam circa tempus, & modum proponendi recusationem servandam crederem in illis causis criminalibus, in quibus proceditur contra reos absentes, non autem cum reis praesentibus existentibus in vinculis, vel sub mandato, dum Pragmatica de illis non loquitur, nec suht applicabiles, nec practicabiles termini notificationis primæ petitionis, vel termini impariendi ad denunciandum, nam in causis criminalibus gravioribus, ut plurimum proceditur ex Officio, vel ad instantiam secreti Accusatoris, nec terminus ad denunciandum impartiatur, nisi reis absentibus citatis illum non calumniosè potentibus, quod clarè patet ex verbis ejusdem Prag. 15. de suspic. in S. 6. Che tutte le parti tengano obbligo di proporre tutte le suspizioni, tanto del Commissario della causa, quanto dell' altri Giudici, che averanno da tuttare in essa, e del Fiscale, se vi farà, frà quaranta giorni decorrendi dal giorno, che sarà notificata la prima petitio-

36 ne al principale, e se il principale farà assente, e si dà il termine ad denunciandum, corra il termine predetto dal giorno, che sarà ellasso il detto termine ad denunciandum; eccetto però, se pendente il giudizio sopravvenisse di nuovo causa di sospizione, nel qual caso si possa proponere, etiam ellasso detti quaranta giorni, dentro però trenta di, dopo che farà sopravvenire detta causa nuova, e non oltre. Et quod hæc Pragmatica tanquam odiosa, & penalitatem sit extendenda ultra causas civiles, de quibus fuit loquuta, Prati discip. forens. tom. 4. c. 47. nū. 37.

Igitur casus iste videtur omisssus per Regiam Pragmaticam, & proinde recurrentia est 37 ad ius commune, & ad alias provisiones iuriis Regni, per quas reus potest recusatio-

nem proponere, usque ad litis contestatione: juxta reæ in l. apertissime C. de judic., & l. fin. C. de except., & DD. cumulatos per R. Petr. super rit. 265. nū. 54., & de jure Regni accedit cap. 217. quod incipit Prolixitatem, quo cautum est, suspicionem nullo modo admitti, post litis contestationem, etiam si proponatur, causam suspicionis de novo emersisse, nisi dicta emergens suspicio sic lucide liqueat, quod evidenter, atque notoriè notabiliter se ostendat, sunt verba capituli, quod post Reg. T. ap. bene declarat Cafar. in specul. Peregr. q. lib. 1. q. 48. nū. 10., & 11.

Quæ litis contestatio inducta dicitur per 38 actum illum, qui fieri consuevit contra reum, Judice interrogante super capitibus inquisitionis, & post decretum, quod dentur defensiones, juxta illud, quod habetur apud Reg. Capyc. lxxv. decif. 121. à nū. 27. tom. 2., & quod terminus super defensionibus habeat vim litis contestationis, monet rerum criminalium Magister Francisc. Maria Prat. discip. forens. tom. 4. c. 48. nū. 34., & 35. Videnda sunt, quæ plenissimè fuerunt cumulata super hac materia litis contestationis in voto, Conf. de Fusco typis traditis in mea animadvers. 184. 2. nū. 4. ad 12.

S U M M A R I U M.

1. Forjudicationis sententia non facit cognita à jure comuni, ex quo poena mortis reo absenti imponi non poterat.
2. Poena mortis contra reos absentes imponitur de generali Consuetudine Italie, referuntur verba Carpzovij nū. 3.
3. Poena mbris contra absentes in criminis perduellionis non infligi poterat, jure communi inspeccio.
4. Et quid contra notorios rebelles de jure Regni nostri, & refertur praxis procedendi contra notorios rebelles n. 6.
5. Forjudicatio in Regno nostro sicut robur à Constitut. Regni poenam eorum.
6. Constitutio Regni poenam eorum an eisdem cordet cum moribus Germanie.
7. Banniti dicuntur quasi extra bannum, hoc est extra districtum, vel territorium Civitatis.
8. Forjudicationis, & forbannitionis definitio, & etymologia deducitur à verbo Greco, & ex traditis per Nicolaum Anton de exilio, cuius verba referuntur nū. 11.
9. Forjudicatio quamvis non esse cognita de jure

- jure communis etas deposita prescriptio, quae
fuit moribus introducta post Syllæ tempora.
 13. Forjudicati & equiparantur hominibus illis,
quos sacros appellabat Populus Romanus,
nam lege tribunitia, cauebatur, ut qui eos
acciderat parricidij non teneretur nū. 14.
 15. Banni, & forbanniti aliter vocabantur
tempore Longobardorum.
 16. Bannum, & forbannum an bodie sit in-
usu, & à quo die currere incipias.
 17. Banni, & forbanni formula moribus in-
troduced tempore Friderici Imperatoris ad-
ducitur ex Petro de Vinea.
 18. Forjudicatus, qui alium forjudicatum
acciderit num mereatur abolitionem penæ
forjudicationis.
 19. Princeps quomodo ex plenitudine potesta-
ris suspendere soleat forjudicationis senten-
tiam, Praxis refertur nū. 20.
 21. Procurator an admittatur pro forjudica-
to, vel alio absente ad allegandum indulgen-
tiam pro forjudicati internicione, & que sit
praxis servanda traditur nū. 22.
 23. Guidatus quomodo se gerere debeat in pe-
titione albarani pro servitio exoplendis ad-
bos, ut gratia non possit redargiri de sub-
reptione.
 24. Guidatus ad hoc, ut gaudeat induku, an
debeat personaliter intervenire in certame-
ne, vel sufficiat, ut obsineat servitium me-
diantem pecunia.
 25. Re scriptum Marchionis de los Velez alim-
bipes Regni Prorogis affertur pro quaesi-
onis decisione, & traditur quoque cautela.
 26. Guidatus quando vult expletere servitium
in hac Civitate Neapolis, est petenda licentia
ad Collat. Confilio, cuius decretum refertur, &
de ratione nū. 27.
 28. Indultus, validitate, vel invaliditate
subiecta an detur terminus, & compilitur
processus, refertur casus decisus.
 29. Indultus discussione, & termini compila-
zione pendente an sit concedenda integræ co-
pia processus informativæ.
 30. Exceptione guidatici, scilicet indultus opposi-
ta, est in specie interloquendum, alias sen-
tentia redderetur molla.

C A P U T . XXIII.

De sententia forjudicationis, &
ejus origine, & de origine ban-
ni, & qui dicantur banniti, &
an sit dictio Germanica de-
sumpta à verbo Cræco.

Forjudicatio erat incognita à jure com-
muni, quo jure inspectio excepto cri-
mine læse Majestatis mortis sententia.
 1. reo absenti decerni non potest, ex
text. in absentem S. adversus contu-
macem ff. de poenis l. 1. ff. de requir. reis l.
absentem, C. de accusat. cum alijs juribus
concordantibus cumulatis per Prosp. Farin.
in præc. crim. in tit. de inquisitione q. 11. à n.
1. vers. premitto, ubi limitat conclusionem,
 2. de generali consuetudine totius Italæ vir-
tute statutorum, quorum vigore procedi-
tur contra reos inquisitos absentes, illisque
habitibus pro confessis ex contumacia ban-
niuntur, & ad mortis sententiam, & ad bo-
norum confiscationem damnantur, reddit
rationem ex exteris Benedict. Carpan. p.
 3. de banno ejusq; processu q. 140. num. 13. ibi.
Etenim, quia pena ultimi supplicij rea
 3. absente, & fugitivo decerni nequit labsen-
tem S. adversus contumacem ubi glo. ff. de
poen. l. absentem C. de accusat. utique ne im-
punitus planè evadat pena hæc banni fuit
ad inventa, qua reus, vel ob crimen perpe-
tratum, vel si de eo nondum confessus, aut
convictus sit ob contumaciam in non compa-
rendo coercetur, & in bannum declaratur,
atque ex Provincia proscriptur, & exco-
municatur.

Diximus excepto crimine Majestatis, sed
animadvertere oportet, quod etiam in
crimine perduellionis jure communi in-
spectio sententia in absentem ferri non
 4. potest, ut monet Anton. de Mattheis ad lib.
4. 8. ff. de læsa Majest. tit. 2. cap. 3. nū. 6. vers.
denique. Verum aliter dicendum erit atten-
ta extravaganti ad reprimendum, & atten-
 5. to quoq; jure Regni nostri, in quo processu
compilato sententia in absentem ferri po-
test, previa tantum citatione ad dicendum
causam quare non debent rebelles declarari
incidisse in crimen Majestatis ex dispositio-
ne Capituli Regni incipient. Nuper apud
Tranum, ubi cavetur, quod in delicto no-
to-

torio, & manifesto, neque citatio sit necessaria, ibi: *Non obstante aliqua constitutione, vel aliquo jure scripto, & non scripto, & maxime non obstante eorum absentia, & quod non sunt citati ad loca rebellium, vel extra Regnum effugerunt; seu latitant, ita quod citatio non possit commode ad eorum notitiam pervenire, & manifestum, & notorium est, quod rebellarunt contra Regiam Majestatem*, sed ad evitandas Doctorum altercationes semper proceditur prævia citatione, vel per edicatum, vel in loco feudi, si feudatarius est citandus, ut observatum legimus apud Capyc. latr. decif. 167. num. 72. tom. 2. comprobant Reg. Rosa in præce. decret. cap. 10. nu. 29. tom. 1. Angel. Scial. in præce. forjdicat. cap. 10. nu. 22.

In cæteris criminibus in Regno nostro habemus Regni Constat. incip. pœnam eorum latram à Federico Secundo, per quam statuitur forjudicationis pœna contra reum absensem citatum, & bannitum, qui infra annum à die banni non comparuit eoram Magistro Justitiario, qui eum banaivit, & ultra pœnam mortis decernitur quoque poena confiscationis bonorum, perinde quasi esset confessus de crimine, de quo fuit accusatus, & extitisset per sententiam definitivam condemnatus, ut habetur ex verbis ejusdem constitutionis.

Constitutio haec concordare videtur cum moribus Germaniae, ut desumitur ex verbis ejusdem constitutionis, & sic forjudicatus habebitur, prout in aliquibus nostri Imperij partibus nuncupatur, quasi foris omnem aditum Judicij constitutus, & cum postea subdit. Quo ad omnia ferè pro mortuo habebatur, & hostis publicus reputetur, concordat Benedict. Carpzov. in cit. qu. 140. à nu. 10. ad 12., ubi, quod bannum derivatur à vocabulo Germanico; ibi: *Unde dicuntur banniti, quasi extra bannum hoc est distrium, vel territorium ejus Civitatis ejeci, quia banniti amictunt territorium, & viam publicam, id est libertatem, & rerum communium æqualem omnibus concessum usum*. Andr. Gaill. d. lib. 2. de pac. pub. c. 1. nu. 12. lob. Sichard. in l. 1. nu. 14. C. de bered. instit. Hoc bannum (quandoque dicitur etiam annotatio ex jure comuni, & proscriptio). Banniti dicuntur ex dictione Germanica à græco verbo, &c. hoc est hostis inimicus nonnulli derivatum existimat, quia in bannum denunciati, & declarati Cives esse definiti, &

hostes efficiuntur Andr. Gaill. d. c. 1. num. 21. facit text. in l. missione, §. qui deficiunt ff. de cap. diminut., & in l. fin. ff. de re milit. Jas. in l. omnes populi nu. 16. ff. de justit., & jure, concordat ex Hispanis eruditis Authoribus 11 Nicol. Anton. de exilio, sive de excilijs pena cap. 9. n. 18. lib. 3., ubi memor. de hac Regni Neapolitani constitutione verba facit de banno, forbanno, & forjudicationis sententia sub tenore sequentium verborum. Elapsum hoc spatium quatuor mensium sententia suscipit forjudicationis, seu forbannitionis, ut vocant, sive secundum bannum quo modo bannitus tunc primum talis dicitur ex sententia definitiva; Forjudicationem interpretantur, ut sit aditus ad judicium prohibito: quod forte est in Salica lege; Tum Rex ad quem manitus est, extra sermonem ponet: cum & slim Praetor ei, qui decreto non obtemperaret, jurisdictionem, sive audientiam denegare diceretur, l. xxvi. §. 6. ff. ex quibus causis majores.

Ex quibus palam fit, quod licet forjudicatio non esset cognita de jure communi, nihilominus erat cognita proscriptio, qua est æqualis cum banno, & forjudicatione, nam proscriptio fuit introducta post Sylla tempora, unde bene arguit Camill. Borrell. de præstant. Regis Catholicæ cap. 17. nu. 13. illum dici proscriptum, quem nos bannitum appellamus, sed satis clarus Horat. Montanus de regalibus in §. bona committentium incestas nuptias n. 7. fol. 97., ubi subsequentibus verbis adnotazione dignis ratiocinatur. Hi appellantur proscripti in textu nostro, quia antiquitus reos crimini capitalis absentes condemnabant, eorumque bona scriberebantur in publico ut innotescerent omnibus esse unicuique facultatem occidendi, in Regno nostro appellantur forjudicati, id est judicati, foris extra publicam protectionem positi, ut singulis facultas occidendi sit, neullo sibi judicii aditu reservato, ut in constitutione Regni pœnam titulo de forabannitis.

Adstipulatur Surgens de Neap. illustrat. lib. 1. c. 27. nu. 48., ubi advertit notandum unum ab alijs non animadversum, nempe quod quando leguntur in M.C. V. sententiæ proscriptio, seu forjudicationis cogantur exire omnes Clerici, & Religiosi ne irregularitatem incurvant.

Aderant quoque tempore Romanorum homines illi, quos sacros appellabant, quos populus Romanus judicaverat ob maleficium, & lege

Tractatus Criminalis Analyticus. 287

Tribunitia cavebatur, ut qui eos occiderat patricidij non teneretur, *Caluin. in lexicon. in fine de legib. V. lex Tribunitia dicitur*, & habetur ex traditis per Anton. de Mattaeis ad lib. 48. tit. 5. ad l. Cornel. de Sicar. nu. 2. ubi inquit, quod si latinè loqui voluerimus sacros, & proscriptos nuncupabitus, & demum in fine subdit haec verba. *Diximus bannitum hominem sacrum esse, atque impunè occidi posse.*

Ex quibus antiquæ eruditionis principijs re-
14. Etissimè insertur, nostros forjudicatos assimulari hominibus illis sacris, nam sicuti illis lege Tribunitia vita adimebatur impunè, ita forjudicatis nostri temporis vita adimitur, itaut ab omnibus offendì poslunt impunè ex superiùs citat. *constit. Federici*, ibi. *Quoad omnia fere pro mortuo habeatur, & hostis publicus reputetur, sicut ab omnibus offendatur impunè, adeò quod si ipsum occiderit aliquis, nullam proinde calumniam vereatur, sed præmium à gratia serenitatis nostra expectet.*

Scire tamen oportet, quod ex banno ortum est forbannum, ut notat *Nicolaus Antonij* 15. in superioribus locis citatis lib. 3. cap. 19. nu. 12. ibi. *Ex banno nata ejusdem pœna appellatio alia, forbannum scilicet, & forbannitus, quam in Longobardicis, & alijs legibus passim offendes. Dicuntur, & forestari, & diffidati frequenter; quo posteriore verbo utuntur Hispana jura. Damosle por desafiado, & de todos los de nuestro Señorío.*

Et qui dicantur banbiti forasciti, & forjudicati, videndus est Reg. *Petra super rit. 270. n. 12. vers. forjudicari, & vers. in vocabulario som. 3. ubi nu. 13. notabiliter advertit, ban-* 16. *num, & forbannum hodie non esse amplius in usu in M. C. V., sed inconcussè observari in alijs Regni Curijs, in quibus à dicto die currere incipit annus forjudicationis, & in Magna Curia à die contumacæ ultimæ contractæ super citatione ad capitula, juxta dec. R. Salernitan. 30. accedit Angel. Scialoy. in præc. forjudicat. cap. 9. nu. 9., & accedunt ea, quæ diximus in nostra Animad. 304. à nu. 1. cum seqq., ubi perpendimus, an debeat constare de banno, ad hoc ut sit locus pœnæ contra bannitorum receptatores.*

Post hæc scripta valdè latatus fui me invenisse, bannitionis, & forbannitionis formulam suisse servatam, & in praxi deductam tem- 17. *poribus Federici Imperatoris & Siciliae Regis, qui promulgavit quoque in hoc Regno Constitut. penam eorum, ut legitur apud*

*Petrū de Vineis, qui fuit ejus Cancellarius, lib. 5. epistolarum cap. 112. Quarè cum talis formula differat ab illis relatis, à Foller. in rubrica banniantur, & à Jo: Maria Novario de gravaminib. *Vassalorum gravam. 9. n. 29. tom. 3. hic typis vulgandam sum arbitratus, maximè cum liber non sit reperibilis**

Forma exbannitionis factæ contra contumaces accusatos de homicidio.

Ex Petro de Vineis Epistolar. lib. 5. cap. 112.

In Dei nomine, amen. Nos Fridericus de Antiochia, accepta querimonia Bernardi Blanchi de Montesillis, qui accusavit Concium filium Gualterii, & D. ejus fratrem, qui interficerunt Dominum Jacobum Abbatem Monasterii Montesillis, eorum Dominum spiritualem: accusando etiam eos de incendiis, guastis, & damnis illatis, & factis per eosdem eidem, ijs suis legitimè citari fecimus peremptoriè per Notarium R. de eodem loco pluribus vicibus; sicut de citatione constat per instrumenta publica ejusdem Notarii manu facta. Cumque præfati C. & D. non venissent, & diu ultra terminos eis datos fuerint expectati, considerata eorum inobedientia, & contumacia, Imperiali autoritate, qua fungimur, eos in personis, & rebus exbanniendos duximus, si de hinc ad decem dies, ad mandata nostra non venerint evocati (cum de tam criminali excessu coram nobis fuerint accusati, & sic contumaces extiterint, ut est dictum) itaut quicunque eos à prædicta die in antea offenderit, habeatur impunis: & quod ipsorum bona ad opus Imperialis Curiæ debeant annotari: ac quod nulla communitas, seu persona eos audent acceptare sub pœna eis nostro arbitrio inferenda donec in eorum contumacia perseverant. Datum in &c. Imperante Domino Friderico, Dei gratia Romanorum Imperatore. Hierusalem, & Siciliæ Rege, &c.

Dum constitutione Pœnam eorum cavetur, ut forjudicatus, qui alium forjudicatum occidit, cæperit, aut detexerit latitantem, bannitionis, vel forjudicationis pœnam, quam incurrit evitabit; observandum duximus hanc legem non fuisse in observantia circa remissionem criminis, sed tantum forjudicato alium forjudicatum occidenti, vel capienti censi remissam pœnam contumacæ, ut autumat D. Franciscus Merlin. lib.

I. con-

I. controversial. cap. 63. ubi ita refert judicatum per M. C. & confirmatum per Collaterale Consilium, cum quo concordat decisio allata per *Thor. in 3. par. verb. exceptio indultus. & Reg. Merlini* opinionem tamquam verisimilam defendendam suscepit in *observat. ad sing. mei Genitor. 146. à n. 1. ad 4.*

Accedit ad hoc firmandum, quod quando Princeps ex gratia, vel ex plenitudine sua

19 potestatis vult suspendere sententiam forjudicationis non consuevit in proxim deducere gratiam criminis, sed poenae forjudicationis, & contumaciæ, firma remanente inquisitione quoad delictum principale, ut practicatum demonstrat *Reg. Sanfel. in causa Alexandri Carmignani in dec. 53. num. 20 42.* & in forjudicatione Principis Cardeti,

Principis Ricciæ, & Ierniæ habetur novissima exempla apud *Consil. Roccam de offic. in tit. de compositionib. §. 13. n. 69. & 70.* & esse stylum Cancellariæ fieri solummodo gratiam poenæ forjudicationis, firma remanente inquisitione delicti, testatur *Thor. in compend. dec. p. 3. sect. 2. verb. pena forjudicationis*, & de hoc plenius alibi dicam.

Altera difficultas subesse potest, an possit ille, qui coepit forjudicatu vivum, vel mortuum *21* possit comparere per procuratorem, & petere indulgentiam forjudicationis, & delicti commissi juxta terminos *Constit. Regni pœnam eorum*, & negativè distinguendo demonstrat *D. de Fr. inch. dec. 314.* & quamvis in contrarium contendat *Bartholom. Francbi in allegat. 111.* apud *Reg. de Marinis* tamèn in causa, in qua ipse scripsit, fuit per Regiam Junctam ad relationem Consiliarii Miroballi decisum contrarium, ut diximus in *observ. ad sing. 183. num. 3.*

Ad evitandas igitur omnes amaritudines, circa abolitionem totalem sententiæ forjudicationis, erit petendum guidaticum, vel albanum pro servitiis explendis, juxta proxim servari consuetam apud Commissarium Generalem Campaniæ, & Praesides Provinciarum, de qua testatur *Capiblanc. de Baron. super Pragm. 6. num. 151.*

In istis casibus concessa fide publica, vel concessis albaranis concedi solitis ad formam *Pragmat. unic. de offic. Judic. Generalis in §. 6. 7. 8. 10. & 11.* disputandum suprest, an guidatus gaudeat indultu si per Fiscum proponatur forjudicatum fuisse vivum captum, vel occisum ante Albaranum, super qua controversia adeundus est *Reg. Rosa in prax. decret. par. 1. cap. 10. à n. 47.*

vers. binc quero, & nec non exquirendum erit de mendacio, vel subreptione Albarani, vel rescripti concedi soliti ad detegendum crimen occultum sub promissione impunitatis ejusdem criminis, & cæterorum criminum commissorum, nempe si petens fidem publicam, sive indultum subbraceat substantialia criminis patefaciendi, quod fuit causa motiva obtinendi rescriptum im-

*23 punitatis, quia tunc amitteret beneficium indultus, & decernendum foret esse procedendum ad ulteriora, exceptione indultus non obstante, quemadmodum determinatum nedum per M. C. sed per supremum Collaterale Consilium ostendit *Reg. Merlin. controv. cap. 15. centur. 2.* & diximus in nostra practicab. *observ. 32. num. 9.**

Et similiter necesse est, ut guidatus, qui vult indultu gaudere ex præsentatione capitis *24* forjudicati, constare faciat personaliter intervenisse in certamine, cum non conveniat ut pecunia mediante servitia, fuerit consecutus, ut declaratum extat per rescriptum Marchionis de los Veles directum Fisci Patrono Provinciae Calabriæ apud *Reg. Rosam in prax. decret. cap. 10. n. 48. vers. sane par. 1.* & per *Pragmat. unic. in §. 20. de offic. Iudic. General.* expreſſè cautum est constare debere prævia informatione servitum fuisse factum à præsentante, & non per interpositam personam; quarè adhoc ut quis consequatur præmium de servitio ab altero facto, & quod sibi attribuatur beneficium indultus, cautela erit porrigerre preces Excellentissimo Proregi, postulando licentiam, ut servitum faciendum per alium, fieri possit suo nomine, & quod Supplicanti attribuatur, ac si de persona intervenisset, & si delinquens reperiatur in hac Civitate, erit similiter postulanda licentia ingrediendi Neapolim ad complendum servitum, & ita alias fuit servatum, & interpositum decretū per Coll. Cons. quod hic inferendum duximus.

Die 21. April. 1617. Neap.

*F*acta de prædictis relatione Sua Excellencie in Collaterali Consilio per Magnificum, & Spectabilem Regentem Didacum Lopez *25* Suarez Commissarium, &c. præfatus Illustrissimus, & Excellentissimus Dominus Vicerex Locumtenens, & Capitaneus Generalis, &c. mandat, quod prædictum servitium in præsenti memoriali expressum faciendum per Berardinum de Ruggiero in beneficium Regiae Curie intus banc fidelissimam Civitatem, ejusque Burgos intelligatur nominare

præ-

Tractatus Criminalis Analyticus. 289

predicci Stephani de Ruggerio guidati dicto Regia Curiæ esse factumstantibus causis, & rationibus in memoriali expressis, hoc suum, &c. Constantius Reg. Lopez Reg. Villabos Alderisius Proreg. penes Io: Antonium Girselmum Regium à mandatis Scribam.

Ratio cùr requiritur licentia ingrediendi hanc Civitatem est, quia non potest quis guidari ut intret hanc Civitatem, Burgos, & Casalia, ut disponitur per Pragm. 10. in §. 7. & 11. de offic. Iudic. General. & rationem adducit Consil. Altimar. ad Rovit. decis. 11. num. 1.

Hæc omnia non sunt parvipendenda, sed maximoperè perpendenda, quia quando in siliibus casibus de validitate Indultus, vel impunitatis, vel qualitate servitorum altercari contigerit, datur terminus, & compilatur processus super exceptione impunitatis, seu indultus, quod fuit novissime practicatum per M. C. de anno 1675. in causa Rugerii Cavafelice, qui opposuerat exceptionem indultus obtenti pro executione ordinis Suæ Excell. ob presentationem capitis q. Sabbati Castagno, in qua quamvis demum, facta relatione in Coll. Cons. in gradu reclamationis per M. C. D. fuerit orta paritas, quia nonnulli decretum M. C. confirmarunt, & nonnulli fuerunt voti, quod gaudeat indultu, pro reo fuit publicatum decretum, ut testatur D. Reg. Dux Vasti Girardi in rit. M. C. 274. num. 154. erga finem tom. 3.

Delinquente guidato, securitate pendente, existentibus indiciis ad torturam imparitur terminus ad se defendendum super exceptione guidatici, in cuius compilatione est concedenda integra copia processus informantivi super delicto, super quo fundatur exclusio, juxta decisa apud Reg. Merlin. contr. 40. n. 16. lib. 1.

Et adeò est potens hæc exceptio guidatici, seu indultus, quod ante omnia erit super ea specificè providendum, & interloquendum, adeout si super ea non fuerit specialiter provisum per M. C. V. devoluta causa ad Sac. Cons. remittitur negotium iterum decidendum ab eadem M. C. ut provideat super exceptione indultus, Fisco, & partibus auditis, Reg. Capyc. latro decif. 71. in princip. Et si super exceptione guidatici fuerit datum terminus, sed postmodum fuerit prolatæ sententia mortis, nulla explicata provisione super exceptione fidei publicæ, sen-

tentia redditur nulla, juxta decisionem per nos allatam in cit. practicab. observat. 32. num. 13.

S U M M A R I U M.

- 1 **F**orjudicandi præminentia an competat Curiis Baronibus.
- 2 **E**t quid in Regno Sicilia.
- 3 **F**orjudicandi facultas an transcat cum mero, & mixto imperio, num. 4. & 5.
- 6 **F**orjudicandi potestas est de supremis Regalibus Regi reservatis, que communicata non censemur.
- 7 **S**ententia forjudicationis lata per Curias Baronales non executioni demandatur per Tribunalia Superiora, nisi recognitis actis; & an sufficiat, quod adsint in processu transmisso indicia ad torturam, vel requiratur convictio, num. 8.
- 9 **T**ribunalia Superiora, quibus fuit devoluta causa à Curiis Baronibus, an possint decernere ex inditiis indubitatis existentibus in processu transmisso.
- 10 **N**ullitates adversus forjudicationes per Curias inferiores latae non sunt recipie de, neque discutienda, reis forjudicatis absentibus.
- 11 **B**aro non est audiendus in discussione nullatum facienda per Tribunalia Superiora adversus sententiam forjudicationis per suam Curiam latam; sed an habent jus appellandi; sententia declarata nulla, n. 12.
- 13 **A**ppellatio an admittenda sit à decreto rejiciente nullitates adversus sententias forjudicationis; refertur praxis cum distinctione inter causas ordinarias, & delegatas. Et an Agnati, & Excusatores, qui compa ruerunt post latam sententiam forjudicationis, Judicibus adhuc pro Tribunalis sedentibus, audiantur per viam restitutionis integrum, num. 14. 15. 16. & 17.
- 18 **C**omparitio debitoris citati super tenore instrumenti post rectam Curiam admitti debet, quamvis Judices non sedent pro Tribunalis, dummodo à Tribunalis non discesserint.
- 19 **S**ententia forjudicationis lata per Curias Baronum an possit exequi extra territorium Baronis forjudicantis. Et quid si initium persecutionis contra forjudicatum inchoatum fuerit à proprio territorio Judicis bannientis; resolvitur quæstio cum verbis, Ant. de Matth. num. 20. & 21.

Oo

CA.

C A P U T XXIV.

Forjudicandi facultas an pertineat ad Curias demaniales, & Baroniales Regni investitas de mero, mixtoque Imperio, & quæ indicia requirantur in Judicibus inferioribus ad affectum forjudicandi, & an forjudicatus per tales Curias possit impunè occidi extra territorium Judicis forjudicantis existentis sub eodem Principe.

Affirmativam sententiam tutus fuit, *Afflictus in constitutione Regni pœnam eorum instit. de Bannitis, seu forjudicatis à num. 26. cum seqq. quem sequuntur Jo: Antonius de Nigris in cap. Regni 155. incipit quis sit forbannitus nū. 19. Consil. Campan. de forjudicat. resol. 13. n. 1. cum cæteris cumulatis per Angel. Scialoy. in praxi forjudicat. cap. 2. num. 2.*

Contrarium servatur in Regno Sicilie ultra Farum, ubi Barones illius Regni habentes merum, & mixtum imperium non possunt procedere ad sententiam forjudicationis, sed recurrunt ad M. C. illius Regni proferenda sententia forjudicationis ex traditis per *Mastrillum de Magistratibus lib. 4. cap. 16. à nun. 102. ad 105. & per D. Ottavium Caracciolum in tractatu de foro privilegiorum q. 8. nū. 10. & 14.* ubi refellit *Afflict.* tamquam malè contrarium sentientem, accedit de *Virgiliis de legitimat. persone cap. 33. num. 19.* ubi quod solus Principes potest forjudicare, & non Baro sub pretextu meri, & mixti imperii.

Ratio principalis qua nititur *Afflictus* illa est, ex quod Rex communicando Baronibus merum, & mixtum imperium non reservato sibi jure forjudicandi, videtur communicare jus forjudicandi, maximè quia aliqua, quæ reservare sibi voluit sibi reservavit, ut num. 36.

Sed hæc ratiocinatio *Afflictii* in stricta disputandi ratione falsa detegitur, siquidem jus

4 forjudicandi ortum habuit tempore *Imperatoris Federici*, qui edidit *constitutionem pœnam eorum*, ut in præcedenti cap. plenus diximus, quod tempore cum communicatum non fuisset Baronibus merum imperium; lex illa Barones comprehendere non poterat, ex traditis per *D. de Francb. decis. 510. à nu. 4.* quinimo non est verisimile Imperatorem, qui promulgavit dictam legem cogitasse, & perpendisse in futuris concessionibus de mero imperio tribuere Comitibus, & Baronibus præminentiam forjudicandi, bandiendi, & bona confiscandi, quam speciali concessione tribuerat Magistro Iustitiario, juxta illud, quod in terminis satis consimilibus perpendit, *Harprectus in §. item lex Cornelia de falsis 7. tit. instit. tum de publicis judiciis num. 51. & 52. tom. 4.* ubi in specie, *text. in l. 2. C. de falsis monet.* per quam statuitur pœna mortis, & flammarum contra percutentes monetam falsam sub forma, & imagine Imperatoris, dicit non esse verisimile Imperatorem in dicta lege cogitasse de puniendis illis, qui crimen hoc perpetraverint, sub effigie, & nomine inferioris Principis habentis hodiè jus cudendi monetas, cum istud jus tempore Imperatoris soli summo Principi competebat, ex *Besold. in thesaur. practic. lit. M. n. 60. pag. 571.*

Adeo verum est Imperatorem habuisse potestatem forjudicandi inter regalia suprema, dum post specialem illam concessionem factam dumtaxat Magistro Iustitiario, & Iustitiariis Provinciarum, voluit quod solummodo tali facultas forjudicandi sibi reservata censeretur, vel ejus Vicario in casu absentiae, ut habetur ex expressis verbis dictæ Constitutionis, ibi: *Auctoritatem istam nostræ præminentie reservamus, ut à nobis, vel ab eo cui vices nostras propter absentiam fortè nostram gerendas commiserimus, forjudicationis sententiam possit impetrari,* & proinde quamvis postmodum per Reges Aragoneos fuerit communicatum Baronibus merum imperium non transierunt,

6 nec communicata fuerunt ea Regalia, quæ Regi reservata sunt insignum supremæ potestatis ex traditis per *Montan. de Regalibus in prefationibus num. 5. in fine fol. 11.*

Displacet tamen mihi non posse firmare pedes contra *Afflict.* cum *Afflict.* sententia moribus recepta reperiatur in Regno; verum intelligendam crederem semper quod talis for-

Tractatus Criminalis Analyticus. 291

forjudicationis sententia confirmata , & approbata extiterit per Regia Superiora Tribunalia, à quibus confirmari , & exequutioni demandari non est consuetum , nisi recognitis actis, juxta Capiblanchi doctrinam de Baronibus in Prag. 8. cap. 2. n. 116. cui adstipulatur Regens de Rosa in praxi criminali decretor. M.C.V. cap. ult. num. 36. ubi loquitur de condemnatis ad mortem , tamen eadem est identitatis ratio in forjudicatis, unde ejus verba subnectere placuit : *Respectu tandem condemnatorum ad mortem à Curiis inferioribus, consuetudo est, quod ad Regiam Provincialem Audientiam originalis processus transmittitur, & si justa condemnatio processit, conceditur Minister Justitiae, si male condemnatus est, ad Regiam Audientiam transmittendus ad finem reformati sententiam.*

Quare transmesso processu ad Regia Tribunalia pro exequutione sententiae forjudicationis , nedum exquirerem, ut sententia sit ritè, & rectè lata, & quod nulla subesset suspicio cum Curia Baronis, sed cautius agendo, vellem, quod Reus esset de crimine convictus, & non gravatus solis indicis ad torturam, vel ultra torturam, et si accendentibus ad indubitata , quæ in Curiis Superioribus satis superque essent ad ferendam sententiam forjudicationis ; Ratio, quæ me impellit ad exquirendam convictionem non est contemnenda, quamvis non viderim usque adhuc à nemine ex nostris animarversam; Siquidem si est prohibitum judicibus inferioribus devenire ad mortis sententiam contra reos præsentes ex indicis indubitate, juxta sancta in Prag. 13. de off. jud. Cùr ferendum erit , quod ex indicis ad torturam , vel ex indubitate possint devenire, prout tam faciliter deveniunt , ad sententiarn forjudicationis , quando forjudicatio nihil aliud est , quam absensis ad mortem damnatio, quæ secum trahit exequutionem quò ad effectum juris , adeout cum primùm venerit forjudicatus in fortis sententia exequitur , Camill. de Medicis cons. 69. num. 10. 11. & 12. & maximè concurrente identitate rationis , quæ concurrit contra Reos præsentes, dum ratio motiva prohibitionis in qua lex fuit innixa, illa fuit , quia Iudices particularium locorum Regni abutebantur facultate interpretandi indicia indubitate ultra illorum vim , ut monet Reg. Rovitus decis. 63. num. 3. vers. & quia.

Et quamvis sciam , quod Fiscus replicare posset , quod forjudicationis sententia confirmanda foret per Suprema Tribunalia ex indicis existentibus ad torturam in processu transmiso , & multo fortius concurrentibus indubitate, facilis est responsio , siquidem facultas arbitrandi indicia , quæ residet in 9 Supremis Curiis præscribit sibi locum, quando dicta Tribunalia procedunt in causis sibi spectantibus jure ordinario, vel delegato, non autem in causis devolutis per viam appellationis , vel revisionis à Curiis Baronalibus, cæterisque inferioribus, in quibus causis non erit licitum decernere juxta præminentias tributas Curiis Superioribus, sed erit servandus stylus dictarum Curiarum, quibus non est tributa à jure facultas decernendi ex judiciis indubitate , ut ex Brunnaman diximus part. 3. de judiciis indubitate cap. 2. versic. altera difficultas.

Absentibus existentibus reis forjudicatis à Curiis Baronalibus, non erit licitum Agnatis 10 comparere in M. C. V. vel in Regiis Audientiis ad proponendum nullitates adversus sententias forjudicationis jam latas , & publicatas, siquidem nullitates non sunt recipiendæ, neque discutiendæ , nisi præsentatis forjudicatis in carceribus dictorum Tribunalium , ut bis decisum testatur, Novan. in decis. 14. n. 5. 10. & 9. ubi refert resolutum per Collaterale Consilium facto verbo per D. Iudicem Albertinum, nempe quod forjudicatus ille per Curiam Tagliacotii veniret ad se præsentandum , & deinde discutiantur nullitates, concessò guidatico duorum mensium ipsi forjudicato, etiam respectu bonorum , de qua decisione testis est Tbor. in compendio decis. verbo nullitas notoria , fol. 387. & 388.

Comparentibus tamen forjudicatis , & illis admissis ad dicendum de nullitate, non erit audiendus Baro , etiam si institerit audiri in discussione nullitatum, ex traditis per Reg. Rovitum sup. Pragm. 1. de sententia forjudicationis num. 25. post D. de Francb. dec. 2. 13. num. 52. accedit Scialby. in praxi forjudicationis cap. 25. nu. 70. Verum declarata nulla sententia forjudicationis poterit Baro instare pro remissione ad suam Curiam , quia causa reducitur ad non causam , Danza de pugna Doctorum tom. 3. de minore in delictis excusando cap. 6. versic. verum, & eodem tom. 3. de sententia forjudicationis cap. 15. nu. 13.

cum quo concordat *D. Antonius Police de praeminent. Regiar. Audientiar. tit. 12. cap. 6. num. 110.* cuius ratio assignata mihi non aridet , dum inducit verba *constitutionis Regni paenam eorum in verfic. quod si alii Justitiarii*, cuius verba non sunt applicabilia ad Barones , de quibus Constitutio non loquitur , nec illos comprehendere poterat, dum expressè dirigitur Magistro Iustitario, & Iustitiariis Provinciarum, quibus concessa fuit facultas promulgandi forjudicationis sententias , ut pleniū supra diximus.

Difficultas subingredi potest , num à decreto rejiciente nullitates propositas adversus sententiam forjudicationis appellatio admittenda sit ; affirmativè resolvit Reg. Merlin. maximus rerum criminalium Magister *controverf. forenſ. tom. 1. c. 15. in fin.* qui testatur ita servari de stylo M. C. Vic. in causis ordinariis . Audiantur ejus magistralia verba : *Contrarium video servari in M. C. Vic. in causis ordinariis, nam à decreto rejiciente nullitates propositas adversus sententiam forjudicationis appellatur ad Sac. Conf. ubi fit relatio per ipsam M.C.Vic. sed in contrarium pugnat Capiblanc. de Baronib. tom. 2. cap. 50. nu. 9.* nulla facta mentione de Merlino , qui de hoc conqueritur in locis supracitatis , quemadmodum Reg. Ros. in prax. decretor. criminal. cap. 10. num. 46. nulla facta mentione de Merlino , nec de Capiblanco , sustinet non admitti appellationem , neque reclamationem à decretis executioni demandantibus sententias forjudicationis , nullitatibus propositis non obstantibus , assignando eandem rationem , quam assignavit Capiblanc. & Angel. Scialoy in prax. forjudicat. c. 25. num. 72. verfic. queritur , nempe quod per Pragm. 4. in §. 23. de dilation. est prohibita reclamatio à decretis , quibus decernitur nullitates non obstat ; sed hæc ratio non est vera , nec applicabilis , nam Regia Pragm. loquitur in nullitatibus , quæ proponuntur adversus sententias Præfecti Prætorii ; & proinde non potest applicari in decretis M. C. V. prolatis in causis ordinariis , de quibus loquitur Reg. Merlin. secundum cujus opinionem jam invaluit observantia , & stylus judicandi , ut legitur apud Reg. de Marin. lib. 1. suar. resolut. cap. 33. num. 7. & apud Reg. Capyc. Latro decis. 74. in princip. tom. 1. ubi habetur fuisse admissam appellationem ad Sac. Conf. à decreto M. C. V. quo fuerat

provisum , nullitates propositas adversus sententiam forjudicationis non obstat , & causa fuit agitata , & decisa in S. Conf. etiam in gradu reclamationis , referente ipso D. Merlin. tunc Iudice M. C. V. ut legitur num. 31.

Aliter dicendum erit in causis delegatis , in quibus M. C. V. decernente , vel Regiis Provincialibus Prætoriis decernentibus esse exequendas sententias forjudicationis , non erit locus reclamationi , non obtento rescripto Collateralis Consil. Unde cauti Advocati antequam deveniatur ad forjudicationem solent impetrare rescripta , seu provisiones Collateralis Consilii mandantes , quod M. C. V. relationem faciat , vel si Regia Audientia fuerit in voto , vel decreverit nullitates non obstat , transmittat alia , & non procedat , donec aliter fuerit ordinatum , quod etiam practicari est consuetum in causis ordinariis , in quibus passim Agnati , & excusatores ante latam sententiam forjudicationis appellant à decreto , quod forjudicetur , porrigendo supplicationem Presidenti S. R. Conf. cuius decretatio fieri solita est v. 3. Si sententia forjudicationis non est publicata , M. C. V. de supplicatis verbum faciat in S. Conf. ut post Præsid. de Francob. decis. 688. ante num. 3. de hac praxi testatur , Reg. Rovit. super Rubric. & Pragm. de sentent. forjudicat. num. 34. & Reg. Ros. in prax. decret. criminal. c. 10. num. 40. verfic. si forjudicatus part. 1. ubi ex eodem Rovito advertit , quod si compareant excusatores post 17 publicatam sententiam adhuc tamen Judicibus pro Tribunal. sedentibus , audiuntur per viam restitutionis in integrum , dummodo tamen restitutio in integrum sit postulata ad appellandum à decreto , quod forjudicetur , non autem à sententia forjudicationis , à qua nulla datur appellatio , neque Reis principalibus , neque Agnatis , ut bene perpendit Reg. Rovit. in locis cit. à nu. 50. ad 55.

Conducunt ad firmandam hanc praxim res judicatæ per nos allatæ in prax. præsent. instrument. c. 2. num. 17. ubi habetur decisum , quod scripturæ præsentatæ per citatum super tenore instrumenti post rectam Curiam recipi debent , quamvis Iudices tunc non sedeant , dummodo non discesserint à Tribunal. ex dispositione ejusdem textus ponderati apud Rovit. in l. Divus Antoninus ff. de in integr. restit. & per doctrinam Bald. Gaill.

Tractatus Criminalis Analyticus. 293

Gaill. Gallosp. & Joan. Baptis. de Thor. per
nos laudatam.

Bergimus ulterius ad absolvendam aliam quæ-
stionem ex præcedentibus principiis descen-
18 dentem, nempè an forjudicatus possit impu-
nè occidi extra territorium Iudicis forjudi-
cantis, & bannientis existentis sub eodem
Principe, prout existunt in Regno Iudices
Baronum: negativè fuit per me resolutum
in observationibus, & animadversis ad singulari-
lar. 146. num. 7. contra sententiam Affict. ad
quam sententiam roborandam adduximus
ex exteris Anton. T'besaur. qq. forens. lib. 2.
q. 10. à num. 4. qui firmat, quod bannum
nullo modo extenditur extra territorium
bannientis, sive forjudicatis, quia exerceant
jurisdictionem in Terra alterius Baronis, ar-
cendo subditum ab ingressu alterius terri-
torii, quod nullo modo in praxi servari po-
test sine jurisdictionum confusione; Respon-
dendo ad ea, quæ allegantur in contrarium
per Iferniam, & cæteros, quorum scripta
procedunt in judicibus decernentibus no-
mine Principis, & habentibus jurisdictionem
universalem super toto Regno, vel in Pro-
vinciis, prout est Tribunal M.C.V. & Re-
giarum Audientiarum.

Quæ ratio exercendi jurisdictionem in alie-
no territorio est adeò periculosa, quod
20 facilè armis causam præbere potest, etsi
initium persecutionis inchoatum fuerit
à proprio territorio Iudicis bannientis, nus-
quam intermissa provocatione, neque redi-
ditur licita apprehensio in alieno territorio,
ut satis notabiliter monet *Ant. de Mattb. ad*
lib. 48. ffff. tit. 14. cap. 1. num. 3. cuius verba
cum satis notatu digna à me existimantur,
ideò illa hic typis tradere sum arbitratus:
21 *Sed querunt interpretes: quid sit dicen-*
dum, si Judex reum fugientem in suo perse-
qui cæperit, an transfugientem in alienum
territorium, nusquam intermissa persecutio-
ne apprehendere possit? Verius est non posse:
nam & hoc si faceret, jus diceret in alieno
territorio, non suo. Quod quād periculosum
sit, quamque facile armis causam præbere
possit, nemo non videt. Nibil enim impatiens
ferunt, qui cum imperio, & potestate
sunt, quād contemptum: contemni autem se
putant, si aliis in ipsorum territorio pro-
potestate aliquid facere velit. Ac licet ini-
tium persecutionis factum sit in nostra Pro-
vincia, id tamen exitum, & finem in aliena
provincia factum tueri nequit.

S U M M A R I U M.

- 1 **F**orjudicato feudatario, relicis descenditibus, ascendentibus, vel Collateribus, num fiat locus devotioni feudi in scī beneficium.
- 2 Bonorum publicatio, & confiscatio an sublata fuerit per jus Authenticorum.
- 3 Et quid de jure privilegiorum Neapolitanorum.
- 4 Et quid respectu tertie partis bonorum mobilium, & respectu multæ impostae pro pena spreti mandati, num. 5.
- 5 Privilegium Neapolitanum tollens confi- scationem respectu Civium Neapolitanorum an suffragetur exteris, & forensibus pro bonis existentibus in hac Civitate.
- 6 Bonorum publicatio sublata per jus Au- thenticorum, an sublata censeatur respectu pœnae contumacia, que irrogatur contra citatos ad informandum, & ad capitula iux- ta Regni Constitutiones. Verba Horatii Montani transcribuntur, & carpitur D. Maresca, num. 8;
- 7 Constitutio Regni forjudicatorum bona explicatur.
- 8 Ascendentes solum esse vocatos in suc- ceSSIONE forjudicati substinet gloss. Marin. de Caraminac. & Horat. Montan, num. 11.
- 9 Forjudicati agnati Collaterales an ex- cludantur à feudi successione, & num ver- bum Parentes in Constitutione positum comprehendant non solum Ascendentes, sed etiam Collaterales existentes usque ad ter- tiuum gradum, num. 13.
- 10 Consiliarius Marcianus extollitur, & de- claratur per Reg. de Rosa, num. 15.
- 11 Forjudicati frater fuit admissus in suc- ceSSIONE feudi, juxta casum decisum apud Reg. de Marin, sed declarantur; & inferun- tur verba decreti, num. 17. 18. & 19.
- 12 Decretum continens clausulam ex causis, vel quod non trahatur ad exemplum non parit exceptionem rei judicatae.
- 13 Forjudicationis sententia prolata, excep- ditur preambulum in beneficium filiorum, vel agnatorum Neapolitanorum, praeterea cautione de restituendis bonis super veniente gratia, vel nullitate sententiae.
- 14 Feudatarius si decebat relicto filio primo- genito forjudicato, & superstibus aliis fi- liis secundogenitis, num fiscus succedat in feudo juris Francorum, filii exclusis: Re- fer-

- fertur decisio contra fiscum , & assignatur rata decisio*nis* ex Reg. Reverter. nu. 24.*
- 25** *Fiscus non potest proponere querelam, vel nullitatem testamenti ex persona filii forjus dicati, exoberedati, vel præteriti, quia non habet jus detrabendi legitimam.*
- 26** *Fiscus, & cæteri Agnati vocati ad successionem forjudicati virtute Constitutionis Regni, num succedant uti bæredes, & jure bæreditario in bonis forjudicati tam feudalibus, quam allodialibus, itaut omnibus creditoribus satisfacero teneantur: Affertur distinctio Reg. de Marin. num. 27. & resolvitur quæstio respeçtu feudalium cum singularei opinione Horatii Montani, num. 28.*

C A P V T XXV.

Defuncto feudatario forjudicato, superstitibus descendantibus, ascendantibus, vel Collateralibus num fiat locus devolutioni in fisci beneficium tam respeçtu bonorum feudalium, quam allodialium: Et quid feudatario defuncto, reliquo filio primogenito forjudicato, aliisque filiis secundogenitis super existentibus; Num fiscus admittatur ad successionem forjudicati, cæteris filiis exclusis, cum cæteris ad materiam.

Questio magni momenti est, quæ si simpliciter examinanda, & decidenda foret inspecto iure communi tam Romanorum, quam feudorum, & privilegiorum Neapolitanorum, facilis esset resolutio ad fisci exclusionem; siquidem utroque illo iure actento sublatæ extiterunt bonorum publicationes, exceptis illis duabus gravioribus criminibus læse Majestatis Divinæ, vel humanæ, ut cayetur in Autb. **2** bona damnatorum C. de bon. proscriptor. & per jura feudalia in cap. si Vassallus feud. privet. cui defer. & in cap. I. de eo, qui interfic. fratr. Domini sui, accedit Reg. de Ponte in

decis. 23. nu. 11. & 12. ubi dicit sublatas esse omnes confiscationes, tam principaliter in poenam impositas, quam impositas in consequentiam delicti.

Concordant respectu Neapolitanorum Privilegia Regis Catholici, quibus remissa est publicatio bonorum ex quovis crimine, excepto crimine læse Majestatis in primo capite, & hæresis, juxta Pragm. 3. de immunit. Neapolitanor. plenius Reg. Rovit. super pragm. 1. & 4. eod. tit. a. 12. ubi limitat privilegium respectu poenæ tertie partis mobilium, in quam incurunt delinquentes ob contumaciam, & respectu mulctæ impositæ pro pena spreti mandati, contradicit Reg. Sanfelic. decis. 135. à nu. 24. cum seq. tom. I. & Reg. de Marinis lib. I. suar. resol. cap. 35. num. 5.

Sed illud est mirabile, & adnotatione dignum, quod hoc privilegium tollens confiscationem respectu civium Neapolitanorum, operatur etiam exteris, & forensibus pro annuis redditibus, & introitibus existentibus in hac Civitate, ut resolvit Menoch. cons. 1007. quem laudavimus in observationib. ad singul. 188. nu. 5. & de penis temperandis n.

Sed quia circa principalem quæstionem subingrediuntur difficultates nedum inspecto iure Romanorum, sed inspectis quoque Regni Constitutionib. incipientibus si quando, & forjudicatorum bona, ideo quæstio redditur difficilis, & perplexa, cum singulis difficultatibus sit occurrentum.

Difficultas, quæ subingredi potest, attento iure Romanorum est illa num beneficium Authent. bona damnatorum, quæ publicationem substituit; substitutissè videatur illam, quæ in poenam contumaciz irrogatur in Regno juxta Constitutionem pœnam eorum, quemadmodum antiquitus etiam irrogabatur contra proscriptos, & damnatos, quibus jure digestorum vita adimebatur, aut servilis conditio irrogabatur, & non esse in hoc digestorum jus correctum per jus Autentorum, animadvertisit Reg. Merlin. controv. forens. controv. 21. num. 14. cent. 2. & quamvis rationem non assignaverit; rationem assignat acutissimus Montan. de Regalib. in bona committentium incestas nuptias nu. 8. vers. at delinquentibus fol. 98. ubi cum suo solito acumine advertit, quod si beneficium Authent. bona damnatorum haberet locum in bonis contumacium proscriptorum, seù forjudicatorum, delicta non solum remanerent impunita; sed tribueretur ansa reis

reis graffantibus contemnendi Judicis maiestatem. Audiantur (quæsō) Authoris verba : *At delinquentibus vocatis à Curia, & nō comparentibus intras annum , qui proscripti appellabantur : erat pœna publicationis bonorum simpliciter, excoſis omnibus , l. 1. & 2. ff. de requir. reis, l. 2. C. codem. Et distinctio hæc colligitur ex l. 3. C. si pend. appell. mors intercessit. Sic autem bona damnatorum, non prodest, nec prescribit sibi vim , ubi publicantur bona ob consumaciam : sed procedit tantum , quoties per diffinitivam sententiam latam super delicto , publicantur bona in consequentiam pœnae corporalis ; sic Bart. post Jacob. Butrig. in l. 1. ff. de bonis damnat. quos ego sequor : licet contrarium affirment Salic. in leg. 1. C. de requir. reis, Angel. in d. authen. bona damnatorum, & Aret. in l. ejus §. fin. ff. de testament. sunt enim majori pœna afficiendi contumaces, quam puniti corporali pœna ob eorum delicta: nam si autem bona damnatorum haberet locum in bonis contumaciam , seu proscriptorum : inultum esset delictum, dum delinquens arripuit fugam, & ejus bona essent penes suos successores. Immoderetur materia inobedienti, si facto praecipo pœnali per Iudicem , possent liberi , vel ascendentibus, vel collaterales usque ad tertium gradum objicere judici exequenti pœnam pecuniariam , non esse locum exactioni, ex d. authent. & hujus opinionis est quoque Bald. in cap. 1. n. 1. col. 3. vers. & dicit D. Cyn. supra de pace tenend. & hanc Bartoli opinionem in praxi servari testatur Orilia in observationib. ad Consiliar. Campan. ad resolut. 19. num. 2. ubi allegat Cartar. Guazzin. & Farinac.*

Quibus principiis non degustatis, lapsus fuit D. Maresca vir doctissimus , & summae eruditio nis, dum in suo tract. de legibus publicor. judicior. in tit. de pœnis capitalib. gloss. 2. num. 52. erga fin. simpliciter, & nulla adhibita distinctione assertore ausus fuit , publicationem bonorum ab usu recessisse, jure communi attento.

Major difficultas subingreditur ex intellectu Constitutionis Regni forjudicotorum bona, 9 quæ admisit Fiscum ad successionem bonorum forjudicati , si liberos , vel parentes usque ad tertium gradum non habeat, sub illis verbis : *Forjudicotorum bona veluti dannatos , si liberos , vel parentes usque ad tertium gradum non habeant , Fisci nostri commodis volumus applicari.*

Ex quibus verbis , & attenta propria illorum significatione videtur Constitutionem voluisse excludere collaterales , quemadmo- 10 dum ita Constitutionem, intellexit Mari- nis de Caramanico in eadem Constitutione in verbo gradum , ubi dixit, quod illa Constitutio loquitur ascensivè , & descensivè , & Montan. de Regalib. §. bona vacantia num. 8. cum hac opinione pertransire videtur, dum 11 dicit parentes, seu ascendentibus esse vocatos, ducto arguento à contrario sensu , & proinde illorum successionem intelligit tan- tummodi in bonis feudalibus avitis forju- dicati acquisitis à majoribus , à quibus ipsi ascendentibus quoque descendunt , sed in ceteris bonis allodialibus, & in feudo novo; censet ascendentibus non succedere; ut palam facit ex sequentibus clarissimis verbis: *Suc- dent tantum ascendentibus in feudis avitis forjudicati , iuxta interpretationem glof. in d. vers. ascendentibus , idque ratione communi, quia respectu primi acquirentis eorum ascen- dentis, dicuntur ipsi descendentes . Praefuit eis illa constitutio, dum excipiendo feuda no- va concessa forjudicatis, admisit ascendentibus in feudis avitis: quod non erat expressum de jure communi feudorum . Tenemus igitur, ascendentibus forjudicati per Fiscum exchue- di in bonis allodialibus omnibus , & in feu- dis , ac quæsitis de novo per forjudicatum. Licet his non ponderatis, sed obiter, Vinc. de Franch. in decis. 102. existimet , excludi Fi- scum per ascendentibus , ad quam opinionem sine ulla hesitatione descendit D. Praef. Ul- risinus de successione feudor. par. 1. qu. 7. artic. 8. num. 8.*

Hinc orta fuit inter scribentes acerrima contentio; nūm verbum illud Parentes in Con- 12 stit. positum, comprehendat non solum de scētes utriusq; sexus prout sunt, pater, ma- ter, avus, avia, proavus, & proavia, sed etiam collaterales agnatos existentes usque ad te- 13 rtium gradum; & prævaluit communis op- nio, verbum Parentes esse intelligendum de agnatis , nedum attento jure civili , sed at- tento jure canonico de jure communi feu- dorum , & legibus quoque Longobardo- rum inspectis, ut post antiquiores Interpre- tes doctissimè firmavit doctissimus Consilia- riis Marcianus in consil. 19. tom. 2. quod in- serendum duxit Reg. Carol. Tap. in comen- tar. juris Regni super d. constitut. forjudica- torum bona tom. 5. & omnia ejus argumen- ta reassumpta habentur apud Reg. Petram super

super rit. 220. à num. 23. cum seqq. tom. 2.

Nihilominus adhuc remanet difficultas, nam articulus apud *Marcianum* non fuit decisus, sed causa transactione inita cum Regio Fisco, finem accepit, ut constat ex illis verbis num. 17. *Hæc controversia ex variis figuris causarum fuit transactione finita.* Proinde rejectis per prædicta omnibus objectis, quæ fieri possent, attenta etiam longa, & vetera interpretatione, hoc amplius in dubium revocari non debet, cum ex temporum cursu cum pluribus sententiis forjudicationum latet, nemo unquam audiverit, *Fiscum*, exclusis collateralibus, successisse, remanetque fundata intentio Principis, etiam ex hoc secundo capite successionis.

Unde Reg. *Rosa* in civili decretor. prax. cap. 3, 15 de decretis fieri solitis in successionibus nu. 15. fol. 69. , & 70. advertit transactionem hanc initam cum Principe Avetranæ nepote ex fratre D. Francisci Albribrij non aliundè, quam ex fisci aequitate processuisse, dum constitutio non loquitur de Collateralibus,

Non tamen me later, quod Reg. *de Marinis* ip. 16 observat. ad decis. 143. Reg. Reverter. tom. 1, nedum fuit acerrimus defensor opinionis *Cosiliarij Marcelli Marciani*, sed conatur secundum ejus opinionem referre casum decisum per Regiam Cameram in causa Michaelis Vitalis fratris utinque conjuncti Benedicti Vitalis utilis Domini Baronie Roccæ Cilenti, qui cum forjudicatus extisset ob homicidium demum illo defuncto, institutus Michael frater declarari per M.C.V. heredem tam in feudalibus, quam in burgessaticis, expeditisque per R.Cam. literis inhibitorialibus, ne in causa M. C. procederet, stante interesse Regij Fisci, devoluta causa ad Regiam Cameram, institutus fiscus, feuda declarari devoluta, & publicari in fisci commódum cætera bona allodialia virtute citare Constitutionis forjudicatorum bona; Sed contendente Michaeli fratre feuda ad ipsum spectare, ut agnatum proximorum, & nec non cætera bona allodialia, ut fideicommisso obnoxia, quemadmodum fuit determinatum sub die 4. Martij 1656. quam decisionem extollit Reg. *Petræ super rit. 220. nu.* D. *Maresca de publicis indic. in citata glof. 2. de pœnis capitalibus nu. 53. vers. an forjudicatus, & plenius Carolus de Rosa ad Consuet. Neapolitanas, in S. sed si morienti à nu. 562. fol. 17., ubi col-*

locavit suam consultationem, quam in eadem causa uti Advocatus elaboravit, quam etiam typis mandare curavit idem de *Marinis in ultima, & postrema impressione anni 1674.*

Sed illud animadvertere oportet, quod dicta 17 determinatio non meretur allegari pro decisione propositæ controversiae, dum fertur sententiam fuisse latam ex causis, quod patet ex tenore decreti relati per eundem de *Rosa* nu. 600. Sequestrum factum de ordine Regie Camere ad instantiam Regij Fisci su- 18 per Terra Roccæ Cilonti, ejusque Casali Rotini, cæterisque bonis feudalibus, & burgessaticis possessis per qu. Baronem Benedictum Vitale, ex causis in Regia Camera discussis, tollatur, & proinde rescribatur M. C. V. , quod procedat ad confectionem præambuli dictorum bonorum ad favorem legitimorum heredum dicti qu. Benedicti; processus est in Banca Andreæ Staracij Actuarij Regie Camere.

Quod nō negavit R. *de Marinis*, quamvis assertat causam fuisse judicatam per regulas artis, & per juris tramites; & clausulam illum fuisse adjectam, ne traheretur ad exemplum, sed parcat mihi D. *Regens*, nam talis res ita judicata nullo unquam tempore poterit afficere Regio Fisco quoad decisionem articuli generalis ad intellectum Constitutionis Regni, stante dicta clausula ex causis, etiam si verum foret, prout ipse dicit, quod fuerit adjecta, ne res traharetur 20 ad exemplum; nam ut advertit eruditissimus Janus Langenus semestr. lib. 7. cap. 8. lib. 23. fol. 461. talia decreta non habentur in pretio, nec sunt digna ut allegentur, cujus verba cum sint brevia, & magistralia, hic subiecture placuit. Sed viro est, ut decretum dignum, ut citetur pœnam, cuius verbis cautum nominatim est; Nè ad exemplum producatur; & ne absenti cuiquam officiat.

Non adversantur exempla præambulorum 21 expeditorum in beneficium successorum forjudicati, nedum in bonis allodialibus, sed in feudalibus quoque ad solam præsentationem sententiæ forjudicationis, præstata tantum cautione de restituendis bonis, superveniente gratia restitutionis, vel nullitas sententiæ, ut testatur D. *Maresca de legib. publicor. judicior. de pœnis capitalib. glof. 2. nu. 54.* de quo memores fuimus par. 1, cap. 5. nu. 13. Siquidem decreta illa processerunt cum Equitibus, & Baronibus, Civibus Nea-

Neapolitanis, quemadmodum fuit animadversum per eundem D. Maresca in loc. cit. versilud tamen adverte.

Decisio alterius hic propositæ questionis descendit ex dispositionne, & intelligentia Constitutionis Regni exordientis ob filiorum culpas, qua cautum est, ut mortuo patre

22 pluribus superstitibus filijs, quorum unus est forjudicatus, relictis bonis allodialibus, & feudalibus in portione illa, quæ filio forjudicato contigit, fiscus succedere possit; Unde ratio dubitandi insurgit contra fiscum, nûm constitutio procedat, quando feudum est individuum, prout sunt omnia feuda hodie in Regno, in quibus vivitur jure francorum, & quamvis per doctrinam Andree, & Afflicti allegatam apud R. Reverter. dec. 143. lib. 1. prætenderetur per fiscum posse succedere etiam in feudo individuo, nihilominus per Regiam Cameram fuit decisum contra fiscum, ut testatur idem Re-

23 verter. assignando rationem decisionis. Si quidem constitutio ob filiorum culpas loquitur in duobus tantum casibus, quorum primus est, si Pater ab intestato moreretur. Secundus, quando Pater primogenitum instituisset hæredem, in quibus duabus casibus potest fiscus in portione forjudicati succedere. At quia in casu proposito apud Re-

verterium filius fuerat præteritus, ideo fuit habitum pro vero constitutionem locum habere non posse; Verba Authoris sunt. Tamen bis non obstantibus, per Regiam Cameram fuit decisum contra fiscum. Ratio decisionis fuit, quia constitutio prefata ob filiorum culpas, in duobus tantum casibus loquitor. Primo si pater ab intestato moreretur; & hoc expresse ibi Andr., & Afflict. affirmant. Secundo si pater in testamento filium primogenitum instituisset hæredem, in his enim duabus casibus dicebatur, fiscum in portione forjudicati succedere. At si pater filium forjudicatum exhæredasset, quod facere eum posse dixerunt pariter ibi Andr. & Afflict., vel si illum præteriisset, eo casu fiscus ex persona forjudicati testamentum nullum allegare non posset, ut dixit Bald. in 1. si quia pœna, ff. de his, qui sunt sui, vel alien. jur., & post eum Jaf. in auth. non licet, Cod. de liber. præterit. in his enim casibus fiscus nihil pretendere posset. Unde cum in casu proposito filius forjudicatus à patre in testamento, quod condidit, fuerat præteritus, ex quo alij filij extiterant hæredes in-

stituti: ergo. Et sic dictum fuit constitutio- nem illam solum locum babere eo casu, quo filius tacite, vel expresse fuit à patre voca- tus; Secus verò ubi esset exclusus expresse per exhæreditationem, vel tacite per præte- ritionem: Unde merito conventi fuerunt ab- soluti.

Ratio quarè fiscus ex persona forjudicati te- stamentum nullum proponere non potest; il- 25 la est, quia fiscus tanquam an hæres anomalous non habet jus detrahendi legitimam ex persona delinquentis, ut post Merlin. de le- gitima, & cæteros DD. communiter, Cardi- nalis de Luca de legitima disc. 13. nu. 24. Et proindè, nec quarelam, vel nullitatem pro- ponere potest, ex quo filius præteritus, vel exhæredatus, ut animadvertisit. D. Reg. hic & fuso calamo, & cum infinito DD. calculo firmavit Anton. Merend. controv. lib. 17. cap. 43., & signanter num. 17. accedit ex Regni- colis nostris Angel. Scialoy. in prax. forjudic. cap. 15. à nu. 4., & cap. 17. nu. 8., & 9.

Illud exquirendum supereft nûm fiscus, & fi- 26 lij, cæterique agnati vocati ex beneficio su- perius citatæ Constitutionis, tam in feuda- libus, quam allodialibus bonis succedant jure hæreditario, itaut tamquam hæredes forjudicati conveniri possint à creditoribus omnibus tam hypothecarijs, quam in actio- ne personali existentibus, R. de Marinis in suis observation. ad dec. Revert. 506. à n. 1. ad 5. loquens in fisco destinguit, quod aut

27 fiscus succedit, ex quo fuit hæres institu- tus, vel moritur feudatarius absque legiti- mis hæredibus, ut tunc succedit tamquam hæres, & tenetur omnibus creditoribus su- per allodialibus, & habentibus aſlēnum su- per feudalibus, & in observatione ad decis. 133. ejusdem Reverter. à n. 1. dicit, quod si bona perveniant in totum, vel pro parte ad fiscum ex delicto, nempe ob forjudica- tionem, & tunc ad onera defuncti tenebi- tur, ex quo habetur loco hæredis.

Sed Horatius Montan. de regalibus in §. bona 28 contrabentium incestas Nuptias nu. 10. fol.

99. loquens in filijs, & agnatis successori- bus forjudicati, admissis modo, quo supra, etiam stante gratia Neapolitanis concessa, dicit, quod possunt conveniri actione per- sonali in rem scripta respectu allodialium, ex quo occupando forjudicati debitoris bona, creditores passi sunt damnum dum non invenerunt in patrimonio debitoris bo- na illius; Aliud tamen existimat respectu

Pp. feu.

feudi hæreditarij, ad cuius successionem cum vocentur successores ex lege investiturae primi acquirentis, efficiuntur hæredes omnium prædecessorum, non autem ipsius forjudicati, & licet sub qualitate hæreditaria concurrat in hoc casu pactum, & providentia, ut (inquit) his notabilibus verbis; *Unde cum lex in pœnam forjudicati impedit effectum qualitatis hæreditarie, ut non habeat hæredem: successor capit feudum ex investitura primi acquirentis, & sic forjudicatus delinquendo non potest transferre in fiscum ea, quæ agnatis debentur à genere.* ff. de interd. & releg. l. 3. subjacebant etiā hęc restitutiōni, sub qualitate tamen hæreditaria: unde impedito effectu qualitatis hæreditaria respectu forjudicati, remanebat restitutio facienda agnatis ex pacto, & providentia Domini; & primi acquirentis.

S V M M A R I V M.

- 1 Appellatio remedium, quod competit intra decem dies, à quo die curere incipiat, & quid in recursu petendo per fiscum. nu. 2
- 3 Appellatio an concedatur condemnatis confessis, & convictis in capitalibus causis.
- 4 Appellatio quomodo committenda in S. C. in criminalibus causis.
- 5 Appellationis adhæsio, an sublata censematur non interposita appellatio intra decem dies.
- 6 Appellationis adhæsio ad fisci beneficium, an facta censematur, quando in judicio adest accusator, qui querelam exposuit, & non appellavit.
- 7 Appellationis adhæsio an facta censematur per Curiae coadjutorem in Curijs Baronalibus.
- 8 Appellationis adhæsio an concedatur, quando ille, qui vult adhærere, sententiæ acquiescit.
- 9 Appellationis adhæsio non procedit, nisi in illo capite, à quo fuit appellatum.
- 10 Appellatione nulla interposita per condemnatos ad triremes per Regias Audientias transmissos Neapolim, non trasmittuntur ad triremes, nisi revisis processibus uniuscujusque condemnati.
- 11 Et an in revisione permisum sit sententiā reformare in pejus in rerum perniciem.
- 12 Et quid in condemnatis per collusianem

- ad minorem pœnam.*
 - 13 Appellatio interponi potest etiam elapsō tempore ad appellandum, & prosequi elapsis fatalibus ob privilegium paupertatis.
 - 14 Restitutio ex clausula generali competit adversus omissam appellationem.
 - 15 Læsio ad justificandam restitutionem in integrum consideratur ex solo temporis lapsu.
 - 16 Restitutionis in integrum beneficium, an procedat in causis criminalibus adversus sententias pœnales.
 - 17 Reclamatio quomodo concedatur in causis criminalibus delegatis.
 - 18 Recursus an reguletur secundum terminos appellationis, vel reclamationis, & an decidatur dato termino, & compilato processu.
 - 19 Et an sint in dicto judicio admittendæ novæ probationes.
 - 20 Recursus ad hoc, ut admittatur quomodo justificandum sit notorium gravamen.
 - 21 Appellatio an prohibita censematur etiam in causis criminalibus pecuniarijs.
 - 22 Et quid in emergentibus in causis criminalibus sapientibus judicium civile.
 - 23 Recursus causa à decretis latis per Judices delegatos existentes in Regijs Junctis, an sit tractanda coram Prorege, & Regentibus.
 - 24 Referuntur decisiones tam antiquæ, quam recensiores.
 - 25 Reclamationes à decretis latis per Regijs Junctas, an sint decidendæ ab ipsis Judicibus delegatis, vel à Collat. Confil.
 - 26 Nullitatis remedium an competit in causis delegatis, & an competit fisco adversus decreta absolvitoria nu. 27
 - 28 Sententia, & acta an fisco notificantur in causis criminalibus.
 - 29 Fiscus si institerit audiri in aliquo Tribunali, & decretum proferatur fisco non vocato, decretum redditur nullum.
 - 30 Relatione facienda ad Principem pendente, an impediatur cursus causæ, & quid relatione semelfacta. nu. 31 & 32
 - 33 Gratia per Principem an, & quomodo concedi possit, parte non concordata.
 - 34 Princeps an possit gratiam facere criminis, irrogata pœna pecuniaria, & cum conditione satisfaciendi partem læsam.
 - 35 Rescriptum continens gratiam delictorum, an intelligatur cum conditione, ut non possit accedere ad loca partium offendarum;
- Et

Tractatus Criminalis Analyticus. 299

- Et an clausula decreti irritantis apposita in una parte gratiae censeatur apposita in alia parte immediate sequenti, ibid.*
- 36 *Rescripta gratiofa sunt executioni demandanda in illo Tribunal, ubi negotium pendet, & an fiscus sit audiendus cum intendat gratiam impugnare, ibid.*
- 37 *Remissio partis an exigatur ad hoc, ut forjudicatus obtineat gratiam sententiae forjudicationis, firma remanente inquisitione quoad delictum. Et quomodo servetur in praxi ex stylo Regiae Cancellariae. nu. 38.*
- 39 *Forjudicati quomodo admittantur ad compositionem, refertur praxis.*
- 40 *Remissio partis an exigatur, ubi Princeps facit gratiam tollendo atrocius genus mortis.*
- 41 *Reus an sit ponendus in pristinam libertatem sigratia non potuit babere effectum suum.*
- 42 *Gratia, compositio, vel absolutio obtenta sine partis remissione an opituletur ad effectum reponendi reum in pristinam libertatem.*
- 43 *Affertur Consultatio cujusdam incerti Authoris.*
- 44 *Gratiae validitatis, vel invaliditatis, articulo pendente, rei sunt reponendi in libertate. Affertur distinctio inter gratiam, & guidaticum nu. 45.*
- 45 *Reus captus pro delictis commissis post gratiam an sit reponendus in libertate.*
- 46 *Decisio D. de Franchis 415. explicatur.*
- 48 *Gratia obtenta sub falsa assertione remissionis partium, de quibus non constat, redditur nulla ob vitium subreptionis, & ob defectum cognitionis causae. nu. 49*
- 50 *Gratia facta a Barone, sine partis remissione redditur nulla ob defectum potestatis corrispondentis.*
- 51 *Indultus concessus absque partis remissione an nullus reddatur.*
- 52 *Remissio facta cum conditione, ut inquisitus non accedat ad locum delicti, vel quod non transeat ante domum partis offense, an sustineatur.*
- 53 *R. Rovit. se defendit ab impugnationibus Amescuæ in tract. de potestate in se ipsum & Roviti opinio comprobatur communis opinionis; & rebus judicatis. nu. 54.*
- 55 *Reg. Salernitani decis. 26. rejicitur cum distinctione ab eo allata, & redditur ratio per Authorem. nu. 56. & 60.*
- 57 *Remissio facta cum conditione, ne inquisitus accedat per quinquennium ad loca par-*

tium offendarum, sub pena irritationis remissionis, est valida, & compellitur inquisitus ad observantiam pacti, juxta decisionem Gizzarelli, 11.

- 58 *Affertur contraria decisio apud Reg. de Marinis, sed pro decisione Gizzarelli usus invahit, & afferuntur exempla per Authorem, nu. 59.*

C A P U T XXVII.

De remedij competentibus aduersus sententias absolutorias, vel condemnatorias latas in causis criminalibus, tam reis sententiam passis, quam fisco, & parti querelanti, & necnon de remedij dependentibus ex sola clementia Principis.

Remedium appellationis est primum remedium, quod competit intra decem dies, iuxta Autb. bodie C. de appellat., quod tempus decurrere incipit à die veræ scientiæ sententiae, habitæ per actum intimationis, juxta tradita per Reg. Rovit. decis. 16., & per Reg. Capic. latr. decis. 165. num. 7., & 9. quamvis aliter servetur in recursu petendo per fiscum notoriè gravatum in causis criminalibus, in quibus tempus decem dierum, quod datur Fisco ad petendum recursum aduersus decreta, & sententias latas per Judices inferiores, currit à die lati decreti, cum decreta Fisco non notificantur, Reg. Rovit. decis. 16. ubi Conf. de Altimar. n. 1., plenissimè Giurb. obs. I 14. nu. 28., & 29. Non tamen sunt admittenda appellationes interpositæ à condemnatis confessis, & convictis in causis criminalibus, ex text. in l. 2. C. quorū appell. non recipiuntur, & ex Prag. 4. de appellat. Verum si reus extiterit confessus cum qualitate, quæ minuit delictum, non prohibetur appellare, etiam non probata qualitate, D. de Franch. decis. 556. Novar. decis. 16., & R. Rosa resol. crimin. resol. 24. tom. 2., ubi refert rejectam appellationem, existente rei confessione uniformi depositib. testium.

Quare appellatio à M. C. ad S. C. à decretis condemnantibus ad mortem naturalem, vel

P p 2 mem-

4 membris abscissionem non potest committi in S. C. nisi vocato Judice M. C. V. causæ Commissario , & auditio Fisci Patrono , *Prag.44.in §.2.de offic.S.R.C.*

Sublata appellatione tanquam non interposita intra legitima tempora, non videtur sub-

5 lata appellationis adhæsio nedum in causis civilibus , juxta *text. in l. ampliorem , C. de appellat.*, sed etiam in causis criminalibus, in quibus appellante red à condemnatione, intelligitur Fiscus inhärere appellationi ipsius ex *Pragmat. 6. de appellat.* quæ tamen conclusio fallit , & modificatur in pluribus casibus.

Fallit, quando adesset in judicio accusator, qui quærelam exposuit, & non appellasset, quia

6 tunc Fiscus non diceretur inhärere appellationi factæ à condemnato, *de Francb. decis. 467.in fin. Reg.de Ponte de potest. Pro reg. tit. de elect. official. §.1. num. 53. Reg. Capic. latro decis. 78. Reg. San felic. decis. 22. nu. 22. & 23. lib. 1. ubi an accusator possit in præjudicium renunciare appellationi , & reclama-*

tioni.

Fallit secundò dispositio *Pragmaticæ* in appellationibus, quæ devolvuntur à Curiis Baro-

7 naliis habentibus privilegia primarum, & secundarum causarum , in quibus noluit *Reg. Pragm.* ut aliquid innovaretur , licet ea quæ dicta sunt de Fisco procedant regulariter in Curiæ Coadjutore, *Viv. decis. 378. num. 5. Dom. Consil. Petra super rit. M. C. Vic. 258.*

Fallit tertio remedium adhæsionis , quando collitigans, qui vult adhærere, antea acquie-

8 visset sententiæ , ex *Rot. decis. relata per Borrell. cap. 33. de appellat. num. 1051. tom. 2.* quæ acquiescentia , sive decreti acceptatio inducitur per petitionem executionis , juxta *text. in l. tale pactum §. qui provocavit ff. de pactis, & in l. sed solutione , C. de re judicat.* & per notificationem decreti factam adversario videtur quis decretum acceptare , juxta decisiones , de quibus testatur *Consil. de Altimar. de nullitat. rubr. 5. quest. 24. num. 37.*

Modificatur beneficium adhæsionis , ut non procedat , nisi in illo capite , à quo sicut ap-

9 pellatum, ex *glos. communiter recepta in l. ampliorem verb. judicatis C. de appellat. D. de Francb. decis. 467. num. 4. ad fin.* ideo ad hoc ut habeat locum appellationis adhæsio requiritur , ut appellatio sit simpliciter interposta, & non in parte, & partibus, quia ap-

pellatio taliter interposita non esset communis , nec prodesset alteri collitiganti , *Surd. decis. 143. n. 5. & alii apud Borrell. in summ. decis. tit. 33. de appellat. nu. 1053. tom. 2. Reg. Marcian. disput. 16. n. 7.*

Hinc fit, quod quamvis carcerati condemnati ad Regias Triremes per Curias inferiores 10 transmissi ad Regias Audientias , & condemnati à Regiis Audientiis , qui transmituntur ad M.C.V. non consignantur Regiis triremibus , nisi præcedente revisione processus uniuscujusque condemnati , quamvis nulla fuerit interposita appellatio , vel reclamatio , & decreta multoties reformantur, juxta praxim, quam inolevissè testatur *Reg. Rovit. super pragm. 6. de offic. justit. n. 4.* quod comprobari ex gratiis concessis in parlamento generali, diximus in nostra *prædicab. ob serv. 83. n. 22. & 23.*

Verùm in ista revisione facienda sine ulla appellatione, sed ex eisdem actis, non erit per 11 missum Judicibus sententiam reformare in pejus in reorum perniciem , aucta poena in beneficium Fisci , juxta vetustissimam observantiam, quæ viget in M. C. V. quæ innixa videtur in superius assignatis principiis, ut patet ex verbis *Pragm. 7. de appellat. titib. Come che stante l'offervanza, che si tiene dalli Tribunali di non condannarsi à maggior pena in caso, che dal Fisco, ò dal Coadjutore delle Corti non s'inerischi all'appellationsi.*

Observantiam hanc limitandam crederem in condemnatis ad minorem poenam , vel ad 12 non condignam per collusionem , vel prævaricationem cum Judice , quia tunc cum sententia reddatur nulla ipso jure , appellatione, sive adhæsione appellationis pro parte Fisci opus non esse videtur, juxta *text. in l. si expressim 19. ff. de appellat. & in l. 2. Cod. quando provoc. non est necess. cum concord. apud Anton. de Matthæis de criminib. tit. 19. de reddit. poenæ num. 9. concordat Gonzal. in cap. in tantum de collus. detegend. nu. 5. 6. & 7. & exempla habentur apud Calderò in decis. Catbalon. 48. n. 37.*

Hæc praxis revisionis causarum carceratorum damnatorum ad Regias Triremes per Re-

13 gias Audientias , quæ fieri mandatur per M.C.V. etiam nulla interposta per reos appellatione, innixa videtur nedum in præheminentia supremorum Tribunalium revi-

dendi ex eisdem actis causas devolutas à Curiis inferioribus , sed etiam in privilegio pau-

paupertatis; nam si propter paupertatem quis non appellaverit infra tempus decem dierum, vel appellationem interpositam non fuerit prosecutus, poterit nedum quocumque tempore appellationem interponere, sed interpositam prosequi transactis fatalibus, juxta terminos *decis. Gizzarell. 84. n.7. & Joann. Mar. Novar. dec. 217.* & quamvis dicat *Gizzarell.* quod debeat constare de paupertate, tamen ego crederem, quod in causis criminalibus satis dicitur constare de paupertate, quando pro reo carcerato in carcerebus M. C. Vic. patrocinium præstat Advocatus Pauperum, & eidem reo subministratur panis à Regia Curia.

Sed in cæteris causis civilibus, & criminalibus, in quibus subesse posset aliqua difficultas ad paupertatem justificandam, ego semper consulerem, esse postulandam in integrum restitutionem ad appellandum, vel adversus omissam appellationem, ex generali clausula, *si qua mibi iusta causa, juxta tradita per Lancellot. de attentat. part. 2. cap. 14. de attentat. pendent. restit. in integr. ad appellandum. d. n. 1. ad 14.*

Et quamvis citatus *Auctor* dicat, quod petens restitui debeat constare facere, saltèm præsumptivè esse lœsum ex omissa appellatione, tamen ego dico, quod in hoc casu lœsio consideratur ex solo temporis lapsu ad appellandum, juxta communem DD. sententiam per nos relatam in *animadu. 343. n. 21.*

Cæterum remedium restitutionis in integrum in causis criminalibus non procedit, ex text.

16 in l.auxilium §. in delictis ff. de minor. & in l. si ex causa §. non est videndum. ff. eod. l. 1. Cod. si advers. delict. Et quod denegetur adversus sententias pœnales latas in incidentibus, Reg. Sanfelic. in addit. ad decis. 135. in calce tom. 2. ubi refert judicatum per Reg. Collat. Consil. non esse deferendum restitutio ni in integrum petitæ adversus sententiam remissionis rei ad Judicem Ecclesiasticum. Sed facit in contrarium determinatio ejusdem Collateralis Consilii per Nos allata in observ. 5. super Pragm. 12. de appellat. ubi aliter dicendum diximus in Fisco, & in terminis Fisci fuit lata decisio Reg. Sanfelic. videndus est Reg. Capyc. latro decis. 165. n. 35. 36. & 37. tom. 2. accedit Fontanell. decis. 121. num. 3. & 5. tom. 1. ubi cur admitti non debeat restitutio in integrum postulata per minorem adversus sententiam capitalem, & ad illius executionem impediendam, quoties non fuit calumniosè petita.

Secundum remedium est recursus ad Principem per viam Supplicationis, & reclamacionis, quod competit reis sententiam passis coram Iudicibus Delegatis à Principe, procedētibus omni appellatione remota, quemadmodum procedit M. C. V. in nonnullis criminalibus, in quibus habet delegationem à lege, vel ab homine, & procedunt quoque Regiae Audientiae in Provinciis, uti Delegatae in nonnullis causis, quæ reclamatio cum dependeat ex gratia, & benignitate Principis, non conceditur passim per Dom. Proregem, sed aliqua causa impellente, & cum voto Collat. Consilii, vel alicujus ex Dominis Regentibus, & postmodum audita relatione M. C. ac auditis Fisco, & partibus in Collat. Consilio, determinatur an sit admittenda reclamatio in eodem Collat. Consilio, vel rescribendum eidem M.C. quod simpli citer, vel *loco reclaimationis justitiam faciat;* quo ultimo casu, datur terminus loco reclama tionis ad non posita ponendum, & compilatur processus in eadem causa reclamationis, R. Sanfel. dec. 4. R. Capyc. latr. dec. 178. in princ. & dec. 165. n. 22. lib. 2. ubi refert prædicam recursus petendi per Fiscum, qui regulatur ab appellatione, & deciditur secundum terminos reclaimationis, à qua non vindetur differre, nisi quoad notorium gravamen, quod requiritur ad finem, ut Fiscus obtineat in judicio recursus, nam in utroque judicio terminus impartitur, in quo solus reus admittitur ad pinguis probandum, cum Fiscus novas probationes producere non valeat in secunda instantia, si credimus R. de Ros. in praxi decret. crim. c. 11. n. 6. & 7. qui in resol. 18. par. 2. uti Advocatus Fisci, contrarium firmavit, & per Coll. Consil. refert articulum in favorem Fisci definitum, ex quo testes erant recepti absque ullo accusatoris ministerio. Verum admissa reclamatio in Collat. Consil. adversus decre tum M. C. determinatur in eodem Collat. Consil. dato termino, & compilato proces su, auditio Fisco, & partibus, *Pragmat. 88. §. alias 84. in §. 6. de offic. S.R.C.*

Sed quod pendente causa supplicationis non sint admittendi novi testes, nec probatio nes etiam de novo emergentes ad favorem Fisci, vel accusatoris, videndus est D. Michael de Calderò, qui sic per suum Senatum resolutum refert in decis. 51. num. 9. lib. 2. addendo, quod licet visura super faciem loci sit probatio privilegiata, ea tamen non admit-

admittitur coram Iudice causæ supplicatio-
nis , coram quo causa debet terminari ex
eisdem actis , & *Ripoll.in prax.civil. rub.27.*
num.152.

Notorium gravamen, seù notoria injustitia ju-
stificanda in judicio recursus , tunc depre-
20 henditur adesse in sententia , quando sine
aliqua probatione extrinseca , ex actorum
inspectione , vel ex dictis testium appareat
sententiam continere errorem facti , vel ex
allegationibus jurium , & Doctorum autho-
ritatibus , ex quibus efficitur communis
opinio , appareat lata contra notorium jus
partis, ita ex *Ludovis. decis. 1. & decis. 330.*
num.3. Fontanell. decis. 187. num. 18. Surd.
conf. 324. Gratian. discept. forens. tom. 1. cap.
103. num. 18. ubi D. de Luca, benè advertit
novissimè D. Michael Calderò in decis. 96.
num. 27. tom. 2. Reg. de Marinis in obseruat.
ad Reverter. decis. 504. n. 5. tom. 2. ubi quod
sententia debet continere notoriā in justi-
tiam , sive aliquem patētem nullitatis de-
fectum, ad hoc ut Fiscus admittatur ad sup-
plicandum, & de nullitate dicendum adver-
sus decretum, vel sententiam absolutoriam,
& ita determinatum testatur per supremum
Italiæ Senatum.

Nedum in causis capitalibus appellatio Fisco
prohibetur , sed etiam in pecuniariis ex cri-
21 mine descendantibus, quamvis conventio-
nalibus , nec contrarium unquam fuit ser-
vatum tam in M. C. quam in Regia Came-
ra, juxta ea, quæ notantur in *alleg. 16. Dom.*
Reg. de Marin. n. 9. tom. 3.

Aliter decernendum videtur in emergentibus
in causis criminalibus sapientibus judicium
22 civile , nempe si interponeretur decretum
super remissione causæ ad Judicem Eccle-
siasticum, vel reum esse reponendum ad Ec-
clesiam, vel quod gaudeat indulgentia, quia
in similibus casibus Fisco non competit re-
cursus , sed benè appellatio , quam *Ritus*
250. non abstulit, ut per *de Francibis in de-*
cis. 468. & 470. num. 10. & per Reg. Capyc. la-
trr. decis. 167. à num. 38. tom. 2. & committi-
tur causa in S. C. ubi datur terminus ad non
posita ponendum , prout practicatur in ju-
dicio appellationis in cæteris causis civili-
bus, *Reg. Sanfelic. decis. 4. num. 20. tom. 1.*
late *Reg. Capic. latr. decis. 187. num. 8. & 28.*
tom. 2.

Cæterū observandum supereft , quod causa
recursus à decretis latis in Regiis Junc-
23 per Judices Delegatos , erit tractanda , &

decidenda coram Prorege in Collat. Consil-
cum Regentibus adjunctis, ex quo Reg. Jun-
cta consideratur uti Tribunal Judicum de-
legatorum , & proinde appellatur ad Dele-
gantem , *Reg. Rovit. decis. 14. & novissimè*
Reg. de Luca in meliorat. ad resolut. 150. D.
Reg. de Marin. num. 5. vers. novitè, & pra-
24 cticatum fuit in causa Petri , & Jo: Franci-
sci de Marco de Martino inquisitorum de
pluribus gravissimis delictis, quorum causa
delegata fuit Consiliariis Exguerra, & Mu-
gnoz, & Judicibus criminalibus D. Francisco
Merlino , & Cioffo , à qua Reg. Juncta fue-
runt condemnati ad mortem, & concessa re-
clamatione in Coll. Conf. per D. Proregem
Comitem de Monte Regio cum tribus ad-
junctis Regentibus Tappia , Rovito , & So-
fia , factaque revisione, fuit sententia confir-
mata , & licet fuerit dictum de nullitate,
fuit inde provisum , *nullitates non obstat,*
& quia erat faciendum depositum duc. 90.
pro pœna nullitatum, institut Fiscus procedi
ad discussionem nullitatum , salvo jure exi-
gendi pœnam super bonis inquisitorum , ut
ex actis penes Palmerium Scribam , & vidi
quoque sic testantem Jo: Dominicum Tas-
son. qui fuit Advocatus fiscalis in dicta cau-
sa , in quadam sua apostilla ad pennam su-
per Pragm. de antepb. quod procedit etiam
in Junctis erectis de ordine S. C. M. in qui-

25 bus revisionis , & reclamacionis causæ non
remittuntur decidendæ ab ipsis Judicibus
Delegatis , ut practicatum vidimus de an-
no 1684. in causa inquisitionis D. Julii Ac-
quaviva Comitis Conversani, quæ cum ante-
tea fuisset delegata pluribus supremis Mi-
nistris hujus Regni , & ab illis prolata sen-
tentia, habito recursu per eundem Comitem
ad S. C. M. fuit causa gravaminum in se-
cunda instantia commissa Reg. Collat. Consil.
absque interventu illorum Judicum dele-
gatorum , & ita determinata fuit causa ap-
pellationis.

Supereft demum remedium nullitatum , quas
reus proponere valet tam quando M. C.
procedit uti Delegata , quam in causis , in
26 quibus Regiæ Audientiæ procedunt ad
modum belli, *Consil. Roccus de offic. rubr. 15.*
num. 54. Reg. de Marin. qui sic servatum re-
fert per Collat. Consil. lib. 1. suar. resolut. cap.
83. num. 11. licet non esse recipiendas nulli-
tates provenientes ex defectu juris positivi
ad impediendam executionem sententia-
rum Tribunalium procedentium ex Prin-
cipis

Tractatus Criminalis Analyticus.

303

cipis delegatione, vel ad modum belli, dixerit *R. de Rosa in praxi decretor. crim. c. 12. n. 32. ex Thor. ad Jo: Grand. de bello exculum in 48. special. in fine*; nihilominus pro prima opinione videnda sunt exempla relata per *Novar. in decif. Apulie 41.* ubi testatur de antiqua observantia M.C. V., & Regiarum Audientiarum.

Fisco quoque competit jus dicendi de nullitate adversus decreta absolvitoria in casibus tamen, in quibus proceditur ex officio ad sui instantiam, sed non quando adest accusator, qui facit partem in judicio, quia tunc proceditur in causa usque ad sententiam diffinitivam, fisco in aliquo non auditio, *R. Rovit. super Pragm. 44. nu. 9. de Offic. S.R.C.*

Nec in casibus, in quibus non adest accusator, & in cæteris, in quibus audiendus est, sunt ei notificanda decreta, quia cum semper interponantur ipso fisco præsente, sufficit ejus

præsentia ad validitatem actus, licet contradicat, *I. Divus §. si fiscus ff. de jure fisci, Carav. super rit. 17. nu. 4.*, licet per *Prag. 36. de Offic. S.R.C.* mandetur non posse ferrari sententias diffinitivas, vel aliquos actus contra fisicum, ipso non auditio, sub poena nullitatis actus. Unde in M.C.V. causarum criminalium non inquitur Procuratori fisci alia acta præter citationem ad videntum juramenta testium descriptorum, juxta antiquissimum stylum apparentem ex processibus antiquis, de quo testatur etiam *R. Rovit. decif. 16. nu. 16. vers. attamen.* Sed in cæteris Tribunalibus, quando fiscus petit audiiri, vel fuerit ordinatum, *quod liceat affistere*, est audiendus, adeo ut si aliquid de-

cernatur, fisco non vocato, decretum redditur nullum, juxta decif. quam refert *Reg. Tcip. lib. 2. jur. Regn. in annotat. super Prag. 12. de Offic. Procurat. Cæsar. num. 5. in fin. fol. 201.*

Aliud remedium ad favorem inquisitorum est relationis faciendæ ad Principem, ad quem passim solitum est recurri ad hoc, ut rescripto mediante mandet sibi relationem fieri de statu causæ, qua pendente, sive pendente termino responsi recipiendi, nihil est innovandum, juxta text. in *I. final. C. de relation.* effet enim Principis autoritatem laddere, si relatione, vel responso Principis pendente, procederetur, *Reg. Sanfelic. decif. 62. n. 153.*, & nulla diceretur sententia, & omne totum, quod actum esset relatione pendente, etiam si accederet utriusque partis consensus,

quando tamen motu proprio Principis relationem sibi fieri mandasset, ut ex *Vantic. de nullitat. advertit D. Reg. de Marin. in obser- vat. ad decif. 37. D. Reg. Revert. nu. 7.*, quia si ad partis instantiam esset obtentum rescriptum de relatione facienda, utique pars, quæ relationem fieri obtinuit rescripto presentato renunciare poterit, non solum expressè, sed etiam tacite, permittendo labi tempus, & causam agitari, nulla facta mentione de rescripto, ut determinatum per Regiam Cameram refert *Reg. Revert. in cit. decif. 37. lib. 1.*, de qua decisione memores fuimus in nostris observationibus ad sing. nostri Genitoris 359. à nu. 3. cum seqq., ubi plenè, quibus addimus *Consiliar. Georg. alleg. at. 7. à n. 18. ad 23.*, ubi refert decisum nullam non esse sententiam, non facta prius relatione ordinata virtute rescripti, quia si pars hoc non procuravit, videtur renunciatum.

Sed de jure Regni in causis criminalibus non impeditur processus in M.C. ad omnes, & quoscunque actus contra inquisitos, non obstantibus rescriptis, & decretationibus Collat. Consilij mandantibus fieri relationem, præterquam quando deveniretur ad actum irretractabilem, quia tunc superseedendum esset pendente relatione, & juxta tenorem decretationum *Pragm. 4. de relat. causar.*, quamvis contrarium observatum viderim. Et similiter non impeditur cursus causæ, in qua fiscus est actor, & in alijs vertentibus inter partes vigore literarum Regalium mandantium fieri relationem ad Suam Regiam Majestatem, nisi expressè in eis injugatur, & interim supercedeatur, *Pragm. 6. sub. eod. tit. de relationibus.*

Advertendum tamen erit, quod si semel fuit facta relatio Domino Proregi de aliquo negotio, non est ulterius referendum, etiam eodem Principe mandante, nisi in hoc secundo rescripto expressè præcipiatur, ut fiat iterum relatio, vel non obstante, quod alias sit facta, *Prag. 3. §. I. de relation. causar. Prag. 10. de Offic. Judic. in §. 19., & 56.*, ubi bis declaratur, videndum est *Danz. de Pugn. Doctorum p. 3. tit. de relationibus causar.* à nu. 40. cum seqq., ubi distinguit inter relationem faciendam ex officio, & ex ordinacione D. Proregis, & faciendam ad partis instantiam.

Vltimum remedium ex sola clementia Principis dependens, est gratia, quæ solet impec- trari, vel per verbum gratiae, vel per verbum,

bum *indulgeo, juxta text. & DD. in l.2.C. de sentent. paff.*, ad quam indulgentiam non poterit Principes devenire absque partis lœſæ remissione , non obſtantē clausula de *concordanda parte infra tot annos*, *Reg.de Ponte de provision fieri solit. tit. 1. §. 4. nu. 1 i.* Sed contrarium in dies ſervari per D. Proreges, advertit *Reg. Sanfelic. in decif. 55. nu. 26.*, & *decif. 53. nu. 36.*, ubi refert fuſſe diſcūſum, & resolutum in Collat. Cons. cum adjunctis, poſſe Proregem Regni condonare ex cauſa ſine partis remiſſione, delicta, & partis intereſſe pecuniarium, & in *decif. 405.* extendit ad cauſam publicæ utilitatis ratione fidei, vel ob propalationem criminis falſæ monetae.

Sed potest Princeps irrogata occifori poena pe-
34 cuniaria facere gratiam criminis cum con-
diſione ſatisfaciendi partem, *Anton. Fab.*
definit. 3. Cod. ad l. Cornel. de ſicar., & in *anno-
tation. num. 2.*, ubi quod corporalis poenæ
vindicta non ad privatam personam perti-
net, ſed ad Principem.

Rescripta verò continentia gratias delictorum,
parte non concordata, vel concordanda in-
35 fra tempus præfixum, ſemper intelligenda
veniunt cum prohibitione, ut non poſſint
rei accedere ad loca, & territoria, ubi reſi-
dent partes offensæ, donec non obtinuerint
ab eis pacem, juxta reſcriptum Ducis Oſſu-
næ inſertum per *D. Reg. Sanfelic. in decif. 50.*
nu. 22. lib. 1. At ſi gratia fuerit confeſſa ſub
expressa conditione obtinendi partis remiſſionem
infra certum tempus cum clauſula
irritativa, & *annullativa*, nūm dicta clauſula
decreti irritantis, quæ fuit adjecta in
una parte, ſubintellecta ceneatur in alia
parte ejusdem gratiæ immediate ſequenti,
in qua prohibetur accessus in Civitate, vel
in loco partium offensarum, videndus est
Rovit. decif. 4. nu. 5.

Quæ reſcripta gratiosa ſunt executioni deman-
96 danda in M. C. vel in alio magistratu, ubi
pendet inquisitio, juxta antiquam obſervantia-
m, de qua teſtatur *D. Reg. Sanfelic. in dec.*
25. nu. 7., & *decif. 403. à nu. 8. ad 17. p. 3.* in-
terpoſitoque decreto ſuper executione, ſi fi-
ſcus intendat gratiam impugnare, ſub præ-
textu, quod remiſſiones non fuerunt factæ
a legitimis personis, ſed ab affertis conju-
nitis, non probato gradu conjuňtionis, fiſcus
tenetur probare ad eſſe alios consanguineos,
& interim reus erit manutenendus in po-
ſeffione libertatis propter gratiam; ſecuſi

gratia non fuiffet jam executa, ſed reus in-
ſtaret pro executione, quia tunc probare
teneretur requiſita ad illius validitatem, *D.*
Reg. Sanfelic. in cit. decif. 25. num. 8. lib. 1., de
quo verba feci ſupra, comprobant *Marc.*
Ant. Sabell. in summ. §. gratia n. 15. tom. 3.

Limitatur in Principe ſuſpendente ſententiam
37 forjudicationis, firma tamen remanente
quoad delictum, in qua gratia non videtur
neceſſaria partis remiſſio, ut practicatum
extitit in cauſis D. Principis Cardeti, Prin-
cipis Ricciæ, & Iferniæ, qui obtinuerunt
gratiam ſolummodo ſententia forjudicationis,
firma remanente inquiftione, quoad delictum
principale, quod prius practicatum
extiterat in cauſa Alexandri Carmignani,
ut deciſum refert *Reg. Sanfelic. in dec. 53. n.*
44., & de hac praxi teſtatur *D. Reg. Rovit.*
Super rubr. de ſententia forjudicat. nu. 31., ubi
adducit doctrinam *Lucæ de Penna* hoc ad-
mittentis exiſtente legitima cauſa, & deciſiones
noviſſimas ſupra allatas recenſet
Conſiliar. Rocc. de Offic. in tit. de compositionib.
§. 13. nu. 69., & 70.

Verū ſervat praxis Regiæ Cancellariæ face-
38 re gratiam poenæ forjudicationis, firma re-
manente contumacia, forjudicatis personaliter
comparentibus, juxta verba reſcripti
Collateralis Conſilij, relati per *Thor. in com-*
pendio decif. p. 3. ſect. 2. verb. pena forjudica-
tionis, quæ ſunt tenoris ſequentis. Fuit re-
ſcriptum per Collat. Conſilium die 18. Maii
1635. pro Angelo Franeſe, & Mattbæo Pe-
regrino Terra Palmae, forjudicatis per ſen-
tentiam M. C. V. pro homicidio, qui preces
Excellentissimo Proregi porrexerunt, & pe-
tierunt gratiam forjudicationis, ſtante par-
tis remiſſione, & fuit ordinatum, quod per-
ſonaliter comparentibus in M. C. inſra men-
ſem, fiat gratia poenæ forjueicationis, firma
remanente contumacia, ac artis, & probatio-
nibus contra eos factis quoad principale de-
lictum, ut in Regia Cancellaria patet in
compend. 98. fol. 11., & idem fuit ſervatum
in cauſa Caroli Bombacini Terra Marilianii
in banca Sportelli, & in alia cauſa N. Greci
in banca Panſe.

Hinc praxis invaluit, quod ſi forjudicatus obti-
nuerit partis remiſſionem, & petierit eſſe ad-
mittendū ad compositionem à D. Regente
accedēte in die saturni ad viſitationem car-
ceratorum M. C. V. ad hoc, ut audiatur, præ-
cedere debet memoriale porrectum S. E.
cum decretatione, quod M. C. V. de justitia
pro-

*provideat, juxta primum, quam refert Poti-
ce de preminent. Reg. Audient. cap. 50. num.
157. lib. 2., & nos quoque observatum vi-
dimus.*

*Limitatur secundo, quando Princeps ficeret
40 gratiam levioris mortis, ut puta ubi effet
suspendendus, quod decapitetur. Jo: Anton.
de Nigris in cap. Regn. Neapol. 246. nu. 15.,
vel quando Princeps tolleret atrocius ge-
nus mortis, ut fuit practicatum de anno
1580. per tunc temporis Proregem D. Jo: de
Zunica in personam illius infelicitis filij, qui
Patrem veneno necaverat, qui per M.C.V.
fuerat condemnatus ad amputationem ca-
pitis, non obstante, quod nondum erat ma-
jor sexdecim annis, quodque deinde ejus
corpus includeretur in sacco, & dolio, & in
mare projiceretur, mandavit D. Prorex,
quod decretum M.C. executioni demanda-
retur, quoad capitis amputationem, remit-
tendo cætera alia severiora mortis genera
ad supplicationem aliquorum Nobilium, ut
testatur D. de Francb. in decis. 230. in fine,
licet postmodum dictam poenam mortis cu-
lei cum cane, gallo gallinaceo, vipera, &
simia, bis practicatam refert Thbor. in per-
sonam cuiusdam filij, qui matrem interfec-
rat, & in personam cuiusdam infelicitis Do-
ctoris, qui Patrem necaverat, in compend.
decis. p. 3. sect. 2. verb. pœna Parricidij, sed
quod hoc atrocius genus poenæ sit abroga-
tum tacitis moribus in cæteris mundi parti-
bus, diximus de pœnis delictor. in tit. de cri-
mine Parricidij nu. 64.*

*In casu vero, quod gratia non potuit habere
41 effectum suum, vel resoluta remansit ob
temporis lapsum ad obtinendam partis re-
missionem, vel reus fuit captus in loco ve-
rito, erit reponendum in pristinam liberta-
tem, data competenti dilatione ad ponen-
dum se in tuto, juxta decisa apud Reg. San-
felic. in decis. 51., & 52. lib. 1., quia semper
inquisitus est reponendum in pristinam liber-
tatem, non obstante, quod gratia fuerit nul-
la declarata, Reg. Tap. in Constitut. Regn. pœ-
nam eorum nu. 33.*

*Scire tamen oportet, quod gratia, compositio,
42 sive absolutio delicti obtenta sine partis re-
missione, tanquam obtenta per collusionem
a Magistratu, non optulatur ad effectum,
ut reus carceratus reponatur ad pristinam
libertatem, ut resolutum refert Prat. discep.
forens. tom. 4. cap. 20., & in terminis rei ad-
missi ad compositionem non præcedente*

*partis remissione, videndum est Scialoy. de
for. compet. cap. 30. nu. 18.; & Ascanius Tho-
lomeus in addiction. ad Tartay. in prax. crim.
in 2.p. de defensionibus rerum, fol. 87. vers.
præterea, ubi advertit, quod fuit repositus
in pristinam libertatem ille, qui fuit captus
cum gratia absque remissione partis, per do-
ctrinam Boffij, quam allegat in tit. de re-
med. ex sola clement. Princip. num. 41., & 42.
Sed quia in proprijs terminis si possit, nec
nè procedi ad decisionem articuli validita-
tis, vel invaliditatis gratiae, nisi repositis
carceratis in pristina libertate, occasio tulit,
ut pervenisset ad manus meas non injunc-
43 dum, sed satis breve, & doctum respon-
sum cuiusdam Anonymi Advocati, placuit
illud hic inserere, ut ex antiquorum juris
Consultorum monumentis posteritati con-
sulatur, & nos alienos labores non usurpe-
mus.*

Consultatio Advocati Anonymi.

*D*um essent carcerati Ascanius, Honu-
frius, Thomas Ciraldus, ac socii de di-
versis delictis in Civitate Svæssæ, & alibi
commissis, prout ex informatione capta or-
dine Coll. Consilij ad instantiam Ill. Ducis
Svæssæ, comparuerunt quoque Portia Ci-
cone, Catherina Picarda, ac alij quærelan-
tes instando puniri dictos carceratos, de
delictis patratis in personam eorum filio-
rum, non obstante asserta gratia eis facta
de dictis, ac alijs delictis, quam nullam, &
invalidam institerunt declarari, prout simi-
liter instituit Procurator dicti Ill. Ducis.

*Dicti carcerati ex adverso dicunt non posse
44 procedi ad decisionem articuli validitatis,
vel invaliditatis dictæ gratiae, nisi prius re-
positis in pristinam libertatem, ex allegatis
per Praef. de Francb. decis. 258., ubi refert de-
cism, captum pendente securitate debere
reponi in pristinam libertatem, & si de va-
liditate gratiae, seu indulgentiae tractaretur,
ut similiter decisum assentit decis. 415. in
princip.*

*Sed resolutio ad dictam objectionem facilis
est, premittendo, quid est differentia in ter-
Guidaticum, & gratiam, quia per Guida-
ticum non extinguitur delictum, sed su-
spenditur ipsius punitio, sed per gratiam
45 delictum extinguitur, unde si postea deli-
quit, illud primum delictum non reviviscit,
sed Judex puniet ipsum de hoc delicto no-*

Q q vitèr

vitè commisso, non sic in guidatico, quia delinquens, ipso pendente, punitur, tam de delictis ante commissis, quam post, ut latissime idem de *Franch. decis. 258.*, & 433.

Hoc jacto fundamento, non ostante contraria, quia procedunt, quando isti inquisiti fuissent carcerati pro delictis, de quibus obtinuerunt gratiam, & tractatur de invaliditate dictæ gratiæ, nam prius essent repnnendi in libertatem juxta citatas decisiones, sed casus noster est diversus, nam dicti in *46 quisiti fuerunt carcerati pro delictis commissis post assertam gratiam, & sic cessat ratio finalis repositionis in libertate, ut eis fides servetur, ne videantur decepti, sub Cypeo Principis, ex dictis per Bart. in qu. 6. incip. lapus*, ubi conclusit, quod si debitor alicujus fuisset à Judice captus, licet postea ostendisset satisfactionem, empara, seu recommendationem ad alterius instantiam, facta tenet, quia licet prima capture sit injusta, tamen recommendationem ad instantiam alterius habet de per se jus faciendi, c. debitorem, pertext. in l. sed excimendi §. item, si quis ff. ne quis, cum qui in jus Voc., & Bart. in d. q. 6. n. 16., & 17. Et *decis. de Franch. 415.* vindicat sibi locum, prout loquirur in delinquente capto pro *47 delicto*, de quo habuit gratiam, nam si fuit deinde emparatus pro debito civili, debet pro omnibus reponi in pristinam libertatem, quia fuit injustè captus, licet hodie de stylo M. C. aliter servetur, ut dicunt addentes ad dictam decisionem, ergo à contrario sensu, dum dicti inquisiti fuerunt justè carcerati pro alijs gravibus delictis, & incidenter erit tractandum de validitate gratiæ, non poterunt in pristinam libertatem reponi, quia per indirectum consequerentur gratiæ de omnibus delictis, tam ante, quam post assertam gratiam patratis, quod permitti non debet, ex deductis per Bart. cit. loc.

Cum igitur erit procedendum ad discussio- nem invaliditatis gratiæ, non obstante petita repositione, incontroversum est nullam *48 declarari debere*, tum ob defectum subreptionis, tum etiam ob defectum potestatis concedentis, ob defectum subreptionis, quia dicti carcerati in precibus oblati qu. Michaeli ab Auria asseruerunt de nonnullis delictis habere partium remissiones, quæ in actis non apparent, ideo dicta gratia per obreptionem obtenta viribus caret, cap. super literis, & cap. postulasti de rescript. l. proscriptione, C. si contra jus vel. util.

public. , & notat *Oldrad. conf. 29.* Siquidem quando exprimitur illud, quod est falsum, gratia redditur nulla, & invalida, *Dec. conf. 541. nu. 19.*, & 20.

Etiam, quia dicta gratia fuit concessa per dictum qu. Michaeli ad simplicem partium *49 postulationem* falsum afferentium, nulla adhibita causæ cognitione circa assertas remissiones, si aderant in actis, & quatenus adessent, si erant facte servata forma *Reg. Pragm. 8. de composit.*, & ita nulliter quoque fuit interpositum decretum per Curiam Svæstæ, quod dicti inquisiti non molestentur viro supplicatis memoriali, quare cum preces veritati non nitantur, erit prorsus invalida dicta gratia sic obtenta, ut latè *Praef. Anell. Amat. conf. 72. in princ.*

Erit quoque nulla dicta gratia ob defectum *50* potestatis concedentis, nempe, quod non est permisum Regi de potestate ordinaria, nec est permisum Baroni, sed Rex non potest facere gratiam delicti sine partis remissione, *Ifern. in cap. 1. §. similiter potest de cap. Corrad. vers. paenam*, quia juri tertio competenti derogare non potest, *de Pont. in tract. de potest. Proreg. in t. de provis. fieri sol. §. 4. n. 11.* ideo neque Baro potest aggratiare ejus Vassallos delinquentes absque partium remissione, idem de *Pont. in d. §. n. 55.* & 56.

Et ne in propria materia deficiat decisio, vi *51* deatur quæsto *Ann. in repet. c. 1. de Vassall. decrep. et at. n. 254.*, ubi refert, quod cum fuisse cuidam delinquenti concessus indultus absque partis remissione ab Ill. Prorege, fuit deinde dictus delinquens in adventu successoris Proregis captus, & discussio de viribus indultus absque partis remissione, fuit annullatus, prout ita dictam gratiam nullam declarari deberi per doctissimum, & integrum causæ delegatum, cuius judicio semper me submitto. Hucusq; *Anonymous.*

Non minus pulchra est altera quæstio descendens à præcedenti; num Remissio facta cum *52* conditione, quod inquisitus non accedat ad locum delicti, vel quod non transeat ante dominum partis offense, sit valida, DD. non sunt concordes, nam pro nullitate remissionis cum conditione de non accedendo in perpetuum ad patriam partis offense, decisum testatur *Mastrill. dec. 38. nu. 5.*, & 6., & *Reg. Rov. super Pragm. 7. de composition. nu. 7.*, & quamvis *Baltasar. Amescua in tract. de potestate in seipsum cap. 18. lib. 2. impugnandam duxerit opinionem Roviti*, tam men

Tractatus Criminalis Analyticus. 307

men Rovitus satis luculentè demonstrat
 53 probabilitatem suæ sententiæ, illam vindicando ab impugnationibus Amescuæ, & muniendo illam autoritate rei judicatæ, assignatis validis decernendi rationibus, quam sententiam confirmavit in alia facti contingentia, ut constat ex tenore consultationis apud Laganar. in suis Addictionib. ad eundem Rovit, super ead. pragm.

Cum opinione Reg. Rovit. concordant communiter DD. & extera Tribunalia, prout
 54 legitur apud Mastrill. in superius cit. decis.

38. & in tract. de Indultu cap. 24. num. 2. Anton. Gama decis. Lusitan. 63. & 368. Vivius in Sylva comm. opin. opin. 574. Farinac. qu. 107. par. 2. art. 20. num. 266. Caravit. super Ritu 275. num. 12. Visconte in suis conclusion. v. Pax, Scialoy. in prax. forjudic. c. 24. num. 61. Riccius collect. 1080. Capiblanç. de Baronib. tom. 1. Pray. 6. num. 72. & tom. 2. cap. 28. num. 21. Thor. in compend. decis. par. 1. v. Remissio obtenta, fol. 459. Barbat. de divis. fruct. par. 1. cap. 13. num. 67. Anton. de Ballis variar. lib. 5. Prag. 5. tit. 28. num. 7. Danza de pugna Doctor. tom. 2. de remission. par. cap. 3. Reg. Sanfelic. in prax. judiciar. sect. 27. num. 31. fol. 101.

Ex quibus non recipienda videtur distinctio illa allata per Reg. Salernitanum in dec. 26.

55 quam quandoque comprobata dixit per Sac. Conf. nempè si remissio fuerit habita à parte cum dictis conditionibus, & super ea subsequatur gratia, vel Principis indulgentia simpliciter, & sine dictis qualitatibus, quod tunc fiat locus contraventioni, quia indulgentia extinxit delictum, secùs non secura indulgentia Principis modo praedito super remissione, quia contractus remanet in puris terminis remissionis, & non prohibetur parti querelanti, secura controversione iterum prosequi accusationem, quia delictum non dicitur extinctum, quemadmodum decisum testatur de anno 1588. sed salva reverentia tanto Viro debita distinctio redditur falsa quoad primam partem; Siquidem Principis rescripta semper intelligenda veniunt secundum partium postulationes; quinimò si attendamus illud, quod supra diximus, quod rescripta continentia gratias delictorum parte concordanda infra tempus per Principem præfixum, semper intelligenda veniunt cum prohibitione non accedendi ad loca, ubi resident partes offenditæ, cur dicendum erit,

Principem ita non voluisse in remissionibus cum hac condicione factis.

Pro validitate remissionis cum conditione, nè inquisitus accederet per quinquennium ad Civitatem Neapolis, & quod in casu controvensionis nedum irritaretur remissio, &
 56 haberetur pro non facta, sed teneretur solvere ducatos mille in beneficium Ecclesiae Spiritus Sancti; aliaque adjecta conditione, quod remissio esset per reum acceptanda in
 57 fra mensem, & infra eundem terminum præstanda cautio de solvendo pœnam, testatur decisum Gizzarell. decis. i i. qui nu. 23. refert rationem ita decidendi, quam habuit Sac. Conf. & ita inquit: Sac. Conf. re matutinè discussa, & audita non improbavit pactum in dicta remissione adjectum, sed tenuit, non esse conditionem, & illa verba cum hoc pactu,
 & conditione à parte prolatæ veram non importare conditionem, quæ inducat formam, & quæ annulet actum ipso jure, sed modum qui non annullat actum, sed tantum compellit reum ad observantiam pacti præcisè, vel esse conditionem adjectam in executione, non in dispositione actus, quæ actum non annullat; se habet etiam vim modi; & nu. 23. subdit hæc alia verba: Quare ex his Sac. Consilium declaravit remissionem esse validam, sed compellendum inquisitum ad observantiam pacti in dicta remissione adjecti.

Contra decisionem Gizzarelli insurrexit R. de Marinis lib. 1. f. 1. r. 37. ubi
 58 inquit, quod cum de dicta decisione fuisse dubitatum tam in M. C. Vic. quam in S.C. in causa cuiusdam inquisiti, qui obtinuerat remissionem cum expressa condicione, nè per annum potuisset accedere ad plateras hujus Civitatis proximas domui remittentis, & quod in controvensionis casu remissio haberetur pro non facta, secura controvensione, & parte instante pro nullitate remissionis, censuit S.C. compositionem factam virtute dictæ remissionis esse nullam, recedendo à decisio per Consil. Gizzarell. & per Magnam Curiam in eadem causa. Verum quod inquisitus reponeretur in pristinam libertatem, ut constat ex tenore decreti per eundem de Marinis allati, quod nos hic quoque imprimendum duximus.
 59 Per S. C. remissa est causa eidem M. C. V. que provideat, quod nulla habita ratione de remissione, & annullata compositione, ac restituta pecunia, supplicans reponatur in pristinam libertatem, & per hanc decisio-

mem fuisse probatam decisionem Reg. Salernitani adyertit Regius Consiliar. de Altimar. in tract. de nullitat. contract. rub. 2. & 3. qu. i. num. 603. vers. sed contraria, fol. 367. tam. 6.

Sed ego dico non esse recedendum à decisione Consiliarii Gizzarelli, tanquam solidissimis principiis innixa, quam nostris temporibus majoribus receptam vidimus, dum novimus fieri remissiones cum conditione de non habitando per annos sex in locis, ubi degunt partes offensae, & per alios annos sex de non transcedendo prope domum earundem partium offensarum, & quod in casu conventionis remissio habeatur pro non facta, ut patet ex remissionibus factis in beneficium Andreæ, & Stephani dell'Anno, & Cajetani Fructaldi Casalis Marani forjudicatorum per sententiam M. C. V. ob homicidium in personam Alexandri de Crisci, ut ex actis apud Scribam Davinum in banca de Angrisanis.

S U M M A R I U M.

- 1 **V**isitationis carceratorum beneficium dependens ex indulgentia Principis, quando fuit in Regno introductum, & quando apud Ecclesiasticos, n. 2. & 3.
- 4 *Visitatio generalis omnium carceratorum fit quolibet anno per Dominos Regentes.*
- 5 *Regentibus Regiae Cancelleriae accedentibus in M. C. V. ad visitationem carceratorum exemplidam, Judices M. C. cum duobus Consiliariis ibi existentibus obviam ire tenentur.*
- 6 *Visitationis generalis observantia servatur in Regnis Castellæ more mutuato à jure communi.*
- 7 *Regiae Cancelleriae potestas est aequalis cum ipso Rege, ita ut in calce memorialium, qui porrigitur in generalibus visitationibus invaluit stylus decernendi: Provisum per Sac. Cath. Majest. num. 8.*
- 9 *Visitationis judicio an subjaceant Regentes Regiam Cancelleriam pro determinatis factis tempore visitationis carceratorum. Et quid si decreverint contra Regias Pragmaticas, vel contra literas Regales redactas in volumine legum. n. 10.*
- 11 *Regiae Cancelleriae potestas an fuerit moderata per literas Regales, de quibus in Prag. 88. de offic. S.R.C. & in Prag. 14. in §. 5.*

- de offic. Secretar. Et an literæ Regales sunt in observantia, num. 12.
- 13 *Regentes Regiam Cancelleriam an possint per viam concordie transmittere ad triremes loco depositi carceratos damnatos ad remigandum à Regiis Audientiis, appellazione pendente ad M.C.*
- 14 *Inquisiti, vel condemnati num pendente appellatione, vel reclamatione possint condemnari ad inserviendum in Regiis Triremibus loco depositi. Resolvitur cum distinctione, num. 15. & 16.*
- 17 *Regentes non possunt se ingenerere ad visitandum carceratos de ordine Regiae Camere, vel S.R.C.*
- 18 *Literarum Regalium verba afferuntur pro questionis decisione.*
- 19 *Visitatio carceratorum, quam vulgo vocant Visitatio non scriptorum, que fieri solet singulis diebus per D. Judices M. C. V. quomodo servetur in praxi.*
- 20 *Visitatio moribus introducta apud Judices M. C. V. causarum civilium refertur.*
- 21 *Visitatio carceratorum pro ære alieno, que reperitur moribus introducta apud Judices M. C. V. causarum civilium quomodo servetur.*
- 22 *Visitationis beneficio gaudere non debet ille, qui reperitur carceratus, sed sponte se presentavit, & non stetit prius carceratus per quindecim dies, & quid si debitores visitandi babuerint recursum ad Collat. Consil. num. 23.*
- 24 *Salvaguardia expediri solita senibus septuagenariis ne capiantur de persona, quomodo, & quibus concurrentibus expediatur. Refertur decreti formula, num. 25.*
- 26 *Septuagesimus annus an sufficiat esse incepsum, vel debeat esse completus.*
- 27 *Visitationis species an sit salvaguardia senibus expedienda.*
- 28 *Salvaguardiæ senibus an possint concedi per Regias Audientias.*
- 29 *Reg. Audientia possunt concedere moratorias, & dilations debtoribus carceratis, ut solvant mensatum summam infra ducatos 50.*
- 30 *Senes sexagenarii, vel majoris ætatis, qui reperiuntur carcerati pro ære alieno; an habilitari possint per Regias Audientias seeb precepto de tenuendo domum loco carceris.*
- 31 *Visitatio carceratorum existentium in carceribus Regiarum Audientiarum Regni, quomodo fieri soleat.*
- 32 *Visitatio carceratorum carcerum Baronialium,*

natiū, an sit expeditio Reipublica, ut mōribus introducatur. Referuntur verba Fr. Thomae Campanella pro questionis resolutione, num. 33.

34 Thomas Campanella debitis condecoratur laudibus ob ejus insignem virtutem, & volumina typis impressa ex Chonigyo in Bibliotheca veteri, & nova, & ex Cornelio Tollio in Appendix ad Pierium Valerianum de literatorum infelicitate, ubi de via ejus fortuna, ibid.

C A P U T XXVII.

De remedio visitationis carceratorum M. C. V. faciendæ per DD. Regentes Collat. Consilii, & de visitatione facienda per Judices M.C.V. & per Auditores Provinciarum, cum cæteris ad materiam pertinentibus.

Beneficium visitationis carceratorum hic collocandum erit, nam dependit ex indulgentia Principis, quæ habuit ortum à jure communi, per text. in l. fin. C. de custod. reor. & in l. Judices C. de Episcop. Aud. & in Regno visitatio carceratorum fuit introducta à Carolo V. de anno 1550. ut in Pragm. 3. sub hoc tit. & in Pragm. 8. de offic. Magistr. Iustit. & apud Ecclesiasticos per Concilium Aurelianense celebratum sub Pelagio anno Domini 1556. fuit injuncta visitatio carceratorum Archidiaconis, seu Præpositis Ecclesiarum, juxta canon. 7. ejusd. Concil. tom. 4. Concil. lit. C. nu. 20. Scannarel. de visitatione carcerator. lib. 1. §. 7. cap. 1. num. 2.

Ad hanc visitationem explendam in Regno Neapolis solet unus ex DD. Regentibus 4 Regiam Cancelleriam accedere in quolibet die Sabbati ad visitandos carceratos M.C.V. ad hoc, ut celeri expeditione carceratorum causæ terminentur, & visita generalis omnium carceratorum sit quolibet anno in Paschate Resurrectionis, & in Nativitate Domini, juxta Pragm. 37. in §. 3. de offic. Magistr. Iustit. de qua memor fuit Reg. Rovit. Super Pragm. 6. num. 3. de offic. Magistr. Iustit.

¶ Reg. Capyc. Larredecis. 177. à m. 1. tom. 2. & adeò fulget hæc Regentis præminentia, ut quando accedit ad M.C.V. tota 5 M. C. cum duobus Regiis Consiliariis ibi existentibus tenetur obviam ire usque ad grados Curiae, ut ex Marc. Ant. Surgent. de Neap. Illustrat. cap. 24. num. 15. fol. 240. in cap. 21. num. 20. notat Tasson. de antepbat. verit. 3. obseru. 3. tribunal. 15. num. 311. ubi in fine advertit, quod accedunt usque ad primam portam salæ ipsius Tribunalis M.C.V.

Quam generalis visitationis vetustissimam observantiam in dictis statutis diebus ser- 6 vari quoque in Regnis Castellæ, more mu-tuato à jure cōmuni, profitetur Larrea dec. Granat. 29. n. 13. lib. 1. ubi adducit verba tex. in l. 3. C. de Episcop. aud. ibi: *Ubi primum dies Pascatis extiterit nullum teneat carcer in-clusum, omnium vincula dissolvantur.*

Adeò ampla est potestas Cancelleriæ, quod vi-detur esse æqualis cum ipso Rege, ut ex 7 Reg. de Ponte, & Reg. Carol. Tapp. de præ-fiantia Regiæ Cancelleriæ num. 3. diximus in nostra practicab. observat. 70. super Prag. 88. de offic. S.R.C. nu. 2. & hoc adeo verum est, quod in decretationibus fieri solitis in generalibus visitationibus dicitur in calce 8 decreti provisum in generali visitatione carceratorum per S. Cath. Majestatem.

Quibus ita se habentibus, non temerè substi- 9 neri potest, Dominos Regentes non esse subjectos judicio visitationis pro determina-tionibus factis in visitatione carceratorum, ex quo decernendo tanquam Supremi Se-natores, non visis actis judicialibus, sed ex relationibus DD. Judicum M.C.V. non vi-dentur subjecti visitationis censura, si erraverint, vel dolosè se gesserint, maximè in 10 arbitriis, ex traditis per Larream decis. 98. num. 59. tom. 2. quod intelligendum cre-derem, dummodo non decernant contra Regias Pragmaticas, vel ordines Regales jam redactos in volumine Pragmaticarum, juxta illud, quod ex Reg. Caym. de Regia visitatione diximus in nostris observat. ad eundem art. 5. num. 3. & 4.

Verum hæc potestas Regiæ Cancelleriæ restri- 11 cta fuit per citat. Prag. 88. alijs 84. de offic. S.R.C. & per Prag. 14. in §. 5. de offic. Secre-tar. per quam expressè prohibetur Domini Regentibus accendentibus ad visitandos carceratos M.C.V. nè procedant ad compo-sitiones delictorum, pro quibus venit impo-nen-

nenda poena mortis naturalis , vel corporis afflictiva , & maximè in crimine homicidii contra formam Regiarum Pragmaticarum , & ordinis dati tempore gubernii Illustris Ducis Albae.

Sed dictas literas regales parùm servari vidi-
mus , nàm DD. Regentes solent admittere
ad compositiones reos gravatos de crimi-
nibus ultra relegationem inconsulto Prore-
ge , juxta notata per Capibl. super Pragm. 6.
de Baronib. num. 31. Calà super Prag. 11. de
emption. & vendit. num. 68. & satis clariùs
practicatum demonstrat D. Anton. Police de
praeminent. Reg. Audient. cap. 50. nu. 156.
& 157. tom. 2. Verùm Domini Proreges so-
lent mediantibus rescriptis per scriptorium
mandare DD. Regentibus , ut non proce-
dant ipso inscio ad visitandum homicidia , &
nonnulla alia graviora crimina , & quando-
que obtentis compositionibus , vel gratio-
fis decretationibus suspenditur executio ,
etiam habito recursu ad Collat. Consil. per
quod remittitur negotium iterum decer-
nendum per D. Regentem sequentis men-
sis , qui plenius discussò negotio solet decer-
nere , quod suspensa decretatione , vel illa
reducta ad jus , & justitiam , M.C.V. de justi-
tia provideat .

Solent tamen DD. Regentes per viam tran-
sactionis , & concordiae reos ad triremes
transmictere , & quandoque transmictunt
ad triremes loco depositi damnatos ad re-
migandum a Regiis Audientiis , pendente
appellatione ad M.C. V. & quandoque ap-
pellatione pendente ab ipsa Magna Curia ,
juxta observantiam , quam tradit Reg.
Constantius de Classicis num. 47. qui tamèn
hoc practicandum dicit duobus concurren-
tibus; Primo, quod rei sint accusati de gra-
vioribus , & atrocioribus delictis ; Secundo ,
quod ex relatione actorum facta à commis-
fario constet , reos nullo pacto poenam trire-
mum effugere posse .

Verùm hanc observantiam innovatam , & im-
mutatam censeo ex Pragm. 4. in §. 17. de-
visitat. carcerator. qua cavetur , ut inquisi-
ti , vel condemnati pendente appellatione ,
seù reclamatione non possint concordari ,
neque transmitti ad Regias triremes loco
depositi , nisi in casibus merentibus poenam
mortis , sed quando acciderit , quod poena
triremium esset ordinaria illius delicti , quæ
non potest infligi , nisi reis confessis , vel con-
viectis , quibus etiam competit defensio-

nes , tunc non possunt transmitti ad Regias
triremes loco depositi , non accedente fisci ,
reorum , & partium querelantium con-
fensu .

Quibus accedit , quod respectu carceratorum
de ordine Regiæ Cameræ , vel S.R.C. nulla
adest controversia , non posse Regentes se
ingerere in visitatione carceratorum dicto-
rum Tribunalium , quemadmodùm decla-
ratum fuit per literas Regales anni 1638.
quorum tenorem typis mandavit , Reg. Ga-
leota in resp. fiscal. I. à num. 94. & nos sum-
mam dictarum literarum hunc casum re-
spicientem hinc transcribendam duxi-
mus .

T porque segun ba entendido el dicho mi Consejo Colateral entrando de Visita en Vicaría, donde el dicho Antonio Hizo estaba preso de orden de dicho Tribunal de la Camara ordenó, que se diese en fiado por las ferias, no pudiendolo baçer, os encargo, y mando deis orden al dicho Consejo Colateral, para que de aqui adelante no proçeda, ni se entrometa con los presos, que lo estan así por orden del dicho Tribunal de la Camara, como por lo de mi Consejo de Santa Clara, conforme a lo que acostumbra, pues solo le toca soleçitar la expedicion de las causas ent los Tribunales, à quien toca.

Agendum supereft de Visitatione facienda per
Iudices M.C.V. scire igitur oportet , quod
duplex solet fieri visitatio per Iudices
M.C.V.

Prima est illa , quæ fieri consuevit in causis
criminalibus per Iudices M.C.V. ad minus
duos coram D. Regente in Tribunal de
mane , quæ vulgo dicitur *visitatio carcerato-
rum non scriptorum* ; Siquidem unus ex
scribis fiscalibus deputatus ad carceres ha-
bet onus describendi in libro , omnes carce-
ratos , qui ad carceres transmittuntur , ad-
notato nomine illius Iudicis , sive Magis-
tratus , de cuius ordine carceratio fuit de-
mandata , & talis visitatio fit singulis die-
bus , lectis singulorum carceratorum nomi-
nibus per scribam illum fiscalem , & auditâ
relatione Iudicis , sive scribæ fiscalis illius
inquisitionis , solet M.C. decernere , quod
scribatur , si carceratus reperitur inquisitus
de capitali criminis , & concurrente inditia
ad illum interrogandum cum particula ,
monitus , ad finem contestandi item , ut
aliás diximus .

Aliter decernendum erit cum carceratis de
cri-

criminibus infra relegationem, nām tunc diverse provisiones fieri solent secundum circumstantias facti, & criminis qualitatem. Altera est illa, quæ moribus reperitur introducta apud Iudices M. C. V. causarum cito vilium, nedum visitandi carceratos illos pro ære alieno, quos ducere solent in Aula in quolibet die Saturni, sed etiam faciendi generalem visitationem carceratorum ante ferias Nativitatis, & Resurrectionis, & aestivas, ante quas Decanus Rotæ M. C. V. accedit ad Decanum Collat. Consilii, & impestrata oretenus dispensatione pro dicta visitatione generali facienda, quæ extenditur tam quoad carceratos existentes in M.C.V. quam quoad ceteros carceratos existentes in aliis carceribus intus Civitatem, nempè Curiæ Bajulationis, Iustitiarii, Artis Serici, Artis Lanceæ, Regiæ Siclæ, Admiratæ, & Regi Portulani, & in dicta generali visitatione intervenire solent Gubernatores locorum piorum, qui largiri solent elæemosinas pauperibus carceratis.

Verum animadvertisendum erit per Dominos Iudices, quod gaudere non debet beneficio visitationis carceratus, qui sponte se presentavit, & non stetit carceratus per quindecim dies, juxta formam Pragm. 3. de visitat. carcerat. Quare si debitores recursum habuerint ad Collat. Consil. & obtinuerint, quod possint visitari non obstante, quod sponte se presentaverint, & non steterint carcerati per quindecim dies, M.C.V. non debet decernere super visitatione, nisi intimatis creditoribus ad hoc, ut occurratur fraudibus, ut monet Reg. Rovit. super dict. Pragm. 3. de visitat. carcerat. num. 9. & 10.

Inter visitationis species numerari potest salvaguardia illa, quæ solet expediri senibus septuagenariis ære alieno gravatis, quibus recurrentibus ad Collaterale Consilium, & expostulantibus salvaguardiam ipsis expidiri ne capiantur de persona, prodit decreatio, quod non molestentur de persona, vel M.C.V. de justitia provideat, Magna Curia non procedit statim, & absque cause cognitione ad expeditionem salvaguardiæ, sed dato termino, & auditis creditoribus, & constito de ætate septuaginta annorum interponit solitum illud decretum. Non capiantur de persona, verum domi se contineant loco carceris, & pro re sacra, & aliis divinis officiis in diebus festivis in hono-

rem, Dei in propinquiori Ecclesiæ valescere intellesse, verum si fuerint capti extra fines non gaudent, juxta cujus decreti tenorem, & inserta illius formâ deber expediri salvaguardia, ut monet Reg. Rovit. super Pragm. 5. de fide, & auctorit. monop. num. 3. qui solus tradidit formam dicti decreti, comprobatur praxim Reg. de Marinis in observat. ad dec. 306. Reg. de Reverterii à num. 5. ad 7. to. 2. qui tamen dissentit à Rovito circa illud, quod annus septuagesimus debeat esse 26 complectus, cum ut dicit de Marin. sufficiat seneam suisse ingressum annum septuagesimum, cum versemur in re favorabili, & ita domi ut Iudicem M.C.V. semel determinasse testatur contra Roviti opinionem, & memores suimus in nostra praxi presentationis instrument. cap. 4. num. 250. Et quod hæc sit species visitationis colligitur ex traditis per Reg. Sanfelic. in præc. judic. ciar. sect. 35. n. 37. ubi quod senes non detinentur in carceribus, sed passim visitantur assignata domo loco carceris, & ita in dies expediuntur provisiones per Collat. Consilium.

Ex quibus crederem, quod Regiæ Audientiæ Provinciales possent concedere has salvaguardias senibus, juxta praxim, quam tradidit Novar. de gravaminib. Vassallor. gravam. 381. num. 5. quem sequitur Consil. de Altimar. de nullit. sentent. rub. 9. q. 23. nu. 5. in fine tom. 1. qui quamvis loquantur de moratoriis idem dicendum erit de his salvaguardiis, quæ moratoriæ vim habere videntur.

Verum absque ulla hæsitations præminentiam hanc in praxim deducendam credemus in easibus, & summis, in quibus possent Regiæ Audientiæ concedere moratoria, & dilations debtoribus carceratis solvendi mensatim à ducatis quinquaginta infra, juxta tradita per Capiblancum de Baronib. cap. 42. à num. 13. tom. 2. & per Novar. decis. 31. quos laudavimus in observat. ad singular. 303. nostri genitoris num. 2.

Verum post hæc scripta inveni, quod sexagenarii, qui detinentur carcerati pro ære alieno non possunt per Regias Audientias domi habitari sub præcepto, nè exeant sub pena redeundi ad carceres, quemadmodum observatum tradit in omnibus Audientiis, in quibus præfuit Joan. Francisc. Capiblanc. super Pragm. 19. de Baronibus cap. 93. à num. 15. ad 19. tom. 2.

In

In Provinciis quoque nedum practicatur visi-
31 tatio carceratorum existentium in carceri-
bus ipsius Regiae Audientiae, sed unus ex
Auditoribus tenetur qualibet die Saturni
visitare carceres Regii Gubernatoris loci,
ubi residet Regia Audientia *Prag. 10. §. 9. de
offic. Jud. & Capitaneus*, & tota Curia debent
obviam ire ad recipiendum Auditorem in-
gredientem, qui Capitaneus non excusatur
ratione propriæ habitationis si reperiatur di-
scinctus, & cum crepidis, & cum veste dome-
stica, sed debet intervenire honestè, & com-
ptè induitus eo modo, ac si staret pro Tri-
bunali, alias posset Auditor absque eo pro-
cedere ad visitationem, dummodò dicta vi-
sitatio prius innotescat, ut advertit *Reg.
Rov. sup. Prag. 3. n. 26. de visitat. carcerator.*

Par, & æquum esset, ut moribus introduce-
32 retur visitatio carcerum Baronum, quia
esset consultum illis oppressionibus, quibus
Suprema Tribunalia aliter mederi non pos-
sunt: Audiantur quæso verba celeberrimi
*Fr. Thomæ Campanellæ de Monarchia His-
panica cap. 21. de Italia fol. 170.* ibi: *Præ-
terea visitentur carceres Baronum, qui sa-
pè nimium sunt crudeles; nequæ cuiquam
permittatur captivare quemquam privatæ
authoritate, nisi eos qui crimen violatæ pa-
cis publicæ, aut etiam majestatis commis-
erunt; currentque captivos humaniū solito;
quippe sevitia sua insatiabili regem in in-
famiam tyrannidis adduxerunt, præsertim
in Regno Neapolitano. Videtur etiā non
parum facere ad favorem vulgi regi concil-
liandum, si unum saltē Commissarium in-
stituat, qui assumptis Clericis, publicos car-
ceres adeat, atque visitet, & simul usura-
rios; & inferiores Ministros observet.*

Cœterum dum de *Thoma Campanella* Viro
33 ingenio, doctrina, ac summa scientia cla-
rissimo verba facere occasio præbuit, par-
erit, ut Typis hic vulgetur qualis in Re-
publica fuerit, & quibus fati acerbitatibus
fuerit vexatus, & qua varia fortuna jaeta-
tus; & quæ varia eruditissima scripta elab-
oraverit, ideo adhoc patefaciendum, satis
superque erit transcribere verba *Georgii
Mattheii Konigii in Biblioteca veteri*, &
nova fol. 158. ubi de Campanella ita ratioci-
natur; *Campanella (Thomas) Calaber,*
professione Dominicanus, disputator acutissimus; Anno 1639. obiit condidit ingens
opus de reformatione scientiarum, decem in
Codices divisum, in quo relitti veteribus

viis, ad omnium scientiarum notitiam no-
vum iter aperuit, ob singularē doctrinam
invidiam sibi conflavit, apud inquisidores
delatus, quasi eam ex inferorum fontibus
lausisset: Neapoli etiam perduellionis reus
factus, quod Regnum illud hostibus prodere
conatus esset, unde in carcerem conjectus, &
25. annis miserrime tractatus est, tandem
vinculis elapsus in Galliam tamquam in-
portum confugit Regique illi, & Regni pro-
ceribus quoad vixit acceptissimus fuit. Sic.
*Nicius par. I. Pinacoth pag. 42. Vide Nau-
daum in præfat. Panigerico præfixa: Leo-
nem Allatum in A. 11. pag. 240. Sorellum
de P. N. pag. 485. Funcejum tom. I. Orb.
pag. 355.*

Sed quia *Cornelius Tollius in Appendice ad
34 Joannem Pierium Valerianum in libello de
literatorum infelicitate* fol. 40. Magis lucu-
lenter exponit insignes animi dotes quibus
Campanella erat prædictus, & necnon diu-
turnas ærunnas, & calamitates, quibus tam
clarus literaturæ vir defatigatus extitit,
ideo ejusdem rari Authoris verba, à quibus
Conigius, ejus suppresso nomine, nonnulla
mutuo accepit, hic subnectere non grava-
bor; *Omnis autem fati acerbitates, & quid-
quid usquam truculentia est, pertulisse mi-
bi videtur Thomas Campanella, egregium
familie Dominicanæ lumen. Stylo, Calabriæ
oppido oriundus mature se intra Dominicana-
norum castra dedit, neque minus celeriter
eximii, ac humanae conditionis vires exsu-
perantes, ingenii signa depromxit. Unde Ma-
gister, à quo prima doctrinæ rudimenta acce-
perat; ad publicas disputationes Cosentiam
invitatus, cum subito impeditus morbo, ve-
nire non posset, suum in locum subrogavit
Thomam: Atque ita præclare, doctèque tra-
ditas sibi partes administravit, ut omnibus
esset miraculo. Libri deinde sui pro Tieleio
philosopho adversus Martam conscripti, im-
primendi gratia Neapolim cum venisset; at-
que *Ædem S. Marie Nova* præteriens ex-
turba ingredientium caussam ejus cognoscendi
incenderetur; vidit disputationibus
operam dari. Itaq; & se certamini objecit. Cœ-
pitque ea, quæ tamquam firma, rataque po-
nebantur, argumentis tam validis, tam
aptis, labefactare, & convellere, ut ovantis
instar à sui ordinis fratribus in hospitizem
deductus sit. Paulò post perduellionis reus,
quod Regnum hostibus prodere velle putare-
tur, conjectus est in carcerem; ubi quinque
& vi-*

Tractatus Criminalis Analyticus. 313

& viginti annos omnibus confectus miseriis exegit. Atque illo in primis tempore ultimum vitæ discrimin adiit, cum quæstione de ipso ultra triginta horas crudeliter habita, omnes venæ, arteriaeque tormentorum immanitate diffractione tantam sanguinis vim emitterent, ut sisti minimè posset. Admotis præterea lignis, iisque quantum poterat consortis usq; adeo femora compressa sunt; ut in longum extensa neque tres fere digi-

tos crassa remanserint. Nibilominus in horrendis bisce cruciatibus tantam præstis animi fortitudinem, ut ne vocem quidem emiserit, docti, ac sapientis viri gravitate dignam. Elapsus demum ex vinculis; cum novam imminere fibi tempestatem animadverteret; in Galliam tanquam portum confugit; viocitque Regni illius Proceribus ad mortem usque acceptissimus.



R

SELE-

SELECTARUM,
ET ILLUSTRIUM
JURIS FEUDALIUM CONCLUSIONUM
In S.R.C. Neapolitano novissimè decisarum

C O M P E N D I U M

*Quas Conclusiones cum rebus judicatis
recollexit, elaboravit, & contexuit*

FRANCISCUS MARADEI
J.C. ET ADVOCATUS NEAPOLITANUS

Examinatis in illis contexendis, & concinnandis gravioribus Juris
articulis, & solidissimis illis argumentis, & rationibus, quibus
res judicatæ nituntur, quæ excerpta fuerunt à Consulta-
tionibus, & Responsis in Jure editis à magni no-
minis Advocatis, qui patrocinium in causis
præstiterunt.

Quibus nonnulla alia Argumenta ab Autore addita fuerunt.



NEAPOLI,
Typis, & Ære proprio Felicis Mosca MDCCXVI.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.

Decisio I.

317

S U M M A R I U M .

- 1 **C**elebris causa successionis Ducatus Andrie examinanda proponitur, n. 2.
- 3 *Immissione in bonis feudalibus competit vocatis per legem investiturae.*
- 4 *Immissione virtute legis finalis tunc habet locum in feudis, cum est institutus ille, qui est immediatus successor, n. 9.*
- 5 *Feuda venient in petitione hereditatis, & transiunt cum universitate bonorum, quando non est institutus extraneus, n. 6.*
- 7 *Extraneus in feudis dicitur ille, qui non est comprehensus in investitura, nec est immediatus successor.*
- 8 *Testamentum in judicio immisionis super bonis feudalibus tunc prodest, quando est institutus ille, qui est vocatus ex lege investiturae, & est immediatus successor.*
- 10 *Immissione virtute legis finalis an competit super bonis feudalibus virtute substitutionis pupillaris.*
- 11 *Immissione virtute legis finalis an competit agnato, qui venit ad successum bonorum feudalium tanquam immediatus successor virtute renunciationis factae per feminam contemplatione masculorum.*
- 12 *Renuncians impugnans renunciationem, non impedit remedium legis finalis in beneficium renunciatarii.*
- 13 *Remedium petitionis investiturae habet eandem rationem cum remedio legis finalis.*
- 14 *Occurritur traditis per Cons. de Georg. in alleg. 12. & in repetit. feudal. cap. 48.*
- 15 *Remedium final. num prescribat si bi locum in feudis, quoties non est institutus immediatus successor, vel quando dispositio fuisset directa in beneficium superioris agnati, aut extranei, sed cum Regio Assensu.*
- 16 *Et quid herede scripto possidente sine virtute, n. 17.*
- 18 *Femina licet de jure communi feudorum sint incapaces successionis, immittuntur tamen in possessionem bonorum feudalium vi- gore leg. final. nisi agnatus incontinenti doceat de incapacitate.*
- 19 *Declaratur decisio Affl. 119.*
- 20 *Declarantur ceterae decisiones, que pro- dierunt in causa Marchionis Abbaye, & in causa D. Hippolyta de Capua.*
- 21 *Remedium final. competit etiam su- per bonis feudalibus, filio spario legitimato*

per subsequens matrimonium, non obstanti- bus Agnatorum contradictionibus impu- gnantibus legitimacionem.

- 22 *Assensus Gratiae, de quo in Pragm. 33. & 34. de feud. an comprebendat testamentum, in quo continetur pupillaris substitutio, nu- 30. 35. 45.*
- 23 *Rescripti, seu Gratiae interpretatio an semper remittenda sit ad Principem conce- dentem.*
- 24 *Gratia, de qua in Pragm. 33. & 34. est assensus, qui non extenditur de uno ad aliuno casum.*
- 25 *Testandi facultas concessa super feudalib- bus non extenditur ad facultatem substi- tuendi.*
- 26 *Assensus concessus vendendi feendum uni non extenditur, ut possit vendi alteri.*
- 27 *Assensus concessus, ut possit feudatarius donare, comprebendit donationem inter vi- vos, & causa mortis.*
- 28 *Verbum disponere, de quo in Pragm. 33. de feudis an comprebendat substitutionem.*
- 29 *Assensus praestitus ad alienandum feu- dum non porrigitur ad obligandum, & hypo- thecandum.*
- 31 *Gratia, de qua in Prag. 33. habet locum, quando femina est immediata successura, non autem quando immediatus successor est masculus, & num. 32. ubi examinatur ra- tio, quae ex verbis Pragmaticæ colligitur, num. 33. & 34. Et an attendenda sit proximi- tatis masculi tempore successionis, vel tem- pore mortis, num. 41.*
- 36 *Gratiae, de qua in Prag. 33. præcipuum re- quisitum est, ut feudatarius, qui illa utitur femini non nuptis excludentis, aliquid pro- dote relinquat; & nuptis relinquat aliquid benevolentiae causa, quod verificari non po- test in substitutione pupillari, nam licet pa- ter possit pro impubere testari, pro eo tamen legare non potest.*
- 37 *Gratiae Prag. 34. de feud. per quam fuit ampliata successio feudalium usque ad quar- tum gradum, & data licentia instituendi Majoratum, fideicommissum, & substitutio- nem intra terminos successionis extensa, non videtur, quod permisisset, posse fieri sub- stitutionem pupillarem.*
- 38 *Pater pro filio impubere testari potest in burgensaticis.*
- 39 *Substitutione pupillaris moribus feudalibus est in cognita.*
- 40 *Explicatur tex. in lsi his qui ex bonis & de vulg.*

42 Sub-

318 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

- 42 Substitutio pupillaris, an fieri possit masculo, qui est proximior tempore dispositionis, & institui possit exclusa feminis; Declaratur Montanus.
- 43 Substitutio vulgaris, quemadmodum permittitur fieri in feudis in terminis Gratiae, ita permisum videtur, ut possit fieri pupillaris. Referuntur decisiones, quae prodierunt in terminis vulgaris substitutionis.
- 44 Caldas de jure emphenteutico explicatur.
- 46 Actus, qui non valet, ut agitur, an valeat eo modo, quo valere potest.
- 47 Feudatarius non potest gravare suum filium, vel nepotem legitimum successorem in feudibus super integro feudi valore, non detracta legitima.
- 48 Et an gravari possit substitutus pupilliter, vel haeres bæredis, qui iudicio testatoris non acquirit, sed venit ad successionem ex providentia legis, tamquam vocatus ex investitura, nu. 49.
- 50 Explicatur textus in l. 5. §. si quis ff. de leg. 3.
- 51 Et quid si esset gravatus haeres bæredis sub nomine proprio, vel appellativo legitimi successoris, referuntur decisiones, nu. 52.
- 53 Substitutionem pupillarem impugnans, pupilli voluntatem impugnare videtur.
- 54 Substitutio pupillaris an possit excludere vocatos ex majorum providentia.
- 55 Substitutio pupillaris an possit fieri in Officijs Regalibus, in quibus pater testando pro filio impubere potest nominare successorem in Officio, quod filius babebat cum potestate nominandi.
- 56 Substitutio pupillaris incipit babere effectum à die mortis Patris, & proinde arguitur non posse gratiam verificari in substitutione pupillari, num. 57.
- 58 Substitutio vulgaris, & fideicommissaria differunt à pupillari.
- 59 Substitutio pupillaris est testamentaria filij per actum fictum, nu. 60.
- 61 Assensus an comprehendant actum fictum à jure subintellectum, & an fictio babeat locum in feudis, & an assensus loquens de actu vero, comprehendant actum fictum, ibid.
- 62 Pragmatica 34.de feud. que tribuit feudatariis facultatem instituendi majoratus, & fideicomissa, intra terminos legitimæ successionis, an comprehendant casum pupillaris substitutionis sub compendiosa conspectu, nu. 63.
- 64 Gratiae verba illa intra terminos successionis permisæ limitant majoratum ultra quartum gradum, & includunt, quæ continentur intra extrema, & excludunt ea, quæ sunt extra.
- 65 Gratiae verba en esto, que toca alla conservacion de las casas, y familias, ponderantur, & an intelligantur juxta mores bispanos, nu. 66.
- 67 Leges, & consuetudines Regni Hispanie an sint attendende in Regno Neapolitano.
- 68 Gratia cur continet Baronum supplcantum preces, ut in successione feudorum antiquorum admittantur etiam feminæ, & masculi ex feminis, qui ultimo possessori conjuncti sunt in quarto gradu.
- 69 Gratiae verba en toda forma, y con la interpretacion muy favorable explicantur.
- 70 Gratia est regulanda secundum tenorem precum porrectarum.
- 71 Assensus gratiae, de quo in Pragm. 34.de feudis, quæ permittit fieri substitutionem super feudis cum exclusione feminarum, an intelligatur, dummodo non subvertatur successionis ordo, declaratur Consiliar. Roccus, ibid.
- 72 Patria potestas an babeat locum in feudis, que sunt de jure publico, n. 73.78. & 79.
- 74 Balam, dare pupillo filio an possit pater feudatarius, vel solus Rex babeat banc facultatem, nu. 80.
- 75 Et quid in matre, que non habet filios in potestate, num. 85. Et an mater preferatur in baliaru Avu paterno, nu. 76.
- 77 Pater an succedat filio in feudo eidem refutato, jure bæreditario, vel jure reversis.
- 78 Patria potestas, que est de jure civili Romanorum, an locum babeat in feudis, in quibus vivitur jure francorum.
- 79 Patria potestas si haberet locum in feudis, Pater non posset feodium donare, vel refutare filio impuberi.
- 81 Filius an possit de feudo ipso à patre donato testari, vel causa mortis donare.
- 82 Patria potestas fundatur in suitate.
- 83 Suitas operatur, ut filius censeatur pro una eademque persona cum patre.
- 84 Explicatur decis. 10. D. de Franchis.
- 86 Balam. datio facta à non habente filios in potestate, si à principio non valet; sustinetur ratione administrationis.
- 87 Patria potestas an babeat locum in feudis titulatis, nu. 88.

89 Jus

Decisio I.

319

- 89 *Jus civile Romanorum an sit apud Gallos receptum, resolvitur sub distinctione, nu. 90. & 91.*
- 92 *Donatio, seu refutatio feudi facta à Patre filio, idèo valida fuit declarata apud Reverter. decis. 550., quia erat juramento confirmata.*
- 93 *Patruus magnus existens in quarto gradu linea Collateralis ascendentis, an succedit in feudis, nu. 94.*
- 95 *Constitutio ut de successionibus explicatur.*
- 96 *Gratia in Regno concessæ, de quibus in Pragm. 11. & 12. de Feud. explicantur n. 97.*
- 98 *Amita fuit admissa ad feudorum successionem in illis casibus, in quibus Patruus fuit admissus.*
- 99 *Gratia Pragm. 34. de feudis, an redigerit successionem patruelium, & consobrinorum in feudis ad terminos Constitutionis Regni.*
- 100 *Ponderantur verba precum Concessio-
nis Gratiae, de qua in citata Pragm. 34. nu.
101. & 102.*
- 103 *Gratia Pragmaticæ 34. an sit consecu-
tiva ad Gratiam Caroli V. de qua in Prag.
11. de feudis, dum fuit petita, & attenta
prorogatio in beneficium comprehensorum in
quarto gradu, tam virorum, quam fæmina-
rum, nu. 104.*
- 105 *Amita admissa ad feudorum successio-
nem virtute Gratiae Caroli V. extendentis
successionem ad quartum gradum, non cen-
sentur admissi Materter, & Avunculus.*
- 106 *Gratiam declarare, & interpretari ad
Principem spectat.*
- 107 *Fratres patrules tantum censemur vo-
cati, vocato quarto gradu, nu. 108.*
- 109 *Patruus succedebat in feudis de jure
communi feudorum quemadmodum succedit
bodie in Regno, acentis Gratijs concessis.*
- 110 *Gratia, de qua in Pragm. 34. de feudis,
que ampliavit successionem ad quartum
gradum, an totum quartum gradum con-
cesserit.*
- 111 *Gratia subsequens post Pragmaticam
34. amplians successionem ad quintum gra-
dum, non fuit executoriata infra annum.*
- 112 *Pragm. 8. & Pragm. 11. & 12. de feudis,
interpretantur.*
- 113 *Gratia, de qua in Pragm. 34. de feudis,
ampliavit successionem in feudis antiquis,
usque ad quartum gradum, absque enu-
meratione certarum linearum, vel persona-
rum, & proinde cessat controversia respectu*
- Patruis non comprehensi in Constitutione, que certas personas numeraverat, nu. 114.
- 115 *Gratiae verba dummodo essent Barones descendentes à primo acquirente, quomodo intelligantur, & explicata exciterint.*
- 116 *Gratia ultima, que est Pragm. 34. differt à Gratia concessa per Carolum V. in Prag.
12. de feudis.*
- 117 *Restrictioni non est locus, quando petitio, & concessio est generalis.*
- 118 *Patruus, & Amita includuntur sub Gra-
tia novissima, dum in ea expresse cavitur,
quod omne illud, quod observabatur usque
ad tertium gradum, observetur in benefi-
cium comprehensorum in quarto gradu, in
quo existunt Amita, & Patruus.*
- 119 *Verba imperfecti temporis, que continen-
tur in Gratia. (161) quod servabatur usq;
ad tertium gradum, non sunt referenda ad
tempus magis antiquum Constitutionis. quia
continerent repugnantiam, sed referri de-
bent ad tempus proximum.*
- 120 *Verba præteriti temporis, tempus præ-
sens non excludunt.*
- 121 *Gratiae concessiones, & rescripta ad tem-
pus præsens referuntur.*
- 122 *Dictio usque adjecta in Gratia an sit
restrictivæ, ampliativæ, vel relativæ, vel in-
telligenda secundum subjectum, de quo loqui-
tur, n. 123.*
- 124 *Feudum antiquum, sive paternum dici-
tur illud, quod ab Avo, sive Patre provenit.*
- 125 *Frater patruelis, ut possit succedere in
feudo, an feudum debeat esse Avitum.*
- 126 *Feudum, ut dici posset antiquum sive
paternum de jure veteri, requirebatur, ut
Collaterales ad succendum admissi essent
infra quartum gradum, tam respectu feu-
datarij ultimi defuncti, quam respectu pri-
mi acquirentis.*
- 127 *Et an hoc bodie reperiatur immutatum.*
- 128 *Gradus de jure feudali semper intelli-
gitur secundum jus commune Romanorum, &
quod discrimen consideretur.*
- 129 *Patruus, & Patruus magnus, an à primo
acquirente descendant.*
- 130 *Renunciatio facta per Ducissam Mag-
daluni ponderatur, & ejus verba transcri-
buntur nu. 131. & 144.*
- 132 *Renunciatio de feudis titulatis an requi-
rat Regium Assensum, quando est facta in
remotiore agnatum.*
- 133 *Renunciatio translativa hereditatis feu-
dalnis devolvende absque assensu non sustine-
tur.*
- 134 *Quod*

320 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

- 134 Quid si renunciatio effet jurium feuda-
lium ad feuda titulata.
- 135 Et quid si renunciatio jurium feuda-
lium sit in beneficium agnati remotioris, n.
167.
- 136 Assensus recipit firmitatem à die impetrati-
onis, & proinde non retrotrabitur.
- 137 Assensus super renunciatione jurium ad
feuda titulata, an debeat obtineri à Rege.
- 138 Assensus Proregis non sufficit, quando
mutatur ordo successionis, tam si mutatio
fiat per ultimam voluntatem, quam si fiat
per contractum.
- 139 Decisio S. R. C. quæ prodijt in causa suc-
cessionis Principatus Colli, declaratur num.
162.
- 140 Assensus Gratiae, de quo in Pragm. 33. de
feudis, an sat sit ad sustinendam renuncia-
tionem factam per fœminam proximiorem in
beneficium masculi de familia remotioris, n.
151.
- 141 Gratia Pragm. 33. que tribuit faculta-
tem feudatariis excludendi fœminas proxi-
miore, an concedat facultatem excludendi
proprias filias, nu. 154.
- 142 Verba supplicationis porrectæ per Civita-
tem in parlamento generali anni 1617. pen-
derantur, & explicantur nu. 159.
- 143 Gratia Pragm. 33. an sit usu recepta,
quoad exclusionem propriæ filiæ, referuntur
decisiones presententia affirmativa, num.
160. & 161.
- 145 Filia renuncians bonis paternis non ex-
cluditur à fratriis successione in bonis ob-
venitis fratri ex parte fratri.
- 146 Et quid si in renunciatione non fuerit
renunciatum successionibus, sed lineis.
- 147 Successorium edictum an locum habeat
in feudis.
- 148 Renunciatio bonorum feudalium an pos-
sit esse simul translativa, & abdicativa.
- 149 Clausula pacti de non petendo, & de non
succedendo, & verba illa cessit, & transtulit,
qua operentur in renunciationibus.
- 150 Et quid quando renunciatio operata
fuerit effectum extinctivum.
- 152 Feudarius, qui vult uti benefitum Gra-
tiae an exprimere debeat expressè, se velle
Gratia uti.
- 153 Et quid existente in dispositione clausula
omni meliori modo.
- 155 Explicantur textus in l. ex facto ff. de
vulg. & pupill., & in cap. i. de duob. fratrib.,
nu. 156.
- 157 Feudarius potest bodie gravare bære-
dem in feudalibus usque ad integrum feudi
valorem.
- 158 Filiæ exclusæ à successione feudi virtute
Gratiae est relinquendum Paragium, sive le-
gitima, pro qua potest experiri actione in
rem scripta, vel hypothecaria, sed actione
personalis in eo, quod excedit legitimam.
- 163 Consuetudo interpretativa legis ad hoc, ut
inducatur, non requiritur observantia in
contradictorio judicio.
- 164 Gratia loquens simpliciter de feudatariis,
comprehendit tam masculos, quam fœminas
feuda possidentes.
- 165 Fœmina feudataria disponente de feu-
dis virtute Gratiae in Agnatos masculos de
familia, an consideretur ratio conservationis
feudorum in agnatione, nu. 166.
- 168 Gratia Pragm. 34. de feudis, quæ admisit
quartum gradum Baronum descendantium
à primo acquirente, dedit prælationem ma-
sculis, ita quod fœminæ non possunt venire,
nisi deficientibus masculis primo loco vocatis,
quod comprobatur ex novissimis precibus
per Civitatem Regi porrectis, nu. 169.
- 170 Feuda nedium sumunt naturam ex inve-
stituris, sed ex moribus, & novis legibus,
prout sunt Gratiae Regno concessæ.
- 171 Lineæ prærogativa in successione feudo-
rum non prodest fœminis ad exclusionem ma-
scularum existentium in quarto grade, ac-
cidenta dispositione Pragm. 34. de feudis.
- 172 Gratia prius concessa, si non fuerit expe-
dita, nec redacta in forma privilegij, num
expedita, & perfecta dicatur, per secundam
Gratiam posteriorem, in cuius precibus
fuit supplicatum, ut Gratia non expedita
expediretur.
- 173 Gratia ad hoc, ut perfecta dicatur, suffi-
cit, quod fuerit concessa per verbum fiat,
absque privilegij expeditione.
- 174 Gratia Pragmaticæ 34. verba (Siendo
Varones descendentes da primero acqui-
rente), inducunt expressam, & specialem ma-
scularum vocationem, ita ut fœminæ compre-
hensæ in priori gratia, non possunt venire,
nisi deficientibus masculis lineæ remotioris
specialiter vocatis.
- 175 Et quid quando specialis nominatio fue-
rit per nomen collectivum.
- 176 Declaratio nihil novi tribuit.
- 177 Gratia Pragm. 34. comprehendit omnes
existentes in quartu gradu, dum Rex mu-
nificentissimus recessit ab antiquissimo more
Re-

- Regum predecessorum, qui in ampliandis feudorum successionibus personas, non autem gradum includebant, nro. 178.*
- 179 Masculorum, & feminarum equiparatio facta quoad unam rem, quod aliam facta non censetur.*
- 180 Decisio S.R.C. que prodijt junctis duabus Aulis in praesenti facti specie refertur.*

ARGUMENTUM.

Immissio ex remedio legis finalis;
C. de edict. dict. Andr. num competat Agnato, qui venit claro, & aperto jure ad successionem bonorum feudalium, tamquam vocatus ex investitura. Altius examinatur, an substitutio pupillaris possit fieri in feudis; Quid in officijs Regalibus; quid si mutaretur ordo successionis, perpenduntur, & explicantur verba Gratiarum Pragm. 33. et 34. de feudis, & num comprehendatur totus quartus gradus; & num Gratia numeraverit gradum, vel personas, & num feudatarius possit uti beneficio Gratiae ad exclusionem propriæ filiæ. Declarantur decisiones, quæ prodierunt in causa D. Artusij Pappacaudæ, in causa Comitissæ Conversani, & in causa Principis Collis; Patrius Magnus, tamquam masculus num præferatur fœminis propinquioris linea, vel fœminæ censeantur vocatæ in deficitum omnium masculorum; Renunciatio translativa feudorum titulorum facta in bene-

ficium Agnati remotioris, an requirat assensum S.C. Majestatis, & quando renunciatio dicitur translativa, vel abdicativa dilucidè examinatur. Afferatur decisio quæ prodijt junctis duabus Aulis in causa successionis Ducatus Andriæ.

PRIMA DECISIO.



Efuncto D. Carolo Carafa Duce Andriæ, superstitibus D. Æmilia Carafa Ducissæ Magdaluni Amita, & D. Hector Carafa Patruo Magno, utraque pars instituit in M. C. pro interpositione decreti præambuli, tam super feudalibus, quam super allodialibus vigore *text. in l. fin. C. de adict. Divi Andr. coll.* Dicebat D. Hector successionem ad se spectare, tum vigore testamenti Ill. Ducis Andriæ D. Fabritij Patris, Duci D. Caroli, in quo ipso D. Carolo decedente in pupillari æstate, fuerat pupillariter substitutus; tum vigore renunciationis successionis ejusdem D. Caroli, factæ in beneficium ipsiusmet D. Hectoris à prædicta D. Æmilia tempore contracti matrimonij cum Duce Magdaluni. E contra contendebat D. Æmilia, successionem ad ipsam spectare, tanquam veinentem claro, & aperto jure ad bona feudalicia virtute investituræ, & discussò plenisimè negotio, per M. C. die 2. Decembris 1672. Fuit interpositum decretum præambuli hereditatis quond. Ill. D. Caroli Carafa Duci Andriæ, tam in bonis burgensaticis, quam feudalibus in beneficium Ill. D. Hectoris, vigore substitutionis pupillaris adjectæ in testamento qu. Ill. D. Fabritij Duci Andriæ, & respectu omnium prætenorum, tam per Ill. D. Æmiliam, quam per ejus filias, sine salva jura in judicio ordinario. Verum d. Ill. D. Hector non alienet bona hereditaria, tam feudalicia, quam burgensatica, nec reemat capitalia, sub pena nullitatis, & invaliditatis actus, & non consignet fides, neque copia inconsulta S. C. seu D. Cause Commisario.

Ss

Pro

322 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

Propositis nullitatibus dicti decreti pro parte Ill. Ducissæ, & filiarum, in illarum discussione in S. C. de pluribus juris articulis fuit acerrimè disputatum, & primo de validitate testamenti Ducis D. Fabritij, & an *text.* in *l. final.* locum sibi vindicaret in feudis. Secundò an substitutio pupillaris prodebet D. Hectori virtute gratiarum respectu feudalium; & an gravamen impositum successuro ab intestato super integrum feudi valore proficuum foret. Tertiò an Patria potestas in feudis locum haberet. Quartò an praefatus D. Hector, tanquam Patrius Magnus foret successibilis. Et ultimo an ipsi D. Aemiliae renunciatio obstaret.

Et pro parte dictæ Ill. Ducissæ dicebatur primò respectu primi articuli non esse concedendam immisionem praefato D. Hectori vigente testamento quod Ill. Ducis D. Fabritij continentis substitutionem pupillarem, ex quo immissio in bonis feudalibus cōpetit vocatis per legem investiturae. Siquidem in materia successionis feudalis semper attendenda est investitura ipsiusque tenor, non verò sunt attendenda testamenta, & dispositiones feudorum, quæ omnino à legibus feudalibus reprobantur, ut in cap. de success. feud. & cap. 1. §. donare tit. qualiter olim, in c. Imperiale de probibit. feud. alienat. d.c. 1. de success. feud. ubi Andr. in verbo filij tantum d. peto §. fratre, ff. de legat. 2., & in Constitutione constitutionem Divæ memorie, Andr. in d. §. donare nu. 8., & in Constitutione Regni hac editâ, ubi ait adeo prohibitum esse testamentum in feudis, ut si in eo instituatur proximè successurus, nec quoque valeret, quia adhuc attendendus esset tenor investiturae, quæ tamquam provisio legis non cessaret per hominis provisionem, ut in §. è contra institut. de legat. l. si in autem, ff. de legat. 1., & in necessitatibus nemo dicitur liberalis, ut in l. unum ex familia ff. de legat. 1. l. rem legatam ff. de adimend. legat., & ita tenuere Soccin. conf. 72. vol. 1. Bald. conf. 397. vol. 4. Camerar. in d.c. Imperiale cart. 23., & 24., & 32. lit. E. Galeot. lib. 1. controv. 1. Amicang. quæ feud. 10. Näm hominis dispositio in feudis, quando non concurrit cum dispositione legis, nihil operatur. Et propterea remedium l. fin. C. de edict. Div. Adrian. toll. tunc locum habet in feudis, cum institutus est ille, qui esset immediatus successor, id est qui succederet etiam sublatu testamento, secus si alias fuerit institutus, qui posset

alioquin succedere, quia compræhensus in investitum, sed esset reinotor, nam tunc testamentum non prodebet, quamvis contentio esse poterit, an hic immediatus successor sit, si non sit in gradu successibili, beneficio tamen gratiæ efficiatur successibilis, an interim in possessionem immittenda sit fœmina, quæ jure aperito ad successionem feudorum vocata est tanquam proximior, ut in d. §. inter filiam, & proindè licet certissimum sit, feuda venire in petitione hæreditatis, saltem quoad possessionem, & petens immitti in possessionem hæreditatis ex d. l. fin., possit quoque immitti in possessionem feudorum, ut Alberic. in l. non tantum, ff. de petit. bæredit. Andr. in addit. ad Speculat. de testam. §. 3. in fine, ea ratione, quia dictæ l. final. remedium æquè locum habet in feudis, ac in allodialibus, itaut hæres institutus æquè immittatur in possessionem tam feudalium, quam allodialium, illud tamen interest inter feudum, & allodium, nám qui immittitur in possessionem allodialis, ex testamento immittitur, & eo tantum nomine, quod hæres sit institutus, itaut nihil aliud opus sit, nisi in judicio producere testamentum non ruptum, non cancellatum, non abolitum, secus est in feudo, in quo qui immittitur in possessionem, non ex testamento immittitur, sed ex investitura, & parum interest, quod producat testamentum, quod ex omni parte constet, & sine vitio, nisi sit etiam ex investitura vocatus ad successionem, quamobrem si fuerit instituta extra-nea persona, & non proximè successura, remedium d. l. fin. locum non haberet, quia semoto testamento, utique in feudis non succederet, ut glos. Marini in Constitutione, ut de successionibus, vers. ex utroque parente, feuda enim non transeunt cum universitate bonorum ad eum, qui in cæteris bonis sit institutus, si fuerit extraneus, ut Affl. in d. Constit. nu. 5 & Paris. conf. 7. decr. 1. vol. 1. Soccin. Jun. conf. 37. Camer. in cap. 1. an agnatus qu. 9. nu. 89. Affl. in cit. constit. Regni hac editâ nu. 7., & in d. decis. 119., & in c. 1. si de feud. defunct. nu. 11. Capyc. in cap. Imperiale cit. vers. limita 4. Frecc. de subfeud. de different. feud. bæred. diff. 8., & 17. Loffred. conf. 14. n. 6. Minad. in Constit. Regni in aliquibus nu. 22. Lanar. in cap. 1. nu. 59. cum seqq. de success. feud. Amat. conf. 100. nu. 93. Giurb. de success. feud. cap. 1. 8. §. 2. gl. 11. Staib.

Staib Jun.resol.99.tom.1., & resol.119. tom. 2., & in addit.ad patrum.conf.8 i. de Ponte conf.62.J. Baptista Melior apud de Marin.lib.3.allegat.43. Conf.Roccus in tract.de offic. rubr.13. §.4.nu.3. de Franch. dec.1. ubi observat de Luca, Gallus conf.64. Rovit.in pr. 11. de feud.Argel.de acquir.poss.art.7.qu.4., extraneus enim non solum dicitur ille , qui in investitura non est comprprehensus, verum etiam ille , qui licet sit ex corpore descendens , quando tamen instituitur non est immediatus successor, Andr.in d. Constitut. constitutionem Divae memorie in princip., ubi Ann.nu.122., & 133. Affl.in d.cap. 1.n. 107.de success.feud.Camerar.in d. cap. Imperiale, fol.24. à litt.G., & in d.c.an agnatus in 10.q.vers. ut si pater velle, Amat. d.conf. 100. n. 93. Galeot. controv.lib.1. controv. 14. Et per consequens dicebatur , quod dum dictus D.Hector , attenta investitura , non erat immediatus successor, cum nepoti immediate succedat amita , non patruus magnus, dicebatur extraneus , & proinde non poterat uti remedio d.l.finalis.

Nec ex eo quod dictus D. Hector erat haeres in testamento institutus vigore gratiarum, de quibus in pray.33. & 34. de feud. poterat dici, quod sit immediatus successor , nam respondebatur , quod tunc successor solūm 8 uti poterit testamento in judicio immisionis, quando est immediatus successor ex investitura , non enim ex testamento argui potest proximitas gradus , cum testamentum in feudis nullius momenti sit , d.cap.1. de success. feud. cap.1. §. sed res per quos fiat investitura , adeo ut licet agnatus possit feudum per contractum refutare alteri proximo successori, hoc tamen per actum ultimae voluntatis facere nequit , ut stet tanquam ultima voluntas, ut ex Ifern. ait Camerar. in d. cap. Imperiale cart.24. Galeot. controv.15.n.42. in fin. lib.1. De Ponte conf. 24. n. 10. vol. 2. ubi consuluit pro sorore in capillo, quae expresse vocata erat ex Constitutione , ut de successionibus , quando soror primogenita nupta , & dotata est , ceterum ait , quod tunc poterit dumtaxat testamentum in feudis prodesse, quando esset institutus ille , qui ex lege investituræ immediatè succederet , & ratio est , nam in feudis testamentum nullum titulum praebet successor , titulus enim solūm ex investitura acquiritur , quod adeo verum esse dicebatur , ut si quis ex investitura suc-

dat , & contendat cum haerede instituto in testamento , interdictum adipiscendæ possessionis illi competit , qui ad successionem 9 vocatus est ex investitura , non verò ex testamento, ut Iser. in d. §. inter filiam, Amat. d. conf. 100. n. 89. Galeot.d. controv. 15.n. 23. in fine , & tom. 1. controv. 28. ubi ita fuisse decisum in causa illorum de Pinellis , ac proinde , dum dictus D. Hector in hujusmodi judicio immisionis nihil aliud afferebat , nisi testamentum , cum alias inspecta investitura esset extraneus , nullo modo dicebatur illi competere potuisse remedium d. l.fin. concurrente in successione ipsa Illustri Ducissæ amita,cui successio deferebatur, ex lege investituræ non ex testamento. Verum dicebatur pro parte D. Hectoris , præambulum vigore d. l. fin. C. de edit. Div. Adr. toll. ipsi denegari non posse , nam sicuti remedium d. l. fin. competit cuilibet primo haeredi instituto , ita quoque competit 10 haeredi scripto in tabulis pupillaribus , ut Argel. de acquir. poss. q.7.art.3.n.94. Faber lib.6.C. tit.14. de edit. Div. Adr. toll. defin. 6. quia cum hujusmodi remedium fuerit introductum , ut haeres repræsentet defunatum , non dicitur judicium ordinarium , nec actio ordinaria , sed remedium ad rem conservandam , donec justitia subministretur , ut Tapia decis. S. C. 1. nu. 43. & 44. Resental. de feud. cap.7.conclus.51.n.7.in fin. prout quoque tale remedium conceditur illi , qui possessionem sine vitio detinet , ut scilicet in illa confirmetur Resental. ubi sup. concl. 48. in Gl. lit. C. Petr. Corsett. in addit. ad Octavium Corsett. conf. feud. 18. nu. 27. Ruin.conf. 18.n.20.to.1. tale enim remedium d. l. fin. competit cuilibet haeredi instituto in universis bonis tam feudalibus , quam allodialibus ; cum dispositio testamentaria facta est in beneficium illius , qui esset ab intestato successurus in feudis , vel cum eadem dispositio de feudis haereditariis nisi possit assensu Regio , prout servari in nostro Regno tradit Reg. de Ponte de potestat. proreg. de refutat. feud. tit.8. §.2.n.15. & 16. Frecc. de subfeud. differ. 20. Tommas de Marin. de feud. haered. tit.6.n.35. Afflict. dec. 119. Bambacar. in cap. 1. si de feud. defund. milit. n. 16. & per consequens , dum alterum ex duobus haeredi instituto in feudis sufficit ad obtinendum remedium d. l. fin. , vel quod ab intestato foret successurus , vel quod dispositio de feudis haereditariis nisi possit assensu Re-

324 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

gio, necessario sequitur, remedium & *l.fin.*
ipso D. Hectori competere, cum utrumque
jus habeat; primum scilicet quod sit imme-
diatus successor in feudis q. Illustris Ducis
D. Caroli, certe apparere ex instrumento
renunciationis, ubi omnes successiones bo-
norum feudalium, & allodialium ab inter-
stato defendorum renunciatae fuerunt ab
Illustri D. Emilia specificè contemplatione
ipsius D. Hectoris, casu quo Illustris Dux
D. Fabritius, ejusque hæredes, ac linea, de-
ficerent, & per consequens, donec ea quæ
per prefatam D. Emiliam renunciationi
opponuntur non terminantur cum termi-
no ordinario, & sententia, semper renun-
ciatio stabit, & viget jus clarum prò ipso
D. Hectore, ut in possessione dictæ succe-
sionis confirmetur per remedium *d.l.fin.* ut
Rot. Rot. apud *Farinac.* dec. 671. p. 1. recent.
Urceol. consult. 48. num. 23. & 24. verfic.
cæterum, ipsa enim D. Emilia, ejusque fi-
liæ quæ renunciationem impugnant cla-
ro jure debent demonstrare, renunciationem
non obesse, alias nequeunt impedire reme-
dium *l.fin.* hæredi scripto, ut *Jacob. Gall.*
conf. 64. nū. 34. & 37. & ita in fortioribus ter-
minis renunciationis fuisse decisum diceba-
tur per Regiam Cameram, ut *Reg. Saler-*
nitam. decis. 14. & *Reg. Revert. decis. 155.*,
ubi facta renunciatione à filio primogenito
absque assensu feudorum paternorum in
manibus Patris contemplatione filii secundo-
geniti, deinde hæredis instituti a Patre post
ejus mortem; cum petiisset ipse secundo-
genitus feudorum Paternorum investituram,
& se opposuisset nepos ex eodem filio
primogenito illo defuncto post mortem Pa-
tris, contendens, renunciationem esse nullam
ex defectu assensus, & ipsum nepotem
ex primogenito in successione feudorum
avi esse filio secundogenito propter lineæ
prærogativam præferendum, per Regiam
Cameram dictum fuit, investituram esse
concedendam filio secundogenito, cuius
contemplatione renunciatio expressè fuit fa-
cta, nam remedium petitionis investituræ
habet eandem rationem, quam remedium
d. l.fin. cum utrumque sit remedium sum-
marium, & datur illi, qui non habet pos-
sessionem, ut illam adipiscatur, & si posse-
sionem jam detinet, ut in illa confirmetur,
Bald. in cap. Imperialem S. insuper n. 3. & 4.
de probib. feud. alien. per Federic. & idem re-
medium concessionis iævestiturae, quod da-

tur hæredi scripto in feudis, fundatur in di-
spositione ejusdem *l. finalis*, ut *Vincent. de*
Anna in rubr. de vassall. decret. etatis d.
n. 432 ad n. 435.

Nec obstare dicebatur dicta per *Conf. Ioannem*
Andr. de Georgio in allegat. 12. & in repetit.
feud. cap. 48. ubi ait agnatum comprehen-
sum in investitura, qui tamen non est pro-
ximè successor, habendum esse prò inca-
paci, itaut remedium *l.fin.* licet agnatus
non proximè successor, fuerit institutus
in feudis, ei non competit, nec locum ha-
beat; quoniam respondebatur, quod in
causa de quæ ipse scripsit in d. *Allegat. 12.*
fuit contrarium decisum, ut apparebat *ex*
d. decis. 1. num. 43. Tapie, ubi testatur, S.Ca
habuisse prò verò remedium *d. l.fin.* habere
locum in feudis, etiam si non sit hæres insti-
tutus proximè successor, dummodò sit
comprehensus in investitura, & ideo fuisse
denegatum in feudis hoc remedium hæredi
scripto, quia incontinenti, & apertè con-
stabat de nullitate dispositionis, quæ nulla
probabiliter ratione poterat colorari, itaut hæ-
redi instituto obstabant regulæ, *bodie con-*
stat, bodie agatur, & dolo facis petere, quod
statim restiturus es, quando enim nullum
jus cognoscitur clare, & evidenter assistere
posse prò hærede scripto, tunc enim exce-
ptiones habent rationem vitii visibilis testa-
menti, & impediunt immisionem, alias se-
cùs.

Nec minus obstabant DD. ex adverso
supra allegati, qui contendunt, tunc re-
medium *l. fin.* competere hæredi instituto
in feudis, quando esset immediatus succe-
sor, vel quando dispositio facta esset favo-
re ulterioris agnati, aut extranei, sed cum
assensu, *ex Argel. de acquir. possess. q. 3. art.*
2. à n. 167. Nam respondebatur, quod diffi-
cultas non in eo consistit an successor sit
proximior agnatus, vel quod dispositio sit
collata in ulteriori agnato, vel extraneo
absque assensu, nam tunc nullitas disposi-
tionis clara, & notoria dicitur, quamvis sit
vitium invisibile, ut potè non in figura te-
stamenti ostensa Judici, habet tamen ratio-
nem vitii visibilis, & impedit immisionem
hæredi scripto, ut evitetur circuitus inuti-
lis, nè scilicet hæres immisus statim feuda
restitutorus esset agnato, sed in eo consistit
dubium; an hæres institutus in feudis im-
mediatus successor sit, vel an dispositio nisi
posit assensu Regis, qui habet rationem vi-

tii visibilis; In quā re nulli dubium esse dicebatur, quod competit remedium d. l. fin. solum eo casu aliqui dixerunt, tale remedium non competere, quandō scilicet possideret ille, qui hæredi scripto se opponit, nisi aperte, & in continenti doceat de jure suo, & de dispositionis validitate, cuius color solum sufficeret, si possideret ipse hæres scriptus, vel possessio esset vacans, ut *Ar-saman. Pistor. d. lib. 2. q. 93. à num. 73. usque ad finem tom. 2.* quod cessare dicebatur in praesenti causa, nam præfatus D. Hector hæres scriptus feuda jam possidebat, & absque vitio; etenim cum vivente im-pubere in possessione illorum uti balius, & tutor illius jam esset, statim post mor-tem pupilli, mutando causam possessio-nis, illam continuavit uti hæres pupilli, cui per pupillarē fuerat substitutus, quod certè fieri potest non solum à tute, sed etiam ab hæredi tutoris substituti per pupillarem, ut *Anton. Fab. lib. 6. C. tit. 14. de edit. Div. Adrian. tollend. defin. 7.* & ex his resoluta similiter dicebantur scripta per *Consil. Staib. Iun. in resol. 199. num. 43. & 44. tom. 2.* nam in casu suo soror secundoge-nita hæres in feudis instituta, non solum non possidebat, sed soror primogenita, quæ se opposuit, prius possessionem feudorum acquisiverat, ut constat ex *Jacob. Gall. conf. 64.* in quod casu soror secundogenita insti-tuta petens immisionem in possessionem feudi, debet clare, & aperte de Jure suo docere, quod secus esset, si possessio fuisset vacans, nam tunc solus color sufficeret hæ-redi scripto ad obtinendum remedium d. l. fin. ut DD. supra allegati, sicuti etiam re-solvuntur scripta per *Capyc. in cit. decis. 64.* ex quo in casu dictæ decisionis agebatur de judicio petitorii, non verò possessorii, prout quoque resolvi dicebatur scripta per *Dec. in cit. conf. 424.* in causa Franciscæ de Montebello; nam ibi agebatur de interdicto *quo-rum bonorum*, etenim in casu *Decii* soror petiit immitti in possessione bonorum feu-dalium Caroli de Montebello fratris utrin-que conjuncti defuncti ab intestato absque prole, in quorum possessione quidam agna-tus remotior se intruserat, prætendens ad se bona spectare vi cuiusdam fideicommissi, de quod incontinenti non docebatur, & ideo re-spondit, non posse impediri immisionem so-rori; quod quidem non esse dicebatur in 17 praesenti causa, dum præfatus D. Hector qui

feuda possidebat, habebat pro se ultimi de-functi Ducis D. Caroli testamentum, & sic non esse locum interdicto *quorum bono-rum*, quod non competit venientibus ab-intestato contra hæredem institutum ex te-stamento.

Cœterum DD. ex adverso allegati loque-bantur in terminis juris communis feu-dorum in eo casu, quo foeminae habent ti-tulum ab ultimo feudatario defuncto, ut quia ab illo fuissent institutæ hæredes, vel cum feudatarius ab intestato deceperet, & foeminae essent proximiores, nàm tunc licet de jure comuni feudorum, successionis feu-dalis sint incapaces, immittuntur tamen in possessionem vigore l. fin. vel per *editum quorum bonorum*, nisi agnatus de illa non incapacitate incontinenti doceat; Imo ex eisdem dictis ex adverso apparere magis ju-stitiam præfati D. Hectoris dicebatur, nam si foemina que de jure comuni feudorum est incapax successionis feudalnis, quando est hæres instituta, habet remedium d. l. fin. nisi agnatus incontinenti doceat de ejus incapa-citate; multò fortius denegandum non erat ipsi D. Hectori, qui non solum est hæres scriptus, sed agnatus, ut *Peregr. conf. 4. à n. 51. ad n. 60. tom. I.*

Quæ omnia confirmabantur auctoritate re-rum judicatarum, & primò ex dec. *Affl. 119.* ubi fuit filius secundogenitus institutus im-missus in possessionem feudorum vigore l. fin. non obstante oppositione primogeniti, quæ decisio ita processit, ex quod casus erat dubius, & incertus, & sic pro hærede scrip-to sufficit colorata ratio, ut advertit *Ca-merar. in cap. I. de success. feud. num. 86. & 87.* secundò ex decisione causæ Illustris Marchionis Achajæ cum D. Francisco Pro-tonobilissimo, ubi institutus fuerat hæres 20 in testamento D. Vincentius de Montibus agnatus, sed in investitura non compræhen-sus, & fuit in possessione feudi confirmatus per Regium Collaterale Consilium, cùm interventu S. R. C. non obstantibus oppo-sitionibus nepotis ex filia testatoris, uti claro, & aperto jure vocatus, ut refert *Galeot. controv. 18. tom. I. Capycelatr. consult. 77. num. 18.* Tertiò ita fuisse judicatum diceba-tur in causa D. Hippolite de Capua, cùm D. Joanna ejus sorore, ubi præfata D. Hip-polita secundogenita fuit tanquam hæres universaliter instituta vigore d. l. fin. im-missa in possessionem, non obstante quod ade-

326 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

aderat dicta D. Joanna soror primogenita immediate succeditrix, & tempore quod nupsit, & dotem recepit, expressè successione reservaverat in feudis, non obstante quod primogenita aderat in possessione feudorum, ut *Tap. d. decis. I. num. 43.* *Capycilatr. d. consult. 77. ms. 16.* Quod colligebatur quoque ex *Consilio de Ponte 20. & 21. lib. I. & Staib. Sen. conf. 81. & Camil. de Medic. conf. 61.* Quartò ex *decis. Regentis Salernitani 14. & Revert. decis. 155.* Et ultimò ex *decis. Regie Camere, relata à Fabio de Anna in rubrica de vassall. decrepit. etatis num. 432. & sing. 535.* ubi institutus filius spurius, qui allegabat, suam legitimationem fuisse factam per subsequens matrimonium, fuit investitus de feudo, non obstante quod per agnatos opponebatur, quod ille erat natus tempore, quo concubina habebat virum, & quod matrimonium sequutum fuerat in ultimo vita spiritu, quam decisionem fundari dicebatur in remedii *d. l. fin.* ut observat de *Anna ubi supra,* etenim eo ipso quod disputatur in judicio possessorio super feudis inter agnatos, & hæredem scriptum de capacitate hæredis, hæres vincere debeat, ut *Riminald Jun. conf. 69. à num. 15. ad num. 18. Fab. de Anna d. sing. 535.* & ex his dicebatur debere ordinari confirmationem præambuli ad beneficium D. Hectoris, nullitatibus non obstantibus.

ARTICULUS SECUNDUS.

Secundus articulus in eo versatur; An Af sensus per Gratias concessus, de quo in *Pragm. 33. & 34. de feud.* validam reddit substitutionem pupillarem Illustri D. Carolo per D. Fabritium patrem in feudis factam, scemini proximioribus exclusis. Planè quoad feudalia acerrimè contendebatur, testamentum D. Fabritii, in quo continebatur pupillaris substitutio in beneficium D. Hectoris nullo pacto substineri, nec nisi posse Assensu Gratiae, de quo in *Pragm. 33.* Siquidem sive illa consideretur tanquam assensus hominis, sive legis, sive rescriptum, sive dispensatio, vel privilegium contra jus commune, sive mera gratia, & beneficium Principis, nullam etiam ex majoritate rationis extentionem patitur, ejusque inter pretatio semper ad Principem concedentem spectat, juxta l. ex facto ff. de vulgari, & pur-

pill. l. 191. ff. de reg. jur. l. i. ff. de constitut. *Princip. §. quod Principi instit. de jur. nat. genti. & civili, Bart. in l. omnes populi ff. de just. & jur. Faber definit. I. C. de legib. & const. & si forte contingit aliquam fieri rescripti interpretationem, non ad Iudicem, sed ad Principem spectare ait Rovit. in pragm. 4. de feud. ex Andr. in tit. quæ sint regalia num. 87. & multo magis procedere, quando gratia, sive rescriptum esset correctorium, nam semper à veteri jure aliquod juri novo detrahitur, talis naturæ est jus novum, ut sequi nequeat in aliis causis ejusdem generis, sed ad jus antiquum ceteræ cause remittendæ sunt, tanquam non exceptæ, etiam si eadem, vel minor ratio curreret, ut in l. *præcipimus C. de appellat.* & multo magis procedere non solum quando rescriptum est concessum à Principe ad partis supplicationem, ut *Donell. in l. i. jur. civil. cap. 9.* & est correctorium, ut in præsenti casu, ubi de jure comuni est prohibita quælibet dispositio in feudis, verum etiam, quia gratia prædicta est assensus, quia nunquam extenditur de uno ad alium casum. Et quamvis assensus prædictus sit gratia, strictam etiam debet recipere interpretationem, cum sit dispositio, quæ semper strictissimè intelligenda est, ut *Andr. in cap. I. §. donare tit. qualit. pot. olim feud. alien. Innoc. in cap. dilectus de tempor. ordin. Camer. in cap. Imperiale cart. 44. lit. M. I. & C. & cart. 47. lit. V. Montan. in repet. dict. cap. Imperiale num. 33. verific. sed contra, unde cum sit sequè prohibitum feudatario de jure comuni feudorum testari, & substituere, quando concessa fuit facultas testandi, non extenditur ad facultatem substituendi, etiam quod eadem, vel major ratio esset in substitutione, quam in testamento, nam cum utrumque æqualiter sit prohibitum, quando Princeps unum permittit, ad alterum simile non progreditur, ut *Camer. ubi sup. lit. C. Iser. in cap. I. §. donare cit.* & propterea assensus concessus vendendi feudum uni, non extenditur, ut possit vendi alteri, ut *Camer. in dict. cap. Imperiale lit. M.* nam assensus, nec de re ad rem, nec de persona ad personam, nec de casu ad casum fit extensio, sicuti nec de contractu ad contractum, etiam quod assensus concederetur contractui, qui ex propria significatione vocabuli sit habilis ad comprehendendum alium contractum, unde si assensus conce da-**

datur, ut feudatarius possit donare, & verbum donatio complecti valeat, & donationem inter vivos, & causa mortis, intelligitur assensus de donatione inter vivos, &

27 non extenditur ad illam causam mortis, ex ea ratione, quia utraque donatio est prohibita, ut Camer. cart. 48. lit. B. & proinde licet per dictam Pragm. 33. concessum sit feudatariis, ut valeant disponere de feudis in masculum remotiorem exclusa foemina, proximiore, & verbum disponere comprehendat etiam substitutionem, quia tamen utrumque feudatariis de jure communis feu-

28 dali est vetitum, & scilicet testari, & substituere, ad substitutionem gratiam praeditam protrahi maximè posse, ut Iser. in dict. cap. Imperiale, ubi Camer. ex Bald. ubi sup. lit. B. & M. sicuti etiam si assensus concedatur ad validandum testamentum, illud non validat, si non valet uti testamentum in scriptis, licet valeat vigore clausulae codicillaris uti nuncupativum, vel tanquam codicillus, ut Maur. alleg. 16. prout quoque si assensus ad alienandum praestetur, ad obligandum non progreditur, ut

29 Montan. in dict. cap. Imperiale n. 33. ver. sic. sed contra predicta per l. si pupillorum §. si praetor ff. de reb. eor. ex quo habetur, non posse tutorem cui permisum est bona pupilli alienare, illa obligare, licet minor ratio sit in obligando, quam in alienando, ex ea ratione, nam quilibet rerum minorum dispositio generaliter est prohibita absque Iudicis decreto, ut in l. 1. 2. & 3. ff. de reb. eor. dum ergo gratia dict. pragm. 33. solùm concedat feudatariis, ut disponere valeant de eorum feudis in beneficium masculi remotioris, exclusa foemina proximiore, & dispositio habilis sit comprehendere testamentum, protrahi non debet gratia predicta, ut possit quoque feudatarius substituere.

Tandem non solùm gratia non extenditur ad alium casum ex majoritate rationis, verum

30 etiam neque ad illum in quo fuit concessa, nisi concurrent omnia, quæ in precibus continentur, nam assensus à petitione regitur, de Pante cons. 47. num. 13. & 14. & proinde licet bona viri tacite sint obligata pro dote, respectu tamen feudalium requiritur expressa illorum obligatio, quia ita Regi fuit supplicatum, ut assensum praestaret mulieribus, quibus expressè mariti fenda obligata sunt, & proinde ubi omnia, quæ in pre-

çibus collata sunt non servantur, assensus predictus non censetur praestitus, licet favor dotis idem expostulet, & eadem causa sit, eadernque persona, ita quoque dici debere dicebatur in casu dictæ gratiae pragm. 33. ubi in uno tantum casu fuit Regi supplicatum, & in eo tantum assensus loquitur, in quo dedit potestatem feudatariis disponendi de feudis, nempe quando foemina immediate successuram habebant, non verò quando immediatus successor esset 31 masculus, ut colligitur ex verbis d. pragm. ibi; In un punto si perdono dalle proprie famiglie dell'acquirenti, succedendo in essi le donne; Item in beneficio di quel mascolo delle loro famiglie, il quale nel tempo delle disposizioni succederia, non essendoci femina in proximiori gradu. Insuper ibi, non ostante, che ci fussero donne in grado successibile, & prossime, & ibi: Alle quali donne possa detto feudatario sopra detti suoi stati, e feudi stabilire quel tanto li parerà per sua dote: Ex quibus omnibus locis clare demonstratur, foemina esse immediatè successuram, & proinde in gratia praedita semper considerari foeminas immediate successuras; Quod demonstrabatur etiam ex illis aliis verbis, quando redditur ratio petitionis, & 32 concessionis, ibi: Et al suo real patrimonio non apporterà danno alcuno, atteso, come succederia la femina, succede il mascolo: Gratia enim predicta duplex caput continere dicebatur, inclusionis unum, & exclusionis alterum, & in utroque consideravit tempus dispositionis, habita quoque ratione in actibus ultimæ voluntatis ad tempus mortis. In capite enim exclusionis excludit foeminas existentes in proximiori gradu tempore dispositionis, in capite verò inclusionis vocat ad successionem illum masculum proximum, qui succederet tempore dispositionis, si non fuisset foemina in gradu proximiori, & proinde semper supponit, quod disponenti immediatè tempore dispositionis, foemina, non masculus succederet, verba enim illa: Quale nel tempo delle disposizioni succederia, non essendoci femina in proximiori gradu, non ostante, che ci fussero 33 donne: Quæ posita sunt per imperfectum optativi, vel subjunctivi, ita expressè demonstrant tempus futurum, non præsens, ut in l. si debitor §. verissimile ff. de contrab. empt. acutat Bart. in l. quintus §. idem scribit, & l. cum quidam ff. de aur. & arg. leg. Burf. conf.

328 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

conf. 49. num. 43. Cornelius conf. 34. n. 15. lib. 3.
 & proinde ita verba prædicta intelligenda sunt, non quod sit masculus proximus successor, sed qui erit in futurum, semotis fœminis proximè successuris tempore dispositionis.

Quibus omnibus suffragari dicebatur ratio ejusdem pragm. 33. quæ illa fuit, nè scilicet 34 feuda tot, tantisque laboribus quæsita temporis momento ab acquirentium genere exirent, successione fœminarum, quæ alienis nuberent familiis, gratia enim prædicta voluit succurrere danno, quod contingere ex successione fœminarum, quando scilicet fœmina esset illa, quæ succederet, non quando masculus, nam quando adesset masculus successor, non diceretur, cur debent feuda uno momento exire à familia, tanto magis, nam per illa verba, *in uno punto si perdono, succedendo in esse le donne*, non fuit habitus respectus ad successorem successoris, sed solum ad primum successorem, ut in simili Reg. de Ponte de potest. Pro reg. tit. de assens. reg. §. 1. & ex rationibus, & doctriinis Reg. Rovit. in pragm. 4. de feud. à nu. 19. ita decisum apud de Marin. in obser. ad Reverter. decis. 99. & lib. 1. refol. cap. 27. post Maurum alleg. 16. & nos hoc latè firmavimus in Commentariis ad Pragm. 34. de feudiis obseruat. 20. num. 27. 28. & 29. Voluit ergo graria prædicta feudatariis subvenire in eo solummodo casu, quo certè uno momento feuda à familia exirent, quando scilicet fœmina erat immediate successura, non autem quando nullus, vel saltem remotus aderat hujusmodi metus, existente masculo successore; & proinde sive caput exclusiois, sive caput inclusionis attendatur, nunquam gratia prædicta extendi potest ad casum pupillaris substitutionis masculo proximè successuro factæ, non enim attento capite exclusionis, quia requirit, quod fœmina exclusa sit immediate successura, quæ non est talis tempore dispositionis, cum adsit masculus institutus, non autem attento capite inclusionis cum requirat, ut semotis fœminis, vocatus sit masculus proximè successor tempore dispositionis, qui non est substitutus, cui præcedit institutus, ac propterea cum in præsenti casu tempore testamenti masculus proximior non erat dictus D. Hector, sed præfatus Dux D. Carolus, minimè dispositio dictæ gratiæ in prædictum D. Hectorem extendi poterat, non so-

lum in substituendo, sed nec quoque in instituendo, & cum neque fœmina D. Æmilia esset proximè successura, quam prædictus D. Carolus masculus præcedebat, nec filiae prædictæ D. Æmilie, quibus, & ipsa D. Æmilia, & dictus Dux D. Carolus in successione antecedeant, vigore gratiæ per substitutionem excludi minimè poterant.

Ulterius dicebatur apparere gratiam prædictam non posse comprehendere, nec extēdendam.

36 fore ad pupillarem substitutionem, nam inter alia ejus requisita est illud, ut feudatarius disponens, si utatur gratia prædicta tenetur aliquid fœminis exclusis pro dote, si non fuerint nuptæ, relinquere, sed si nuptæ aliquid benevolentia causa, ut *Mont. in d. §. fin. de regal. post nu. 7. Consil. Roccus respons.* 44. *Laratba dict. dilucid.* 81. quod quidem requisitum certè servari nequit in pupillari substitutione, pater enim licet possit pro impubere testari, pro eo tamen legatum relinquere nequit, *I. coheredi §. cum filiæ ff. de vulg. l. in ratione 11. §. quod vulgo dicitur, & §. fin. l. in duplicibus, & l. quod supra ff. ad l. fact. & si pater disponens pro filio legata faciet, illa debentur à substituto pupillari.*

Nec obstare videbatur illud, quod ex adverso dicebatur, quod licet gratia non loquatur de substitutionibus, per *Pragmat. tamen ultimam de feud.* agnatus licet in

quarto gradu, admittitur ad successionem, & permittitur quoque feudatario, ut possit facere substitutionem, in aliud agnatum proximè successorum, & per consequens qu. Ill. Dux D. Fabritius poterat filio suo substituere pupillariter, & quamvis substitutus fuerit D. Hector, qui non erat proximus successor Duci D. Carolo, attamen, quia illa fuit pupillaris substitutio, quæ dicitur ipsius D. Caroli filii testamentū, talis substitutio subsistebitur; siquidem per pupillarē substitutionem fictione legis pupillus est ille, qui testatur, & disponit mediante persona patris, & sic dispositio pupillaris in beneficium dicti D. Hectoris per ipsum D. Carolum facta dicebatur, quo casu cum præfatus D. Carolus non haberet alium masculum proximè vocatum ad feuda, nisi ipsum D. Hectorem, propterea illum instituendo usus fuit gratia prædicta, vigore cujus potuit amitam, sororesque amitinas excludere, ipsumque D. Hectorem admittere, nam sicut si ipse D. Carolus factus pubes jure

jure possit vigore dictæ gratiæ excludere amitam, & sorores amitinas, & instituere D. Hectorem, ita quoque jure fecit, dum ipse in suo testamento pupillariter condito mediante persona patris disposuit. Et sicuti si procurator cum speciali mandato faceret testamentum nomine Titii, Titius dicteretur testari, & conditor testamenti mediante persona procuratoris, ita quoque in substitutione pupillati, ubi licet pater faciat testamentum, filius tamen est ille, qui disponit.

Nam respondebat, quod si argumentum prædictum procederet, in burgensaticis tam locum habere possit, non verò in feudalibus, nam in burgensaticis Pater prò filio testari potest, *i. moribus ff. de vulg. & in feudalibus nulla permittitur patri disponendi facultas*, ex illo vulgato axiomate, *nulla dispositione valente, vel manente, cum eo jure jus, & facultas testandi ignota sit, & proinde non potest dici permisum, nisi expresse per gratiam concedatur, sed gratia ipsa permittitur tantum in beneficium illius masculi, qui fœmina non extante succederet, & per unum actum disponere, per consequens non erit permisum pupillariter substituere, cum pupillaris substitutione moribus feudalibus incognita, permissa in gratia non legatur, & proinde quoad feudalia locum habent illæ juris regulæ, ut nemo de alieno patrimonio testari possit, ut in *l. conficiuntur §. 1. ff. de condit.* & quod ultima voluntas non valeat ab alieno arbitrio dependere, ut in *l. lilla institutio ff. de hereditate. & advertit de Ponte de potest. Prereg. tit. 8. §. 1. num. 27.**

Secundò respondebat per *text. in l. ff. bis. qui ex bonis 6. ff. de vulg. ubi prohibitus succedere Patri, licet non prohibeatur succedere fratri, cui est pupillariter substitutus in bonis ipsius fratris, prohibitus tamen erit capere bona fratri obvenia à Patre, ut Alex. in d. l. ff. bis, qui ex bonis, ubi Bart. & Accurs. & sic dum præfatus D. Hector ad D. C. D. Fabritii feuda succedere nequam poterat, dum præcedebatur à Duce D. Carolo filio, licet sit substitutus pupillariter, feuda tamen pupillo D. Carolo obvenia à Duce D. Fabritio Patre, minimè habere, & capere poterit, licet disposituerit secundum dict. pragm. 33. dispositionem.*

Ulterius dicebatur corruere argumentum prædictum, nam aliud est disponere pupillum,

qui jam factus est pubes, aliud Patrem prò 41 filio testamentum condere, nam quando pubes disponit, dispositio fit unico actu, quando vero Pater disponit, omnino per plures actus disponere opus erit, disponit namque de pluribus hæreditatibus, scilicet de sua, & filiorum, quæ quidem dispositiones diversis temporibus vim habent, tempore scilicet mortis Patris respectu filii instituti, ut tempore mortis filii instituti respectu pupillariter substituti, duplicitas enim actuum dispositionum, & temporum juxta terminos dict. *Pragm. 33.* non conceditur, & per consequens locum habere non posse argumentum, ut *Montan. & DD. ubi supra;* sicuti etiam ex eadem ratione non procedere argumentum de actu, qui per Procuratorem fit, nam actus gestus per Procuratorem sine speciali mandato non dicit duos actus, scilicet unum nomine suo, & alium nomine constituentis, ita ut unus uno tempore, altius alio tempore sortiantur effectum, sed solummodo dicit unum actum nomine Constituentis, qui quidem actus uno tempore suum sortitur effectum.

Nec obstarre dicebatur *Montan. de Regalibus in §. fin. num. 7. in versic. ad cuius pragmatice interpretationem*, quoniam ibi loquitur, ut masculus, qui institui potest exclusa fœmina, possit eidem fœminæ institutæ substitui, non verò de alio, & adducit *Minad. conf. 8. & Loffred. conf. 7.* & ratio est, nam utraque dispositio, sive per institutionem, sive per substitutionem unam tantum personam respicit, & sic illum eundem masculum proximè successorum, si fœmina non extaret, quod secus est, si in ejusdem masculi substituti beneficium aliam donationem, vel legatum faceret, nam fieri minimè poterit, quoniam esset multiplex dispositio, & gratia restricta est ad unicam personam, & proinde minimè posse alium masculum, quam illū, qui proximior est tempore dispositionis, substituere, ut idem *Montan. ubi sup. & n. 1. & 12. fol. 376.* ubi concludit, substitutionem pupillarem minimè fieri posse, ex doctrina *Innoc. in dict. cap. dilectus*, quam *Montan.* sententiam sequuti fuere *de Marin. ubi supra, & Consiliarius Rocc. de offic. ad pragm. 4. de feud. quarto casu §. 4. num. 65. & 70.* ubi multos adducit DD. *Laratba part. 9. Tbeatr. feud. dilucid. 81. num. 8.* & ita practicatum fuisse in S.C. dicebatur in casu substitutionis vigore gratiæ factæ in testamen-

T t

men-

330 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

mento III. Principis Rocca Aspidis, refert de *Marin.lib.2 resol.cap.219. num.4.* licet contrarium scripsiterit *Catyc. Latro consultat.* 76. & 77. Et quamvis DD. supra citati loquantur de substitutione vulgari, rationes tamen per eos aductae militant multo magis

43 in substitutione pupillari, nam si non permittitur vulgaris substitutio, quia scilicet gratia id solum permittit, nempe, ut ille masculus possit ad successionem feudorum vocari, qui tempore dispositionis proximior est, idem est in substitutione pupillari, de qua in praesenti casu, nam prefatus D. Hector non poterat dici proximior testator tempore testamenti, dum aderat Dux D. Carolus filius, & sic sicuti non permitteretur vulgaris, neque videri poterat missa pupillaris. Imo, et si juxta dicta per *Catyc. Latro ubi sup. vulgaris substitutio fieri posset, ex quo vocatus per vulgarem dicitur institutus, & existit in primo gradu, & ex ea, hereditas nunquam adita ab alio, prima vice aditur, & sic in ea primus actus facultatis disponendi consumitur, qui quidem primus actus est unicus, non duplex, non tamen hoc idem esse dicebatur in pupillari substitutione, nam substitutio pupillaris non unam personam continet, sed plures, non unum actum, sed duplum, nam primo vocatur pupillus, & deinde substitutus, & primò adiri debet patris hereditas, & deinde tabulae pupillares ratæ manent, ut in l. sed si plures §. exc. ff. de vulgari.*

Nec minus obstare doctrinam *Caldas lib. 2. ordinat.lib.4.tit.72.q.4.de nominat.empbit.* ubi 44 tradit, quod si filius impubes habet potestatem nominandi unam personam, possit Pater nominare pro filio etiam per substitutionem pupillarem. Quoniam respondebatur, supradictam doctrinam nihil officere, nam, ultra quod contra illum tenet *Segura in l.unum exc fam. §. sed si fundum fol. 51. col. 3. verbo decimatertia differentia,* ille loquitur, quando res emphiteutica, ubi fuit concessa facultas nominandi, est filii, non Patris, nam tunc si nominatio non sit restrita ad unam tantum nominationem, sed persona nominata poterat alium nominare, tunc in tali nominatione pupillaris substitutione non substitetur, per *text.in dict. l.si is, qui ff. de vulg.* Nec aliquid obesse, quod sicuti actus potest fieri per Procuratorem, ita quoque posset fieri per Patrem, nam non procedit in feudis in quibus nullus actus fie-

ri potest per Procuratorem sine speciali mandato, ut *Affl.in cap. Imperiale num. 75. de prohib. feud.alien. per Feder. Schrader. de feud.part.8.cap.4.num.26. Frecc. de subfed. lib. 2. in 22. limit. ad constitutionem Dive Memorie num. 68.*

Nec suffragabitur praefato D. Hectori *pragm. 34. de feud.* ex qua in anno 1655. fuit concessa Baronibus facultas fundandi majoratus in eorum feudis intra terminos successionis permisæ, et si ex illa sola concessione, qua majoratus institutio conceditur, sit quoque permisæ substitutio etiæ fideicomissaria cum exclusione feminarum. Nam replicabatur, quod *Gratia dict. pragm. 34. non solum non loquitur de exclusione feminarum, sed neque comprehendit casum pupillaris substitutionis, nam majoratus nihil aliud est, quam substitutio fideicommissaria, juxta text. in l. cum ita legatum ff. de leg. 2. & in l. peto §. fratre eod. tit. Molin. de primogen.lib. 1. cap. 1. num. 7. Covar. lib. 1. resol. cap. 55. num. 14.* & proinde facultas uno modo concessa, ad alium modum non extenditur, *Consil. Rocc. de offic. rub. 13. §. 9.* ita facultas concessa instituendi majoratum, vel fideicommissum, ad pupillarem substitutionem minimè extendi potest, cum hujusmodi substitutiones in pluribus inter se differant; fideicomissa enim omnibus honoratis fiunt, *l. ab eo C. de fideicom. sicuti majoratus; pupillaris vero non fit, nisi liberis impuberibus, & in potestate, Fusar. q. 87. & 88. Intrigliol. de substit. sent. 1. q. 65.* fideicomissa unico testamento, & unica dispositione fiunt, & unico verbo omnes substitutionis fideicomissariæ gradus comprehenduntur, *l. & in Epistola C. de fideicom. l. cobæredi §. qui discretas ff. de vulg.* sicuti etiam majoratus unica dispositione, imo unico verbo potest omnes successores ordine successivo vocare, ut *Molin. lib. 1. cap. 4. num. 16. pupillaris vero duplci dispositione fit, dict. l. 2. §. prius, & §. quisquis, Intrigliol. q. 61. num. 120. fideicomissa, vel majoratus fieri possunt in certa re, Molin. lib. 1. cap. 4. Fusar. q. 267. at pupillaris non item, l. cobæredi §. filia ff. de vulg. Fusar. q. 116. per fideicomissariam enim succeditur testatori, sicuti per majoratum, *dict. l. cobæredi §. cum filia, l. unum exc fam. §. 1. ff. de leg. 2. Fusar. q. 224. Peregr. art. 20. Intrigliol. cent. 3. q. 38. nu. 4. per pupillarem autem succeditur pupillo, DD. ubi sup. Intrigliol. q. 4. Bart. in l. 1. & 2. §. fin. ff. de vulg.* fideicomissum fit in vero*

vero testamento Patris, pupillaris in ficto testamento filii, *Fusar. q. 88. & Bart. in dict.* *I. Papinianus §. sed nec impuberi; fideicommissum verò, vel majoratus fit tantum honoratis, lab eo C. de fideicom. Molin. cap. I. n. 8. pupillaris fit etiam exhaeredatis, lab exhaeredatis ff. de leg. I. l. I. §. substituere ff. de usq. per pupillarem succeditur directè, per fideicommissariam, vel majoratum solus primus institutus succedit directè, ceteri verò obliquè, *Molin. lib. I. cap. 4. num. 19.**

Nec in feudis valet argumentum, ut actus, qui non valet, ut agitur, valet eo modo quo 46 valere potest, quia procedit in burgensatis, ut tradiderunt *Montan. in cap. Imperiale num. 209. & 234. Maurus alleg. I. s. n. 7.* & in casibus dissimilibus, & diversis exten-
tio concessionis fieri nequit, ut *DD. ubi sup.*
multo magis, quod per pupillarem disponi-
tur de bonis alienis, scilicet de hereditate,
& feudis filii, *dict. I. sed si pluries §. si ex assi-*
dicta enim Pragm. solùm concedit facultatem fundandi majoratus in feudis suis, &
infra terminos successionis permisæ; ex qui-
bis verbis dicebatur, quod, et si posset per
dict. Pragm. 34. videri concessa etiam dispo-
sitio per pupillarem substitutionem, sicuti
concessa est institutio per majoratum, neque
una, neque altera dispositione alterari possunt
termini successionis, nam in ea nullo modo
concessum videtur, ut majoratus solùm pro
masculis, exclusis foeminis, constitui possit,
ut Consil. Rocc. ubi sup. in rub. I. 3. §. 9. nu. 66.
& per consequens, sicuti per *Pragm. 33. prius*
concessam. substituere non licebat, quia ex-
pressè non fuerat cōcessum, & proindè obsta-
bat jus comune feudorum, cum sub genera-
li licentia disponendi non veniant substitu-
tiones, ut de Ponte tit. 8. §. 5. sub n. 31. versic.
bæc sunt, ita quoque per hujusmodi gra-
tiam anni 1655. contentam sub dict. Pragm.
34. sub generali licentia constituendi majo-
ratus, non fuit concessum, ut foeminæ ex-
cludi possint. cum sub hujusmodi generali li-
centia non possit mutari natura successionis
feudi, quæ ex constitutionibus Regni talis
est, ut foemina proximior excludat masculi-
num remotiorem, multo magis, quia una, &
eadem petitione, ac concessione fuit S.C.M.
supplicatum, & ea concessum, ut suc-
cessio in feudalibus usque ad quartum gra-
dum extenderetur, & sic neque supplican-
tes, neque Rex concedens intelligere volue-

runt, ut majoratus solummodo pro masculis constitui possent; Quando enim potestas constituendi majoratum concessa est simpliciter, & concessio est in forma ordinaria, tunc majoratus non potest constitui, nisi regularis servata prerogativa gradus, sexus, & ætatis, nam tunc concessio majoratus in forma ordinaria facta dicitur, prout est concessio dict. *Pragm. 34.* quæ aliquid plus habet, quia continet limitationem infra terminos successionis permisæ, tunc enim exclusio foeminarum per masculos remotiores non est permisæ, ut *Castill. lib. 4. cap. 36. & lib. 2. cap. 4. Mierez de majoratu part. I. qu. 15. & part. 2. quest. 6.* & per consequens sive majoratus constituatur à Patre per fideicommissariam, sive ab eodem pro filio per pupillarem, quod fieri minimè poterit, maximè in feudis, virtute dict. *Pragm. 34.* nunquam exclusio foeminarum erit permisæ, & propterea dispositionē præfati Dux D. Fabritii minimè substineri posse in beneficium prædicti D. Hectoris, nec vigore dict. *Pragm. 33.* nec vigore dict. *Pragm. 34.* acerrimè contendebatur.

Nec minus deberi dicebatur præfato D. Hectori ducatos quatuor centum mille vigore 47 gravaminis per dictum Dux D. Fabritium ei relictos, gravando legitimos successores præfati D. Caroli sui filii, quoniam dictum gravamen erat nullum, non solùm quoad legitimam, ut *Francb. dec. I. n. 39. 40. & 49.* Quæ quidem legitima est retinenda à Domino feudi in corpore feudi contra petentem gravamen, ut *Marcian. disp. 76. num. 5. Consil. Staibani. resl. 99. Napod. in ad consuetud. filius fam. fol. 186. nu. 5. de Marin. lib. 2. cap. 82.* verum etiam præfatus D. Hector tanquam exclusus à directa successione ex pupillari, nullo modo petere poterat ducatos 400. m. gravaminis ex fideicomisso, vel legato, etenim dictum gravem injunxit dictus q. Dux D. Fabritius non præfato Duci D. Carolo filio, cui primo substituit dictus D. Hector, si in pupillari ætate, vel quandocumque sine filiis decederet, sed gravavit legitimos successores dicti Dux D. Caroli, eo casu, quo dictus D. Hector vigore substitutionis prædictæ succedere nequiverat, siquidem licet de jure Regni nostri agnati, & successores in feudo teneantur onera, & legata feudo injuncta solvere (quamvis contrarium caveatur in capit. I. an agnatus) quia in Regno

T t 2 con-

332 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

conceditur investitura , sive pro hæredibus simpliciter , sive pro hæredibus ex corpore , & proinde possunt gravari successores in Regno in toto feudi valore , nisi sit filius , cui debetur legitima , ut *Loffred. conf. 46. num. 27. Francb. decis. 1. nu. 34.* & *decis. 704. Monzan. controv. 23. de Ponte conf. 5. 2. lib. 1. ab hærede tamen hæredis gravamen , vel fideicommissum relinquere minime potest , nisi quando testator honoraverit gravatum , vel 48 saltem quando ab eo non adimit , ut in l. i. §. 6. ff. de legatis , & sic , ut testator aliquem gravare valeat , opus est , ut gravatus aliquid judicio testatoris acquirat , vel quod à testatore aliquid ab eo non adimatur , ita ut succedat ex tacita voluntate illius , qui valens adimere non ademit , juxta text. in l. cum ab eo 9. C. de fideicom. unde potest testator non solum gravare hæredes instituti , ut in dict. l. cum eo , sed etiam potest gravare substitutum pupillarem , quem filio impuberi dedit , l. in ratione §. quod vulgo , & l. in duplicitibus ff. ad l. falc. l. ex duobus , & l. ultima ff. de vulg. imò potest gravare successorem ab intestato filii impuberis , dum valens adimere per pupillarem , non ademit , & ratio est , quia sicuti substitutus pupillaris licet succedat pupillo , judicio tamen testatoris patris acquirit , ita quoque successor ab intestato pupillo , tacito judicio patris acquirit , dum potens adimere , relinquendo pupillo filio suo substitutum , non ademit , prout quoque à legatariis , & fideicommissariis hæredibus gravamen relinquere potest , dummodo tamen non plus onerentur , quām fuerunt honorati , ut in l. si legatarius 8. in princ. ff. de leg. 3. etenim licet donatio causa mortis fiat à vivente viventi , l. senatus §. 1. ff. de donat. caus. mort. quia tamen hujusmodi donatio morte confirmatur , benè donatario causa mortis potest fideicommissum relinquere , etsi post mortem testatoris donantis fuisset donatum , dict. l. cum ab eo , & l. cum pater §. 1. ff. de leg. 2. ita etiam gravamen injungi potest viro , vel uxori donatariis , cum donatio inter virum , & uxorem morte confirmetur , & ad legem falcidiam pertineat , l. in donationibus C. ad l. falc. & judicio testatoris conjux donataria accipere videatur , prout quoque gravamen injungi potest debitori defuncti , cui debitum legatum fuit , ut in l. si pecunia 77. ff. de leg. 1. l. cum quis decebens 37. de leg. 3. secus tamen erit , si gravatus à testatore , post ejus mortem non ac-*

cepit , sed id quod acquirit , ex actu irrevocabili inter vivos adipiscitur , nam tunc gravamen non substinetur , unde si pater filio donationem fecerit omnium , vel majoris partis bonorum favore matrimonii , & in testamento aliquod gravamen ei injunxit , non tenebitur filius ad gravamen , ut *Cujac. consult. 20. lib. 1. §. penult. ff. de leg. 3.* quia illis tantum gravamen injungi potest , ad quos morte gravantis aliquid judicio illius pervenit , ut in dict. leg. 1. §. penult. & sic , qui lege succedit , etiam invito testatore , ut arrogatus , & patronus gravari minimè potest , nec ab eis fideicomittere valet , sicuti filius in legitima gravari nequit , licet relinquatur à patre in testamento , nam non ex mera liberalitate testatoris illam acquirit , sed ex pro 49 videntia legis ita jubentis , ut *Matteac. disp. de legat. lib. 8. cap. 7.* & proinde , ut hæres hæredis gravari possit , oportet , ut judicio testatoris acquirat , sive tacito , sive expresso , vel scilicet relinquendo in testamento , vel non adimendo , quoniam si casu fortuitu , aut à lege quis aliquid acquirit , ad onera , & gravamina non tenetur , ut in l. sed , & si 6. §. sic autem ff. de leg. 3.

Nec obstat text. in l. 5. §. si quis ff. de leg. 3. nam in casu dictæ legis hæres hæredis fuit gravatus sub nomine appellativo , in dicta vero l. sed , & si §. sic autem , gravatus fuit hæres hæredis nomine proprio , & casu , & fortuna fuit hæres , ut gl. in dict. leg. 6. & ratio est , nam quando hæres hæredis gravatur sub nomine appellativo , puta si dicat testator gravo hæredem hæredis mei , videtur judicio testatoris bona ipsius venire ad hæredem hæredis instituti , etenim præsumitur , quemlibet hæredem institutum non decedere sine hærede , cui ex voluntate testatoris videtur hæreditas primi instituti acquiri , siquidem dum potuit testator immediato suo hæredi alium substituere , imò voluit perpetuo hæreditatem suam ad hæredem sui hæredis pervenire , hæres hæredis judicio testatoris tacito acquirere videtur , & per consequens benè ab eo fideicommissum relinquere potest , illum gravando , quod secus est , quando hæres hæredis gravatur sub nomine proprio , & sub conditione , nam tunc si hæreditas defatur , non tenebitur ad onera , ut *Bellon. in dict. l. 6.* & *in l. 11. ff. de leg. 1.* & *in cons. 75. n. 6.* propriè in feudo , ex *Bart. in l. cum filio fam. 1. §. 1. ff. de leg. 3. Castren. in l. si fuerit 5. §. fin. ff. de leg. 3.* unde dum in præsenti casu præ-

præfata Ill. Ducissa amita Ducis D. Caroli non veniebat judicio testatoris, nam non solum Dux D. Fabritius non admisit eam ad successionem pupilli, sed etiam per substitutionem in beneficium D. Hectoris factam expressè eam exclusit; Imo' sicut clara voluntas adimendi hæreditatem, quæ ipsi amitæ, vel sororibus amitinis deferebatur, quod idem testator expressè voluit, ut si forte Dux D. Carolus in pupillari ætate decederet, & non esset locus substitutioni ad beneficium D. Hectoris propter aliquod impedimentum, ut puta, quia gratia forsitan non extenderetur ad pupillarem substitutionem, ut eo casu legitimi successores solverent ducatos 400. m. qui important integrum feudorum valorem, ultra alia bona burgensatica præfato D. Hectori relicta, cum quo gravamine, non solum testator D. Fabritius indirectè, & implicitè vocavit ad successionem feudi ipsum D. Hectorem, quando illum contra tenorem investituræ vocare nequiverat; verum etiam tacitè ademit feudorum successionem ab amita, & sororibus amitinis, quando neque per pupillarem adimere poterat, & per consequens, dictum gravamen nullatenus juvare posse præfato D. Hectori, nec ad illum solvendum teneri ipsam Ill. Ducissam amitam, nec ejus filias sorores amitinias.

Indicebatur non solum non teneri ipsam Ill. Ducissam ad dictum gravamen solvendum, ex quo successio illi competebat jure investituræ, & sic ex providentia legis, & cōtra mentem, & judicium testatoris, qui non solum non dedit eam, imo ademit, verum etiam quia gravamen fuit impositum, sub nomine proprio, nempe sub nomine legitimi successoris, etenim quando gravatur hæres legitimus, cum nesciatur tempore dispositio- nis, quinam futurus sit iste hæres legitimus, siquidem quamvis certum sit hæredem mihi defuncto superfuturum, incertum tamen est, quis sit futurus hæres legitimus, & propterea quando gravatur hæres legitimus hæredis, idem est, ac si fuisset gravatus hæres hæredis nomine proprio, cum uterque veniat casu, non judicio testatoris, ut Peregr. de fideicom. art. I. n. 18. per text. in l. I. §. 8. non solum ff. ut legator. non. ca- veat. ex regula d. legis ab eo C. de fideicom. & per consequens, dum præfatus Dux D. Fabritius dictum gravamen imposuit legitimo successori in bonis feudalibus, qui

est ipsa Ducissa, amita, vel sorores amitæ, non teneri ad illud, cum fuerint gravatae sub nomine proprio, scilicet tanquam hæredes legitimi, & hæreditatem acquisitam ipsis dicebatur, non ex judicio testatoris, sed contra ejus enixam voluntatem, ut cum Peregr. concordat Fusar. de fideicom. qu. 303. in verbo declaratur primò, Signorol. conf. 173. nū. 22. Oddus conf. 63. Crass. in §. legatum qu. 13. num. 3. Petra de interpretat. ultim. volunt. fol. 296. col. 1. in fine, & alij, quos adducit Fusar. ubi sup. Mantic. de con- ject. lib. 8. tit. 2. Barry de success. lib. 8. tit. 5., & idem docet in gravamine imposito feu- da de Marin. lib. 2. resol. cap. 218. in casu Hippolitæ Villano, amita succedente contra voluntatem Thomæ Villani testatoris, & idem fuisse decisum, dicebatur per Excellentissimum tunc Proregem hu- ius Regni Comitem montis Regij, sub die 14. Maii 1632. Cum voto Caroli Brancacij, & Partenij Pitagna, & cum consultatione Regentis Enriquez Marchionis Campi, & Patris Corcione, & auditis Advocatis utriusque partis in causa gravaminis im- positi ab Ill. Principe Roccæ Thoma Filoma- rino ducatorum centum mille in benefi- cium descendantium masculorum Marci Antonij Filamarini, solvendorum ab hære- de, & successore in feudis, ad quem de jure spectaret successio feudalís, casu quo sub- stitutio per dictum Ill. Principem ad benefi- cium dicti Marci Antonij non subsisteret, etiam vigore dictæ gratiæ Pragmatic. 33.

Pro parte vero D. Hectoris replicabatur, pu- pillarem substitutionem per dictum Ill. Du- cem D. Fabritium ad ejus beneficium fa- factam, validam fuisse, tum vigore assensus concessi per gratiam d. Prag. 33., tum vir- tute Pragm. 34. de feud. Et primò respectu gratiæ d. prag. 33., quæ dum dedit faculta- tem omnibus feudatariis disponendi, tam per actus inter vivos, quam per ultimam voluntatem de eorum feudis hæreditariis in masculum de familia, seu agnatione, qui tempore dispositionis succederet, si non ex- taret foemina, quæ masculum in successio- ne præcederet, minimè posse dubitari, quin dictus Dux D. Carolus pupillus, qui in pu- pillari ætate decepsit, si post mortem Du- cis D. Fabritij Patris effectus fuisset pubes, suisque juris, valueret de feudis suis in te- stamento disponere in præfatum Ill. D. He-

Eto-

334 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

Etorem patrum Magnum, exclusis prædictis Ill. Duciſſa D. Emilia amita, & sororibus amitinis, cum nullus aliis masculus de agnatione ipsi Ill. Duci D. Carolo erat proximior, & per consequens benè potuit prædictus Dux D. Fabritius jure patriæ potestatis hæredem in feudis facere prædictum D. Hectorem per substitutionem pupillarem, sicuti potuifset idem facere ipſe met Dux D. Carolus, si effeſtus fuifset major mortuo patre; Pater enim pro filio suo impubere, cui lege interdicta est facultas testandi, testari potest pro eo, nè filius impubes necessariò intestatus decederet; Quod totum fuit moribus introductum favore filij, ut in *princ. instit. de pupill. substit.*, *juncta l. si pupillus 42. ff. de acquir. hæred. honor enim, & utilitas pupilli est cum testamento decedere, & habere hæredem illum, quem ei dedit Pater, quod adeo verum, ut qui*

53 pupillarem substitutionem impugnat, pupilli voluntatem impugnare videtur, *ut Ferrer. sup. constit. Cathal. los impuberis, gl. 1.n. 100 Petr. Gregor. syntaym. jur. univers. p. 3. lib. 42. cap. 23. num. 4.*, & propterea pater jure patriæ potestatis potest per pupillarem substitutionem exercere eandem facultatem, quam exercebat filius, si testandi capax fuifset, licet Pater jure suo, & ex sua persona non haberet talem disponendi facultatem, *ut in l. Papinianus, §. sed nec impuberis versic. nec patris frater ff. de inoffic. testam.*, itaut ex tali facultate Pater potest, non ſolum legitimos hæredes filijs, per pupillarem substitutionem excludere, sed etiam illos, qui vocati sunt ex majorum prouidentia, cum filius ipſe, absque testamento, & absque liberis deceſſifſet; sicuti enim

54 si filius ipſe, si capax testandi fuifset, teſtando eosdem vocatos excludere potuifſet; ita quoque potest pater per pupillarem substitutionem, quæ filij testamentum eſt; *ut Cardinal. Paris. conf. 15. nu. 5.*, & per tot. vol. 3. *Simon de Petris de interpret. ultim. volunt. lib. 3. dubit. 3. fol. 2. n. 7. fol. 111. à terg. Barry de success. lib. 17. tit. an conditio poſſit impleri pro parte, nu. 7. Fusar. de substit. qu. 444. nu. 2.*, prout quoque si ex consuetudine, statuto, vel lege disponeretur, ut Dominus succedat Vassallo, si absque liberis, & absque testamento decederet, poſſe Patrem pro filio suo impubere facere substitutionem pupillarem, dando filio substitutum, excludere dominum à ſucceſſione impu-

beris filij Vassalli, sicuti potuifſet ipſe, si effectus fuifſet ſui juris, & testamentum facere potuifſet, *ut Jacob. de Sant. Georg. de bomagijſ part. 2. num. 27. tom. 10. p. 3. fol. mibi 178.*

Quod quidem procedere dicebatur in termis fortioribus officiorum regalium, quæ ſunt ſtrictioris naturæ feudorum, etenim si filius impubes haberet aliquod officium regale cum facultate nominandi ſibi unum ſuccellorem, poſſet Pater per pupillarem substitutionem, teſtando pro filio impubere nominationem illam facere, & dare illi in regali officio ſuccellorem vigore facultatis, quæ filio competitoret, & uteretur, si mortuo Patre tanquam ſui juris effeſtus, testari poſſet, *ut Montan. de regal. offic. nu. 45. fol. 213.*, *Caldas de nominat. empbit. lib. 2. ordinat. lib. 4. tit. 62. qu. 4. nu. 3.*, & 4., & lib. 2. qu. 8. n. 26. & lib. 3. cap. 14. nu. 13. *Molin. de j. ſt.*, & *jur. tom. 2. disp. 408. nu. 9.*, & 10., & *disp. 182.*, & 184. *Ognatte de contract. fuerat. tom. 2. p. 2. tract. 31. disp. 112. ſed. 2. n. 13.*, & ſeqq., prout quoque si Patri interdicta eſſet alicujus rei alienatio, vel diſpoſitio, & filio confeſſa fuifſet, poſſet Pater de ea re diſponere per substitutionem pupillarem, quia filius ipſe diſponere videtur, *ut Bald. conf. 462. lib. 5.*, ſicuti ſi matri interdicta eſſet filij ſuccellio per ſtatutum, niſi cum filius ipſe diſponeret in matris beneficium, ſi à Patre per substitutionem pupillarem mater ſubſtituatur, benè ſuccedere poſſet, *ut Bald. conf. 216.*, & *conf. 42. vol. 3.*, nam ſemper ſubſtitutio pupillaris levamentum pupilli cenſetur, & ab eo factum putatur, quoties id magis expedit, & ad illius robur, & firmitatem, *d.l. Papinianus. §. sed nec impuberis vers. nec patris frater, Petr. Barb. in l. 2. nu. 149.*, & 150. *ff. de vulg.*, & *pupilli*, tunc enim quidquid agit Pater in pupillari ſubſtitutione, cum aliás valere, non poſſet, niſi ſit filij testamentum, agit tanquam minister filij, & ſubſtitutus capit hæreditatem à pupillo, mediante Patre, qui cenſetur una, & eadem persona cum filio, & vox Patris dicitur vox filij, *ut Antonius Merend. controv. jur. lib. 4. cap. 6. nu. 12.*, & 13. *Caldas ubi ſupra ex dicta l. Papinianus. §. sed nec impuberis.*, & *ex l. 2. §. prius. ff. de vulg.*, & proinde omnia contenta in pupillari ſubſtitutione procedunt, ac ſi pupillus ipſe teſtatus fuifſet, cum in ætate adulta fuifſet, *ut Argel. de acqu. poſſeff. q. 7. art. 3. n. 94.*, & quodammodo dicuntur

tur duo testamenta , patris scilicet unum , & filij alterum , ut in l. Patris , & filij . ubi DD. ff. de vulg. S. igitur institution. de pupillari , l. si ita scriptum S. fin. ff. de bonor. success. secund. tab. , itaut testamentum Patris duas hæreditates continere dicatur , Patris scilicet , & pupilli , d. l. 2. S. prius , & S. igitur de subst. pupill. in instit. Merend. ubi sup. c. 6. nu. 12.

Verumtamen est , quod substitutio pupillaris incipit habere principium à die mortis Patris , non verò à die , quo Pater testatur , nam tunc pupillus non posset videri testatus , cum reperiatur sub patria potestate , & attendendus erit tempus mortis , non autem tempus testamenti , ut Alciat. in l. moribus nu. 27. ff. de vulg. , & pupill. , ubi Petr. Barb. nu. 81. Vultej. in princ. instit. de pupill. nu. 1. Vigl. in rubr. instit. de pupill. nu. 5. , & satis est , substitutum pupillarem esse capacem tempore mortis pupilli , licet fuerit incapax tempore mortis Patris , nam testamentum , & hæritas est pupilli , ut Alex. in l. si is , qui hæres 11. ff. de vulg. , & proinde dum dictus Dux D. Carolus impubes , effectus sui juris per mortem Ducis D. Fabritij , videtur per hujusmodi pupillarem substitutionem testamentum condidisse , cuius pupillaris testamenti principium incepit statim post mortem Patris , quo tempore alias masculus de agnatione , & familia non aderat , qui pupillo succedere potuisset , quam præfatus D. Hector , sequi dicebatur , ritè potuisse prædictum D. Hectorem per pupillarem hæredem institui in feudis , omissis fœminis , vi- gore gratiæ concessæ per dictam gratiam Pragm. 33.

Nec obstat objecta ex adverso ; Et primò , quod gratia prædictæ Pragm. 33. non possit 57. verificari , juxta ejus verba in substitutione pupillari , sicque non loqui de Patre pupilliter substituente pro filio impubere , quem hæredem instituit ; tum quia ex eadem gratia permittitur , ut feudatarius illum de familia hæredem instituere valeat , qui legitimus successor esset , si fœmina tempore dispositionis non extaret , & quod proinde dum tempore dispositionis immediatus legitimus successor erat dictus Dux D. Carolus , quem Pater hæredem instituit , gratiam prædictam locum habere non posse , tum quoque , nam gratia facultatem concessit disponendi de feudis proprijs , tempore dispositionis , quod verificari non potest in pupillari substitutione , quæ dum sit à Padre ,

feuda sunt Patris non pupilli tempore dispositionis , quia gratia concessa fuit feudatarijs , ut possint disponere de feudis proprijs tempore dispositionis , non alienis , quod quidem non convenit pupillari substitutioni , quæ cum sit à Patre pro pupillo , feuda non sunt pupilli , sed ipsius Patris.

Quoniam respondebatur ad primum , secundum , & tertium , quod illa procedunt in substitutione vulgari , vel fideicommissaria , non verò in pupillari , nám per vulgarem , vel fideicommissariam succeditur non filio hæredi instituto , sed Patri testatori , qui facit substitutionem , sive vulgarem , sive fideicommissariam de hæreditate sua , ut in l. coheredi , S. cum filio , ff. de vulg. , & proinde in vulgari , vel fideicommissaria substitutione persona Patris attenditur , qui disponere nequit vigore dictæ gratiæ , quia testator tempore dispositionis non habebat immediatum successorem fœminam , sed filium masculum , quem hæredem instituit , prout in dicta causa Filomarini , de qua supra diximus , ut Capyc. latr. consult. 76. , & 77. quod quidem non est in pupillari substitutione , 59 quæ testamentum filij dicitur , non Patris , & substitutus , Patris hæres , non filij , sicuti hæritas non est Patris , sed filij , juxta sext. in d. l. Papinianus , S. sed nec impuberi , vers. nec Patris frater , l. sed si plures , S. si ex affe. vers. ad substit. ff. de vulg. Altograd. conf. 91. à nu. 15. ad nu. 19. 30. 1. Donell. lib. 6. cap. 24. in princ. , & cap. 25. lit. A. Gomef. var. resol. 30. 1. cap. 3. de substit. vulgari , nu. 22. Conf. de Rose consult. 2. num. 35. , & 36. , ac propterea non inspicienda est persona Patris , cui denegatur usus gratiæ , ex quo tempore dispositionis habet immediatum successorem masculum ipsum , quem hæredem instituit , sed attenditur persona filij impuberis , cui concessus est usus gratiæ prædictæ , nam certum est , prædictum Ducem D. Carolum filium impuberem non habuisse immediate successorem masculum tempore , quo Pater pro eo testamentum fecit , sed fœminam , scilicet prædictam Ill. Ducissam amitam , vel sorores amitinas , & regula est in pupillari substitutione , ut si Patri prohibita sit dispositio , quæ filio conceditur , persona filij attenditur , non Patris ad hoc , ut substitueretur substitutio , ut Bald. conf. 462. lib. 5. , quæ regula procedit non solùm si Patri sit prohibita dispositio facultas , verùm etiam substituendi , nam hujusmodi prohibitio substitu-

tio.

336 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

tionem pupillarem comprehendit, quia semper persona filii, non Patris attenditur; nam ipse filius per Patrem testari videtur, ut Gomes. ubi s̄ap., & Cost. in cap. si Pater 2. p. verbo debitae n. 5. de testam. in 8. & sic verba gratiae adaptata sunt personæ filii testantis per Patrem, non verò Patri, nam pupillaris substitutio filij testamentum dicitur, aliás si diceretur Patris, non haberet perpetuum robur, & firmitatem, ut in d. §. sed nec impuberis, expedit enim pupillo illum heredem habere, quem Pater ei fecit, l. si pupillus 42. ff. de acquirēnd. hered. Donell. lib. 6. cap. 25. lit. E., & F. Barbos. in 1. 2. ff. de vulg. nu. 149., & 150. Caldas ubi sup. Vasq. de success. progress. lib. 2. §. 1. 4. num. 5. Bellon. de de jure accresc. cap. 9. q. 37. à nu. 13. ad n. 42. tom. 3., & per consequens inspecta persona pupilli, vel tempore, quo testamentum condidit per Patrem, sive cum hoc idem testamentum pupillare incipit, scilicet cum per mortem Patris, impubes sui juris efficiuntur, semper constat, pupillum habuisse feminam pro immediato successore, & nullum alium agnatum proximiorē masculū pupillo adfuisse, quam præsumtum Ill. D. Hectorem; Et rationes ex adverso adducuntur procedunt in substitutione vulgari, vel fideicommissaria, nō verò in pupillari, quam adēd verum est, esse testamentum pupilli, ut possit bona in substitutione pupillari cōtentā alienare in substituti prejudicium, nam cum ipse pupillus sit testator, nihil impedit ei, quin possit postquam testamentum fecit, bona alienare, ut in l. si à substituto ff. de leg. 1. l. qui filium in fine, ff. ubi pupill. educ. deb. Fusar. de substit. q. 154. Jason. in l. fin. §. fin. n. 2. ff. de vulg. & in d. t. st à substituto n. 3. Loffred. conf. 7. n. 54. Minad. conf. 8. n. 50.

Vñterius dicebatur, quod & si concederetur, substitutionem pupillarem esse testamentum pupilli fieri quoad omnia, & quoad tempus, quo incipit, scilicet post mortem Patris, cum pupillus efficitur sui juris, tamen hujusmodi fictio, tamquam à jure subintellecta, habet locum etiam in feudis, & comprehendit etiam in assensu ex vi legis interpretantis, ut Camer. in c. Imperiale, fol. 9. à ter. lit. P., & lit. A., & V., & fol. 67. col. 1. lit. D., cum idem operetur fictio in casu ficto, ac veritas in casu vero, etiam in feudis, Bambacar. in tit. si de feud. defunct. m. 40. Frecc. de subfeud. lib. 2. q. 18. nn. 4., &

ff. 204. Lanar. conf. 62. n. 24. Put. de Caetan. Affili. contro. cap. 3. nu. 47. de Marib. resol. cap. 84. nu. 9., & 10. to. 1., & pròpterea cum in effectu, & substantia substitutio pupillaris testamenti filij dicatur, sive sit per actum verum, sive per actum fictum, certum est, filios comprehendendi sub gratia concessa à Rege omnibus feudatariis, ut possint disponere de feudiis in actu ultimæ voluntatis, in agnatum masculum, qui si feminas non adessent, succederet, dicendum erit fictionem non habere locum in feudiis, & comprehendendi sub assensu loquentे de actu vero, maximè quando actus fictus idem est in effectu cum actu vero, & Regis non interest, Frecc. de subfeud. lib. 2. in decis., & qu. super materia assensus, qu. 18. n. 4., & 5. fol. 204., sicuti gratia extenditur de casu vero ad casum fictum, quando scilicet respicit commodum subditorum, & Regni, ut est gratia d. prag. 33. quæ versatur in conservazione familiarum per agnatos masculos.

Tandem valere dicebatur substitutionem pupillarem, vigore gratiae prag. 34. Siquidem per dictam gratiam fuit concessum Baronibus hujus Regni, ut valerent in eorum feudiis majoratus fundare, & onus fideicommissi, seu restitutionis apponere intra tamen limites, qui præfixi sunt feudorum successioni, quæ prorogata fuit ad omnes personas descendentes à primo acquirente feudum, quæ quarto gradu continentur. Vnde dum præsumtus D. Hector Patruus Magnus d. Ill. Ducis D. Caroli ultimò defuncti, illi conjunctus sit in quarto gradu, cum nullus alius ex agnatis masculis, quam ipse adesset, bene potuit, etiam per fideicommissariam substitutionem, sub compendiosa comprehensam, vocari, succedente morte prædicti Ducis D. Caroli impuberis, absque filijs, & proinde stante d. prag. dispositione hodie cessant controversiae de potestate excludendi feminas proximiores per substitutionem vulgarem, vel fideicommissariam, quia per gratiam d. prag. 34. conceditur feudatariis majoratus, & fideicomissa instituere in feudiis ratione conservandi feuda in familias, cum exclusione feminarum proximarū, etiam in substitutionibus fideicommissariis, & quæ habent tractum temporis successivum, ut Altimar. in addit. ad Rovit. conf. 83. nu. 5., & 6. tom. 2., & ideo multo magis dicebatur posse excludi feminas proximiores per substitutionem pu-

pupillarem, cum & id sit licitum Patri in dispositione fideicommissaria, de qua in L. arrogator, ff. de adopt.

Nec aliquid refragatur, quod facultas fundandi majoratus, ita intelligenda sit, nè alteretur natura successionis feudorum juris 63 francorum, siveque licitum sit majoratus fundare in forma ordinaria, & regulari, qua possit excludi fœmina, quæ sit ejusdem linea, & gradus cum masculo, qui in fideicommissio vocatur, non vero quod possit vocari masculus remotior exclusa fœmina gradu, & linea proximiore, tanto magis, quia facultas fundandi majoratus, & fideicommissa restricta fuit expressè ad terminos successionis permisæ, & si non fuit tributa ad finem mutandi ordinem successionis.

Quoniam respondebatur prima, quod dum Rex assentij petitioni à Baronibus porrebat in omnibus, præter quam in eo solum, quod nec onus fideicommissi, & restitutioonis excederet terminos successionis feudorum ab eadem gratia permisæ, nec ulterius progrederetur in detrimentum devolutionis competentis Regiæ Curiae, meritò illa verba (*infra terminos successionis permisæ*)

64 limitant solum ordinationem majoratus, & fideicommissi, nè excedat conjunctos ultra quartum gradum, ut patet ex illa dictione relativa, permisæ, siquidem eadem verba clarissimè inferunt, quod infra terminos, quibus continetur feudorum successio, & cum nullum sequatur detinendum in casu devolutionis feudorum, & sic usque ad quartum gradum libera fuit concessa facultas feudatarijs instituendi majoratus, & vocandi per fideicommissum conjunctos usq; ad quartum gradum clausula enim illa (*infra terminos*) liberè includit, quæ continentur inter extrema, & excludit tantum ea, quæ sunt extra c. i., & c. ex tua de autoritate, & usu pallij, Barbos. de dictio. dict. 161. nu. 5., & 6., & eadem dictio. inter distribuit æqualiter facultatem eligendi quemlibet ex conjunctis, usque ad quartum gradum, quasi in unum corpus redatis, ut Castill. lib. 2. controv. cap. 26. n. 58. per text. in l. cum Pater §. cum inter, ff. de legat. 2. Mierez de majoratu p. 1. q. 72. n. 2., unde potest majoratus, & fideicommissum, ita ordinari, ut possit eligi, & vocari quicumque sit ex consanguineis, usque ad quartum gradum, inter quos nullum ordinem praefixit gratia, nec nullam limitationem appo-

suit, etiam excluso maleculo proximiore, per text. in Lunum ex familia 1., & 2. responso, & in §. si de falcidia, ubi Barbos. n. 4. Bald. n. 2. Paul. de Castr. nu. 2. Peral. 1. 2. ff. de legat. 2. Molina de primogen. lib. 2. cap. 11. à n. 11. ad n. 14. vers. in contrarium, Mierez de major. p. 1. q. 12. n. 2., & in terminis regiæ facultatis fundandi majoratus, ut possit feudarius, qui ea utitur præferre masculos, & agnatos etiam remotiores fœminis, & earum descendenteribus, docet Castill. lib. 2. controversial. cap. 36. n. 50. vers. de alio tamen dubitari nō valit, & ante eum Molin de primogen. lib. 2. c. 12. à n. 51. ad n. 53. ex l. tauri 27.

Secundo respondebatur, quod ex illis verbis gratiæ, (*en este caso, que toca a la conservacion de las casas, y familias*), clarè apparebat posse per feudarium vocari masculum linea, & gradus remotioris exclusis fœminis proximioribus, nam licet regulare sit fœminam in primogenijs non posse excludi, nisi à masculo ejusdem gradus, & linea, attamen locum non habet, ubi fuit expressa ratio conservationis familiæ, & agnationis, nam tunc potior est causa masculi, cuiuscumque gradus, & linea, ut Avendan. in l. 40. Tauri gl. 9. num. 49. Fontanell. dec. 36. nu. 9. vers. ubi hoc amplius, Casanatta conf. 47. n. 60., & 66. Cutell. dec. 28. nu. 18. to. 1. Caren. resol. 128. nu. 32. Grat. discept. cap. 621. ubi num. 7., statuit idem procedere etiam si non fuerit expressè facta mentio conservationis familiæ, sive agnationis, sed colligatur ratio illius ex conjecturis, & proindè cum hæc fuerit causa, qua Barones à Rege petierunt, & obtinuerunt, ut ipsis licet in suis feudis fundare majoratus, & onus fideicommissi apponere inter conjunctos, usque ad quartum gradum, meritò in omni casu, quo hujusmodi causa conservationis agnationis locum habet, dicendum erit habere etiam locum gratiam, & assensum comprehensivè, ut Camer. in c. Imperiale, fol. 53. lit. K.

Nec esse verum, quod per illa verba gratiæ, que toca a la conservacion de las casas, y familias tam masculos, quam fœminas comprehendì soleant, juxta mores Hispanos, 66 secundum quos debent intelligi, adeò ut etiam si majoratus expresse sit institutus favore domus, atque familiæ nequeat fœmina excludi, nisi à masculo ejusdem linea, & gradus, cum ibi sæpè hæc nomina, dominus, familiæ, posteri, descendentes, con-

338 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

fondi soleant, ex *Molina de primogen.* lib. 3. cap. 4. num. 10., & 11., sicuti non esse verisimile, ut ipsum Barones, qui in eadem supplicatione petierunt à Rege, ut ad successionem feudorum admitterentur foeminae, quae in quarto gradu continentur, ipse à majoratibus in ipsis feudis instituendis excluderentur.

Siquidem respondebat, quod in hoc Regno non sunt attendendæ consuetudines Regni Hispaniae, quæ diversæ sunt à Regno nostro, in quo diverso stylo regimur; Consuetudo enim, seu lex unius Regni non viget in alio, *Loffred. conf. 3. n. 42. vers.*, & quamvis in Regno, de Ponte conf. 131. num. 89. versic. ultra quod quando, & num. 90. tom. 2. Andr. in addit. ad specular. tit. de citat. §. sequitur in additione magna super verbo quoniam; Consuetudo enim Regni nostri, & ferè totius Italiæ est, ut appellatione familie, & illorum, qui familiam conservare possunt agnati masculi intelligantur, ita ut si in Italia majoratus instituatur ratione conservandæ agnationis, & familie, remotiores masculi linea, & gradu, excludunt foeminas proximiores, *Molin. dict. lib. 3. cap. 4. num. 10. & 11.* & ita secundum intentionem, & finem practicatum fuisse ante petitionem dictæ gratiae pragm. 34. testantur *Anell. de Amat. conf. 100. Galeot. controv. 51. lib. 2. Rovit. conf. 1. & sequent. tom. 1. Consil. Prat. discept. 10. I. cap. 4.* Quod quidem manifestè apparere dicebatur ex more, & fine, quo Barones Regni petierunt alias gratias dum expressum fuit, ut sub nomine familie agnati masculi significantur ratione conservandæ familie, ut patet ex dicta gratia pragm. 33. & ex precibus deinde porrectis pro ampliatione ejusdem gratiae, quibus petierunt ut feudatariis Regni disponere licet de eorum feudis in masculum de agnatione etiam post mortem primi masculi agnati proximi successoris, & excludere non solum foeminas, sed descendentes masculos ex foeminis, & proinde fit, ut sic semper presumatur Regem voluisse se reddere conformem præsumptæ voluntati potentium, ut *Montan. de regal. §. fin. num. 19. circa finem, fol. 345.* multo magis idem dicendum erit, ubi manifestè appetit de intentione potentis non solum ex generali usu totius Italiæ, & Regni hujus, verum etiam ex speciali more in fideicommissis antea à Baronibus ordinatis, ac in petitione aliarum gratiarum,

quod sub nomine familie, ratione cuius conservandæ Barones expresserunt, intelligentur agnati masculi, qui agnationem conservare possunt.

Nec aliquam continet repugnantiam, quod dum Barones supplicarunt Regi in dicta Pragm. 34. de feudis, petierunt, ut in successione feudorum antiquorum admittantur etiam foeminae, & masculi ex foemini descendentes, qui ultimo possessori conjuncti essent in quarto gradu, nam dicebatur foeminas posse admitti, si institutor majoratus voluerit illas in majoratu vocare, nec majoratus institutus causa conservandi feuda in familia illud operatur, ut foeminae perpetuo excludantur, nam quamvis in majoratus institutione soli masculi essent vocati, foeminae tamen adhuc admitti possunt, verum in eo tantum casu quo defecerint omnes masculi ex universis lineis descendentes, his tamen existentibus quocumque gradu sint, & quacumque linea, aditus foemini patere non potest, *Castil. lib. 5. quotidian. 2. part. cap. 143. §. unico num. 4.*

Cessare omnem difficultatem dicebatur ex clausula illa (*en toda forma, y con la inter-69 perracion mas favorable*) sub qua petitum fuit à Rege, ut expediretur facultas fundandi majoratus in feudis, duplex enim est forma, qua instituendi majoratus facultas conceditur, una scilicet ordinaria, secundum quam possit aliquo modo dubitari, an qui ea utitur, valeat remotiores masculos vocare, & proximiores excludere, & alia larga, quæ utilior est, & hac inspecta minime ambigi potest quin possit eligi remotior masculus, excluso proximiori, ut *Molin. de primogen. lib. 2. cap. 11. num. 16.* & proinde dum Rex approbavit, & confirmavit omnia contenta in petitionibus à Baronibus porrectis, denegando solum, ne majoratus extenderetur ultra quartum, ne fieret detrimentum, & præjudicium Regis Curie ratione devolutionis; propterea satis videtur concessa facultas fundandi majoratus inter personas conjunctas usque ad quartum gradum in forma larga, & utiliori, ut fuit petitum; siquidem licet eadem clausula in concessione gratiae haud expressa sit, quia tamen illa expressa fuit in præfatione petitionis, & Rex omnia, & singula in petitione contenta confirmavit mandando illa servi juxta eorum continentiam, & tenorem, hoc sufficit, ut præter concessa expressa per

Prin-

ARTICULUS TERTIUS.

Tertius articulus in praesenti causa contro-
versus fuit, an patria potestas habeat lo-
cum in feudis, nam si locum non haberet
substitutio pupillaris evanesceret. Et per
III. Ducissam nullam haberi rationem de pa-
tria potestate in feudis dicebatur, ex Rosen-
tal. de feud. cap. 7. concl. 10. de success. ecc te-
stam. num. 17. nec filio obesse in materia feu-
dali patriam potestatem, ut Pistor. Harta-
man. lib. 2. qq. jur. q. 13. num. 22. sicuti nulla
habetur ratio suitatis, vel emancipationis,
ex Francisc. Curt. de feud. 3. p. principal. 2.
memb. in princ. num. 4. in fine, fol. 262.

Et movebatur primo, quia feuda sunt de pu-
blico, prout militia, & in his, quæ sunt juris
publici patria potestas minime attendenda
est, juxta text. in l. nam quod ff. ad S.C. Tre-
bell. & proinde in feudis relictis filiis familias
usufructus patri non acquiritur, ex Revert.
decis. 550. & rationem esse dicebatur, nam
patria potestas est de jure civili Romano,
non vero de jure francorum, ut sunt jura
feudalia, quæ inhærent personæ filii, & sunt
exempta à patria potestate, l. 3. §. si quidem
ff. de minoribus; ut est feudum ex antiqua
natura, ut Bald. in auth. si quas ruinas C. de
Sacrosant. Eccles. in qua materia feudali
tunc recurritur ad jus Romanum cum defi-
cit jus feudale, vel juris feudalis argumen-
ta, alias securus, & sic dum patri ex feudo
quæsito, filio usufructus non quæritur, &
si attenderetur patria potestas laceretur do-
minus, qui lædi nequit de jure feudal, quan-
do Pater in investitura non fuit cognitus,
ut Bald. ubi sup. num. 4. Andr. de Georg. in re-
petit. feud. cap. 40. nu. 47. ubi enumerat plu-
res alias læsiones, quæ evenirent, si patria
potestas attenderetur, Bilotta concl. feud. 2.
in fin.

Secundò movebatur, nam et si de jure com-
muni ratione patriæ potestatis Pater possit
74 dare filio tutorem, ut in §. permisum inst. de tutel. in feudis tamen balius non à Patre,
sed à Principe semper datur, cum ibi patria
potestas nihil operetur, juxta Constitution.
Regni minoribus, ubi Glos. in verbo geron-
dum, & in verbo serenitas, & in Constitutio-
ne Regni in aliquibus. Et licet hodie possit
Pater balium filio dare, hoc tamen fuit im-
mutatum, & concessum ex gratia Caroli Se-
cundi in cap. Regni incipiente feudarius;

V u 2 Quod

Principem reliqua in petitione contenta sup-
plementantur, ut Camer. in cap. Imperiale, fol.
45. à ter. lit. O. versic. unum tamen, Liparul.
in c. i. qui success. teneant. num. 7. versic. quia
70 taxavit; gratia enim interpretanda, & re-
gulanda est secundum tenorem precum por-
rectarum pro obtinenda gratia, ut Rovit.
decis. 32. num. 3. & per consequens dum pro
constituendis majoribus fuit data facultas
in forma larga inter conjunctos usque ad
quartum gradum, posse institutorem majo-
ratus remotiorem agnatum invitare, proxi-
miorem tamen excludere, qua propter ex
his satis apparere dicebatur, juxta terminos
dictæ gratiæ posse feudatarios foeminas pro-
ximiores à successione feudorum excludere
per fideicommissum successivum, ut Alt-
mar. in addit. ad Rovit. cons. 83. num. 5. & 6.
join. 2.

Nec refragatur doctrina Consiliariis Rocc. de
ffic. rub. 13. §. 9. nu. 60. in fine, nam ibi nihil
71 agit de exclusione foeminarum proxima-
rum, sed tantum loquitur, quando feuda-
tarius virtute gratiæ de qua in pragm. 34.
voluit subvertere naturam successionis feu-
dorum; Vocando secundogenitum, vel ul-
teriore masculum in perniciem primoge-
nit, vel alterius masculi qui esset imme-
diatus successor, secundum illud, quod fir-
mavimus laudato eodem, Consil. Rocc. in ob-
servat. ad sing. nostri Genitoris 162. num. 13.
& in observat. 20. num. 27. & 28. pract. obser-
vat. & non sine firmitate rationis, quia per
vocationem masculi remotioris in exclusio-
nem proximioris bene subingrediuntur ter-
mini invertendi ordinem successionis con-
tra mentem Pragm. 4. in §. 4. de feudis; Ve-
rum, quia præsens controversia versabatur
circa exclusionem foeminae proximioris, Vo-
cato Patruo Magno de familia, qui, et si erat
remotior, erat tamen intra terminos succe-
sionis permisæ, certissimè nullum superesse
videbatur obstaculum, non illud inverten-
di ordinem successionis resultans ex Pragm.
4. in §. 4. quod respectu foeminarum jam su-
blatum extiterat per Pragm. 33. non illud
prohibitivum substitutionis in feudis con-
tentum in eadem Pragm. in §. 6. quod erat
quoque sublatum per Pragm. 34. ideo re-
ctissimè dicebatur validam fuisse dispositio-
nem Ill. Ducis D. Fabritii in D. Hectoris be-
neficium ex gratiis supra dictis.

340 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

Quod patet, nam dare Balium non solūm per dictas Constitutiones, & Regni capitulum permīssum est Patri, verū etiam Matri, sub cūjus potestate filius non est, ut DD. communiter, & propterea in feudis patriam potestatem minime locum habere. Sed hoc verū non esse in Matre ex com-
75 muni DD. sententia testatur, *Camil. de Curt. in suis resolutionib. feudalib. cap. 3. nu. 93.* apud *Reg. de Marinis tom. 2.* Sed bene tales balii confirmari possunt à Rege tanquam dativi plenius dicam infra *versac. non obstat.*

Quod confirmabatur ex *Isern. in dicta Confit. Regni minoribus num. 50.* & *Capagna in dict. cap. Regni feudatarius,* & ex *decif. de 76 Franch. 10.* ubi Mater in baliatu fuit prælata avo paterno, quod si in feudis habere tur ratio patris potestatis, utique avus paternus, sub cūjus potestate nepos est, fuisse admisus, & non Mater, ut ex *Andr. in dict. constit. in aliquibus in 2. col. versic. si vero minores.*

Et quamvis idem de *Franch. decif. 4.* dicat filium familias per feudum non eximi à patria potestate, & quod per hoc testari nequeat; Respondebatur, quod de *Franch. in dict. decif.* loquitur circā ea, quæ respiciunt personam filii, utpote si efficiatur feudatarius in quo casu bene procedunt dicta per eum, non vero loquitur, an patria potestas operetur in feudis, itaut possit Pater patria potestate uti super feudo; & apparere dicebatur ex eodem de *Franch. decif. 3.* ubi fuit decisum patriam potestatem super feudo à Patre filio refutato nihil operari posse, itaut Pater in feudo filii succedat jure hæreditario, & uti hæres filii, quod si haberet locum patria potestas non succederet neque jure hæreditario, neque jure reversionis, quasi
77 per mortem donatarii extincta fuisse donatio, sed succederet jure peculii, ut in *l. 1. & 2. ff. de Castrenf. pecul. l. penult. C. de Castrenf. peculio, l. pater 1. & l. proponebatur eod. tit. l. quod scitis. C. de bonis, quæ lib. Imò decisionem 4. de *Franch.* dicebatur procedere in simplici feudatario, qui per feudum, vel militiam à patria potestate non eximitur; non vero in feudatario habente jura regalia, & in feudis dignitatum, & titulatis, in quibus filius à patria potestate liberatur, ut argumen-*to, l. fin. C. de decurionib. lib. 10. & in au- zib. constitutio, quæ dignitatibus §. 1. & §. generaliter, & ita ex *Thor. & Novar. deci-***

*sum ait de Marin. lib. 2. cap. 233. & ad Revert. decif. 354. & ait de Luca ad Franch. in dict. decif. 4. ubi etiam Amend. nu. 5. & proin- dè non potuisse fieri pupillarem substitutionem, de qua supra in secundo articulo diximus, etenim, et si statuto caveretur, ut filius reincidat in potestatem matris, nec posse matrem pupillariter prò filio substituere, ut *Bald. in l. precibus C. de impuber, & aliis sub-stitut.**

Tertio movebatur, nam patria potestas est de jure civili Romano, quod illos tantum obli-
78 gat, qui sunt *Cives Romani*, vivuntque sub Imperio Romano, ac Romanis legibus, ut in *S. jus autem institut. de patr. potest.* sed in feudis non utimur jure Romano, sed jure francorum, igitur patria potestas in feudi locum habere nequit, prout in Gallis, & in eis, qui jure francorum vivunt locum non habere ait, *Glos. in dict. S. 1. in verbo romano-rum, & ibi Jason. in cap. 1. S. si duo fratres num. 7. de duobus fratribus de novo feud. in-vestit. Alex. in l. nemo 11. C. qui testam. fac. poss. Dec. in l. qui te Patris C. und. lib. Tira- quell. de retract. lignager S. 1. Gl. 9. num. 61. Ascan. Clemens. de patria potest. cap. 2. n. 3.*

Quæ omnia confirmabantur, nam si patria potestas locum haberet in feudis, utique Pater
79 non possit feudum refutare, & donare filio, quia donatio facta à Patre filio in potestate de jure non valet, *Lcum de bonis 2. C. de do- nation, l. donationes, quas parentes C. de do- nat. iner, l. 2. C. de inofficiis. donat. l. si quis prò eo S. 1. ff. de fidejussor. Bald. in l. cum ope- ret S. cum oportet, C. de bonis, quæ liber. & ta- men contrarium de jure feudali statuitur, posse scilicet Patrem feudum filio donare, vel refutare ex cap. 1. S. sed etiam res tit. per quos fiat investit. & cap. 1. S. si libelbum tit. de alien. feud. pater, quæ jura procedunt in re- futatione, & donatione feudi facta à Patre filio impuberi, non ex alio, nisi quia patria potestas in feudi nihil operatur, *Camerar. in cap. 1. de naturali success. feudi. l. 2. n. 5. & lect. 24. per totum, Anna de Vassall. decre- pit. etatis à num. 356. Rovit. in pragm. 1. de titulorum abusu sublate num. 62. de Ponte de refut. feud. in princ. Revert. decif. 550. & pro- pterea ex his dum patria potestas in feudis locum non habet, in eis substitutionem pu- pillarem, de qua supra minime fieri potuisse dicebatur.**

Ex adverso tamen per D. Hectorem respondebatur patriam potestatem in feudis locum uti-

utique habere; & movebatur primo, nam, & si feuda, & militia æquiparentur, & sint juris publici, & quod ideo Patri in feudis filii ususfructus non queratur, nec per hoc tamen filius desinit esse in potestate Patris, immo Rex nequit balium filio impuberi Patrem habenti dare, dum est in potestate Patris, ut *Andr.in dict. Constit. Regni in aliquibus in verbo*, si vero minores filiae num. 40. Et 50. ea ratione nam balius est tutor, qui non datur nisi capiti libero, ut de *Ponte de potest. pro reg. tit. 10. §. 1. de baliis dandis n. 4. & 5. Franc. decis. 10. num. 8. & 9. & decis. 4. num. 5. San felic. decis. 367. num. 4. in fine.*

Secundò movebatur, nam si filius feudatarius non esset in potestate Patris, posset de feudo ipsi filio à Patre dato testari, vel causa mortis donare, quod quidem ei non permititur, quia non æquiparatur pæculio Castrensi, vel bonis regalibus à Rege filio familias donatis, de quibus posset filius ad sibi hibitum disponere, juxta dictam *l. cum multa C. de bon. quæ liber.* & ita decisum refert de *Franch. dict. decis. 4.* & sic excepto feudo ex regali concessione filio familias acquisito, patria potestas semper locum habet in feudis, ut *Camerar. in cap. 1. tit. an agnatus in 1. part. nu. 13. & in cap. 1. de success. feud. num. 146. Reg. de Curte diversor. jur. feud. part. 1. in cap. incipiente nunc de altera, & nu. 119. fol. 65. à ter. Franch. dict. decis. 4.*

Tertiò movebatur, nam feuda prædicto Duci D. Carolo acquisita, ei non obvenerunt immediate ex regali concessione ipsi à Rege facta, sed ex successione paterna, scilicet Ducis D. Fabritii Patris, & per consequens non possunt dici de publico, nec militæ, & Castrensi pæculio æquiparari, ut fuit casus dictæ decisionis de *Franch. 4. num. 13.*

Ultimo movebatur, quod patria potestas solummodo fundatur in suitate, & in præsenti casu considerabatur, quo ad effectum pupillariter substituendi, non vero quoad effectum an Patri ratione patriæ potestatis acquiratur ususfructus in feudis filii, quod patet, nam Pater potest pupillariter substituere filio suo impuberi militi habenti bona Castrensis, ex quo filius miles impubes ex defectu ætatis testari prohibitus, & impeditus, ut *Vasq. de success. progress. lib. 2. §. 14. nu. 99. Polit. de substit. in mat. pupillaris à num. 57. ad num. 59. Bartol. in l. 2. num. 31. ff. de vulg. & pupill. Intrig. liol. de substit. q. 69. cent. 1. & sic substitutio pupillaris non fundatur*

sub ratione, quia ususfructus acquiritur Patri, sed sufficit sola suitas, per quam filius censemur esse in potestate Patris, & esse unam, eamdemque personam cum Patre, qui non per hoc, quod in bonis Castrensi bus ususfructum non habet, impeditur filio familias pupillariter substituere, ut *Petr. Rebuff. in cap. Rainutius num. 30. versic. nec obstat de testam. Barbos. in l. 2. num. 5. & 6. ff. de vulg. & pupill.*

*Quæ quidem ratio suitatis, quæ operatur, ut filius censemur esse una, eademque persona 83 cum Patre, etiam quoad dispositionem, juxta l. in suis ff. de lib. & postibum. habet locum etiam in feudis, & licet hoc expressè in jure feudali non reperiatur, quia tamen contrarium provisum de jure longobardorum non reperitur, standum est juri Romano ex regula cap. 1. de feudi cognitione, & adeo habet locum in feudis, ut filius succedat Patri, uti suus hæres, & dicuntur continuare dominium, non acquirere; immo dicitur feudatarius, & de feudo investitus viante Patre, quo mortuo solum adipiscitur liberam administrationem feudi, sicuti in cæteris bonis burgensaticis, ut *Gl. in cap. 1. de feud. cognit. in verbo, aut success. lit. F. Bald. in dict. cap. 1. §. sciendum num. 5. Afflit. in cap. mutus, & surdus num. 5 1. tit. an mutus, vel alias imperfectus, Tiraquell. de pri mogen. q. 40. nu. 99. Franc. de Amicis de feud. in cap. incipiente secundum caput, fol. 123. col. 2.**

Non obstat decisio de *Franch. 10.* ubi baliatus fuit datus Matri, & non Avo Paterni, & sic non haberi rationem Patriæ potestatis in feudis. Nam respondebatur, quod ideo ibi baliatus matri fuit datus, quia Avus Paternus malè usus fuit propriis facultatibus, eas tamquam prodigus dissipando, quò casu erat nepos providendus de Tuto, alias non fuisset locus halitui nepotis in personam Matris, dum exiterat nepos in potestate Avi Paterni, ut *Franc. in dicta decis. 10. n. 12. & 13. Reg. Salernit. decis. 5. num. 11. Afflit. in Constitut. Regni minoribus à num. 2. ad 4. de Jure bali, ubi ait, quod decedente Barone ab intestato, balius pupillo à solo Rege datur, & quod proinde decedente cum testamento Barone habente filios pupilos in potestate, possit dare illis balium, & quia hoc expressè non habebatur, ex dicta Constitutione Rex Carolus Secundus in dicto cap. feudatarius ex pli-*

342. Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

plicavit, ut possit feudatarius, si cum testamento decedit balium filiis in potestate relinquere absque licentia, vel Regiae Majestatis confirmatione, & dicetur balius testamentarius, & sic declaravit, non de novo concessit, ut *Campagna in d. cap. Regni feudatariorum nu. 10.* & 11. Balias vero qui datur à Matre nullam habet firmitatem, nisi à Judice confirmetur, cum cognitione causæ, jux. l. 2. & 3. ff. de confirm. tut. vel curat. l. 2. C. eod. tit. qui balias deinde confirmatus, dicitur dativus non testamentarius, jux. *Glos. in §. fin. inst. de tutel. Andr. in d. Constitut. minoribus col. 2. fol. 273.* Imò talis datio baliatus facta à non habente filium, vel pupillum in potestate à principio non valet uti baliatus, sed valebit uti datio administratoris, vel Gubernatoris bonorum, quod quidem fieri potest ab eo, qui non habet filium, vel pupillum in potestate, ut in autb. licet Matri, & Avia in princ. l. 3. §. cum Polidius ff. de usur. Andr. in d. Constitut. minoribus col. 1. fol. 273. ubi *Aff. num. 5.*

Nec esse verum quod in feudis titulatis non habeat locum patria potestas, nam respondebat primo, quod in præsenti casu non erat de hujusmodi questione tractandum, siquidem dictus Dux D. Carolus nunquam fuit vivente Patre titulatus, nam feuda omnia tamen titulata, quam non titulata, semper fuerunt vivente Duce D. Fabritio Patre in ejus Dominio, unde Pater ipse erat verè titulatus, non vero filius; Et quamvis filius Comitis, vel Marchionis dicatur in vita Patris, Comes, vel Marchio, illud est propter Patriam potestatem, & ratione suitatis, quia Pater, & filius censentur una eademque persona, ut *Mastrill. de Magistrat. lib. 1. cap. 5. num. 4.* & proindè filium familias in potestate Patris esse, etiam quod titulatus sit, ait *Afficit. in cit. Constit. Regni minoribus num. 2.* & 3.

Imò dicebatur, quod & si ipse filius impubes fuisset titulatus, nec exemptus diceretur à Patria potestate, nam licet dicantur exempti Episcopi, Patrii, & Consules, illud est nè Episcopus, qui Pater spiritualis dicitur, & Patrius, & Consul, qui Principi Consulunt pro rebus Reipublicæ, & Imperii, tamen Patres maneant sub aliena potestate, ut in l. fin. C. de Consulib. lib. 12, in *Novella 81. cap. 1.* & 3. & in §. filius familias, quib. mod. *jus Parr. potest. salvit.*, sic-

que intelligitur de illis titulatis, scilicet Marchionibus, & Comitibus, qui electi essent per leges Regni de Magno Consilio Regio, & per quos tractantur magna Regni negotia, non verò intelligitur de titulatis simpliciter, nàm isti à Patria potestate non eximuntur, ut *Jacob. Rebuff. in l. minimi col. 3. num. 4. de Consulib. lib. 12.* Quinimò quod plus, & si filius impubes titulatus diceretur exemptus à Patria potestate, quoad effectum tamèn pupillaris substitutionis non dicitur exemptus, nam sequeretur, quod id, quod in ejus favorem fuit introductum, in illius odium retorqueretur, quod eveniret si Pater pro eis testari non valueret, substitutione enim pupillaris favore pupilli fuit introducta, ne intestatus descendere videatur, ut in secundo articulo fuit demonstratum, & proindè DD. communiter voluere, ut licet filius impubes quacumque dignitate insignitus à Patris potestate eximatur, potest tamen Pater ei pupillarem substitutionem facere, quia quando effetus est favorabilis filio, ille censetur ferm per esse in Patria potestate, ut *DD. ubi sup. Rebuff. in d. cap. Rainutius num. 33.* & 34. *Intrigl. de substit. qu. 70. cent. 1. Fusar. de substitut. q. 1 8. num. 22. 26.* & 47. *Barry. de success. lib. 4. de substit. pupill. tit. quibus, & à quibus substitutio pupillaris fieri possit n. 5. circa finem.*

Nec obstat tertium motivum, quod scilicet Patria potestas sit de Jure Civili Romanis, quod jus non habet locum apud Gallos, & sic non habere locum in feudis Jure francorum; Etenim respondebatur primo, quod in Regno ita practicatum, & decisum semper fuit, ut Patria potestas habeat etiam locum in feudis juris francorum, quod solum fuit in Regno nostro receptum quoad id tantum, ut primogenitus succedat, sed quoad Patriam potestatem jus Romano-rum servatur *Franc. d. decis. 4. num. 3. 15.* & 16. cui decisioni non refragatur idem *de Franc. d. decis. 3.* ubi fuit decisum Patrem in feudo quod ipsem refutavit filio succedere uti hæredem filii, quia respondebatur, quod hodie Pater ex jure novissimo succedit filio in bonis illi donatis uti hæres, non jure peculii, ut *Cravetta conf. 102.* & ita decisum ait *Franc. decis. 59.*

Secundo respondebatur, quod Ius Romanorum non fuit apud Gallos receptum circa ea, quæ Christianæ religioni aduersabantur, etenim

90 etenim de *Iure Romano*, antiquitus Patres propter excellentiam Patriæ potestatis poterant filios distrahere, alienare, & necare, quod hodie non servatur, non verò quoad ea, quæ cùm religione concurrunt, atque pietatem subjectionem, honorem, & obedientiam filialem concernunt, nam hæc per diversas Franciæ Provinciarum Consuetudines sunt approbatæ, & in illis Provinciis, ubi tales Consuetudines non repe-riuntur, adhuc emancipatio, & pupillaris substitutio servatur, ex quibus arguitur Patriam potestatem ibi locum habere, ut testatur *Maynardus* *decis. 2. nū. 1. & 2. lib. 6.* *Cassan.* *ad Consuetudines Burgundiae* §. 2. tit. des anfens de plusieurs liés, *Imbertus Enchiridion super verbo Gallorum filii*, *Petr. Grex. syntag. jur. univers. p. 3. lib. 42. cap. 22. n. 23.*

Tertio respondebatur quod adhuc, quod filii Gallorum non essent in potestate Patris circa ea, quæ eorum odium, non verò circa ea, quæ illorum favorem concernunt, prout est substitutio pupillaris, quæ favore filiorum fuit introducta, & sic posse Patres familias Galliæ, eorum filiis pupillarem substitutionem facere, quamvis ibi Patria potestas non sit recepta, ut de *Benedictis in dict. cap. Rainutius in verbo si absque liberis secundo n. 45. ver. sic. ideo vidistis fol. 36. art. 2. Rebuff. in d. cap. Rainutius num. 33. & 34. Barry de success. lib. 4. de substitut. pupill. tit. quib. & à quib. pupillariter substitui possit num. 5. Petr. Georg. ubi supra num. 23.*

Minus tandem obstatre dicebatur conclusio-
92 nem desumptam *ex dicta decis. Revert. 550.* nàm ibi ideo donatio, & refutatio feudi facta à Patre filio fuit valida declarata, nàm erat Iuramento firmata, & sic cessabat juris civilis obstaculum, nè sibi ipsi dare videatur Pater, juramento enim donatio facta à Patre filio in potestate existente validatur, ut apparere dicebatur ex decisione ejusdem *Revert. manu scripta 7. lib. 9. Andr. in cap. 1. de natur. success. feud. num. 7. in fin. versic. item si ipse Pater filio emancipato do- net feendum; & sic ex his omnibus nulli du- biuum esse dicebatur in feudis patriam potestatem locum habere, & per consequens validam fuisse substitutionem pupillarem* dicti *Ducis D. Caroli.*

ARTICULUS QUARTUS.

Ad quartum articulum dicebatur per III. *Ducissam*, esse D. Heftorem Patruum magnum, sed non successibilem tam-
93 quàm Collateralem in quarto gradu ex linea ascendi, & hoc tam attentis constitutionibus, & gratijs hujus Regni, quàm etiam de jure comuni feudorum, quo attento licet admittatur ad successionem feudi quartus gradus, intelligitur tamen de patruelibus tantum, non verò de alijs.

Et movebatur primò paritate *Constitutionis, Vt de success. lib.*, nàm sicuti per dictam constitutionem fuit extensa successio feudalis, usque ad tertium gradum inclusivè in linea descendenti cum numeratione personarum, tamen per eandem constitutionem fuernit exclusi alij collaterales tertij gradus ex linea ascendi, ut sunt Patruus, Amita, & cæteri, nam ibi voluit Patruum non succedere nepoti, prout fertur fuisse judicatum per M.C. contra Patruum in beneficium Regij Fisci, *juxta glof. Marinide Caramanico in verbo babeant*, ita quoque, extensa successione feudali usque ad quartum gradum Patruum magnum exclusum dici habere.

Ex his igitur, ita quoque hodie dicebatur rem esse extra controversiam at-
94 tentis gratijs, nàm sicuti Patruus non admittitur per dictam constitutionem, quæ vocat tertium gradum inclusivè, & in eo non comprehenditur Patruus, alijque Collaterales de linea ascendi, quia de eis nulla fit mentio, ita etiam attentis gratijs, de quibus infra, quæ licet vocent quartum gradum, loquuntur tamen cum enumeratione personarum fratrum Patruelium, qui sunt in quarto gradu linea descendenti, & per consequens sicuti per constitutionem prædictam non comprehenditur Patruus, ita neque per gratias comprehendendi debet Patruus Magnus, maximè, quod Constitutio differt à gratijs deinde concessis in
95 hoc, nam per eam vocantur omnes collaterales per lineam descendenter intra tertium gradum, & sic non solùm vocat filios fratrum, verùm etiam filios filiosque ex sorore, gratiæ verò, per quas conceditur successio usque ad quartum gradum non vocant omnes collaterales descendentes, sed solùm collaterales descendentes in æquali
gra-

344 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

gradu, ut patet primo ex concessione Caroli V. de anno 1536., ex qua admisit fratres patruelos masculos per lineam masculinam descendentes, ut in Prag. 12. de feud. Secundò ex novissima concessione Regis Philippi IV., qua extenditur concessio praedicta præfati Caroli V. ad forores Patruelos, ad Amitinos, & Consobrinos, ad Consobrinas, & amitinas, & tamen non vocat filios ex nepote, licet sint in quarto gradu linea descendenteris, & proindè si ex dictis gratijs adhuc non est vocatus quartus gradus omnium collateralium descendenterum, multò magis nequeunt dici vocati collaterales ex linea ascenderi, ut est Patruus Magnus.

Quod verò à Gratijs prædictis vocetur quartus gradus fratum Patruelium apparere dicebatur ex Prag. 11. de feud., ubi fit mentio 96 de dicta gratia, & concessione Caroli V. de anno 1536., ut docet de Curte resol. feud. c. 3.n.27. Rovit. conf. 83. lib. 2.n. 12. de Ponte de success. feud. lect. 12.n. 34.

Nec obstat, quod per novissimam gratiā Regis Philippi IV. sit ampliata dicta gratia Caroli V., 107 ut scilicet non tam masculi, quām fœminæ in quarto gradu descendētes à primo acquirente, sive per lineam masculinam, sive fœminam succederent, nām gratia prædicta est consequutiva ad dictam gratiam Caroli V., eum qua non prorogavit successionem ad alias personas in linea æquali existentes in eodem quarto gradu, ut sunt filii ex nepote, sed solū prorogavit gratiam in beneficium Patruelium, ut illi semper succederent, sive descenderent per lineam masculinam, sive fœminam, sive effēt masculi, sive fœminæ; quod quidem non erat permīssum per dictam gratiam Caroli V., & sic de alijs personis in eodem gradu existentibus nulla fuit facta mentio, & per consequens collaterales ex linea ascenderi minimè comprehendendi possunt, nām sicuti per Constitutionem vocatur gradus cum enumeratione personarum, & non comprehenditur Patruus, itā neque per gratias prædictas, à quibus similiter vocatur gradus cum personarum enumeratione.

Secundò dicebatur, præfatum scilicet D. Heitorum, tanquam Patruum Magnum non esse successibilem in feudis, attento contextu gratiarum post dictam Constitutionem concessarum, nām prima gratia, quæ Patruum inclusit, est illa Regis Cattholici de Anna

1507., ut in cap. 17. inter privileg. Civitatis, confirmata ab Imperatore Carolo V. in Anno 1532., ut in cap. 18. in dictis privilegijs Civitatis, ut in prag. 6. de feud., & quia dubitatum fuit, an hujusmodi gratia Patruo concessa extenderetur ad amitam, licet videretur debere extendi, cum tām amita, quām Patruus sit in eadem linea, attamen nova opus fuit concessione, quæ quamvis Civitas, occasione talis dubitationis amitæ petiisset extentionem usque ad quartum gradum, illam tamen non obtinuit generaliter, sed solū in omni casu, quo Patruus includeretur, amita etiam comprehensa intelligeretur, de reliquo verò, quoad quartum gradum solū concessit, ut extenderetur ad fratres Patruelos masculos provenientes, & descendentes ex linea masculina primi acquirentis feudum, ut in prag. 12. de feud.

Et quamvis supradictis gratijs accesserit altera gratia de Anno 1655., de qua in prag. 34. de feud., qua fuit concessa ampliatio, & extentione successionis feudi usque ad quartum gradum inclusivè, dicebatur tamen per 99 hanc ultimam gratiam redactam fuisse successionem Patruelium, & Consobrinorum ad jus prædictæ Constitutionis Regni, ut sicuti illa attenta, tām fœminæ, quām masculi succedebant, tām si descéderent à fœmina, quām à masculo, itā nunc fratres Patruelos descendentes per lineam masculinam succedant, tām ad invicem, quām etiam sororibus, & forores patruelos fratribus, imò ut fratres amitini, & sobrini ad invicem succederent, quomodolibet descendant, sive per masculum, sive per fœminam, & sic ampliatio cum dicta gratia cæteris personis non fuit concessa, sed tantum, ut fratres consobrini masculi fœminæ succederent, & è contraria, sive per masculum, sive per fœminam descendant.

Quodquidem demonstrabatur ex verbis dictæ gratiæ prag. 34. considerando priora verba precum porrectarum Regi à Civitate, & Baronibus, ibi: (*entre los cuales es una ampliacion, y estension de la succession an los feudos basta el quarto grado inclusivè, siendo Varones descendentes del primero acquirente, ex quibus verbis minimè fuisse concessa successionem usque ad quartum gradum inclusivè dicebatur, cum jam fuerat concessa ab Imperatore Carolo V., sed amplia-*

privavit solum; & extendidit successionem in eodem quarto gradu per sexus expressiōnēm; ut scilicet succederent masculi à primo acquirentē, dum qua gratia voluit Rex demonstrare, sufficere, ut ille, qui succedit sit masculus, quamvis ille, cui succeditur sit foemina, unde hodie frater Patruelis potest succedere sorori Patruelli, & sit deciditur articulus ille, an sit necessaria, ut tam qui succedit, quam illa, cui succeditur, sit in masculis; Et quia è contra foemina Patruelis fratris Patrueli minimè succedere valuerit, opus fuit, ut Barones hoc etiam peterent, ut etiam in ea comprehendenderentur foeminae descendentes à Baronibus ibi: *T' que en quanto alla primera se comprendesse tam bien en ella las hembras descendientes de Varones,* & propterea ex dicta gratia possente, frōres patruelis fratris Patruelis succedere, si essent filii fratrum; Et quia filiae ex duas sororibus, ut sunt sorores consobrinae, prout fratres cohōsbrini; quia descendunt ex foeminis, neque succidere possent, ideoque fuit etiam supplicatum, ut non solum sorores Patruelis foeminae per lineam transmissām descendentes, sed etiam per lineam foeminarū, inīd masculi descendentes ex foeminis, quam in quarto gradu repertarū succederent, ibi: *T' que en quanto alla primera se comprendesse tam bien en ella las hembras descendientes de Varones,* & *de Varones, quo se diligenter in dicto quarto gradu, et quia petitio clara est obstat, batur redactans sive successionē Consobrinorum ad ius successionis iuxta Constitutionē Regni, per quam omnes linea comprehenduntur, ut omnibus dubietas collaperit,* proinde: *Civitas nostra hoc idem alia petitione postulavit cum eidem supradictis verbis, ex quibus clara apparet videtur sive peccatum, ut indicat in hodie consobrini, tam masculi, quam foeminae in vicem, succiderent, sive descendentes à masculis, sive à foeminae, prout erat in tertio gradu, Cui petitioni Rex assensio libet.* *Concedimus ampliationem, et expediemus prædictum in successione, secundum voluntatem magistrorum, et factum in presentia sufficiet liberta cōsentit, ut prius ab ipsius mea est: sufficit enim, ut etiam quod sicut hoc fieri obstat, non respondeat, ut hanc gradum obseruerit, et obseruari debet in beneficium interpretorum in quarto gradu, nam certum est quod*

foeminae;) Et profinde dicebatur, dum gratia predicta est consequitiva ad gratiam Caroli V., & nihil fuerit petitum, nisi prægatio quarti gradus per lineas consobrinorum, & sicut Rex Philippus IV. concesserat, ut fratres Patruelis masculi succederent sorori Patrueli, ita deinde, ut succidere posset, concessit cuicunque ex consobrinis, tam masculis, quam foeminae, sive per masculos, sive per feminas descendantēs. Nec obstarē dicebatur per hanc gratiam suis se concessam extensionem successionis, usq; ad quartum gradum, si essent à masculi descendentes à primo acquirentē, & per consequens in ea Patruelus magnus esse comprehensum, nām respondebatur, verū esse per gratiam predictam sive vocatos descendentes masculos à primo acquirentē, sed non omnes, nām gratia, de qua in dicta prag. 34. est consequitiva ad dictam gratiam Caroli V., & ideo pro explicacione, & extentione fuerunt apposita illa verba, de quibus supra dictum est, nām si alias verba illa gratias intelligerentur, ut omnes masculi comprehendenderentur, totus quidem quartus gradus comprehendetur, & sive sive vocatus, quod certe, neque dictum est in gratia, neque Reges voluerunt concedere, nām licet sapientius Reges nostri dignati sint successionem ampliare, eorum tamen mens semper fuit per ampliationes solum personas expressas includere, non vero gradus, ut Rovis in pragm. 34. defendit. Imo dicebatur, quod et si concederetur sive admissum quartum gradum ex enumeratione tam masculorum, quam foeminarum, sive per masculos, sive per feminas descendēt, attamen dura de linea ascendiendi Collaterali, de qua est Patruelus magnus dupla expressa facta est sententia, omnibus censeatur, prout omnis etiam censematur Patruelus magnus, per ius Constitutionis Regni, quamvis gradum constitutio vocaret, ut probatur ex verbis pragm. 12. & 13. de scand. ubi fuit dubitatum, an Patruelus succederet nepoti, cum non esset nominatus in dicta constitutione, ibi: *E dubitate ergo, rba il 20. auctor, non essendo in dicta constitutione nominato non succederet al nepote, dubitatum proprietate fuit de Patruelus, quamvis concederetur, tertium gradum vocatum sive, quia tam de eo nulla sententia est mentio, profinde censemur omnis, cum eorum natura ea sit, etiam respectu Col-*

346 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

Collateralium, ut respiciat ad descendentes, non verò retro ad ascendentibus, ut *Aff.* in cap. 1. S. si quis miles num. 4. sit Imperator *Lorbar.* & ideo *Urbis de successione feud. part.* 2. q. 7. art. 3. num. 4. affirmavit, quod eti successio feudorum post gratiam Caroli V. fuisset extensa, ut nedium amita admittetur, verum etiam quartus gradus, mitterea tamen, & avunculus nequaquam succedebant, dum de illis nihil expressè s. dispositum sit, neque possunt censeri comprehensi per extentionem ad quartum gradum, etiam sicut ex exclusione ulterioris gradus Collateralium in linea descendenti, non censetur inclusus in constitutione totus tertius gradus anterior linea ascendentis, ut est Patrius, immo censetur omislus, sic per inclusionem ulterioris gradus factam per gratiam, hoc est quarti gradus usque ad fratres Patruelis, qui sunt de linea descendenti, non censetur inclusus tertius gradus in linea ascendenti, quoad personas, ut sunt materteria, & avunculus, de quibus nulla fuit facta mentio, & proinde ex his multò minus censeri posse vocatum prefatum D. Hecdorem Patruem magnum, & ceteros lineas ascendentis, cum de eis nulla sit facta mentio, vel saltem sub dubio est, an gratia predicta Patruum magnum comprehendat tanquam de linea Collaterali ascendentis, & tunc ad Principem spectat declarare, & interpretare verba gratiae, & per consequentia ad illum fore recurrentia pro interpretatione gratiae ab ipsomet Principe concessis, ut communitor D.D. ex *Leofide ff. de vngar. Garzia* 106 de nobilitate gl. 1. S. 1. num. 1. & 2. Cobtier. de jurificti ordinaria in except. lib. 2. num. 15. Enriques in fianca part. 1. lib. 7. de indulgentiis cap. 29 num. 3. Sord. cons. 5. 58. num. 6. Guiterre prall. q. lib. 2. q. 2. 8. num. 2. Mantic. de sacris. & ambig. lib. 2. sit. 1. num. 93. & seq. Rumin. cons. 3. 8. num. 8. lib. 1. Gaillpratt. obser. lib. 1. obser. 1. num. 7. Barb. in *Collectaneis* ad cap. cum veniente de judicis, Costa in suis memorabilib. in verbo privilegiorum, Gregorius Lopez in l. 2. sit. 1. part. 2. & in l. 27. gl. 1. num. 18. part. 2. & Martin. ad Rover. decis. 371. in fine.

Tertio dicobatur, adeò verum esse gratiam, de qua in dicta pragm. 34. debore intelligi, ut non egrediator fratres Patruelis, dum est consequentia ad gratiam Caroli V. per enuerationem, eam masculorum,

tam seminarum in quarto gradu descendientium, sive per masculum, sive per feminam, cum etiam de jure communis feudali vocato quarto gradu, Patrius magistrus non veniat, quia quamvis *gratia pragm. 34.* quartum gradum concessisset, concessit tamen non extenditur ultra fratres Patruelis, si aliae personae expresse non numerentur, gratiae enim quaecumque secundum jus feudorum intelligi debent, non solum, ut quanto minus possint, ab eo recedant, sed etiam, quia strictam recipere debent interpretationem, quando aliæ jus commune ledetur, & ita faciat observatum in gratiis huic Regno concessis dicebatur, prout in gratia concessa pro successione Patrii, que cum non porrigeretur ad amicatu, nova opus fuit concessione, quamvis in eadem linea ascendentis, uterque scilicet Patrius, & amita essent, sicuti in gratia, quæ fuit admissus quartus gradus cum enumeratione fratrum Patruelium per linam masculinam, in quâ non fuit admissus frater Patruelis succedere volens sorori Patruelli, nam gratia fuit intellecta, ut frater Patruelis succedere possit alteri fratri Patruelli, non verò sorori, & per consequentia minus succedere poterunt Collaterales in linea ascendentis, ut Patrius magistrus quando neque venire sub gradu concessio, de qua de eis aliqua facta est mentio.

Quod verò non veniant, nisi Patruelis, vocata quarta gradu de jure coemanni probabatur, ex seorsim in cap. 1. S. hoc quoque sit. de 108 bis, qui feud. der. poss. ubi fancitur, beneficium successionis non progrederi ad venientes ex latere ultra fratres Patruelis, & antiquos id, quod dicebatur de fratribus Patruelibus, intelligebatur de quarto gradu, & idem erat successionem feudalem usque ad quartum gradum produci, ac fratres Patruelis, & non illos in feudi successere, nam confundebatur quartus gradus in successione Patruelium, ut Cagac. lib. L. sit. 4. de success. in interpretatione. S. hoc quoque sit. ubi etiam Andreas sit. de bis, qui feud. der. poss. Reginald. cap. 1. 1. anchus. 10. num. 5. & per consequentia, dum de jure communis feudorum, vocato quarto gradu intelligitur, ut non veniant, nisi fratres Patruelis, multo magis hoc idem dicendum, erit de jure Regni, etiam quod ait vocatus quartus gradus, non linea ascendens sensu personis concessus.

Et

Et quanvis hodie de jure communi feudorum ex communi interpretatione, cap. 1. §. 109 similes tit. Imperator Lotbar. Patruus succedat, prout DD. ex cap. 1. §. bis deficien- tibus tit. de successfratr. attamen hoc ideo evenit, quia hodie usurpatum est usque ad septimum gradum, imo usque ad infinitum Collaterales succedere posse, & proinde omnes personæ in tertio, & quarto gradu comprehensæ succedunt, in præsenti enim casu sufficere dicebatur, quod quoisque successio intra quartum gradum continebatur, non admittebantur, nisi solùm fratres Patruelæ secundum usum constitutum à sapientibus, ut *Affid. in dict. cap. 1. §. si miles*, ubi etiam dissentit, ut nec hodie Patruus magnus de jure communi feudorum succedere valeat.

Tandem constare dicebatur totum quartum gradum per gratiam prædictam minimè 110 fuisse concessum ex verbis libelli, cuiusdam Privilegii extantis inter Civitatis Privilégia, ex quibus apparet, adeò verùm esse, totum quartum gradum in prædicta gratia non fuisse concessum, ut Civitas hoc agnoscens, petens ab invictissima Regina confirmationem nonnullarum gratiarum in anno 1666, per prius à Rege Philippo IV. concessarum, inter alias confirmari petiit hanc de successione quarti gradus, nam in libello exposuit, ut successio non solùm extenderetur ad omnes personas comprehensas in tertio, & quarto gradu, verùm etiam in septimo, ut ibi: *Si propague, y extenda non solo à todas las personas contenidas en el terzero, y quarto grado por derecho civil, sino también en el séptimo inclusivo;* & quia cum tali petitione nullam novam gratiam de novo petebat Civitas, sed tantum confirmationem veteris gratiæ per prius concessæ, fuit responsum, quod S. M. Philippi IV. occasione tumultuum, jamdiu concesserat extentionem concessionis per totum quartum gradum, cum extentione ad quintum, sub his verbis, ibi: *S. M. attentis obsequiis, & meritis per ipsam frondissimam Civitatem, & tam fideles subditos exhibitis, & praesertim in occasione tumultuum iuris concessit ampliationem, & extentionem unius gradus successionis feudorum;* itaut sicuti ipsi babeant per totum tertium gradum cum extentione usque ad quartum respectu Baronum descendentium ab acquirentie feudem, babeant, & in posterum successionem, etiam per taljen quartum

gradum inclusive, cum extentione ad quin- tum, cum qualitatibus, & forma, prout in præsentiarum fruuntur quarto gra- du.

Et quod ita sit, apparere dicebatur, nam tale privilegium quinti gradus, nec est relatum inter Pragmaticas, nec à Fisco admissum, neque usū receptum, non enim inter Prag- 111 maticas refertur, ex quo gratia non fuit executorialia infra annum, & proinde quando accedit casus successionis existenti- bus successoribus ultra quartum gradum, Fiscus obtinuit feuda declarari devoluta, ex verbis enim dicti Privilegii aliud colligi minimè posse dicebatur, nisi quod fuisset hoc tentatum, sed non concessum, nam id non est, nisi quædam enunciatio veteris gratiæ concessæ, in qua haud legitur usque ad totum quartum gradum successionem fuisse concessam. Imò hoc agnoscentes Ad- vocati Civitatis, totum scilicet quartum gradum non fuisse vocatum, quamvis co- nati fuissent illam gratiæ prorogare, sed non potuerunt obtainere, nam in illo Privilegio noluit Regina novas cōcedere gratias, prout neque Civitas ipsa novas gratias petiit, sed solum veteris confirmationem, & per con- sequens dum hæc gratia quarti gradus anti- quitus, prò toto quarto gradu concessa non sit, & cum petitur illius confirmatio exponitur, ut successio ad totum quartum gradum extendatur, clare colligitur totum quartum gradum non fuisse concessum, ubi non est expressum, & ex his dicebatur non posse Patruum magnum, aliosque li- neæ ascendentis Collaterales in Regno ad feuda succedere virtute dictæ *Pragm. 34.* cum linea Collateralis ascendentium ad huc non sit vocata, ut *Cardin. de Luca in tract. de success. ab intest. discursu 8.n. 15.* & per consequens succedere nunquam posse præfatum D. Hectorem.

Prò parte tamen D. Hectoris replicabatur, quod antiquitus successio feudorum de jure Regni se extendebat in linea Collate- rali ad solos filios fratum, itaut omnes aliae personæ in ulteriori gradu positæ, erant penitus exclusæ, & quia dubitabatur, an tertius gradus possit succedere, scilicet Pa- truuus, an verò nullus aliis esset admitten- dus, præter filios fratum in dicta Constitu- tione nominatos, fuit in anno 1570. impe- trata gratia à Rege Ferdinando, ut Patruus 112 aperto jure succederet, ut in *Pragm. 6. de feud.* Verùm, quia tam per Constitutionem,

348 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

ut de successionibus, quam per dictam gratiam dictę Pragm. 6. enumerabantur solum certae personae in quarto gradu positae, id est filii fratrum, & Patruus, & non alii, fuit quoque dubitatum, num comprehenderetur Amita; Et ut difficultas toleretur fuit obtenta altera gratia Caroli V, quā fuit declaratum, amitam intelligi comprehensam, ut in pragm. 12. de feud., & sic post dictam Constitutionem vigore dictarum duarum gratiarum, tertius gradus fuit ad successionem admissus; Imò fuit feudorum antiquorum successio ab eodemmet Carolo V. ampliata ad certas dumtaxat personas in quarto gradu contentas, scilicet ad fratres Patrules, cum clausula tamen, *ut essent descendentes per lineam masculinam à communī stipite*, & successio fieret tantum inter eosdem fratres Patrules masculos, ut in pragm. 11. & 12. de feud. Verum, quia tam in dicta Constitutione, quā in gratiis predictis semper videbantur designatae certae personae, unde dabatur locus dubitandi, propterea Rex Philippus IV. duas alias gratias Civitati, & Regni Baronibus concessit, sedatis popularibus seditionibus, unam scilicet in anno 1648. quā gradum numerando, non verò personas ut per prius feudorum antiquorum successionem ampliavit usque ad quartum gradum inclusivè, & licet hanc gratiam concessisset, cum clausula, *ut essent Barones descendentes à primo acquirente*, clausula tamen predicta in anno 1655, dūm eadem gratia expediebatur ad preces Civitatis, & Regni Baronum, tolli jussit, tribuitque jus succedendi omnibus personis in eodem quarto gradu de jure civili contentis absque ulla restrictione, ut in Pragm. 34. de feud. Alteram verò gratiam in anno 1666. quā fuit concessa ampliatio unius gradus in feudorum successione cum prorogatione usque ad quintum gradum, & per consequens; dūm in his novissimis gratiis non fuerunt nominatim designatae certae personae, ex iis, quarum antea successio minime concessa fuerat, sed simpliciter vocatus, & habilitatus fuit ad successionem quartus gradus, quod nunquam per prius fuit factum, nec per dictam Constitutionem, nec per prefatas praecedentes gratias, non esse amplius dubitandum, quin omnes personae in quarto gradu comprehensa, inter quas est Patruus magnus, valeant succedere, & proinde ex his;

Replicabatur ad primum, quod dūm predicta gratia dictę pragm. 34. ampliavit feudorum antiquorum successionem usque ad quartum gradum inclusivè absque numeratione certarum linearum, vel personarum nullo modo potest esse locus controversiae, de qua altercabatur in terminis Constitutionis Regni, an vocato quarto gradu videretur limitata, & restricta successio in illis personis, vel lineis specialiter numeratis; Et ideo cessare argumentum partis adversarum desumptum à dicta Constitutione, *ut de successionibus*; quæstio enim ex dicta constitutione orta non fuit, an vocato tertio gradu veniat Patruus, sed solum fuit dubitatum, an Constitutione predicta vocaverit certas personas, vel gradum non restrictum, nec limitatum ad illas lineas, ac personas enumeratas, ex quā quæstione resultabat inclusio, & exclusio Patrui non nominati, nam si tertius gradus non fuisset restrictus, & limitatus per enumerationem personarum, & lineas, sed fuisset simpliciter tertius gradus vocatus, tunc nulli dubium esset, quin Patruus succederet potuisset. Imò non ex quod fuerunt numeratae ex dicta Constitutione certæ species personarum, nempe fratres, sorores, ac nepotes ex fratribus, censebatur restrictum genus, id est gradus in quod erant personae enumeratae, nam quando per alia supplicari potest, non valet consequentia ab enumeratis, juxta regul. Gl. in l. 1. C. de condit. indeb. Camerar. in cap. 1. de natura success. feud. lett. 26. n. 12. & sic dūm Patruus de jure communi feudorum jam erat vocatus tanquam in tertio gradu, ut in cap. 1. tit. Imp. Lothar. propterea per enumerationem nepotum ex fratribus in tertio gradu à Constitutione factam, minime dici poterat, Patruus exclusus, prout ita Constitutionem intellexit eadem Glos. Marin. de Caram. in verbo non succidunt, ubi ait, id est de Patruo, & amita non fuisse factam in dicta Constitutione mentionem, quia de eis nulla era dubitatio, cum indubitate sit Patruum de jure communi feudorum nepoti succedere, juxta dictum cap. 1. tit. Imper. Lothar. quā Glos. ita declarat, Affidit in dict. Constit. num. 40. Bartolom. de Capua in apostilla, quā in dicta Constitutione, transcribit de Bottis in verbo non succidunt; Imò Andr. de Hern. respondens Auctoriibus adversarum opinionis in dicta Constitutione num. 4. in versic. predicta Constitutione, ait, Constitutionem predictam non

solum enumerasse personas, verum etiam gradus in Collaterali, usque ad quos gradus succedere permisit, ex illis verbis ejusdem Constitutionis, ibi, in interiori gradu positis, & ibi, idem jus, quod Pater eorum, & sic Constitutio praedicta habebit locum in omnibus personis extantibus in illis gradibus permisitis, & expressio, sive numeratio personarum in dicta Constitutione facta non excludit alias personas in tertio gradu non numeratas, quia videtur facta per eum modum, qui inerat, & sic non restringit, prout ita tenet Camerar. in dict. cap. I. de natura successi. feud. lett. 26. num. 11. & 12.

Circa secundum motivum contextus gratiarum dicebatur ex adverso, quod repugnabat de directo verbis gratiarum, de qua in dict. Pragm. 34. nam ibi licet Barones in anno 1648. in remunerationem servitiorum, & fidelitatis gestarum tempore seditionum popularium obtinuerint gratiam, ut antiquorum feudorum successio ampliaretur usque ad quartum gradum, cum illa tamen qualitate, dummodo essent Barones descendentes à primo acquirente, gratia tamen praedicta non fuit tunc expedita, unde iterum in anno 1655. petierunt à S.C.M. gratiam praedictam expediri, sed absque tali qualitate, sed quod expediretur simpliciter, ad hoc ut tam masculi, quam foeminae, sive descendant à masculis, sive à foeminis, intelligerentur comprehensi sub ampliacione usque ad quartum gradum inclusivè, & ita fuit concessum à S.C.M. ut videre est ex petitione Baronum, & ex Regia concessione, nam ibi non legitur, nec enumeratio personarum, nec fratrum, vel sororum patruelium, vel consobrinorum, vel certarum equalis lineas specifica nominatio. Et illa verba apposita in dicta gratia anni 1648. non expedita, ibi, dummodo essent Barones descendentes à primo acquirente, cum quibus ampliavit successionem feudorum antiquorum usque ad quartum gradum inclusivè, clarissime explicant illud, quod generale est in successione feudorum, ut Collaterales, feudatario absque prole defuncto coniuncti debeant esse masculi per virilem sexum descendentes à primo acquirente, & hæc est linea Collateralis feudatarii defuncti absque prole descendensis per virilem sexum à primo feudi acquisitore, quæ linea tanquam genus continet sub se ejusdem linearum species, Collateralis, scilicet ascenden-

tem, ex quæ sunt Patruus, & Patruus magnus, descendenter, in qua sunt nepos, & pronepos ex fratre, & Collateralem æqualem, in quæ continentur fratres Patruelares, & hæc omnes species continentur sub linea Collaterali per virilem sexum descendente à primo acquirente feudum, ut ex cap. I. versic. bis verù deficientibus tit. de success. fratr. ubi Alvarot. Praeposit. in dict. cap. I. tit. Imper. Lotbar. & cap. I. §. si capitanei de feud. March. ubi Cujac. de feud. lib. I. tit. 10. & lib. I. tit. I. §. & quia uidimus col. 5. Imò dum postea in anno 1655. per gratiam novissimam successio feudorum antiquorum fuit ampliata in beneficium tam masculorum, quam foeminarum, sive descendant à masculis, sive à foeminis usque ad quartum gradum inclusive, clare praedicta verba novissimæ gratiarum sunt generis generalissimi, ex quorum natura non solum convenient Patruelibus, vel consobrinis, sive amitinis, verum etiam omnibus quibuscumque in quarto gradu existentibus, descendenteribus, sive à masculis, sive à foeminis, ut sunt Patruus magnus, avunculus magnus, amita magna, matra magna, pronepos, & proneptis ex fratribus, vel sororibus, cum omnes sint in quarto gradu, ut in §. quarto gradus instit. de gradib. & l. 2. §. versic. quarto gradus ff. de gradibus.

Nec obstat argumentum presumptum ex gratia ab Imperatore Carolo V. concessa fratribus patruelibus, nam in gratia illa expressè s'è, masculi descendentes ex masculis ad certas personas æqualis lineæ restricti sunt, id est ad fratres patruelares absque ulla gradus mentione, ut apparere dicebatur, ex dicta gratia prag. 12., & sic si ibi genus expressè non fuisset restrictum ad fratres patruelares, utique sub eadem Caroli V. gratia, patruus magnus fuisset comprehensus, cum sit masculus per lineam masculinam descendens à primo feudi acquisitore,

Nec minus obstat objecta presumpta ex contextu gratiarum praecedentium, & aliarum petitionum, & quod gratia novissima, de qua agitur, sit accessoria ad gratiam concessam ab Imperatore Carolo V., qua scilicet fratres patruelares fuerunt admissi ad successionem feudorum antiquorum, de qua in d. prag. 12., & ad interpretationem per eundem Imperatorem factam in causa successionis Ducatus Ferardinæ. Etenim respondebatur, hanc novissimam gratiam omnino differ-

350 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

differre à prædicta gratia *Caroli V.*, nám in ista, certa tantum persona, scilicet frater patruelis admittitur, in illa vero gradus admittitur indistincte, nec ullam habet hæc novissima gratia connexionem cum supplicatione anni 1550. redacta in d. prag. 12., nam ibi supplicatio fuit specialis petendo ampliationem successionis ad certas personas quarti gradus, dumtaxat idest, quod fratres patruelis potuissent succedere sorori patruelli, vel consobrinæ ejus nominis, & familiæ, novissimæ vero gratiæ supplicatio fuit generalis pro ampliatione successionis feudorum usque ad quartum gradum inclusivè, & concessio fuit etiam generalis per enumerationem graduum; dum enim primo in anno 1648. ampliavit successionem usque ad quartum gradum inclusivè, cum illa unica qualitate, dummodo essent Baronæ descendentes à primo acquirentes, quæ quidem qualitas, dum non erat restricta ad certas personas quarti gradus, clarissime exprimit id, quod generale est secundum naturam successionis feudorum, qua masculi in quarto gradu per virilem sexum descendentes ab acquirente, succedunt, ut sunt Patruus magnus, frater Patruelis, & nepos fratris, & sic dum postea in anno 1655. iterum fuit supplicatum, & concessum, ut ampliatio successionis antiquorum feudorum, usque ad quartum gradum inclusivè intelligeretur concessa absque supradicta qualitate masculini sexus, sed indistincte, tam in beneficium masculorum, quam feminarum, sive à masculis, sive à feminis descendant, ideo remanet absolute, & perfectè concessa gratia, & ampliatio usque ad quartum gradum inclusivè, & sic continentur omnes ille personæ, quæ in quarto gradu sunt, ut in d. S. quarto gradu in fin. de gradib., & in d. l. a. verf. quarto gradu, *Brenigar Fernand. ad tit. ff. de gradib. cap. a. n. 7. Thomas de Marinis de feud. lib. 1. tit. 1. 2. nu. 17.*, & proinde dum petitio, & concessio est generalis pro ampliatione usque ad quartum gradum inclusivè non esse locum restrictioni docet *Isern. in cap. 1. tit. qui successioneant. n. 7. Conf. de Georg. in repet. feud. cap. 6. nu. 36.*, & 37. *Liparoul. in annotat. ad Andr. in d. cap. 1. in verbo si sine lit. V.*, & in fine, ubi etiam ait, quod si petitio fuisset specialis, & concessio generalis ampliando petitionem, quod standum erit privilegio, sive concessioni, per teos. in d. inter dilectos de fid. instrument.

Imò dicebatur, quod ex eadem gratia pragm. 34. apparebat vocatio Patrui magni, nam ibi in concessione ejusdem gratiæ conceditur, ut omne id, quod circa successionem feudorum observabatur, usque ad tertium gradum, observetur, & observari debeat in beneficium comprehensorum in quarto gradu, tam virorum, quam foeminarum, & quia Collaterales lineaæ ascendentis in tertio gradu, ut amita, & Patruus claro jure ex gratia Regis Catholici, & Imperatoris *Caroli V.* redacta in pragm. 6., & 12. ad successionem feudorum antiquorum admissi erant, ideo que per consequens idem servandum erit in beneficium Collateralium in quarto gradu lineaæ ascendentis, ut sunt Patruus magnus, & Amita magna.

Nec quicquam obesse, quod gratia loquatur per verba imperfecti temporis, ibi: (*quod servabatur, usque ad tertium gradum,*) & 119 per consequens referenda esse ad tempus magis antiquum, scilicet quo *Constitutio Regni*, ut de successionibus emanata ab Imperatore Federico interpretationem illam recuperat, qua Patruus, & amita in tertio gradu exclusi censebantur, & non ad tempus praesens, scilicet non ad tempus concessionis gratiæ anni 1655., quo inspecto Patruus in tertio gradu succedebat; Nam replicabatur primo, quod si ita esset, repugnaret expressis verbis gratiæ prædictæ, quia dum ampliavit successionem feudorum usque ad quartum gradum, expressè voluit debere observari in beneficium comprehensorum in quarto gradu, totum id, quod usque ad tertium gradum observabatur, alias si securus intelligeretur, sequeretur absurdum, nam prædicta verba in gratia expressa ad ampliandum ad beneficium comprehensorum in quarto gradu, operarentur contrarium effectum damni, & diminutionis contra regulam l. legata inutiliter, ubi D.D. ff. de legat. i. l. quod favore C. de legib.

Secundò replicabatur, quod, et si non adesset in gratia illud verbum expressum, in beneficium, & cetera, quod expressè demonstrat, illam observantiam, servari debere, quæ favet, non quæ nocet comprehensis in quarto gradu, & sic necessario referri debebit ad tempus proximum, quo in tertio gradu servabatur, quod Patruus, & Amita succederent; Quinimo etiam ubi gratia loqua fuisset per verbum finiti temporis, nem-

sempè si dixisset, ut omne id, quod obser-
vatum fuit usque ad tertium gradum, ser-
vetur in querenti, nata tunc sane illa obser-
vantia sequenda erit, quae proximè, & no-
vissimè fuit, ad teat. in l. mela in fine, ff. de
cl. & cibar. leg. Rov. in prag. 2. de administr.
Univers., & verba habentia relationem ad
jus, quod servatum est in tertio gradu, di-
cerent etiam illud, quod est de presenti,
nam jus semper durat, & verba temporis
preteriti, tempus praesens non excludunt,
quando effectus de presenti durat, iuxta.
text. in l. 15. qui i. r. Sait Prætor, ubi glas. in
verbo ad præsens lit. R. ff. quod vi, aut clam,
Rebuffus in hverbū oportebit 8. vers. cum
hoc tempora, & vers. præteritum etiam in fi-
ne, ff. de verb. signific., multò magis nec de-
dere procedere, ubi gratia loqua fuit per
verba præteriti imperfecti, cuius natura est,
ut dicat illud, quod non est finitum, ut ex-
cavatur notat. Angel. conf. 5. i. n. 2. vers. sed
quatenus trahit, & per consequens verbum
temporis non finiti, vel imperfecti tempo-
ris comprehendere posse omnia tempora, in
quibus verificari potest, ut in l. somptuosis
33. in fine ff. de usu, usufr. Angel. ubi supra
in d. conf. 5. i. n. 2. cit. vers.

Ind gratia concessione, & rescripta proprie-
tad tempus praesens referuntur, ut Felix. in-
c. ad her. n. 2. vers. secundus casus de rescrip-
ta et r. M. Monach. conf. 97. sum. 120. Atque in l.
verbū erit ff. de verb. signif. n. 3. & 4. Con-
sens conf. 296. n. 1. & col. 3. y. & per consequens
dām tam tempore presenti, quo novissima
huc gratia concessa fuit, quam etiam per
seculum immediatē sine, servabatur, ut
collaterales linea ascendentes in tertio gra-
du, ut Patroas, & Amice succederent, non
esse amplius dubitandum vigore supradic-
ta clausula generalis, scilicet quod omne
id, quod circa successione feudorum ob-
servabatur in tertio gradu, observetur, &
observeari debeat in beneficiis comprehen-
sionis in quarto gradu, quam idem sit ser-
vantia in beneficiis Collateralium in
quarto gradu linea ascendentis hoc est Pa-
triui magni, & Amicie magna, & per conse-
quentia prefaci D. Melchoris.

Mines verum esse dicebatur, quod dictio illa,
usque fuerit restricta, non vero ampliative,
& propterea non includere illud, quod circa
122 feudorum successiones observabatur in
tertio gradu, sed quod servabatur in primo,
& secundi gradu tantum, & sic dictio non

predictam esse accipiendam exclusivam ter-
tij gradus, non vero inclusivam, quoniam
respondebat primo, quod quamvis dictio
predicta fuisset apposita dispositivè in con-
cessione ampliationis gradus adhuc, dum
agitur de beneficiis, & gratijs, ac de materia
successionis feudorum, inclusivè esset acci-
pienda, ut Barbos. de dictiōnib. dict. 437. Ja-
cob. de Francb. in cap. 1. S. boc quoque n. 2., &
q. e. de his, qui feud. der. poss. Thom. de Marin.
de genere, & qualitat. feud. tit. 12. de feud. fra-
tern. n. u. 25. Curs. in tract. feud. 3. part. n. 50.
Rota Roman. dec. 170. n. 1. in novis. divers.
par. 2., & de communis roflatur Capit. latr.
dec. 49. n. 8. Secundo respondebatur, quod
dictio illa (usque) in gratia predicta stat
relativè ejus, quod usque ad tertium gra-
dum servabatur, non vero exclusivè, nam
gratia ipsam in concessione ampliationis
quartii gradus, expressè dixit (ut obser-
vetur in beneficium comprehensorum in qua-
sto gradu), & sic quartus gradus expresè
per gratiam includitur, non excluditur, &
123 hujusmodi dictio semper erit intelligenda
secundum subjectum, de quo loquitur, ut
in lege nam secundum ff. de legat. pr. ast. l. 1. in
fine, ff. si tab. roflam. null. extabere. Rebuff.
in l. absensem col. 14. vers. usque ff. de verb.
signif. Bertral. de clas. instru. claus. 26. gl.
6. n. 5., & per consequens dām gratia se re-
fert ad observantiam successionis feudo-
rum, non potest tertium gradum non in-
cludere, cum subjectum ipsum, scilicet ob-
servantia successionis, de qua gratia loqui-
tur, tam ipsum tertium gradū, manifestè ex
legibus, constitutionibus, & gratijs antecedē-
tibus includebat; Et tanto magis, quod grati-
a fuit concessa, iuxta petitionem ibi (Con-
cessione ampliationis, & contentionis predi-
ctionis in successione feudorum eadem modo,
& forma in præmisso supplici libello con-
tentis, ac prout ab ipsis est supplicatione) secun-
dum quam intelligenda est, ut Rovit. decif.
3. au. 3., & in petitione expressis verbis fuit
supplicatum, ut gratia intelligeretur, quod
totum id, quod servabatur in tertio gradu,
servetur in beneficium comprehensorum in
quarto gradu ibi: (Se beatis da guardas en
beneficio de los comprendidos en querencia.)
Ad tertium vero partis adverse motivum juri-
ris communis respondebatur primo, quod
supradicta procedebant de veteri jure feu-
dorum, prout voluit idem Capit. ex adver-
so adducens, qui utraque quoniam loquatur sibi
exem.

352 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

exemplificando; & à dictis per DD. causa exempli non potest sumi argumentum restringendum ad illas personas, quas enumerauit; ut Gratian. dist. 3. cap. 56. n. 24. 43. tom. 3., ita dixit juxta sententiam existimantium, non aliud dici feudum antiquum, sive paternum, quam illud, quod ab Avo, vel à Patre provenit, quasi quod appellatio-
ne patris solus Avus intelligatur; non verò alij ascendentis, ut Proavus, Atavus, & ceteri; & prouinde usus fuit exemplo Patruelium ad excludendum ceteros ulteriores, respectu quorum feudum non erat Paternum, nec Avatum, sed Proavitum, & propter ea merito Cujac. loquendo ex sententia aliorum DQ. eloquentium in terminis iuris antiqui feudorum, statuit limites successionis feudi Paterni, usque ad fratres Patruelis in quarto gradu, & non facie me-
tationem de Patruo magno sub quarto gra-
du inclusò, ea scilicet ratione, quia feudum non vocabatur paternum post quartum
gradum; Siquidem frates Patruelis erat ultimus gradus, sive terminus successionis feu-
di Paterni, utnotè quod ab Avo tantum ipsius fratris Patruelia necessario debebas proficiere, ut ad fratem Patrueliam ultimum defundisti pér vénire posuisset, & ut frater Patruelis superstes vaderet in eodem feudo
succedere; nam alio, si feudum quiescum fulles à Patre ejus, qui ultimo defunctus est, nullus locus succedendi datus esset fra-
teri Patrueli superstiei, tamquam non à Patre primo acquirente feudum descendens, sed solum ab Avo, iuris cap. 1. de natura successi-
onis cap. 1. vers. b. sic vero defunctibus de suc-
cessione fratr., & sic ut frater Patruelis vadeat
1. 24. succedere in feudo, opus est, ut semper
feudum sic avitu, ut voluit idem Cujac.
de feudis. 1. tit. 10. i. 1. fide. Sed Patruus eti-
am non erat ultimus successionis feudi
Paterni terminus, nam respectu ejusdem
Patrui magni, poterat ab ipsis Patre feu-
dum proficisci, quod postea ad desupstata
principem pervenisset; Etenim ad feu-
dum à Patre sua acquisitum, & ad fratrem
meum primogenitum ex successione per-
venutum, & ab eo ad ejusdem fratris mei fi-
lium, à quo ultimo transiit ad fratris mei
nepotem, qui tandem absque prole decepit,
potest Patruus magnus ultimi possessoris
succedere in tali feudo; quod à Patre suo
saepe acquisitum, & sic idem Cujac. ex mo-
ritate rationis includit Patruum magnum;

näm respectu ejusdem Patrui magni feu-
dum propriè dici potest paternum, quod
tamen respectu fratris Patruelis non pot-
erat dici, nisi avitum, & idē ipse frater Pa-
truelis exemplificabatur feudi paterni ultimus terminus successionis, ut idem Cujac.
ib. 1. tit. 4. de successione feudi in interpretatione
d. S. bos quoque, & propter etiam de jure
veteri, ut feudum dici valuisse antiquum,
1. 25 sive paternum, erat quoque necessarium,
ut Collaterales essent insta quartum gra-
du, tūm respectu feudatarij ultimi defun-
cti, de cuius successione agitur, tūm respec-
tu primi acquirentis, ut in cap. 1. tit. 5. Vas-
sal. de feud. priu. Camorar. in cap. 1. de suc-
cessionis feudum. 173. vers. que si ita procedat,
Resorital de feud. cap. 11. concl. 10. m. 5. & in
cap. 1. S. bos quoque tit. de bis, qui feud. dar.
pos. 5. & prouinde frater Patruelis de jure an-
tiquo ultimus terminus successionis feudi
antiqui exemplificabatur, nam semper Pa-
truus magnus est primo acquirenti feudum
magis conjunctus, quam ipse frater Patruelis,
vel alius collateralis linea descendantis
in eodem quarto gradu, & per consequens
etiam in spece jure veteri ex majoritate ra-
tionis potius comprehenditur Patruus ma-
gnus, quam frater Patruelis.
Secunda respondebatur, quod omnia supradic-
ta de jure veteri mortata sunt ex eodem
jure feudali, ita ut hodie quodcumque feu-
dum, quod à Parentibus, vel à majoribus
in infinito pervenit, feudum paternum,
sou antiquum dicatur, ut in cap. 1. de natura
successionis cap. 1. tit. 5. Vasall. feud. priu.
tit. 5. resorital. bis. defunctibus tit. de successi-
fratre; ita ut gradus, qui per prius conside-
rabatur respectu personæ primi acquirentis
usque ad quartum gradum, hodie pseque in
infinity considerantur, & illa alia qualitas,
ut successor sit conjunctus in primo gradu,
ad huc donec, nam ipse gradus capitur de
jure antiquo à mortuus usque ad quartum
gradum, & de jure novo usque ad septuaginta,
ut Camorar. in cap. 1. n. 173., & 174.
Istam in cap. 1. S. bo. scindit m. 2. de bis, qui
1. 26. feudum posse, gradus enim de jure feuda-
li semper intelligitur, juxta ius commune
Romanorum, cum in eo solum differant,
nam ius feudale excludit solum personas
feminini sexus, & quae ex fine feminina de-
scendunt, admittens agnos masculos in
infinity descendentes à primo acquirentis
feudum, quod permisit ius Romanum,

ut in d. cap. I. vers. bis vero deficientibus, & cap. I. de nat. success. feud., ubi Andr. n. 32. in fine, & in d. §. hoc quoque nu. 21., & 22., & c. 1. tit. an qui interfec. fratr. Domini sui; Et illi, qui junguntur ultimo feudatario defuncto per lineam transversalem ascendentem, ut Patruus magnus, qui descendit à primo acquirente feudum, includantur sub descendantibus primi acquirentis, expressè habetur ex eodem jure feudal, ut in d. cap. I. tit. Imp. Lotbar. cap. I. in d. vers. bis vero deficientibus, & DD. sup. cit.

Et licet Affid. in dict. cap. I. tit. Imper. Lotbar. teneat, Patruum magnum de jure communni feudorum non esse capacem succedendi, ipsem et Affid. seipsum corrigendo in Constitutione, ut de successionibus contrarium voluit, ut Patruus succedere posset in feudo nepoti, cum ambo à primo acquirente 129 descendant, & ita expressè voluerunt Bercolsen, de feud. cap. 7. memor. num. 165. Anton. Gorbofred. dissp. 5. thes. 7. lit. H. Camillus Laratba teatr. feud. part. 9. dilucid. 38, nu. 2. tit. 1. Henning. Benneman. Jurisprud. Roman. Germ. misc. 2. dissp. 64. thes. 12. lit. D. Rosenthal. de feud. cap. 7. concl. 57. num. 7. & in Glos. lit. G. & per consequens licet de jure antiquo Patruus magnus secundum opinionem nonnullorum DD. non valueret succedere, de jure tamen communni feudorum bene succedere potest tanquam existens in quarto gradu, & descendens à primo acquirente, & gratia quæ vocavit gradum habuit respectum ad jus feudale novum, quo clare Patruus magnus est inclusus tanquam in quarto gradu existens respectu ultimi defuncti, licet respectu primi acquirentis sit in ulteriori gradu, non verò respexit jus feudale vetus, & abolutum, ut DD. ubi supra communiter, & proinde præfatum D. Hectorem Patruum magnum posse justè succedere in Ducatu prædicto Andriæ.

ARTICULUS QUINTUS.

Circa ultimum articulum renunciationis plura ex utraque parte proponebantur, prò parte præfatae Ill. Ducissæ Magdaluni dicebatur, renunciationem ipsi minimè obstat ex pluribus; & primo, quia successio 130 ni Ill. Ducis D. Caroli nepotis non fuit renunciatum, nec expressè, nec tacite. Se-

cundò, quia, et si renunciatio comprehenderet illius successionem, esset quoque de jure nulla, tūm ex quod non intervenit assensus ejus successioni cuius renunciatum prætenditur, tūm etiam, quia videbatur facta absque causa. Tertiò, quia talis renunciatio revocata extitit tanquam carens assensu quod indigebat pluribus nominibus, non solum, quia renunciatio erat translativa, quæ transferebat actionem ad acquirendum dominium feudorum titulatorm; verum etiā, quia quando fiebat casus successionis, ordo succedendi intervertebatur, quod quidem absque Regis assensu fieri nequit.

Quæ omnia dicebatur apparere ex apertis verbis renunciationis, expressè etenim re- 131 nunciatum fuit sub his verbis, nempe: Hereditatibus, & successionibus suis paternis, maternis, doribus, rationibusque dotabibus maternis, sororiis, ziernis, patruorum, & avunculorum, materterarum, & avitis utriusque sexus, & aliis successionibus, & eccidentiis quibuscumque ad ipsam Ducissam D. Emiliam devolutis tam ex testamento, quam ab intestato, vel ob causam legatorum, & fideicommissorum, donationum inter vivos, aut causa mortis, aut ob omnem aliam rationem, & causam, & cucumque institutioni directæ, vel fideicommissariæ, tam in actibus inter vivos, quam in ultima voluntate ab omnibus temporibus præteritis usque ad presentem diem, & quod ab hodie in futurum devoluenter ab intestato tantum ex hereditatibus, successionibus, & lineis supradictis, ex quibus verbis clare apparere dicebatur, præfati Dueis D. Caroli nepotis non fuisse per ipsam D. Ducissam successioni renunciatum expressè.

In quæ quidem renunciatione translativa omnino suæ Catholicæ Majestatis assensum requiri dicebatur, cum sit hæc renunciatio gratuita quædam donatio in remotiorem facta de feudis titulo insignitis, nec sufficiat Præregis assensus, sed omnino Regis requiritur, ut in pragm. 4. de feud. in cap. 9. & prag. 21. odiom titulu, quæ licet aliquando quod ad assensum super hypotheca fuerit abrogata, hodie tamen potest Prærex suum assensum præstare prò hypotheca etiam super feudo titulato, ut in pragm. 26. non tamen potest Prærex suum assensum præstare super feudi tituli alienatione, vel venditione, cum revera ipsa

Yy

ipsa

354 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

ipsa feuda titulata in donatarium , vel emptorem alienentur , & transferantur ; Imò licet hodie possit Prorex super hypotheca feudi titulati assentiri , non tamen per hanc hypothecam validè impetratam , potest deveniri ad venditionem feudi , quia hoc casu assensus ipsi Regi est reservatus ; Cum igitur ex hac renunciatione translativa verè sequatur alienatio , & translatio dominii feudorum titulatorum , omnino Regis assensus requiritur , & proindè DD. communiter dixerunt , nec valere renunciationem translativam ipsius hereditatis feudalis devolvendæ absque assensu , ut *Anna conf.* 45. *Montan.d.contr.10.n.30.Camil.Medic.*

*133 conf.35. & 36.de Ponte conf.21.lib.1. Mir- cian disp.7.lib.1.Reg.Salernit.dec.15. & 16. Rovit.conf.68.n.7. Altimar. ad Rovit.conf. 43.lib.1.n.15. etenim cum istæ renunciations sint veræ alienationes , & donationes feudorum , quæ in beneficium renunciatarii non transferuntur , nisi uti quæsita , semper Regis assensus requiritur , siue tempore nequeant jure puræ , & meræ refutationis valere ; quæ quidem omnia procedunt in feudi titulatis , secùs verò si feuda , quæ donantur , & transferuntur non sint titulo decorata , nam tunc sufficit Proregis assensus , ut *Amichangel.q.feud.9.**

Qui quidem assensus Regis requiritur etiam , quod renunciatione esset jurium ad feuda titulata , ut illa validè transferantur , commercium enim jurium feudalium omnino prohibitum est , & de jure communi feudi , ut in cap. *Imperiale de probib.feud.alien. per Feder.* & etiam de jure Regni , per *Constitutiones Divæ Memoriae* , ut *Montan. ubi sup.* & est ratio , nam cum hoc jus successionis feudalium proveniat ex contractu , & stipulatione primi acquirentis , dicitur jus agnatis quæsitus irrevocabiliter , ut *Andr. in cap.1. §.olim tit. de success. feud. cap.1. de Capitan. qui Curiam vendidit , Bart. in l. quod dicit ff.de verb. obligat. Petr. Georg. in 3.part.q.4.Gizzarel.decis.28.num.50. & acquiritur statim post mortem ultimi feudatarii defuncti dominium ex vi primæ investiture , & donationis ipsius feudi , quod quidem dominium nequit stare in suspeso , etiam propter interessè , & servitium domini , & proindè transit ipso jure in agnatum proximorem , quamvis revocabiliter , si scilicet ipse descendens proximior voluerit succedere , ut in cap.1.tit.de eo quod finem*

fecit agnato , *Andr. in cap.1. §. donare tit. quilibet olim feud. pat. alien. & in dict. cap. Imperiale num.15. & 16. per teot. in l.cum baredes ff.de acquir. possess. Afflict. in cap.1. de success. feud. num. 65. de Ponte de potest. Proreg. tit.7. de assensibus regiis §.4. nu. 14. Galeot. controv. 1. num.87. & proindè tale jus quæsitus ad feudum ex investitura , & pacto primi acquirentis absque assensu alienari nequit , ut *Andr. in dict. Constitut. Di- vae Memoriae in verbo tractationis versic. idem de remissione juris* , maximè quando jus ad acquirendum , & petendum feudum habetur ex donatione Principis , & stipulatione primi acquirentis , cum hæc remissio sit donatio , l.si mulier ff. de condic. ob causam , l.quereretur ff. de l.fak. *Marcian. ubi sup. Lucas de Penna in l.si quis C.de agricol. & censit.lib.11.**

Quod quidem procedit , quando alienatio iuriū ad feudum consequendum fit in be-
135 neficiū agnati remotioris , ut fuit in præsenti casu facta in D. Hectorē remotiorē , ut *Montan.dict.controv.10. num.30.* & propterea cum in præsenti renunciatione hæc iuriū feudalium alienatio non sit facta in beneficium proximi successori , tum quia quando evenit casus delatæ successio-
136 nis , præfatus D. Hector non erat proximior , sed erant filiae Domine Ducissæ , tum etiam quia prius , quam assensus fuerit impetratus à Prorege , adhuc præfata Ducissa procreaverat filias , & proindè dūm contractus feudalis firmitatem non recipit , nisi à tem-
pore impetrati assensus , qui non retro-
trahitur , ut *Frecc.in Constit.Constitutio- nem Divæ Memoriae num. 86. ubi Ursill. & in c.1. de vassal. qui contra constit. Lother.* etiam p̄tentia proximitate D. Hectoris tem-
pore contractus , neque reperitur proximior , & ideo quamvis dictus D. Hector tempore renunciationis fuisset proximior , quod ne-
gabatur , cum eo tempore talis non erat , dūm præfata Ducissa gerebat uterum præ-
gnantem , attamen dum non fuit Regius Assensus impetratus , & ejus firmitas pende-
bat ab evētu , si non fuissent nati proximio-
res , qui jam agniti fuerunt ante impetratio-
nē assensus , res devenit ad casum , à quo incipere non poterat , & sumus in casu in quo d. Ducissa alienat iura ad feuda in beneficium D. Hectoris , quo casu requiritur assensus , qui contractum non confirmat , nisi à die , quo gratia conceditur per verbum fia , & sal-

saltem proximitas renunciatarii, vel donatarii eo tempore requisita esset, ut valeat dici proximior, quando perficitur contractus, nam alias in præjudicium filiarum non sit retrotractio, si illæ medio tempore sint natae, ut *Ifern. in dict. cap. Imperialem num. 15 ubi Camerar. fol. 88. Castren. cons. 438. Franc. decis. 86. num. 1. & decis. 126. n. 7. Iunc. decis. 620. num. 3.*

Qui quidem assensus requiritur à sua Catholica Maestate, non verò sufficit si à Prorege impetretur, cum facultas assentiendi super alienatione juriorum ad feuda titulata sit Proregi adempta primo ex pragm. 4. de feud. in cap. 9. ut de Marin. cap. 32. tom. 2. Rovit. in dict. pragm. 4. Consil. Roccus de offic. rubr. 13. §. 9. Cesar. de Affili. contr. 40. de Ponte tit. de affensibus §. 7. Tapia lib. 6. iuris Regni tit. 22. ad dict. pragm. 4. Secundò est eidem Proregi prohibitum, sive adempta talis facultas assentiendi, quia hæc renunciatio, dicitur translativa, sive quia unica est stipulatio quæsita D. Hectori, & successivè suis descendantibus, sive quia comprehendit omnes casus successionis; etiam in eo statu rebus non permanentibus, aut tacitam habet conditionem, si hæreditas devolvatur, & delata hæreditate est translatio corporum feudalium in D. Hectorem non proximè successorum, aut transferuntur jura quæsita ex contractu investituræ ad illum, qui alias ab intestato non succederet, semper dicitur successionis naturam mutari, quæ mutatio ex dict. cap. 4. pragm. 4. Proregi non permittitur, siquidem si hæc renunciatio in donationem feudorum resolvetur, devoluta jam, & quæsita hæritate III. Ducisse non valet haec refutatio in remotiorem sine consensu filiæ renunciantis, quæ in successione potior est, ut *Jacob. de Belviso in dict. cap. Imperialem vers. queritur num quid vassallus, Andr. in cap. 1. §. & si libellum de alien. feud. pater. de Ponte lect. 18. num. 21. ubi ait, quod haec renunciatio est refutatio in agnatum remotiorem contra naturam investituræ, cum non sit agnatus admissus juxta sui ordinem, & legem investituræ, & sic alienatio, quæ contra investituram sit requirit Regis assensum, non verò Proregis.*

Et licet in dict. cap. 4. loquatur de institutione, & si aliud videatur dicendum, si ex contraria mutaretur ordo successionis, ut scilicet tunc possit Prorex assentire, verba ta-

men prædicti capit. 4. accipienda esse dicebatur exemplificative, juxta dicta per Cap. Latr. consil. 79. num. 8. cum semper mens legis in qualibet dispositione attendi debeat, undè cum mēs Regis fuerit, nè esset in arbitrio cuiuslibet ipso inconsulto ordinem feudi alterare, licet dict. pragm. 4. in dict. cap. 4. loquatur de institutione, non tamen restringit prohibitionem, quæ habet locum non solum in ultima voluntate, verum etiam in contractu, nam si alias dicteretur, sequeretur, quod possit feudatarius in vita, naturam feudi, contrahendo, mutare, ut Cap. Latr. ubi sup. num. 30. Franc. decis. 1. num. 25. de Marin. ubi supra. Tasson. de antefato observat. 2. num. 130. Roccus de offic. ad pragm. 4. in quarto casu §. 4. num. 35. Bambacar. ad tit. si de feud. defunct. content. sit inter domin. & agnat. cap. omnes filii q. 4. Amichangel. q. feudali 9. num. 43.

Nec obstare decisionem in causa successionis Principatus Collis, in qua sententia S. C. fuit exclusa Ill. Principissa Foreni D. Laudonia de Summa agens contra Ill. Principem Collis D. Nicolatum Mariam de Summa ad relaxandum feudum, non obstante renunciatione per eam facta ad beneficium dicti Ill. Principis Collis cum assensu Proregis. Siquidem respondebat, quod ideo ibi fuit exclusa, quia renunciatio fuit hæreditatis ipsi D. Laudoniæ delata, sed nunquam quæsita, quæ re vera delata, quæsita, & incorporata extiterat Princi Collis Patruo vigore testamenti ad ejus beneficium conditi per Nicolaum Mariam de Summa Principem Collis seniorem ante renunciationem præfatae D. Laudoniæ, ratione cuius dictus Illustris Princeps habuit præambulum, & immisionem vi-gore, l. fin. C. de edict. Divi Adrian. toll. Imò dicta D. Laudonia ante, & post renunciationem recognovit in Principem Collis præfatum Nicolaum Mariam Juniores Patruum, & passa fuit illum declarari hæredem, & de feudis investiri, cum silentio septem annorum post quam fuit declaratus hæres, & de feudis investitus, quæ sola tacita renunciatio sufficiebat, per text. in cap. 1. §. Titius si de feud. defunct. fuer. conir. cap. 1. §. præterea tit. quib. mod. feud. amitt. recognoscendo semper in Principem Collis præfatum Nicolaum Juniores, quod quidem minimè concurrere dicebatur in præsenti causa, nam præfatae Ill. Ducisse Magdalalu-

356 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

daluni renunciatio fuit hereditatis defērendæ; non vero delatae, nec hereditas dīcti quondam Ducis D. Caroli fuit ullo modo quesita p̄fato D. Hectori, qui nullum ante renunciationem habuit testamentum ad sui beneficium, neque p̄ambulum, aut investituram, vel possessionem, neque Ill. Ducissa antè, vel post renunciationem recognovit in Ducem Andriæ, & heredem quondam Ducis D. Caroli ipsum D. Hectori, neque passa fuit illum declarari heredem, & de feudis investiri.

Nec sufficere ad validandam supradictam renunciationem assensum generalem pragm. 33. de feud. vigore cuius valet feudatarius 140 disponere de propriis feudis in beneficium masculi de familia, exclusa foemina, siquidem replicabatur, quod sive attenderetur mens renunciantis, sive considerentur intentio, & verba gratia, sive persona vocata, sive res ipsæ, super quibus crevit dispositio, supradicta renunciatio numquam poterat per gratiam, sive assensum predictum validari.

Enim vero dicebatur, gratiam predictam concedentem potestatem excludendi foeminas proximiores, & proxime successuras, intelligi non posse, ut valeant ea utentes proprias filias excludere, tum quia sub generali exclusione foeminarum de familia filiae non excluduntur, non solum, quia non presumuntur disponentem propriis filiabus remotaiores preferri velle, juxta text. in l. cum acutissimi C. de fideicommiss. & l. cum avus ff. de condit. & demonstr. cum concordantibus, tum etiam, quia non est verisimile partem impetrantem, & Principem concedentem, hunc casum cogitasse, ut exhaeredaret eum, qui postea nasceretur, ut in terminis concessionis Principis est text. in l. ex falso in princ. ff. de vulg. ubi Paul. de Castr. num. 7. ubi ait Principis concessionem non procedere in filiarum exclusione, nisi expressè dicatur, per text. in §. illud, & §. generaliter aut. quib. mod. alien. efficiant. fui, & est text. in cap. i. de duobus fratrib. à Capitan. invent. ubi facta concessione pro vocatione masculorum ad excludendum foeminas stantibus masculis, filias, vel descendentes non comprehendit, ut Bald. Isr. & Alvaro. in dict. cap. i. quod totum apparere dicebatur ex predicto parlamento anni 1617. in quo cum fuerit supplicatum, ut dicta gratia 142 tia excluderentur filiae, & foeminarum de-

scendentes, fuit tamen ex Regia decretatione denegatum, ut ibi: Placet Sua Regiae, & Catholicae Majestati dictam gratiam, prout in parlamentis concessa fuit confirmare, & sic denegando petitam novam concessionem, quæ est solita formula dengandi novas gratias, quæ petiuntur, ut in prag. 13. de feud. & in cap. 13. Cesareae Majestatis anni 1550. inter privilegia, fol. 150. Super petitione potestatis Proregibus assentiendi super alienationibus feudorum titularum, ut in pragm. 18. de feud. & in cap. 13. Regis Philippi Secundi anni 1557. fol. 162. inter Privilegia Civitatis, super petitione extentionis feudalis successionis usque ad quartum gradum, & in cap. 15. ejusdem anni super petitione, quod assensus capituli super obligationibus feudalibus predictibus mulierum Neapolitanarum concederetur etiam mulieribus Regniculis, & sic si Civitas, & Regnum nunquam usum fuit gratia predicta ad exclusionem filiarum, & foeminarum descendantium; imo in contrarium fuit interpretata, ex quod mota fuit Civitas ipsa, & Regnum ad petendum extentionem predictæ gratiae ad predictum casum, & gratiae, & privilegia ab observantia, & usu interpretationem recipiunt, l. si de interpretatione ff. de legibus, Anna Allegat. 52. Menoch. cons. 392. num. 20. Consil. de Rosa consil. 9. num. 39. dubitari minime posse gratiam predictam non intelligi, nec procedere ad exclusionem propriarum filiarum.

Et ad demonstrandum predictam gratiam non fuisse usu receptam contra filias adducebatur decisio in cause Ill. Comitis de Conversani, cum Ill. Duce Perdizumi, de qua scripsit Capyc. Latr. in consil. 76. & de Marin. cap. 126. tom. 2. ubi fuit declaratum bona feudalia spectavisse dictæ Ill. Comitis filie non obstante Paterna dispositione, vigore gratiae predictæ, quæ filiam non excludebat & per consequens firmabatur non posse vigore assensus dictæ gratiae validari Ill. Duccissæ renunciationem in beneficium D. Hectoris; & licet aliter fuerit decisum in causa successionis Caroli Philomarini super Terra Atellæ, in quâ fuerat institutus Marchellus frater, exclusa filia Marchionissa Boniakbergi, ut Sanfelic. decif. 242. ibi dicitur non agi de corpore feudi, sed de simplici tenuta burgensatica, cum nunquam testator super emptione terra predictæ assen-

sensu in impetraverat, & sic fuit solummodo disputatum de validitate testamenti ex aliis causis, & in decisione fuit facta pars, ut Merlin. tom. 2. controv. 80.

Prò parte vero præfati D. Hectoris ex adverso dicebatur ad primum, nulli dubium esse, fuisse successioni dicti quondam Ducis D. Caroli nepotis per præfamatam III. Ducissæ renunciatum. Et demonstrabatur attenta forma renunciationis; Etenim expressè in renunciationibus successionum ex linea paterna, materna, fraterna, patruorum, avunculorum, & avita fuerunt addita illa verba; *Et quæ ex nunc in antea devolverentur ab intestato tantum ex hereditatis, & successionibus, liniisque supradictis, & tam per lineam directam, quam collateralem in quocumque gradu, & aliter undecumque, quomodocumque, qualitercumque, & à quocumque, ex quibus verbis cessare omnem difficultatem, de qua scripsierunt Decius conf. 379. & Ruin. conf. 98. vol. 1. juxta formulam renunciationis, quæ per prius servabatur apud Capyc. decif. 159. num. 4. an scilicet sub linea comprehendantur illi tantum, qui renuncianti directè conjunguntur, de bonis quorū mulier, quæ renunciavit fuit dotata, nam in præsenti renunciatione expressè fuit conventum, ut continetur etiam successores illorum, qui ex linea paterna, materna, & amita tam directa, quam transversali conjuncti sunt, & per consequens licet feuda renunciationis tempore erant fraterna, effecta deinde nepotis per mortem fratris, non esse ambigendum, præfamatam D. Emilianam à successione nepotis esse excludendam vigore renunciationis, cum etiam nepotis successioni renunciafse videbatur, nam nepos ex linea paterna, materna, & amita, ex qua ipsamet III. Ducissæ renuntians descendit, est conjunctus illi per transversum; Imò etiam ex linea ipsius fratris III. Ducissæ est conjunctus, & proindè sub singulis prædictis verbis renunciationis comprehendi dicebatur successio bonorum præfati Ducis D. Caroli nepotis.*

Nec obstat quod filia renuncians bonis paternis non sit excludenda à fratris successione, etiam in bonis obuentis fratri ex parte Patris, per cuius mortem effecta fuerunt fratres tertia aditione hereditatis, jux. t. ex. in l. 1. S. veteres ff. de acquir. posseff., nam argumentum non habet locum, ubi filia renun-

cavit successioni devolvendæ ex linea paterna, juxta cōmunem Notariorum stylum, ut Stephan. de Gacta in annotat. ad Confucius, si quis, vel si quis vers. sed si morienti nu. 268. li. A.

Nec minus suffragatur, quod in renunciatione non fuit dictum, renunciando bonis provenientibus ex linea paterna, materna, avita, &c. sed solum renunciatum fuisse, per lineas supradictas, tempore quo supra non 146 renunciavit lineis, sed tantum successionibus; Nam respondebatur, quod in supra dicta renunciatione fuit facta mentio de successionibus paternis, maternis, fraternis, avitis, &c. & propterea prædicta verba, lineas supradictas exprimunt per relationem lineas paternas, maternas, fraternas, avitas, &c. quarum qualitates supra fuerunt expressæ; cum illa dictio (sopradetto) præcedentium qualitatū sit relativa, ut Farin. dec. 187. nu. 7. recent. part. 1. Roland. conf. 34. nu. 7. vol. 4. Capyc. latr. decif. 103. nu. 8., quod fuit specificè declaratum in illis verbis renunciationis immediatè subsequentibus, scilicet (*& tam per lineam directam, quam collateralem; & transversalem in quocumque gradu, & aliter undecumque.*)

Ad secundum partis adverse motivum, quod corruerat renunciatione ex defectu assensus Suæ Catholicae Majestatis, replicabatur, renunciationem dici abdicativā actento casu, qui evenit, nempe mortis Ducis D. Caroli junioris, & tamquam factam in beneficium D. Hectoris in quarto gradu conjuncti, qui, sublata de medio præfata Ducissa renunciante, poterat per successorium edictum 147 jure suo succedere in feudis, in quibus locum habet successorium edictum, quando repudiantur feuda non acquisita, ita ut proximiores agnati non renunciantis, sed defuncti, de cuius successione agitur, admittuntur, ut in cap. 1. tit. an agnatus ubi Andr. nu. 6. vers. item bac repudiatio, Cujac. de feud. lib. 4. tit. 54. Et licet hæc renunciatione facta in defectum lineæ Ducis D. Fabricij comprehendat etiam illum casum, quo præfatus D. Hector, & ejus descendentes essent in his feudis descendentes, & propterea debere dici translativam, non per hoc tollitur, quod non sit abdicativa respectu casus, qui evenit, siquidem quamvis una, & eadem renunciatione non possit esse simul 148 translativa, & abdicativa, cum non possit una, & eadem res sub unica verborum concep-

358 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

ceptione diverso jure censeri, *jux. regulam l. jam hoc jure ff. de vulgari, & pupillari*, procedit tamen regula in renunciatione hæreditatis delata, non verò deferendæ; etenim renunciatio hæreditatis deferendæ, ut in præsenti casu, concepta sub diversis clausulis aptis comprehendere plures casus, tunc potest operari effectum, & abdicativum, & translativum, prout melius, & magis expediens fuerit renunciatario; Et proindè si tempore, quo hæreditas defertur, ille, cuius contemplatione fuit facta renunciatio, senecta renunciantiæ, post eam reperiatur immediate à lege vocatus, renunciatio operatur effectum abdicativum, ita ut possit renunciatarius per successorum ædictum jure suo proprio succedere; Si verò tempore, quo defertur hæreditas renunciatarius ab alijs præcederetur, vel esset extraneus, & tunc renunciatio, ut renunciatario competit, jus utile succedendi ex persona renunciantis, operatur effectum translativum, & hoc operantur clausulæ pacti de non petendo, & de non succedendo, ac illa verba *ceſt. 149. f. 1, & tranſtulit*; Evidèm hujusmodi clausulæ appositæ in renunciatione hæreditatis deferendæ, quæ apta est plures futuros casus comprehendere, adaptantur unicuique casui, juxta proprietatem casus, cui convenient, *ut Montan. controv. 10. num. 4. verf secundum argumentum*, cum bene possit unica, & eadem res propter diversas causas, & rationes diverso jure censeri, prout possunt ex eadem re procedere duo contraria sub diversis respectibus, *ut Tir. aquel. de re truct. Lignager. S. 1. gl. f. 18. nu. 23.*

Nec esse verum, quod si evenisset casus, quod deficeret linea Ducis D. Fabritij, puta per mortem filij præfati Ducis D. Caroli junioris, prædictus D. Hector si supervixisset, fuisset insuccessibilis, quia successio feudalis in hoc Regno prorogata fuit per gratiam concessam de anno 1649. & expeditam anno 1666., atque registratam anno 1668. usque ad quintum gradum inclusive, & propterea posset dictus D. Hector, etiam si talis casus contingisset jure proprio venire licet in quinto gradu, nec erit uti extraneus habendum.

Respectu verò descendantium ex dico D. Hector dicebatur primò, quod non erat incompatibilis contemplatio hæredum descendantium à D. Hector cum in renunciatione abdicatiya successionum feudalium ipsi

D. Emiliae deferendarum, illi fuerunt contemplati, tamquam hæredes illius, & proinde postquam renunciatio operata fuerat effictum extintivum favore D. Hectoris, qui tamen acquisiverat feuda tamquam immediatè vocatus post mortem dicti D. Caroli, sublata Ducissa renunciante, bene ejus descendentes succedere poterant in eisdem feudis ex jure ipsis transmissò à D. Hectore, tamquam hæredes ejus; Nec esset attendendus quanto gradu descendentes ex præfato D. Hectore distent à Duce D. Carolo junior, sed inspici debet proximitas ipsis D. Hectoris, cui succedunt ejus descendentes in infinitum, *cap. 1. §. hoc quoque de succ. feud. & cap. 1. tit. si Vassall. feud. priu. et. & cap. 1. §. hoc quoque tit. de his, qui feud. dar. poss. Camer. in cap. 1. n. 24. tit. an agnatus*, & si contemplati videntur in eo casu, quo successio prædicto D. Hectori delata fuisset, non verò, ut jus à descendantibus ejusdem D. Hectoris inciperet, *ut Alciat. lib. 8. conf. 3. à nu. 19. Peregr. de fideicom. art. 5. 1. nu. 20.* Insuper dicebatur, quod supradicta renunciatio suffulta erat assensu gratiæ, de quo in pragm. 33. de feud., qua mediante potest feudatarius, tamen per actus inter vivos, *151 quā ultimæ voluntatis disponere de feudis suis in beneficium agnati proximi successuri, ablatis sœminis à medio, & proinde jure substitui poterat præfatus D. Hector, qui tempore renunciationis erat immediate, & proximè successurus præfato Duci D. Carolo, sémota dicta D. Emilia renunciante, quæ tunc temporis liberos non habebat, jux. tradita per DD. ubi supra.*

Nec suffragari poterant motiva partis adversæ contra predictam conclusionem; Nam quoad 152 primum, quod dicta D. Emilia expresse non dixit, velle uti in dicta renunciatione gratia prædicta, replicabatur, non requiri talem expressionem, quia dicta gratia est lex municipalis, & in Regno facit jus, ita ut quilibet secundum facultatem, & jus sibi competens disponere præsumitur, *jux. tex. in l. 3. ff. de milit. testam. Capyc. latr. consult. 140. nu. 11., & 12. to. 2. Conf. Rocc. de offic. rub. 13. in gl. quartus casus est §. 4. fol. 183. nu. 58., & 19. Frecc. de subfeud. lib. 2. in questionibus quest. nu. 4. in fine, & num. 5. plenius doctus Consiliar. Joseph. de Rosa in præludijs feudalib. lect. 11. per totam; Imò is, qui disponit si in ejus dispositione apposita sit clausula omni meliori modo, videtur usus 153 ful-*

153 sūisse gratia p̄dicta, multò magis, prout in præsenti casu, quando dispositio nititur juramento, quod magis operatur, quām clausula p̄dicta, & ostendit voluntatem disponentis magis claram, & enixam, & facit valere actum eo modo, quo valere potest, ut in l. cum pater § filius matrem, ff. de leg. 2. de Ponte tom. 1. conf. 72. nu. 29., & 30. Serapbii de priviley. jeram. privileg. 98. nu. 1.

Ad illud autem, quod vigore dictæ gratiæ nequeat fēdātarius proprias filias, & descendentes excludere; Respondebatur non obstarē primò conjecturam pietatis, & prædilectionem descendantium, juxct. text. in L. cum avus ff. de condit., & demonst., & l. cum acutissimi C. de fideicomm., nam jura p̄dicta non procedunt, quando fēminæ descendentes excluduntur ratione conservandæ agnationis, nām tūc, quia causa finalis est conservatio familiæ, non solum sorores, verū etiam filiae, & nepotes descendentes excludi poterint per agnatum remotiorem, maximè, quod petitio gratiæ, de qua in dīa prag. 33. est generalis, ut Covarr. in cap. Rainaldus nu. 2. de testam. Molin. de primog. lib. 3. cap. 5. num. 5., & 7., & optimè num. 77. Gratian. cap. 866. n. 28. Peregr. de fideicomm. art. 25. nu. 11., & 25., ubi fēminæ fuerunt vocatae sub nomine fēminarum proximiorum, sub quibus non solum comprehenduntur descendantes, verū etiam, qui obtinent primum locum suorum hāredum, ut in l. Jurisconsultus 10. vers. proximiores, ff. de gradib. ubi etiam glof. lit. H. in verbo sui dicunt., & l. filius ff. de sevis, & legitim.

Secundò non obstarē text. in l. ex fādo ff. de ordg., & pupill., ex quo deducebatur, Princ̄pis concessionem absque expressa mentione filiarum non procedere ad exclusionem 155 illarum, ubi Paul. de Castro nu. 13., nām procederet in eo casu, quo concessio feudi suis sit facta sibi, & filiis masculis, & fēminis, nām tūc interpretaretur concessio, juxct. Constat. Reyni, ut de successoribus, ut scilicet filia excludatur à masculis ejus, qui feudum tenet, non verò à patruo, secus verò quando ex concessione expressè præseruntur masculi primi acquirentis, fēminis etiam proximioribus, nām filiae fēdātarij excluduntur etiam à patruo, & sic dūm gratia sūisse concessa, ut saceret masculis totius familiaris primi acquirentis, qui immediate succederent, si fēminæ non extarent, propterea sub fēminarum exclusione comprehen-

duntur etiam illæ, quæ descendunt à fēdatario defuncto, ut Liparul. ad Andr. in c. 1. sit. de eo, qui sibi, & suis hāred. nu. 2. col. 3. lit. N. in verbo in Regno Siciliæ, & nu. 3. lit. H. in verbo ex facto.

Tertiò nec minus obstarē dicebatur text. in d. cap. 1. de duob. fratr. à capit. investit., nam 156 idē ibi filia unius ex duobus fratribus de feudo investitis, eo pacto, ut donec ipsi viyerent, vel adessent hāredes masculi, semper illi succederent, quibus defientibus succederent fēminæ, fuit mortuo Patre prælata patruo, quia Patruus non erat descendens à primo acquirente feudum, ut Andr. in d. cap. 1., ubi optimè Affl. in princ.

Nec aliquid facere illa verba petitionis gratiæ ibi: (nec causaretur multum damnum fēminis, potens bodie gravari usque ad valorem rem feudi), tūm quia illa fuerunt apposita ad finem demonstrandi natūram feudi hāreditarij, quæ est, ut valeat gravari hāres in feudo, usque ad ejus valorem, & hoc fuit in mente tam potentium, quām Regis concedentis gratiam p̄dictam, ut Camerar. in cap. Imperiale. S. præterea ducatus. fol. 103. lit. N., & O., & lit. T., & V. Montau. controv. 23. nu. 12., & in d. c. Imperiale nu. 53., & 54., tūm etiam quia dicta verba (usque ad valorem feudi) fuerunt in petitione prolata simpliciter, & indefinitè absque ulla dictione, integrè scilicet, & in totum, & sic non repugnare, quod pater possit filiam hāredem gravare ad totum rem feudi valorem, & quod filiae sit salva legitima, ut Rovit. conf. 39. nu. 32. 20. 2. Capyc. latr. consult. 77. nu. 68.

Item nec aliquid suffragari dicebatur! illa alia verba ibi: (quibus mulieribus possit dictus 158 fēdātarius supra dictis feudi statuere tantum, quantum ei videbitur pro sua dote, aut si fuerit mutta benevolentia causa relinquere, vel donare) nam verba p̄dicta non impediunt, quin gratia videretur loqua sūisse de filiabus, quibus dos, vel legitima ex necessitate debetur, pro cuius consequente datur, vel actio in rem scripta, vel hypothecaria super feudo, non tamen pro tota plote constituta, vel legata, sed secundum paragium, vel legitimam, idest juxta quantitatē de jure debitam, itaut pro eo, quod excedit, filiae non competat, nisi actio personalis, ut Andr. in Constat. in aliquibus versic. quinque decimū, & ita decisum refert Rovit. in prag. 25. de feud. nu. 74. vers. di-

360 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

dicatur, & num. 75. Et ideo in supplicatione gratiae fuit petitum, ut feudatarijs ad eorum arbitrium liceret foeminijs dotem super feudis constituere, vel legare, aut donare illam quantitatem, quam sibi placuerit, ut talis dos, sive legatum, aut donatio pro integra quantitate hypothecam haberet super feudis, cum alias non pro tota quantitate daretur. Et hoc indicare dicebatur illa dictio, *supra, ut Bart. in t. codicilis §. institut. t. ff. de leg. 2. Affl. decif. 126. num. 6. Merlin. controv. cap. 8. num. 24. lib. 2.*, & sic per praedicta verba non recte ex adverso inferri, gratiam intelligi de foeminijs collateralibus tantum, nam si causa finalis petitionis generalis, & concessionis ea fuit, nempe ratio conservandi feuda in agnatione, licet per predicta verba foeminae collaterales enarrari videantur, non per hoc tamen dici potest, illas tantum fuisse in mente petentium, & concedentis, cum non personae, sed causa cum personis, quae enumerantur causa frequentia, vel propter castum tunc occurrentem, enarratur, & proinde gratia, & assensus non restringitur, *ut Camer. in d. cap. Imperialem cart. 52. tit. O., & P.*, & ideo ex eadem ratione, *Constitutio Regni fratribus*, loquens de sorore, filiam sororis quoque comprehendit, *ut Andr. in dicta Constitutione.*

Ultimò dicebatur non esse verum per preces correctas in anno 1617, fuisse supplicatum, quod possit quoque feudarius, quando disponit in agnatum proximiorem immediate 159 successorum, si foemina non adessent, excludere etiam foeminas descendentes, & quod à Catholica Majestate fuisse dengatum, confirmingando tantum primam gratiam, nam hoc numquam fuit in controversia deductum, sed fuisse supplicatum, ut licet in agnatum masculum in gradu non successibili de feudis disponere, dummodo adsit foemina in gradu admisso, sive ex linea descendentis, sive collateralis, quae sicuti poterat vigore dictae gratiae prag. 33. excludi, si dispositio fiebat in agnatum proxime successorum; ita quoque possit excludi si dispositio fieret in beneficium agnati existentis in gradu insuccessibili. Item, & si hoc fuisse supplicatum, nec quoque obstare replicabatur, nam supplicatio fuit per modum declarationis, & confirmationis, ac proinde per novam supplicationem priori gratiae aliquid non fuit derogatum, si nova gratia non sit

necessaria, etenim semper supplicatio censetur ad omnem dubium evitandum, & ad maiorem cautelam porrecta, *ut Anna conf. 29. Staib. Sen. conf. 82. à nu. 26. ad nu. 32.*, & *Staib. Jun. sent. 2. ref. 172. n. 53.*

Quod adeo verum est nūquam fuisse hoc controversū, imò quod in omnibus dispositionibus factis in agnatis masculis, exclusis foeminis descendantibus, numquam de hoc fuerit dubitatum; adducebantur plura exempla. Et primò dispositio quond. D. Artusij Pappacoda, qui instituit in omnibus feudis D. Antonium fratrem, exclusa nepte ex filia descendente, *ut Lanar. in addit. ad Regentem Lanarium patrum in cap. 1. de success. feud. num. 2. Capyc. latr. consult. 86.*, qua quidem dispositio fuit quoque approbata à Regio Fisco; qui petiit devolutionem feudi, non ex quo obiit neptis absque legitimis successoribus ante obitum fratris testatoris instituti, sed illam petiit per mortem ejusdem fratris instituti, cui non poterat succedere Amita dicti D. Antonij, dum non descendebat ex dicto testatore primo acquirente, *ut Rovit. decif. 94. nu. 2., & 3., & nu. 30. vers. neque opinabatur, Montan. de regal. §. fin. n. 21. vers. binc infertur.*

Secundò adducebatur causa Ill. Comitis Cöverani, ubi non fuit controversum, dispositio 161 tionem esse nullam, ex quo non poterat Ill. Princeps Roccæ Aspidis excludere dictam Ill. Comitissam, sed ex eo, quod tempore dispositio habebat filium immediatè successorum, cui testator, eo decedente absque liberis, substituit fratrem, & sic fuit dubitatum, an gratia comprehendenter substitutionem vulgarem, vel fideicommissariam, *ut Capyc. latr. consult. 76. à nu. 35.*, & consult. 77. à nu. 59. de Marin. refol. cap. 126. n. 79. n. 1., & cap. 189. nu. 86., & seqq. 10. 2. Item dispositio, seu refutatio feudi facta ab Ill. Principe Collis in beneficium fratris utrinque conjuncti exclusa filia, *ut Lanar. in 162 addit. ad patrum in d. cap. 1. n. 2. in fine de success. feud.* Item dispositio testamentaria ejusdem Principis, qui vigore dictae gratiae tres proprias filias exclusit, instituendo fratrem secundogenitum, *ut Staib. Jun. in calce d. ref. 172. cent. 2.*, & sic ex his dicebatur, semper gratiam prædictam fuisse usu receptam, & observatam ad exclusionem etiam foeminarum descendantium, & propterea sequi ex dicta observantia, non esse mutanda ea, quae certam interpretationem habue-

buerunt, itaut prævaleat vero intellectui dispositionis, iusc. tex. in l. omnino C. de legib. Menoch. conf. 290. nu. 20. Cravett. conf. 294. n. 8. vers. vigesimo primo, Fontanell. decif. 482. à n. 9.

Nec obstat, quod talis observantia, ut locum habeat, opus sit, ut fuerit introducta in 163 contradictorio judicio; Quoniam hoc verum esse dicebatur in consuetudine induc-tiva novi iutis, non verò in interpretativa, ubi sufficit, Cives ita observasse, ut Menoch. conf. 21. nu. 15. lib. 1. Fontanell. ubi sup. n. 13. Paul. Rub. de validit. legali cap. 40., & 41. Roman. conf. 6. nu. 69., & ita intellexerunt, di-ctam gratiam procedere, nempe etiam ad exclusionem seminarum descendantium, Lanar. in addit. ad patrum, ubi supra nu. 2., & 3. Rovit. decif. 94. nu. 2., & 3., & num. 14., & 30. Montan. de regal. § fin. num. 7. fol. 321. Conf. Rocc. respons. 44. nu. 2. in fine to. 1., & de offic. rubr. 13. §. 4. nu. 56. Altomar. in ad-dit. ad Rovit. conf. 1. à n. 23. ad nu. 25. to. 1.

Ad illud autem, quod foemina feudataria non sit comprehensa sub dispositione dictæ gratiæ quæ loquitur tantum de feudatarijs ma-164 sculis disponentibus in agnatum masculum suæ familie, ratione conservationis bonorum in familia, cum dicta ratio non currat, aut procedat in foemina feudataria; Re-plicabatur, quod gratia loquitur simpliciter de feudatarijs, sub quo nomine comprehenduntur omnes, qui feuda possident, tam sci-licet masculi, quam foeminae, maximè in Re-gno, ubi foeminae sunt capaces feudi, & illius successionis de jure ordinario, non per dis-pensationem, ut Franc. de Amic. sit. de his, qui feud. dar. poss. fol. 64. col. 1. in fine, siqui-dem genus masculinū comprehendit foemi-ninum, l. 1. ff. de verb. obligat. Cald. de nomin. emphat. lib. 2. qu. 1. n. 1.

Nec refragatur illud, quod in foemina feu-dataria disponente non possit considerari ratio 165 conservationis bonorum in agnatione; nam hoc procederet, quando foemina dispo-neret de feudis in beneficium filij masculi secundogeniti, excludendo neptem ex pri-mogenito præmortuo, quia tunc minimè ve-rificari possent verba gratiæ, quæ loquitur de agnatis, in quos debet fieri dispositio, quia masculi descendentes à foemina non di-cuntur agnati, sed cognati, glof. in l. 4. in verbo oriuntur, lit. P. ff. und. cogn. §. vulg. in-stit. de success. cognat., ita quod foemina non habet agnatos descendentes, us Bald. in l.

1. nu. 2. vers. sed tunc C. quando non petent: part. secus verò quando foemina disponit in eis, qui sunt ipsi conjuncti per sexum virilem ex parte patris, nam hoc casu bene pos-set videri habere rationem conservandæ propriæ agnationis, ut Soc. jun. conf. 67. nu. 17. vol. 2. Moltf. ubi supra de renunciat. q. 5. nu. 25. Caesar. de Affict. controv. cap. 24. nes. 52. Barry de success. lib. 8. tit. quibus fideicom. relictum intelligatur nu. 23. vers. sed hoc de-bet limitari, glof. Parisiens. par. I. §. 16. n. 14. quando filia nupta dicatur de agnatione pa-tris, l. familie §. foeminarum filios ff. de verb. signific. l. pater nubenti, ff. de collat. dot. l. filius emancipatus, ff. eod. junc. l. 1. ff. und. legitimi, etiam quod sint nuptæ extra familiam, patrisque agnationem, Grat. cap. 530. nu. 17., & 18. Rovit. conf. 58. nu. 10., & a n. 20. ad n. 22. Fusar. de subflit. q. 352. à n. 40. & 42., & licet dicantur transire in familiam viri, hoc intelligitur, quod post earum mor-tem bona per eas acquisita transire dicuntur ad filios, qui sunt de familia viri, non ipsa-rum mulierum, ut Rota Rom. dec. 531. num. 22. part. 1. recent., & Altograd. conf. 89. nu. 45. tom. 2.

Item dicebatur, prædictum partis adversæ obiectum procedere, quando agitur de acti-va successione foeminarum, scilicet quando foeminæ ipsæ vocarentur ad successionem 166 agnatorum, secus quando tractatur de successione passiva earum, idest quando agnati masculi vocantur ad successionem, sive hæreditatem ipsarum foeminarum, nam tunc bene viget ratio conservandæ agna-tionis, ut in §. cæterum inst. de legit. agnat. success. & l. lege C. de legit. hæred. Brun. de sta-tut. exclus. foeminar. art. 5. num. 80. in fine, Menoch. conf. 541. nu. 34. Rota Romana decif. 548. num. 7. & 8. recent. part. 1. tom. 2. inter collect. à Farinac. Alciat. conf. 198. nu. 4. lib. 9. Altograd. conf. 86. num. 31. & num. 45. tom. 1. ubi num. 13. ait, quod si adesset statutum vocans ratione conservandi agnationem ad successionem agnati masculi, agnatos ma-sculos, quod procederet, tam si ageretur de succedendo in hæreditate masculi, quam in hæreditate foeminae, itaut non solùm ma-sculus succedat masculo, verum si decebat soror superstite fratre, & sorore, quod fra-tter excludat sororem, cum ratio conser-vandi bona in agnatione, & familia mi-litet in utroque casu, tam scilicet in succes-sione masculi, quam foeminae nuptæ extra

Z z fa-

362 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

familiam , maximè si statutum conceptum sit per nomen masculinum , quia tunc diceretur favorable respiciens publicam utilitatem , nempe conservationem familiarum , ac proinde non esse dubitandum , quin gratia procedat etiam respectu foeminæ feudatariae disponentis de feudis suis in agnatos masculos suæ familie , & propterea habere etiam locum gratia in renunciatione , quæ fit de foemina favore agnati masculi suæ agnationis successionum feudalium deferendarum ab intestato , ut *Montan. in dict. controv. 10. num. 32. in fine* , quæ gratia per eandem rationem conservandæ agnationis locum habet , nedum in feudis antiquis , verum etiam in feudis novis , ut *Montan. de regalib. in §. fin. nu. 21. versic. binc infertur, Roccus de offic. rubr. 13. Gl. 4. casus.*

Rursus ad illud , quod *gratia dictæ pragm. 33.* non procedit in renunciatione juris , & spei succedendi in feudis , sed tantummodo illo 167 iam locum habere in feudis quæsitis à feudatario disponente , ac proinde non comprehendere renunciationem translativam successionum deferendarum ; Replicabatur , quod dum per eandem gratiam concessus est assensus super omnibus dispositionibus feudalibus faciendis in agnatum masculum remotiorem , tam per actus inter vivos , quam ultimæ voluntatis ; Unde est , quod absque ullo dubio permittitur refutatio feudi quæsiti in agnatum proximè successorum immediatè post foeminas , ut *Lanar. ad patrum in dict. cap. 1. num. 2. in fine de successfeudi* , permisum quoque esse debet , ut valeat refutari spes succedendi in feudis , ut *de Ponte lect. 18. nu. 18. Camill. de Medic. conf. 136. num. 12. Rovit. conf. 31. num. 7. & 8. tom. 1. Cesar Gallupp. Meth. feud. part. 2. cap. 5. num. 22. & 23.*

Tandem dicebatur ex alia speciali ratione , D. Hectorem patrum magnum esse Ill. Ducissæ filiabus præferendum in successione 168 ne feudalium , quia scilicet ex gratiis huic regno concessis ordine temporis , masculi primo loco proponuntur , & nominantur , & per consequens præferendus erit D. Hector tanquam masculus foeminis in quarto gradu existentibus , sive sint ex linea Collaterali descendenti , sive ascendentí , quia foeminæ tanquam ultimò vocatae nequeunt venire , nisi defientibus primo loco nominatis , atque admissis ex gratiis ipsis , tum quia prior gratia facit jus commune in

Regno , cui non censetur derogatum per secundam gratiam , neque in aliquo concedetur jus masculis , prius per antecedentem gratiam quæsitum , tūm quia ratione prioris nominationis masculi prælati censentur , *Vrsin. de successfeud. part. 2. q. 9. art. 1. nu. 7. & 8. Theodor. alleg. 100. num. 35. versic. ex quo facto, Rovit. in pragm. 11. de feud. nu. 85. & 86.*

Quod vero ad successionem masculi solùm quarti gradus prius admissi sint , apparere dicebatur ex eadem gratia , de qua in *pragm. 34. de feud.* ubi prius fuit concessum , ut in successionibus antiquorum feudorum illi 169 succedere valerent , qui quarto gradu conjuncti sunt , sed cum expressa qualitate , & conditione exclusiva foeminarum , dum voluit Rex concedens , ut essent Barones descendentes ex primo acquirente , denique vero acceptata gratia prædicta fuit novis precibus medianib[us] supplicatum , ut etiam foeminae admitterentur , quibus novis precibus libenter Rex ipse annuit , & per consequens ex ordine temporis prius masculi admissi fuerunt , & deinde foeminae , & ideo masculi ratione prioris admissionis preferri debent .

Assumptum autem probatur , quia cum feudum nedum ex investitura , sed etiam ex 170 novis moribus , & legibus naturam summat , ut *Montan. in dict. cap. Imperiale num. 215. & 116. & ex priori gratia feuda illam naturam sumperunt , ut ex quarto gradu conjunctis masculi tantum succederent , foeminae vero excluderentur , idèo fit , quod ubi per foeminarum admissionem ejusdem quarti gradus derogaretur natura feudi , quæ est talis , ut masculi tantum succedant , foeminarum admissio , & vocatio strictè intelligenda sit , ut quanto minus posset derogetur naturæ , quam ex priori gratia feudum recepit , & per consequens foeminae nequeunt intelligi vocatae , nisi indefectum omnium masculorum existentium in quarto gradu ex primo acquirente , nè in casu , quo attenta priori gratia devolveretur feudum ad concedentem in defectum masculorum quarti gradus , tunc transit ad foeminas quarti gradus per gratiam subsequentem vocatas , & proinde nil foeminaris prærogativam lineæ prodest ad 171 masculorum exclusionem , quando illam haberent , juxta *text. in cap. 1. de eo, qui sibi, & suis hered. Quæ textus dispositio procedit etiam**

etiam in eo casu ; quod feudum eam natu-
ram sumpserit, ut admitterentur ad succe-
sionem tam masculi, quam foeminae adjecta
dictione, *simul*, quia tunc foeminae admit-
terentur ad successionem, quando omnes
cujuscumque linea masculi deficerent, ut
Forster. de success. lib.3. cap. 19. axiom. 7. &
num. 12. versic. ex quo consequens fit, & 2
num. 16. Artman. Pjstb.lib.2. qq. quarti. 35. &
num. 18. Zafius in epizom. feud. part. 8. n. 52.
Cucher. decif. 8 i. Bercholten. de feud. dict. c. 7.
num. 76. Rosenthal. de feud. cap. 7. concl. 40.
num. 5. & 6.

Nec obstat, quod hoc jus simul quæsitum vi-
deatur masculis, & foeminis tanquam uni-
co, & eodem tempore admissis, ex eo quod
prior gratia nullo modo fuit expedita, nec
exequitoria, neque aliter appareat, nisi
172 ex posteriori gratia, ex qua foeminæ ad-
missæ fuerunt tanquam comprehensæ in
prima gratia, & sic posterior gratia videtur
potius primæ gratiæ declaratio, quam nova
foeminarum admissio. Etenim respondeba-
tur primo, quod per novas preces duo Regi
fuerunt supplicata, unum scilicet, ut prior
gratia non expedita expediretur; Alterum
vero, quod etiam foeminæ admitterentur,
quibus Rex assentiit, & concessit juxta id,
quod petitum fuit, sic primam gratiam sa-
tis esse fuisse expeditam, & exequatoria-
tam cum gratia posteriori; Nec ex quo
simul prima, & secunda gratia expeditæ, &
exequitoriaæ fuerint, ideo dici potest, si-
mul eodem tempore admissos fuisse ma-
sculos, & foeminas, nam essentia gratiæ non
consistit in expeditione illius, sed sufficit,
ut perfecta dicatur, ut fuerit concessa per
173 verbum *fisæ* absque privilegii expeditio-
ne, ut *Afflct. decif. 253. & num. 6.* nam eo
tunc Principis gratia valet, licet probari
nequeat, nisi per scripturas, ut *Bald. in l. si*
qua per calumniam vers. modo queritur bic
num. 7. C. de Episcop. & Cl. Anna alleg. 47.
num. 8. Rovit. in pragm. 4. num. 1. de fid. &
auct. memor. prout essentia gratiæ neque
consistit in illius exequotoriatione, quia
statim, ac fuerit concessa, jus tribuat, & effi-
cax sit ad agendum, licet si exequotoria
in tempore non fuerit, deduci valeat ad
causam nullitatis, ut ex doctrina *Bald. in l.*
illud C. de Sacr. San. Eccl. ait Lanar. in conf.
92. num. 4. versic. insuper non tenetur.

Secundò respondebatur, quod estò nova gra-
tia videretur potius declaratio primæ, quam

nova concessio, & quod foeminæ tanquam
comprehensæ in prima admissæ fuerunt ex
174 nova; non per hoc tamen ita vocatæ fue-
runt, ut masculis præferrentur, nam sola
Regis intentio fuit velle in priori gratia
sub omnibus personis in quarto gradu con-
tentis comprehendendi quoque foeminas, dum
voluit ampliare successionem feudorum
generaliter ad quartum gradum inclusivè,
nulla penitus persona exclusa, quamvis spe-
cialis, & expressa mentio de masculis tan-
nùm facta fuerit, ut ex novis precibus, qui-
bus Rex se conformem reddere voluit ap-
parere dicebatur; & propterea dum voluntas
& intentio Regis fuit, generaliter in
priori gratia comprehendendi foeminas, quia
tamen masculi specialiter, & expressè vo-
cati, & contemplati fuerunt, dum dictum
fuit, ibi : *Siendo varones descendentes de*
primero adquiriente, hujusmodi specialis,
& expressa masculorum vocatio operatur,
ut alii generaliter vocati, vel comprehensi
venire nequeant, nisi deficientibus speciali-
ter expressis, & nominatis, & propterea
quamvis foemina linea propinquioris gene-
raliter in gratia priori, comprehensa fuisset,
quia tamen nulla expressa, vel specialis fa-
cta fuit de ea mentio, superatur à masculis,
quamvis linea remotioris in eadem priori
gratia specialiter vocatis, atque nominatis,
ut *Castill. lib. 5. part. 2. cap. 93. num. 17. & 18.*
in fine, & per totum; Quod quidem proce-
175 dit etiam, quando specialis nominatio fie-
ret per nomen collectivum, quia tunc spe-
cialis nominatio per nomen collectivum
operatur, ut ita nominati omnibus genera-
liter comprehensis præferantur, ut *Castill.*
ubi sup. per text. in l. cum ita §. in fideicom-
miss. ff. de ley. 2. quæna text. locum habere
non solùm in ultimis voluntatibus, sed
etiam in gratiis à Rege concessis, ait *Vrsin.*
de success. feud. part. 2. q. 9. art. 1. num. 8. Imò
talis declaratio, quod in priori gratia com-
prehenderentur foeminae, cum per eam Rex
voluerit ampliare feudorum successionem
quoad omnes personas in quarto gradu exi-
gentes, non dat foeminis plus juris eo, quod
ex eadem priori gratia habebant, undè non
nisi deficientibus masculis specialiter voca-
tis venire possunt, ex ea ratione, nam qui
declarat nil aliud facit, nisi detegere jus ta-
le, quale datum fuit, nihilque novi tribuit,
176 ut in *l. sicur. §. sequeretur ff. de servis. vim-*
dic. & ibidem *Glosa in verbo declarari, l. si*

364 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum.

*donat. §. 1. ff. de donat. inter vir. & uxor.
l. adeo §. cum quis ff. de acquir. rer. domin.
l. bæredes palam §. si quid post ff. de testam.
Jaf. in l. cum dubium num. 10. C. de legib. Ca-
mer. in cap. 1. de natur. success. feud. lect. 31. &
num. 13. in fine ad num. 15.*

Ultimò minus obstare, quod dum per novam gratiam statuitur, ut in beneficium comprehensorum in quarto gradu obseretur
 177. omne id, quod circa successionem feudorum obserbatur usque ad tertium gradum, & ideo æquiparati, & adæquati fuerunt masculi, & foeminæ, ratione cuius æquiparationis nil juris specialis inferri posse ex priori admissione masculorum; Quoniam satis superque responsum fuit, quod prædicta adæquatio ad ampliandam, & extendendam successionem feudorum, & ad reddendum habiles, & capaces omnes personas in quarto gradu conjunctas, prout erant habiles, & capaces illæ personæ, quæ existebant in primo, secundo, & tertio gradu, & hoc, quia mos Regum nostrorum erat in ampliatione successionis feudorum personas tantum expressas includere, non verò gradus, & sic nè in futurum aliquis adesset scrupulus, voluit Rex per novam gratiam, omnes in quarto gradu contentos fore comprehensos, ampliando, & extendoing successiones feudorum quoad eos, ut *Rovit. in pragm. 11. de feud. num. 9. verfic. Reges enim.*

Quod demonstrabatur ex verbis ejusdem novæ gratiæ, dum ibi supplicatū fuit, ut admit-
 178 terentur foeminæ in quarto gradu exi-
stentes indistinctè, sive descendant à ma-
sculis, sive à foeminis, & proinde cum æqui-
paratio pertineat ad extentionem, & ampliationem successionis feudorum, & ad reddendas habiles, capacesque successionis omnes personas in quarto gradu contentas indistinctè absque eo, quod una includatur, & altera excludatur, minimè videri potest facta quoad alia, nec alterare potest suc-
cedendi ordinem inter personas conjunctas quarto gradu prioris admissionis, & specialis nominationis, quia ordo succedendi multum differt à capacitate, & habilitate suc-
cedendi, & adæquatio, vel æquiparatio fa-
cta quoad uham rem, quoad alia facta non
 179 censetur, ut *G. in cap. 1. in verbo declarauis, nè Clerici, vel Monach. lib. 6. & G. in princ. instit. de excusat. tutor. in verbo, in provinciis, Paris. conf. 49. nu. 86. tom. 3. Res-*

*man. conf. 179. num. 12. in fine, & propterea est, ut filli emancipati, qui in successione, per text. in l. meminerit C. de legit. bæred. æquiparati sunt suis, mitantur jure suis com- petenti quoad ea solummodo, in quibus expresse æquiparati sunt, non vero quoad alia, ut *Costa in cap. si pater part. 1. in verbo, babens num. 19. de testamentis.**

Et ex his omnibus dicebatur, omnino successionem Ducatus Andriæ spectare ad præsumptum D. Hectorem, tum vigore testamenti Ill. D. Fabritii, tum vigore pupillaris substitutionis. Unde per S. C. his omnibus disputatis, & maturè consideratis
 180 sub die 13. mensis Novembris 1673. junctis duarum Aularum Consiliariis, fuit ordinatum, nullitates non obstare, & ordinatum M. C. Vic. quod consignet copiam, & fidem præambuli in beneficium dicti D. He-
ctoris, confirmando decretum prædictum M. C. & respectu omnium prædictorum prætensionum fuit datus terminus dierum quatuor ad deducendum incumbentia, ut ex actis penè Magnificum Actuarium Franciscum Lavianum. Patrocinantibus Advocatis illis magni nominis D. Vincen-
tio Raetano, & Seraphino Biscardi postmo-
dum Regentibus Regiam Cancellariam,
& D. Alvaro della Quadra, & D. Petro de
Fusco ex meritis assumptis ad munus Re-
gii Consiliarii.

De hac decisione memores fuimus in obser-
vat. ad singularem nostri Genitoris recolen-
dæ memorie 162. & 163. num. 14. verfic. Un-
de, & in nostra præx. præsentationis instru-
mento. cap. 28. num. 9.

S. II M M A R I U M.

- 1 **F** Acti series proponitur.
- 2 **F** Fideicomissa non possunt institui in feudiabsque Regis Assensu.
- 3 Limitatur, quando fideicommissum fieret super tenuta, sive pretio feudi deducenda legitima primogeniti, & num. 4. & 5.
- 6 Feudi tenuta non acquiritur in benefi-
cum vocatorum in majoratu ex instrumen-
to recognitionis, sed simplex hypotheca pro recuperatione pecunie quoties feudum fuit emptum ex pecunia majoratus.
- 7 Et quid si ad majoratus successionem es-
sent vocata loca pia feudalis successionis in-
capacia.
- 8 Assensus expeditus per ver. boni fiat non reda-

- redactus in forma Regiae Cancellarie infra biennium, nullam habet firmitatem.
- 9 Assensus absque sigillo, & non registratus nullam fidem facit.
- 10 Assignatur causa motiva testatoris instituendi majoratum.
- 11 Fideicommissum, sive majoratus institutus, ut bona conserventur in familia non debet intelligi de familia in genere sumpta, sed de familia agnataria, & sic de agnatis masculis.
- 12 Immissio virtute legis finalis habet locum in feudis, quando est institutus haeres universalis unus de comprehensis in investitura, licet non sit proxime successurus maxime virtute gratiae huic Regno concessae.
- 13 Gratia Pragm. 33. de feudis an extendatur ad exclusionem propriarum filiarum, & descendantium ex eis, num. 14. 15. 16. 17. & 18. & 19.
- 20 Occurritur decisionibus in causa Principis Collis, & Comitis Conversani cum Duce Perdixi.
- 21 Gratia an comprebendat casum exclusonis masculi descendantis ex femina.
- 22 Possessio anterior est manutenibilis, quia presumitur melior, & junior presumitur clandestina.
- 23 Haeres universalis potest propria auctoritate capere possessionem bonorum vacantium, & habet manutentionem.
- 24 Possessio, que dedit causam liti presumitur turbativa, & attentata.
- 25 Possessio bonorum ab intestato peti nequit pendente lite validitatis testamenti.
- 26 Possessio capta non circa possessore est nulla, & clandestina.
- 27 Et quid si fuit capta possessio presente filio possessoris, qui habebat mandatum ad capiendam possessionem, quod mandatum pretendebatur extinctum per possessum jam captum.
- 28 Filia, que capia possessionem feudorum virtute investitur, & iudicis auctoritate, dicitur justè, & valide possidere.
- 29 Immissio in feudalibus est concedenda vacatis ex investitura, pendente controversia validitatis testamenti.
- 30 Possessio feudalium capta absque exercitio actuum jurisdictionalium, & virtute preambuli Judicis inferioris, jurisdictionem, & potestatem super feudis non habentis, presumitur clandestina.
- 31 Possessio capta virtute preambuli nulli presumitur vitiosa maxime in feudis.
- 32 Decisio S. Conf. Lundis aulis lata sub die 26. Junii 1673. refertur.

A R G U M E N T U M.

An, & quando fideicommissum possit institui in feudis absque Regis Assensu, & quid quando majoratus fieret super tenuta, seu pretio feudi. Assensus expeditus per verbum fiat, non redactus in forma privilegii infra biennium, nullam habet firmitatem; Gratia redacta in Prag. 33. de feudis, num extendatur ad exclusionem propriarum filiarum, & masculorum descendantium ex foeminis; Examinatur an haeres universalis possit capere possessionem bonorum hereditariorum vacantium propria auctoritate; Possessio bonorum feudalium capta auctoritate Judicis inferioris non habentis potestatem in causis feudalibus, num presumatur vitiosa, affertur exemplum rei judicatae junctis Aulis per Sac. Conf.

D E C I S I O II.

D Andreas, alias D. Augustinus Laudati Dux Marzani suo ultimo condito testamento, & aperto sub die 22. Noysbris 1671. instituit heredem universalis D. Joseph Laudati ejus fratrem nam in burgensis, quam in feudalibus

366 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

vigore gratiae pragm. 33. de feud. concessis Baronibus hujus Regni, exclusa D. Joanna Laudati ejus filia nupta cum D. Thoma Mariconda, cui reliquit tantummodo legatum ducatorum quingentum pro una vice tantum, illamque instituit haeredem in dotibus eidem tempore matrimonii promissis; Cumque praefatus D. Joseph haeres scriptus sub die 23. ejusdem mensis capiisset possessionem tam Terræ Marzani, quam Marzanelli, ceterorumque bonorum, etiam accidente praembulo expedito in Curia dictæ Terræ Marzani instituit in S. C. pro manutentione in possessione, & similiter comparuit praedicta D. Joanna, instando ipsam fore manutenendam in possessione haereditatis dicti Ducis D. Andreæ ejus Patris, & signanter in possessione feudalium, ex quo ipsa ut filia fuerat declarata haeres ab intestato vigore decreti M.C.V. unde stit in Sacro Conf. dubitatum quis manutenendus foret in possessione.

Dicebatur per dictum D. Joseph; quod feuda ad ipsum spectabant, non solum vigore dictæ dispositionis testamentariae, verum etiam vigore majoratus, vel fideicommissi facti per quondam Augustinum Laudati seniorem in anno 1585. 1587. & 1588. qui semper foeminas exclusit, vocando masculos primogenitos de ejus familia, & proinde ipsum fore manutenendum in possessione instabat, & quatenus opus esset de novo immittendum in possessionem dictorum feudorum emptorum ex pecunia majoratus, seu fideicommissi, vigore legis finalis C. de editio Divi Adriani, & quamvis regula sit, in feudis fideicomissa institui non posse absque Regio Assensu, adeo ut Prorex, & Collaterale Consil. Assensum minime praestare valeant super majoratibus, & fidei commissis super feudis factis, ex pragm. 4. de feudis, & ratio est illa, nam si in feudis permetterentur fideicomissa fieri etiam in beneficium vocatorum; non ita de facili dare tur locus devolutioni, & propterea Prorex assentire nequit, Reg. de Curte de feud. 2. part. cap. 5. n. 170. Reg. Galeot. lib. 2. controv. 49. n. 19. & 20. Capyc. Latr. decif. 170. n. 53. Marciān. sén. conf. 69. 10. 2. num. 53. ubi aliam dat rationem, ita ut si fideicommissum fiat inter descendentes, qui ex investitura ad feudi successionem essent vocati, nec minus valet, Reg. Revert. decif. 478. tom. 2. Consil.

Roccus in tract. de offic. ad intellectum dictæ pragm. rub. 13. §. 6. num. 8. in fine, ubi ita decisum refert per Regiam Cameram, regula tamē praedicta declaratur pluribus modis. Et primum non procedere, quando fideicommissum fit super pretio feudi, deducta legitima primogeniti, & dispositio cadit super tenuta feudi, nam potest haeres in feudalibus gravari usque ad integrum feudi valorem, & gravamen non dicitur in fraudem factum, nec assensu indiget, & feudi tenuita tanquam burgensatica potest à testatore feudatario etiam extraneo relinqui absque assensu, quod multo magis procedit si gravamen imponatur in pretio, & tenuta feudi novi à testatore acquisiti, & procedit etiam si tenuta feudi relinqueretur personæ incapaci feudalis successionis, usquequo non solvit legatum eidem personæ successionis feudi incapaci relictum, *Consiliarius Rocc. respons. 45. tom. 1. ea ratione*, nam tenuta feudi in fructuum perceptione constituit, valetque testator disponere de fructibus feudi separatis, vel separandis, quia dicuntur burgensatici; nec ex tali perceptione jus in re constituitur, sed tantum teneatur haeres in feudalibus permittere, ut legatus, vel fideicommissarius illa commoditate fruatur tanquam burgensatica, fructus percipiendo tanquam burgensaticos, *Consil. Theod. alleg. 4. num. 14. Rovit. in dict. pragm. 4. num. 47. de feud. Fab. de Anna conf. 39. num. 8. cum seqq.*

Secundū declaratur praedicta regula, quando is, qui constituit majoratum habet tenutam solummodo feudi, quia forsitan emptum fuisse in faciem alterius, & emptor fecisset instrumentum recognitionis in beneficium ejus, de cuius pecunia emptum fuit feudum, quia tunc assensus Regis non requireretur, ut de *Marin. lib. 2. resol. cap. 38.* & ratio est, nam utile dominium feudi non est in patrimonio ejus, de cuius pecunia feudum emptum fuit in faciem alterius, sed est in faciem emptoris, & regula plus valere, quod agitur, quam quod simulatè concipitur, non procedit in feudis, ut de *Marin. ad Revert. decif. 529. to. 2. de Ponte conf. 45. num. 14. lib. 2. Merlin. tom. 1. controv. cap. 47.* & proinde in haereditate ejus, de cuius pecunia feudum emptum fuit, existit tantum vigore instrumenti recognitionis illa commoditas percipiendi fructus, & tenuta feudi

feudi, quæ dicitur merè jus allodiale; quod adèò verum est, quod quando agitur de simplici tenuta acquirenda, feudum potest possideri etiam per eum, qui est incapax successionis, & utilis dominii feudi, ut de *Marinis lib. 3. cap. 38. num. 26.* ubi ita deci- sum refert, & *Tbor. in compendio decisionium part. 3. in fine*; quod autem tenuta feudi, & facultas percipiendi fructus sit mere al- lodialis, & sicut penes eum, in cuius bene- ficium fit recognitio, ita testatur idem de *Marinis tom. 3. resol. alleg. 140. Merlin. con- trovers. cap. 81. num. 61. & 6. lib. 2. Galeor. lib. 1. controv. 28. n. 31. cum seq.* Unde cum feu- dum Marzani, etiam pro exequitione de- creti S.C. fuisset emptum ex pecunia majora- tatus, relictæ per dictum quondam Augu- stinum seniorem, ab Andrea Laudati ulti- mo mortuo, qui fecit instrumentum re- cognitionis in beneficium vocatorum, in quo instrumento recognitionis declara- vit, se emissè dictam Terram nomine, & in beneficium dicti majoratus, & alio- rum futurorum successorum in eo, dici minime potuisse, vocatis in dicto majora- tu inito per dictum quondam Augustinum Laudatum seniorem, acquisitum fuisse jus in corpore prædicti feudi Terræ Marzani, nec majoratus super ipso feudo constitutus videtur, sed tantummodo tenuta feudi præ- dicta vocatis in majoratu relictæ videtur cum commoditate percipiendi fructus ex eo, & per consequens prefatum D. Joseph tum uti vocatum in majoratu prædicti quondam Augustini, tum etiam tanquam hæredem institutum universalem tam in burgensaticis, quam in feudalibus à prædi- to D. Andrea, vigore testamenti roborati à gratia per Regem concessa, de qua in *prag. 33. de feud.* non aboliti, non cancellati, de- bere manuteneri in prædicti feudi Marzani possessione.

Adversus tamen prædicta pro parte prefatæ **D. Joannæ** dicebatur, nullam habere tenu- tam, neque recognitionem dictum D. Jo- seph, & per consequens nullum jus compe- tere ei super dictis feudis, nisi simplicem hy- pothecam pro recuperatione pecunie, & effectuum erogatorum in emptionem, seu in partem pretii Terræ Marzani; nam re- spectu Terræ Marzanelli, nulli dubium esse dicebatur, illam fuisse emptam ab Ill. Du- ce D. Andrea Laudati de sua propria pecu- nia, & ad sui beneficium, ac proinde nul-

lum jus successoribus majoratui competere posse; Respectu vero Terræ Marzani li- cet verissimum esset, prefatum D. An- dreæ in illius emptionem erogasse duca- tos viginti quatuor mille ex effectibus, & pecunia majoratus, emptio tamen fuit fa-cta ad beneficium ipsius D. Andreæ empto- ris, & pro se, suisque hæredibus, & succe- soribus, & cum assensu, cum eadem clausu- la expedito, non vero fuit facta pro majora- tu, sed cum obligatione solùm Terræ præ- dictæ pro prædictis quantitatibus majora- tus ad beneficium ipsiusmet majoratus, ut demonstrabatur ex instrumento emptionis dictæ Terræ.

Nec aliquid obstat instrumentum recognitio- nis factum per dictum D. Andreæ ad be- neficium majoratus, nam ex dicto instru- mento recognitionis nullum potuit trans- ferri dominium ad majoratus beneficium, tum quia ad majoratum vocabantur extra- nei, & loca pia feudalis successionis incapaci- a, tum etiam ex defectu assensus, ut in *cap. I. de vassal. qui arma belii depos. cap. qui Clericus si de feud. defunct. milit. cap. I. de be- nefic. fæmin. cap. I. an mutus, vel alias im- perfect. cap. I. de success. feud. & in consit. Vt de successionibus*, & propterea dicta reco- gnitio solùm hypothecam majoratui tri- buere potuit, si validum assensum tenuis- set; at quia assensu carere dicebatur, nul- lum jus tribuere super feudo valuit, ut *cap. I. de prohibit. feud. alien. per Lotbar. & per Feder. & in cap. Regni Diviæ Memoriae.* Et licet fuissent producti duo assensus su- per dicta recognitione, illos tamen minimè obstat asserebatur; non enim primus, qui tantum consistebat in simplici memoriali cum regia decretatione, fiat informa, qui nunquam fuit in forma Cancellariæ expe- ditus, & ideo de eo nullam esse habendam ratio- nem, juxta *dict. pragm. ubi Rovit. nam. 5. & 11. Andr. in cap. quantiam inter dominum in- addit. de probib. feud. alien. per Lotbar. de Ponte decif. 38. num. 28. & 29.* ubi ita deci- sum, quia defectus sigilli, & registri assimili- latur

8 de Regiis Assensibus §. 9. num. 2. & 4. Nec mi- nus secundus interpolitus in instrumento re- cognitionis, nam quamvis in forma expedi- tus appareret, quia tamen erat absque fi- gillo, & absque eo, quod fuisset registratus, de eo nullam quoque esse habendam ratio- nem, juxta *dict. pragm. ubi Rovit. nam. 5. & 11. Andr. in cap. quantiam inter dominum in- addit. de probib. feud. alien. per Lotbar. de Ponte decif. 38. num. 28. & 29.* ubi ita deci- sum, quia defectus sigilli, & registri assimili- latur

368 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

Satur protocollo, *Mascard. de probat. concl.*
 1267. num. 5. *Verall. decis. 74.* itaut si assen-
 sūs non registretur modo quo præsentatur,
 non solum nullam fidem facit, sed falsita-
 tis est suspectus, ut *Bald. in rubr. C. de fid.*
instrum. Covar. pract. qq. quest. 19. de Ponte
ubi supra num. 29. & 30. & proindè virtute
 dicti instrumenti recognitionis nullum jus
 acquiri potuit vocatis ad majoratum super
 feudis, sed solum hypothecam pro crediti
 consequutione, ut de *Ponte tit. de Assensu*
Regio §. 7. num. 4. 5. & 6. cum seq. pro cuius
 consequutione haud posse impediri præfa-
 ta D. Joannæ successionem, vel immissio-
 nem, aut manutentionem, tam in burgen-
 faticis, quam in feudalibus.

Tertiò dicebatur pro dicto D. Joseph, tam præ-
 fatam D. Joannam filiam dicti quondam
 D. Andreæ, quam D. Dominicum Mari-
 condam filium dictæ D. Joannæ esse penitus
 exclusos à successione dicti majoratus, &
 ipsum esse vocatum, atque admittendum,
 quia dictus Augustinus Laudatus senior
 istituendo majoratum in anno 1585. expli-
 cavit causam finalem, qua movebatur ad
 illum istituendum, quæ fuit, ut bona, quæ
 majoratui erant assignanda, perpetuò in
 ejus familia conservarentur, & licet in eo-
 dem instrumento dixisset deliberasse istitue-
 re hujusmodi majoratum contemplatione,
 & causa matrimonii per ipsum contrahendi
 infra mensem à die initi instrumenti,
 dixit quoque, ut bona, quibus compen-
 dus erat majoratus perpetuò in ejus fami-
 lia conservarentur, quæ est causa finalis, &
 potentior, causa enim matrimonii contra-
 hendi cum persona incerta non potest dici
 causa finalis, ut *Merlin. controv. 34. tom. 2.*
 vera enim causa finalis constituendi dictum
 majoratum fuit conservatio bonorum in
 familia dicti Augustini senioris illum con-
 stituentis, quod apparere dicebatur, non
 solum, quia dicti majoratus istitutor ita
 fassus fuit, verum etiam, quia non contra-
 cto matrimonio idem Augustinus alias fecit
 vocationes agnatorum masculorum in per-
 petuum de primo gradu in primogenitum,
 & per consequens causā matrimonii contra-
 hendi infra mensem per dictum Augusti-
 num non fuisset finalem majoratus istitutio-
 nis; cum causa finalis illa sit, sine qua quis
 alias facturus non esset, ut *Reg. Valenzuel.*
conf. 137. num. 3. *Menoch. de presump. lib. 4.*
cap. 24. num. 3. Imò etsi causa matrimonii

contrahendi fuisset quoque causa motrix
 constituendi dictum majoratum per di-
 ctum Augustinum, dicebatur, quod quando
 concurrunt plures causæ, illa attenditur
 pro causa finali, quæ potentior est, ut in
 L. quæritur ff. de statu homin. & illa dicitur
 causa influens causam ad alias causas, ut
Bald. in l. generaliter n. 5. in fine C. de Episc.
 & *Cleric. Tiraquell. in tract. lignager* §. 30.
glos. I. num. 1. & causa finalis est, quæ ostendit
 claram intentionem contrahentis, l. cum
 pater §. dulcissimis ff. de leg. 2. & per ea re-
 gitur, gubernaturque dispositio, cum sit
 substantia dispositionis, *Gl. in l. juris gen-*
tium §. quod fore ff. de pact. *Confil. Pratus dis-*
scept. forens. cap. 30. tom. 3. *Confil. de Georgio*
alleg. 49. undè dum dictus quondam Augu-
 stinus senior majoratum constituit, ut bona
 in ejus familia conservarentur, hujusmo-
 di conservatio bonorum in familia dicti
 Augustini, non debet intelligi de familia
 ejus in genere, ut in majoratu à femina
 instituto loquitur *Molin. de Hispan. primog.*

I lib. 3. cap. 10. num. 8. *Fusar. q. 385. num. 15.*
 intelligendo familie verbum in genere, &
 in lata significatione, quo modo sumpta
 comprehenduntur etiam cognati, ut in
 l. cum pater 79. §. cum inter, & §. liberti, &
 l. cum ita legatur 33. §. in fid. i commiss. ff. de
 legat. 2. l. fin. C. de verb. signific. sed intelligi-
 tur de familia agnatitia, quia majoratus
 fuit institutus ab agnato in beneficium agna-
 torum masculorum primogenitorum in
 majoratu vocatorum in perpetuum ordine
 primogenitæ, juxta l. pronunciatio 195.
vers. communij jure de verb. signific. & sic com-
 prehendit omnes masculos, qui ex eodem
 sanguine derivantur, ac idem cognome,
 eadem insignia decorantur, ut *Forster. de*
success. ab intest. lib. 3. cap. 25. num. 11. & ita
 decisum ait *Faber in C. tit. de verb. signific.*
 definit. 1. *Pbilipp. Knypschilt in tract. de fi-*
deicomm. familiar. cap. 1. num. 39. & ita intel-
 ligitur pragm. 33. de feud. & propterea dura
 constat, dictum Augustinum majoratus
 fundatorem voluisse conservare bona in fa-
 miliam, & agnationem, videtur exclusisse
 foeminas, & per consequens præfatum
 D. Joannam, ut *Menoch. lib. 7. præsumt. 86.*
 num. 5. *Marzar. de fideicomm. lib. 2. q. 43. Pe-*
reg. art. 27. nu. 47. Fusar. de substitut. quest.
 352. num. 10. & q. 363. ea ratione, nam licet
 foemina sit agnata cum descendat à mas-
 culo, & eadem arma agnati ornentur, non est
 ta-

tamen habilis ad conservationem agnatio-nis, ut in §. ceterum iſtitut. de legitim. agna-tor. ſuccēſſ. & cum ea agnatio finitur, ut Rovit. conf. 5. §. num. 11. Merlin. cap. 1. nu. 20. & controverſ. 1. Confil. Prat. diſcept. forenſ. cap. 4. num. 53. tom. 2. & cap. 41. num. 7. to. 4. quæ ſola ratio dicebatur ſufficere ad exclu-dendam præfatam D. Joannam à ſuccēſſione diēti majoratus, quamvis ſit filia diēti. quondam D. Andreæ ultimi poffefforis, ut de Marin. cap. 126. num. 1. tom. 1. Camerar. reſponſo 3. art. 1. tom. 2. & reſponſ. 49. art. 4. tom. 1.

In ſuper dicebatur pro parte D. Josephi, immiſſio-nem ad hæreditatem prædicti quondam D. Andreæ, tam in burgenſaticis, quam in feuda-libus ipſi competere vigore testamenti, in quo universalis hæres fuit iſtitutus, etiam 12 vigore gratiæ, de qua in pragm. 33. de feud. jux. tex. in l. fin. C. de edict. Divi Adrian. toll.. & licet testamentum in feudalibus, exkluso hærede proximiori agnato, nihil operetur, jux. tex. in cap. 1. de ſuccēſſ. feud. c. 1. §. donare qualiter poterat olim feudum alien., & cap. Imperiale de probib. feud. alienat. per Feder-ric., testamentum tamen. prædictum reſpe-. Etu feudalium ſubſtinebatur vigore gratiæ, de qua in d. pragm. 33., tam ſi Terra Mar-zani conſideratur uti feudum, quam ſi conſideretur, uti tenuta, ex quo ſuit empta à dicto III. Duce D. Andrea ex pecunia majoratus quondam Augustini, & ex quo ipſemet D. Andreas expreſſe declaravit in instru-mento recognitionis omni ſolemnitate val-iato, cum Regio Affensu, ſe ipſum admini-ſtrare diētam Terram, uti in majoratu præ-dicto primo vocatum, & à dicto D. Augu-ſtino iſtitutum, diētoque nomine percipe-re, & percepturum eſſe fructus diētae Ter-ræ, & proindè dum diēta administratio, & com-moditas percipiendi fructus ſit burgenſatica, & remansit in hæreditate diēti D. Andreæ, per conſequens benē dicebatur, diētam com-moditatē percipiendi fructus diētae Terræ poſt mortem diēti Ducis Andreæ ad ipſum ſpectare vigore diēti testamenti, ut Conf. Rocc. de offic. rubr. 13. §. 6. num. 83., & proindè præfatum D. Josephi hæredem uni-versalem diēti Ducis Andreæ, uti talem de-bere immitti in diēta administratione, & com-moditatē percipiendi fructus, quæ com-petebat Duci Andreæ, uti primo vocato in majoratu à dicto D. Augustino iſtituto, prout juxta hos terminos aliās fuiffe decisū

in S. C. dicebatur ex R. de Marin. var. ref. to. 1. cap. 38., remedium enim l. fin. C. de edict. Divi Adrian. toll.. locum habet etiam in feu-dis, quando iſtitutus eſt universalis hæres, unus de comprehenſis in investitura, li-cet non ſit proximè ſuccēſſurus, ut Tapia decis. 1. num. 48. Bambacar. in rubr. 11. de feud. defunct. milit. part. 1. num. 23., nec obſtat tex. in cap. 1. de ſuccēſſ. feud., quo-niam procedit in petitorio, ubi diſcutienda ſunt ea, quæ altiorem indaginem requirunt, ut Camerar. fol. 24., prout in petitorio pro-cedit regula, l. fi is, à quo ff. ut in poffeff. agnator., & de qua in cap. dolo de reg. jur. in 6., at in poffefforio determinando, ſufficient ſolum testamentum non cancellatum, nec abolitum, etiam in feudis hæreditarijs, ut poſſit in eis hæres universalis in testamento ſcriptus obtinere immiſſionem, quod pro-cedit etiam ſi testamentum ſine Affensu Re-gio fuiffet confeſsum, nam quamvis feuda-tarius, cui prohibitum eſt alienare, testando alienare videatur, hoc tamē procedit, iſtituto in feudis hærede extraneo, & in inveſtitura non comprehenſo, cui non competit immiſſio, ut Bambacar. ubi sup. nu. 25., non verò quando iſtitutus eſt hæres universalis agnatus comprehenſus in investitura, licet remotior, nam tunc immiſſio concedenda eſt in poffefforio, & in feudis, ut Bambacar. q. 1. à n. 16. uſq; ad n. 39., & quamvis in ma-teria feudalī, qui non eſt proximus, & im-meiatē ſuccēſſurus dicature extraneus, jux. allegat. Confiliarij de Georgio alleg. 12., & in repetit. feud. 48. num. 19., contrarium tamen ait Tapia d. decif. 1. n. 48. Capyc. latr. conf. 77. 10. 2., & ita decisum ait de Ponte conf. 20., & 21. lib. 1. Staib. Senior. conf. 81. Camill. de Me-dic. conf. 61. Gallus conf. 64., nec obſtare deciſionem, de qua Anna allegat. 126., nam illa procedit, quando legitimus contradictor in promptu oſtendit, quod iſtitutus in testa-mento ſit extraneus reſpectu ſui, nam aliās, quando ius agnati contradictoris non eſt li-quidum, vel ex replicatione iſtituti reddi-tur dubitabile, non poſteſt tunc hæredi uni-versali ſcripto in testamento, & in investitu-ra comprehenſo, etiā remotior ſit agnato, impediri immiſſio in feudis, jux. d. l. fin. Ifer. in cap. inter filiam ſi de feud. defunct. fuer. controv. Gallus conf. 64. à nu. 31. ad num. 37. Conf. de Georg. alleg. 21. n. 1., & 2., & per con-sequens, dum dictus D. Joseph tanquam frater utrinque conjunctus diēti D. Andreæ

A a 2

feu-

370 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

feudatarij sit comprehensus in investitura, & præfata D. Joanna, & D. Dominicus ejus filius contradictores, nedum in promptu non doceant de eorum bono jure, sed quoque ex replicatione hæreditis scripti iura prædictæ D. Joannæ, & D. Dominici ejus filij valde dubitabilia reddebantur, proinde immisionem ipsi D. Joseph etiam in scudis denegari haud posse contendebatur; Siquidem licet D. Joseph prædictus à D. Andrea hæres universalis scriptus, sit remoto ragnatus, vigore tamen gratiæ d. pragm. 33. de feud. benè potuit à dicto Andrea, excusa prædicta D. Joanna filia foemina, nupta extra familiam hæres institui tanquam frater utrinque conjunctus, & proximior agnatus masculus de familia Laudati, quia ipse successisset immediatè, si foemina ejusque descendentes non fuissent in medio, Montan. in c. Imperialem §. præterea Duca-tus nu. 28. de probib. feud. alienat., & in tract. de regal. §. fin. nu. 9. cum seq. Lanar. in addit. ad patrum in repet. c. 1. de success. feud. nu. 2. de Marin. lib. 1. cap. 126. nu. 75., & lib. 2. c. 21. n. 51. Rcc. respons. 44. lib. 1. Rov. dec. 94. Capyc. lstr. d. consult. 77. qui DD. omnes ita quasi semper decisum fuistè ajunt, nam secus, habita fuit pro vera opinio, quod feudatarius vigore dictæ gratiæ possit, exclusa filia, & descendantibus ex ea, de feudo hæreditario disponere in agnatum proximiorem familiæ suæ, quando tamen agnatus masculus proximior institutus successisset in feudo ex lege investituræ, si filia foemina, & extra familiam nupta, non fuisset in medio.

Quæ gratia procedit etiam ad exclusionem propriæ filie, ejusque descendentiisive inspi- 13 ciantur verba pragm. sive potentium gratiam prædictam, fuit enim supplicatum S.C.M., ut dignaretur habilitare feudatarios præsentes, & futuros titulatos, & non titulatos, etiam illos, qui non haberent feuda quaternata, ut de eorum feudis, & statim possint, tam inter vivos, quam in actu ultimæ voluntatis disponere de dictis feudis, & titulis in beneficium illius masculi eorum familiæ, qui tempore dispositionis succederet, si non adesset foemina in proximiori gradu, non obstante, quod fuissent mulieres similiter in gradu successibili, & proximiori, verbum enim, proximiori, comprehendit etiam eum, qui inter descendentes, & suos hæredes primum locum obtinet, quia sub

verbo, proximiorum, omnes comprehenduntur, l. juris consultus 10. vers. proximiores ff. de gradib. ubi gl. lit. A. in verbo sui dicuntur l. filius ff. de suis, & legitim., & ratio hujus petitionis alia non fuit, nisi pro conservandis feudis in agnatione, & propterea dicebatur corruere conjecturam pietatis, de qua in l. cum avus ff. de condit.; & demonstr. l. cum acutissimi. C. de fideicom, nam dicta ratio pietatis cessat, quando filia foemina excluduntur ob agnatos remotiores ratione conservandi bona in agnatione, sive sit filia, sive soror, ac neptis, Covar. in c. Rainald. nu. 2. de testam. Peregr. art. 25. n. 11. Molin. lib. 3. c. 5. n. 5. 7. & 77. Gratian. c. 866. n. 28., & sic expresse foemina ex verbis, & causa finalis dictæ petitionis exclusæ videntur, & concessa certnitur facultas excludendi. Ex mente enim gratiam prædictam potentium similiter colligitur, gratia enim fuit impetrata favore masculorum totius familiæ primi acquirentis, qui si foeminae in medio non adessent, succederent, & per consequens necessariò sub foeminarum exclusione comprehenduntur etiam foeminae, quæ à feudatario defuncto descendunt, ut Liparul. ad Andr. in c. 1. de eo, qui sibi, & hered suis n. 2. vol. 3. lit. N. in verbo in Regno Sicilie, nam quando exclusio foeminarum fit ob masculos primi acquirentis, excluditur filia feudatarij, existente masculo collaterali descendente à primo acquirente, ut in Constat. Regni de successionibus, licet secus sit, quando exclusio fieret favore masculorum tenentium feudum, ut Liparul. ubi sup., & habetur in d. Constat. ut de successionibus.

Nec obstante illud, quod ex adverso dicebatur, quod gratia prædicta non potest extendi ad exclusionem proprietarum filiarum, & descendentiū, ex illis verbis, quibus fuit supplicatum, quod ex ea non multum oriretur damnum foemini, dum poterant gravari usque ad valorem feudi; nam siquidem respondebatur, verba gratiæ prædictæ: ibi, ne causeria molto danno alle femme, potendosi gravare usque ad valorem feudi; fuisse apposita causa indicandi naturam feudi hæreditarij, quæ est talis, ut possit hæres in eo usque ad valorem feudi gravari, prout etiam ut declaretur, gratiam prædictam non comprehendere feuda ex pacto. Nec ex quo filia legitima libera à gravamine super feudo debeatur, per hoc exclusæ non videantur, nam determinatio, quod filia exclusæ à suc-ces-

cessione debeatur in feudo legitima in extimatione feudi, oritur ex dispositione juris communis, non legis feudalnis, ut Camerar. in d. cap. Imperialem §. præterea Ducatus fol. 103. litt. N., & per consequens verba prag. prædictæ, eo tendunt, ut ex illis significaretur, gratiam prædictam modicum damnum esse fœminis allaturam, dum in feudis hereditarijs non erat lege feudali prohibitum, quamvis fœmina gravari posuissent usque ad valorem feudi, verba enim prædicta fœminas non excludunt à legitima, quæ eis jure communi debetur, nam gratia prædicta non fuit petita in forma dispensativa ad finem derogandi legitimam filiæ competentem vigore dispositionis juris communis, quia Pater in officio disponebat de feudis, quibus feudis computatis in patrimonio non remaneret eidem filiæ salva legitima in cæteris bonis burgensticis, juxta tradita per Camer. ubi sup. litt. T., & V. litt. N., & O., & à Montan. controv. 23. num. 12., & verba prædicta in precibus inserta in d. prag. 33. significant, patrem potuisse disponere in ultima voluntate gravando filiam in feudo usque ad valorem feudi, deducta tamen legitima filiæ debita in estimatione feudi, solvenda dicta estimatione in cæteris bonis burgensticis, excomputato feudi valore, cum possit filia usque ad valorem feudi gravari, & simul ei legitima esse salva, ut Rovit. cons. 39. num. 32. tom. 2. Capyc. latr. d. consult. 77. nu. 78. Barbos. de dictio. dict. 438. nu. 15.

Item nec obstatre dicebatur illa verba expressa in precibus d. prag. ibi: alle quali donne possa il feudatario sopra li detti feudi stabilire tanto, quanto li parerà per sua dote, o essendo maritata per amorevolezza lasciarli, o dormarli, quia verba prædicta tanquam generalia non implicant, quin filias simpliciter comprehendant, & de eis loqui videantur, nam filiabus dos debetur, & licet necessario ex dispositione juris eis dos debeatur, pro cuius consequtione eis competit actio, vel in rem scripta, vel hypothecaria super feudo, quia tamen actiones prædictæ fuerunt tributæ filiæ de jure non pro tota quantitate, quam pro dote ei Pater legavit, sed pro modo paragi, vel legitima, scilicet solum pro quantitate super feudo à jure debita adeout si plus pro dote fuerit legatum ultra ratam de jure taxatam super feudo, habito respectu ad totum patrimonium remansum post

mortem Patris feudatarij, pro eo plurimis competat actio personalis, non hypothecaria, ut Andr. in Confit. Regni in aliquibus vers. quintum decimum. Rovit. in pragm. 25. de feud. nu. 74., & 75., & per hoc fuit cum precibus petitum, ut liceret feudatarij ad eorum arbitrium docem suæ minis super feudis constitueret, donare, vel legare quamlibet quantitatem ad hoc, ut dos, legatum, vel donatione excedens ratam de jure existatam in feudo, haberent super feudis hypothecam pro tota quantitate in beneficium fœminarum à feudi successione exclusarum dota, legata, vel donata, loquuti enim fuerunt feudatarij cum dictione, super, quæ hypothecam operatur, ut Bartol. in I. codicillis §. instituto ff. de leg. 2. Aff. decis. 152. nu. 5. Merlin. controv. lib. 2. cap. 8. nu. 24. Et propterea ex his dicebatur, causam finalē in precibus expressam à Baronibus potentibus, & à Rege concedente, fuisse rationem conservandi feuda in agnationem, quæ ratio militat tanquam finalis, & generalis, tam fœminis collateralibus, quam descendentibus, quæ cum nubunt cum masculis alienæ familie, feuda transire faciunt in alienas familias, & per consequens necessariò dici exclusas; de jure enim attendenda est potius mens, quam verba pertinentis, & concedentis, sicuti etiam attendenda est causa concessionis, potius, & non personæ, quæ enumerantur causa frequentia, ut Camer. in c. Imperialem fol. 52. litt. O. Andr. in constit. Regni fratribus.

Insuper minus obstatre dicebatur, quod in precibus per Barones porrectis S. C. M. in anno 1617. fuit supplicatum, quod gratia 16 d. prag. 33. intelligeretur etiam de filiabus, & quod fuerit denegatum. Nam respondebatur, quod in precibus S. C. M. porrectis fuit supplicatum ampliatio gratiæ prædictæ, ut scilicet liceret feudatarij disponere de feudis in agnatum masculum, etiam quod non sit in gradu successibili, dummodo adsit fœmina in gradu admissa, quod fuit denegatum, per quam denegationem non fuit derogatum primæ gratiæ prag. 33., nam Dominus Rex respondit dictis precibus per verba, Placet. S. C. M. dictam gratiam, præsumt in alijs parlamentis fuit concessa, confirmare, & quæ per modum declarationis, & confirmationis petuntur, si non concedantur, non per hoc priori gratiæ derogatum dici potest, sicuti nec alteri juri, semper enim nova supplicatio, censetur facta ad majorem cau-

372 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

telam, non ad prius gratiae derogationem,
Staib. *Sen. conf.* 72. *ad nu.* 26. *ad nu.* 32. *Staib.*
Jun. centur. 2. *refol.* 172. *nu.* 53. *Anna conf.* 29.
& ita fuisse ex inveterata observantia, con-
tinuè cum casus evenerunt, practicatum di-
cebatur, sic intelligendo & *prag.* 33. *de feud.*,
et ex Lanario ad Patrum in cap. 1. de suc-
cess. feud., & *ex Capyc. latro consuls.* 86. *to. 2.*,
& ita decisum ait *Rovit. decis.* 94. *nu.* 2., & 3.
& *nu.* 36. *Montan. de repatib.* *S. fin. n.* 29. *vers.*
binc infertur, de Marin. *to. 1. ref.* 189., quæ
decisiones faciunt jus in Regno, nam indu-
bitatum est, quod cum articulus juris du-
bius est decisus per sententiam Regis cum
consilio, facit jus universale in Regno, *Affl.*
decis. 190. *in fine*, *Franc.* *decis.* 81. *num.* 2.
& proinde dum gratia prædicta, ita sepe
sepius fait interpretata, & observata, ut
possint scilicet feudatarii in agnatos proxi-
miores, sc̄minis descenditibus exclusis, de
feudis disponere, ut *DD. ubi sup.* & *addent.*
ad Rovit. conf. 1. *et num.* 23. *ad 27. tom.* 1.
& proinde non esse amplius dubitandum,
quod per dictam gratiam possint feudatarii
excludere sc̄minas etiam descendentes, &
instituire masculum proximum agnatum,
qui succederet in feudis, si non fuisset sc̄-
mina in medio, ac per consequens bene
fuisse prædictum D. Ioseph institutum hæ-
redem super feudis Marzani, & Marzanelli
vigore dictæ gratiae, & immisionem super
eis minime denegari posse vigore dictæ *lfin.*
C. de edit. Divi Adr. toll.

E contra tamen fuit responsum, quod ex re-
gula investituræ successio prædicta ad ipsam
17 D. Ioannam filiam, vel D. Dominicum ne-
potem pertinebat in bonis feudalibus vigo-
re *Constitutionis in aliquibus*, & ut de suc-
cessionibus, & ex natura feudi hujus Regni,
ut *Andr. in protom. constit. Regni*, & *in c. 1.*
de eo, qui sibi, & hered suis, Minad. in cit.
Constit. in aliquibus n. 44. Anna in Constit.
constitutionem Divæ Memorie. Nec aliquid
obstare testamentum dicti Ducis, nam &
quamplurimis DD. testamentaria dispositio-
nibus in feudalibus in beneficium proximi suc-
cessuri facta, fuit improbata ex ea ratione, quia
non valet sortiri effectum suum tempore
habili, & quia dispositio hominis facit ces-
sare dispositionem legis, & in necessitatibus
neho liberalis existit, ut *Andr. in Constit.*
Regni bac editali, & *in cap. 1. §. dñndre qua*
titer olim feud. *Camer. in cap. Imperiale*
cart. 32. lit. E. Galcot lib. 1. contr. 1. Ami-

change. qq. feudal. 10. & foliū limitatā, &
quando testamentum sit conditum cum
Regio Assensu, vel ad beneficium proximi
successuri, ut in *cap. 1. de success. feud.* & *Con-*
stit. constitutionem Divæ Memorie, *Gl. in*
dicta Constit. bac editati; ubi *Affl. num. 7.*
Andr. in cap. 1. versic. filii tamen de success.
feud. *Affl. decis.* 119. & *in dict. cap. 1. de success.*
feud. *num. 67* & *68.* & *num. 107. Minado. in*
Constit. in aliquibus n. 11. Oldrad. conf. 170.
Loffred. conf. 14. *Camerar. in cap. 1.* ~~et~~
agnatus q. 9. num. 89. Capyc. in cap. Imperia-
lem, fol. 11. in versic. limita quarto, *Franc.*
decis. 1. *ubi de Luca, Rovit. in pragm.* 11. *de*
feud. *Amat. conf.* 106. *num. 93. Galcot. contro-*
vers. 14. *num. 20.* & *controv.* 15. *n. 23. Staib.*
jun. refol. 99. *tom. 1.* & *refol.* 119. *tom. 2. Rocc.*
in tract. de offic. rubr. 13. *§. 4. nu. 30. Jeannes*
Baptista Melior in lib. 3. refol. de Marin. al-
leg. 43. *in praesenti casu testamentum caret*
assensu, & non est conditum ad beneficium
D. Ioannæ filie, quæ erat prima, & imme-
diatè successor ante dictum D. Ioseph pa-
truum, ut ex *Constit. ut de successionibus.*
Napidan. in consuetud. si moriatuer nu. 119.
ubi Pisanell. fol. 109. Lanar. conf. 1. Teodor.
alleg. 100. *num. 18.* & 19. *Tapia decis.* 2. *&*
nu. 140. Antonin. de Amat. refol. 1. num. 3. 1.
Marcian. jun. disp. 2. *nu. 38.* & propterea de
dicto testamento nullatu haberi posse ratio-
nem contendebant.

Nec eidem D. Ioseph aliquid suffragari gra-
tiam, de qua in dicta *pragm.* 33. dum dice-
batur, gratiam prædictam non loqui, nec ap-
18 plicari posse in praesenti specie, tum quia
per dictam gratiam non est permisum feu-
datariis proprias filias, vel masculum ex fi-
lia descenditatem excludere; tum etiam,
quia gratia prædicta loquitur de feudis an-
tiquis; & ob servitia concessis, non verò
de feudis de novo quæstis vigore emptio-
nis, etenim assensus dictæ *pragm.* 33. licet
generalis, est tamen assensus hominis, nam
sunt concessus, & petitus donec S. C. Mi-
placuerit; & propterea est stricti iuris, &
strictam recipit interpretationem, ita ut ne-
queat extendi, nec de re ad sem, nec de
persona ad personam, nec de casu ad casum,
ut *Andr. in dict. cap. Imperiale num. 4. ubi*
etiam Camerar. cart. 41. nu. 43. & 44. *Franc.*
decis. 153. *num. 24. Surd. decis.* 344. *in fine*, &
DD. comit. Imo si esset assensus, sive homi-
nis, sive legis, nec minus aliquid juvaret,
nam aliud non operatur, nisi dispensare, ut
alias

alias succedere valeat per ordinem investituræ, & sic non erit simplex gratia, & beneficium, ut notat Bald. in *prælud. feud. col. 7.* sed dicetur dispensatio, ut Martin. *Lazdens. in cap. I. in princ. de bis qui feud. dar. poss. Bart. in l. I. col. fin. C. de jur. & fact. ignoran.* & propterea semper strictè esset interpretanda, ut DD. ubi supra; at quia fuit concessa ad petitionem Baronum suppli- cantium, proprie dicitur rescriptum, ut *Dor- zell. lib. I. jur. civil. cap. 9.* & per consequens juxta petitionem regulatur, & ultra eam non extenditur, *cap. inter dilectos S. caterum de fide istrum. l. si defensor S. I. ff. de interrogat. act. Andr. in rubric. qui successione ant. num. 7. de Ponte cons. 47. num. 13. & 14. Rovit. decis. 32. num. 3. Staib. resol. 199. nu. 72.* quæ strictæ interpretatione debet fieri etiam, si diceretur, quod sit simplex gratia, & be- neficium Principis, & constitutio, ut in *l. I. ff. de constit. Princip. Bart. in l. omnes Populi ff. de just. & jur. & quamvis gratia, & bene- ficium recipiant in expressis latam inter- petitionem, juxta l. fin. ff. de constit. Princip. Monr. in de regal. S. fin. num. 7.* ultra tamen expressa non extenditur, nec ex majorita- te rationis, itaut etiam in eo, quod est ex- pressum, strictæ quoque fiat interpretatio, *l. penult. C. de fide ius. Andr. in cap. I. S. donare cit. Afl. in dict. cap. Imperiale num. 27. Ta- pia in l. fin. ff. de constit. Princip. Laratha in theatro feudali dileucidat. 8 I. Luca ad Franc. decis. I. DD. ubi supra, Reverter. dec. 377. Montan. in dict. cap. Imperiale n. 117.* & quamvis ex tenore dictæ gratia sit feu- datariis concessa facultas excludendi so- feminas proximiores, & immediate successo- res, non ideo fuit permisum proprias filias excludere, argumento *l. cum avus, & l. cum acutissimi cit. l. generaliter S. cum autem C. de i. affit. & substit. l. tale pactum S. fin. ff. de pac. l. 3. ff. de inofficiis. testam. l. penult. ff. de jure codicill. l. si unquam C. de revocand. do- sat. ubi Tiraquelli. in prefat. num. 3. & sequi- & sunt optimi textus in l. ex facto in princ. ff. de vulg. & cap. I. de duob. fratr. ex quo tex- tu colligitur etiam in terminis gratiae *pragm. 33.* quod si fiat concessio pro voca- tione masculorum ad exclusionem soemi- narum, huiusmodi concessio non compre- hendit propriarum filiarum, & descenden- tium exclusionem, ut Bald. *Isern. & Alex- rot. in dict. cap. I. de duob. fratr. quod qui- denti colligi dicebatur ex eadem mente, ra-**

tione ejusdem pragm. iuxct. not. in l. cum ma- lior viri lenocinio ff. sol. matrim. cap. prete- reas, & cap. innocuit de verb. signif. cap. Mar- chion. I. q. I. Ladigere S. quatuorff. de jur. pa- tronat. & l. cum pater S. duktissimis ff. de leg. 2. Stephan. de Federic. de interpretat. juris part. I. ratio enim supplicandi S.C.M. fuit in petitione dictæ gratiae expressa, dum fuit assertum, quod ex hujusmodi gratia nullum inferretur prejudicium suo reali patrimonio, nam sicuti succederet soemina, succederet quoque masculus, nec minus caufaretur damnum soemini, valens hodie feudatarius illas gravare super feudo usque ad integrum valorem feudi (supradicta enim sunt verba gratiae) quæ ratio minimæ comprehendere potest filias, quibus grava- men in feudo, licet hereditario imponi ne- quit usque ad concurrentem feudi valo- rem, sed solum deducta legitima, & in cor- pore ipsius feudi, ut Franc. decis. I. man. 39. 40. & 49. de Ponte cons. 88. num. 50. & 57. Rovit. in pragm. I. de titulor. abusu sublat. num. 111. Staib. jun. dict. resol. 99. num. 51. de Marin. lib. 2. resol. cap. 82. Marcian. jun. disp. 76.

Quod adeo verum esse dicebatur, prædictam gratiam non comprehendere exclusionem filiarum, quod cum fuisset in anno 1617. alia supplicatione petitum à S.C.M. ut gra- tia prædicta intelligeretur tam de soemini ex linea descendenti, quam transversali, quam de masculo ex filia, S. C. M. hoc de- negavit, solumque confirmavit gratiam, prout prius fuerat concessa, etenim si in prima concessione gratia prædictæ hic ca- sus fuisset comprehensus, non erat necesse, quod iterum hoc peteretur declarari con- cesso, vel iterum concedi; Evidem S.C.M. respondisset, vel concedendo, vel declarando jam fuisse concessum, & per consequens dubitari minimè posse, gratiam dictæ pragm. 33. casum exclusionis propriæ filia non comprehendere, & ex hoc appare- re dicebatur, gratiam hanc in simili casu nunquam fuisse usu receptam; gratia enim, & privilegia ab usu, sive ab observantia in- terpretationem recipiunt, ut in l. si de inter- pretatione ff. de legibus, ubi DD. Anna ab- lg. 25. Menoch. cons. 392. num. 20. Consil. de Rosa dict. consult. 9. num. 39. ex quo enim Civitas, & Regnum iterum petierunt con- cedi, vel declarari hunc casum fuisse comprehensum.

Nec

374 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

Nec obstant decisiones in terminis gratiae ex adverso adductae, siquidem in casu decisionis Principatus Collis hujusmodi articulus non fuit nec discussus, nec decisus; ibi enim Illustris Principis Foreni filia solemniter renunciaverat renunciatione abdicativa, quæ renunciatio substinebatur absque Regis Assensu, ex doctrina Freccæ de subfeudis lib. 2. auct. 2. limit. 18. num. 46. Capic. decis. 156. Afflct. decis. 232. eo magis excludebatur ex Constitutione, *Vt de successionibus*, quia acceptaverat legatum dotis cum renunciatione successionis, quibus addebatur, quod passa fuerat investiri de feudis Nicolaum Mariam suum Patruum, recognoscendo illum in Principem Collis per septem annos, quod satis superque sufficiebat ad illam excludendam à successione feudorum, juxta text. §. *Titius si de feudo defuncti fuerit controversia, & in citat. cap. 1. §. præterea ducatus, & juxta tradita per Lanar. in addit. ad Patruum, & propriè ad cap. 1. de success. feudi num. 52.* In casu vero, de quo scripserunt Lanarius ad Patruum in cap. 1. de success. feudi. Rovit. decis. 95. & Consil. Rocc. responso 44. non agebatur de exclusione filiæ feudatarii, sed neptis, & sic in ceteris casibus decisionum supra ex adverso allatarum, de quibus Galeot. contr. 14. usq. ad 18. Sanfelic. decis. 292. nunquam fuit articulus discussus, solùm enim fuisse discussum dicebatur in causa Ill. Comitissæ Conversani cum Ill. Duce Perdumi, ex Capyc. Latr. consult. 76. & de Marinis tom. 1. dict. cap. 126. ubi fuit decisum in favorem dictæ Ill. Comitissæ, & sic observantiam hujusmodi articuli sequutam fuisse pro filia, non vero contra eam, ait de Marin. lib. 2. cap. 219. num. 4.

Item dicebatur, successionem prædictam spectare ad ipsam D. Ioannam jure conventionis in capitulis matrimonialibus initæ inter dictum Ducem cum D. Thoma Mariconda viro ipsius D. Ioanna, in quibus fuit expresse convenctum, ut si dictus Dux moriretur absque filiis, & descendenteribus, vel cum eis, illique morerentur in pupillari ætate, vel quandocumque absque filiis, & descendenteribus, quod in uno quoque ipsorum causam successio spectaret ad ipsam D. Ioannam, & ideo dum dictus Dux deceperit absque filiis, dubitare minime poterat, ad ipsam successionem spectare, vigore pacti, quod quidem pactum licet videatur

improbatum, per text. in l. bæreditas 1. C. de partis conv. quia videtur pactum futuræ successionis, textum tamen procedere dicebatur in pacto futuræ successionis alieujus tertii absque consensu ejus, de cuius bæreditate agitur, non vero, quando tale pactum sit cum consensu ipsius, de cuius successione paciscitur, ut Glos. in dict. l. bæreditas Menoch. conf. 1. nu. 45. tom. 1. Decies in l. ult. C. de part. & conf. 475. num. 22. Purpurat. in l. ult. num. 86. cit. Gozzatin. conf. 97. num. 2. & conf. 98. col. 1. & DD. communiter.

Ulterius dicebatur, quod si dicta successio non spectaret ad dictam D. Joannam, forsitan, quia videretur comprehensa in dicta gratia pragm. 33. spectare tamen haud dubitari posse ad prædictum D. Dominicum ejus filium tanquam in dispositione dictæ pragm. non comprehendens, nam licet gratia concedat feudatariis facultatem excludendi foeminas immediate successibiles, & vocandi masculum remotorem, non tamen tribuit facultatem excludendi masculos ex foemina, sive sint de familia, sive non, & ita verum esse, ut in dicta petitione de anno 1617. expressè fuit supplicatum S.C.M. ut gratia dictæ pragm. 33. intelligeretur etiam de masculis descendenteribus ex foemina, quæ essent de familia ipsorum feudatarios, & fuit per confirmationem tantum dictæ primæ gratiæ citatae pragm. denegatum, ac per consequens dictum casum non posse dici in dicta gratia comprehendens, & proinde cum in Regno vigore Constitutionis in aliquibus nepos masculus ex foemina admittatur ad successionem, exclusis fratribus, ut in Constitutione, ut de successionibus, ubi Andr. & in cap. 1. de eo, qui sibi, & bæred. suis, Galeot. lib. 1. controv. 14. num. 1. Camerar. in cap. 1. de nat. succ. feudi. lect. 14. nu. 35. & 36. nam semota matre, masculus ex ea tanquam proximior admittitur ad successionem per successorium ædictum, quod in feudis locum habet, ut in cap. 1. de nat. succ. feudi. Andr. in cap. 1. de eo, qui fecit fine Agnato, Vultejus de feudi. lib. 1. cap. 1. 1. num. 101. de Marin. cap. 116. num. 46. lib. 2. Et tanto magis nam feuda hujusmodi successionis erant feuda nova, de quibus gratia nunquam loqua fuit, sed solùm de feudis antiquis, & bæreditariis, juxta tradita per Tapiam in limit. l. fin. de constit. Princip. part. 2. cap. 9. Ex propterea ex his dictabat.

batur, dum Ill. Dux Marzani dispositus de feudis novis, vel quia ipsam D. Joannam propriam filiam exclusit, vel quia exclusit præfatum D. Dominicum nepotem, de quo gratia prædicta non loquitur, testamentum prædictum dicto D. Joseph nequaquam suffragari posse, & proinde, vel ad ipsam D. Joannam, vel ad dictum D. Dominicum successionem prædictam spectare, & per consequens immisionem minimè vigore dictæ l. fin. C. de edit. Divi Adr. toll. denegandam esse.

Ultimò per dictum D. Joseph dicebatur, ipsum debere manuteneri in possessione appre-
22 hensa bonorum, tam allodialium, quam
feudalium tempore quo erat vacans. Pri-
mò, quia ejus possessio erat anterior capta pacificè, & quietè per sex dies ante præten-
sam possessionem præfatæ D. Ioannæ, ratio-
ne cuius anterioris possessionis debebat manuteneri, anterior enim possessio præ-
sumitur melior, melioremque justitiam ha-
bere possessionis junioris improbae, clande-
stinæ, & turbativæ, seu violentæ, prout pre-supponebatur possessio præfatæ D. Ioannæ, cap. licet causam cuin ibi notatis de pro-
bat. Covarr. pract. qq. cap. 17. num. 6. versic.
12. Marant. de ord. judic. part. 4. dist. 7. n. 19.
Postb. de manutenendo obseru. 71. num. 2. quæ
possessio turbativa posterior non privat aliquem sua possessione antiquiore, Postb. ubi
sup. num. 5. & 6. etiam, quod prior possessio
effet merè instrumentalis, & posterior effet
naturalis, & cum fructuum perceptione,
Postb. sup. num. 23. & 24. Hoved. cons. 89.
num. 3. lib. 2. itaut possessor anterior civili-
ter semper præferatur possessori naturali-
ter posteriori, Postb. sup. num. 8. Nec sunt
attendenda molestiæ, & turbationes contra
possidentem, qui se pro spoliato non ha-
buit, nam illi non prejudicant, ut Postb.
sup. num. 8. versic. nec molestationes, potuit
enim dictus D. Joseph haeres universalis in-

23 stitutus possessionem defuncti vacantern
propria auctoritate capere, ut Postb. de ma-
nutenen. obseru. 13. num. 3. in fine, & 6. Bro-
ratt. decis. 746. num. 18. quæ manutentio da-
tur etiam ejecto, & turbato Iudicem
adeunti nolenti repelli, sed volenti manu-
teneri, & pro spoliato non haberi, Postb. ob-
seru. 5. post num. 12. nam turbatus Iudicem
pro manutentione adiens, suam possessio-
nen non perdit, nam id agit, nè sit auctor-
rix, & ut dicatur se urbanius agere, jus

suum in judicio prosequendo, non autem,
ut habeatur pro spoliato, sed ut iura sua
tueatur, & continuet possidere, Mantic.
decis. 72. in fine, Postb. obseru. 5. à num. 8. ad
nu. 12. Secundò, quia possessio dicti D. Jo-
seph erat munita titulo hæredis universalis,
& possessio titulata est facilius manutenen-
da, etiam in possessorio summariissimo, Ca-
valcan. decis. 379. nu. 5. Postb. dict. obseru. 71.
num. 110. Item, quia antiquior possessio, &
titulata titulo institutionis universalis dicti
D. Joseph dicebatur continuata etiam na-
turaliter usque ad tempus motæ litis, & pe-
titionis mandati de manutenendo, quod
tempus litis motæ attenditur ad manute-
nendi effectum in possessorio summariissi-
mo, Postb. dec. 597. post tract. de manutenend.
Caput aquens. decis. 198. part. 2. & possidenti
tempore litis motæ mandatum de manute-
nendo concedendum est, Postb. decis. 646.
post tract. de manutenendo num. 42.

Nec aliquid obesse prætensam possessionem
præfatæ D. Ioannæ, tum quia fuit turbati-
24 va, & attentata, ex quo dedit causam liti,
& præsertim, quia de dictis turbationibus
statim ipse D. Joseph conquerendo Iudicem
adivit, Postb. obseru. 17. num. 49. Cancer. var.
resol. cap. 4. num. 95. cap. 14. num. 72. part. 3.
multoque magis, nam prætensa possessio
dictæ D. Ioannæ fuit contradicta, & appel-
lata à dicto D. Joseph, Postb. obseru. 17.
num. 50.

Item, quia prætensa possessio prædictæ
D. Ioannæ est ex causa intestati, possessio
25 verò ipsius D. Josephi ex causa, & titulo,
testati, & pendente lite validitatis testa-
menti, bonorum possessio ab intestato peti-
nequit, nec est locus interdicto quorum
bonorum, l. 1. & 2. C. de bonor. possess. secund.
tab. in hoc enim interim, tunc est atten-
denda justitia, vel injustitia possessio-
nis, quando ad cognoscendum de ipsa justitia,
vel injustitia opus esset disceptatione, se-
cùs verò si injustitia possessio-
nis evidenter
absque disceptatione appareret, Fontanell.
de part. nupt. claus. 7. glof. 3. part. 10. num. 74.
tom. 2. nam petitorum prævalet possessorio,
Rodriquez de annuis reddit. lib. 1. q. 17. num.
21. Milanens. decis. 3. num. 175. & 276. lib. 1.
lex enim vitiosum possessorum minimè de-
fendit, Velasc. decis. 79. num. 19. tom. 1. nam
aliás daretur occasio delinquendi, & via
calumniis aperiretur, & temerarii litigato-
res quotidie lites foverent, Cancer. dict. cap.
4. num.

376 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

4. num. 56. Postb. observ. 42. num. 152. & in feudis, concurrentibus hærede cum testamento pro immisione vigore l. fin. C. de edit. Div. Adrian. toll. & legitimo hærede ab intestato immisionem similiter petente vigore investituræ ex interdicto quorum bonorum, quia possessorum, sive adipiscendæ, sive recuperandæ, sive retinendæ habet mixtam causam proprietatis, causa ipsa possidendi, & per consequens in ipsis mixtis possessoriis titulus consideratur, quo titulo cessante, cessat quoque possessio, quæ non prodest, justo titulo non existente, Bald. in l. i. num. 6. versic. quero quid C. de moment. poss. & in l. i. num. 4. versic. idem probatur C. de emancipat. liber. Galeot. lib. I. controv. 15. num. 28. & 29.

Insuper dicebatur, assertam prætensam possessionem præfatæ D. Ioannæ esse nullam, & *26* invalidam tanquam clandestinè captam, non citato prædicto D. Joseph existente in legitima possessione anteriori dictorum bonorum capta dum erat vacans; debebat enim omnino citari dictus D. Joseph, alias non poterat in ea turbari, ut in *cap. licet Episcopus*, ubi *Gl. in verbo vocato de præben. in 6. Loffred. conf. 141. num. 10.* cum indubitatum sit, possessorem absque legitimo titulo, & etiam de facto possidentem à sua possessione non esse amovendum, nisi citatum; possessio namque etiam injusta nemini est auferenda absque causæ cognitione, *Innocent. in cap. inter quatuor de major. & obedient. Peregr. de jure fisci lib. I. §. bacenus num. 60. & lib. 6. tit. 4. num. 13.*

Nec aliquid prodeße D. Ioannæ, quod tempore, quo fuit immissa in possessionem dictorum bonorum, ibi erat præsens D. Franciscus Laudatus filius dicti D. Joseph, tanquam dicti sui patris procurator ad capiendam possessionem dictarum terrarum, bonorumque omnium, & per consequens ex quo erat præsens, non erat citandus. Nam respondebatur, quod mandatum factum à dicto D. Joseph dicto D. Francisco filio non fuit generale, sed solùm limitatum ad capiendam possessionem bonorum hæreditiorum nomine ipsius constituentis uti hæres universalis præfati quondam D. Andreæ Ducis Marzani, & per consequens dum procuratio fuit limitata, & particularis ad capiendam possessionem, illa capta, statim mandatum expiravit, & per consequens necessario requirebatur citatio pos-

sessoris, nam præsentia dicti D. Francisci filii, finito actu possessionis, illi præjudicare minimè poterat.

Item respondebatur, quod præsens in judicio ex una causa, si conveniatur pro alia nova causa, est quoque citandus in hac nova causa, ut *Bald. in l. i. ff. de in jus vocan. Galeot. lib. 2. controv. 12. num. 31. & seq.* Item præsens, quando non est informatus de actu gerendo est semper citandus, *Galeot. ubi sup. Gabriel. commun. conclus. tit. de citationib. concl. I. nu. 412.* Item præsens tunc non est citandus, cum citatio sit ad finem simplicis comparitionis, ut scilicet citatus simpliciter compareat, at si citatio fieret ad finem responsionis, & defensionis, semper præsens est citandus, nam citatio per modum formæ requiritur, *Bald. citatus à Janson. in dict. l. I. num. 12. versic. limita quando, & nu. 13. Galeot. controvers. 12. nu. 33. tom. 2. Gabriel. concl. I. n. 400. & seq. tit. de citation.* Ex quibus omnibus dicebatur, prædictum D. Josephum debere manuteneri, & quatenus opus erat denuò immitti in possessionem prædictam.

Replicabatur tandem per dictam D. Ioannam, dictumque D. Dominicum, manutentionem ipsis concedendam fore, tum quia auctoritate Iudicis possidebant, & cum titulis validis investituræ, capitulorum matrimonialium, & majoratus, nam filia vocata ex investitura in feudalibus singitur continuare possessionem patris, ut *Roland. conf. I. nu. 71. vol. I. Cacher. decis. 26. DD. in cit. cap. inter filiam, & ex §. sui autem institut. de bæred. qualit. & different. ubi Gl. & in l. cum bæredes ff. de acquir. possess. l. in suis ff. de lib. & postb. Bald. in cap. I. num. 1. de controv. inter mascul. & fæmin. Argel. de acquir. poss. q. 4. art. 6. nu. 147. & de legitimo contradictore q. 19. art. I. num. 40. & 54. Affict. dec. 119. Galeot. lib. I. controv. 15. à num. 4. Dicebatur enim præfatam D. Ioannam habuisse præambulum, & provisiones à M. C. V. judge competente ante inhibitionem, vigore quarum provisionum cum commissario destinato possessionem cœpit, nemine discrepante, exercendo actus jurisdictionales, introitus exigendo, & relevium solvendo, quæ justa possessio auctoritate Iudicis capta, dicitur justa, valida, & sufficiens pro manutentione, ut in *l. justè possidet ff. de acquir. possess. ubi Bart.* & de per se sola sufficit, ut ipsa D. Ioanna possit haberi in legitimam*

timam contradictricem ad finem impedien-
di remedium dictæ *l. finalis*, & ut ipsa in
possessione tueatur, prædictumque D. Io-
seph indigere judicio ordinario, *Curr. jun.*
in dict. l. fin. num. 70. & 81. ubi *Bald. num. 6.*
& 8. ex §. commodum institut. de interdict. &
in l. in pari ff. de reg. jur. Argel. de acquir.
poss. q. 14. art. 1. num. 7. & de legitimo contra-
dict. q. 3. art. 5. num. 168. & non minus est
privilegiata possessio debita vigore investi-
turæ feudalæ, quæm quæ petitur vigore te-
stamenti, ut *Argel. de acquir. poss. q. 4. artic.*
7. num. 196. & sicuti ostentione testamenti
admittitur institutus in burgensaticis, ita
demonstratione investituræ admittitur suc-
cessor in feudalibus, *Andr. & Alvarot. in*
cap. i. §. insuper de probita feud. alien. per
Federic. Roland. conf. i. num. 51. vol. i. semper
enim persona vocata ex investitura, pén-
29 dente controversia validitatis testamenti,
habet præsumptionem pro se, & in posses-
sione est immittenda, ut *Brun. conf. i. nu. 4.*
Campeg. conf. 2. nu. 1. Ruin. conf. 18. num. 20.
lib. 1. Roland. dict. conf. 1. num. 63. Galeot. dict.
controvers. 15. num. 23. Paris. conf. 22. num. 66.
& conf. 23. num. 89. vol. i. & licet adversus te-
stamentum non abolitum, nec cancellatum
opponi nequeant exceptiones, vel nullita-
tes altiorem indaginem requirentes, ut in
l. 2. ubi Gl. & DD. C. de dict. Div. Adr. toll.
venientes tamen ab intestato tanquam le-
gitimi contradictores opponere possunt de
vitio visibili testameti. & de non jure agentis
ex testamento, *Argel. de legit. contradictore*
q. 10. art. 3. num. 35. & 39. Peregr. de fideicom.
art. 48. num. 28. quod idem est, ac allegare
vitium visibile de jure, ut *Gallus conf. 64.*
de Ponte conf. 24. tom. 2. nam exceptio in-
tentioñis deficiens dicitur, *Bald. in l. perem-*
priorias num. 27. C. sentent. rescind. non posse,
quæ exceptio in istanti oritur, quo proponi-
tur actio, *Bald. in l. ex bis prædiis nu. 1. C. de*
evicti. & agens non tantum à reo repellitur,
quæm per se ipsum, *l. qui accusare C. de*
edend. Surd. conf. 186. num. 26. Natta conf.
174. num. 14. & conf. 155. num. 10. Decius
conf. 45. num. 13. Argel. de acquir. poss. q. 2.
art. 22. num. 220. qui enim venit cum testa-
mento debet in promptu suam intentio-
nem fundare, & de jure suo docere, *Argel.*
dict. quæst. 2. art. 1. num. 26. vitium enim vi-
sibile dicitur, cum institutio in feudis sit in
non proximè successorum, ut de *Ponte*
conf. 20. à num. 7. & 8. & num. 23. Reg. Saler.

nitan. in voto in causa Laudonia Como, fol.
187. quod vitium visibile non solvatur per
aliud invisibile, ut *Bald. in dict. l. fin. in prin-*
cip. & proinde dum in præsenti casu non
dubitari dicebatur de qualitate feudi ad-
mittente foeminas, & impediente dispositio-
nem feudatarii, & ex eodem testamento
apparebat existentia filiæ antè dictum
D. Joseph fratrem institutum, vitium esse
visibile impediens remedium dictæ *l. finalis*,
quod salvare nequit per vitium invisibile,
scilicet per assensum generalem gratiæ, quia
de hujusmodi testamento non loquitur,
cum dubitetur si predictam dispositionem
validare valeat, & per consequens ipsam
D. Joannam esse in dicta possessione manu-
tenendam, & quatenus opus est denuò im-
mittendam.

Nec juvare prædicto D. Josepho prætensa pos-
sessio per eum capta, quia fuit tantum mo-
mentanea, instrumentalis, & chartularia, &
30 absque ulla actus jurisdictionalis, vel pos-
sessivi sequela, quæ non sufficit, nec ad ma-
nutentionem, nec ad recuperationem, *Phi-*
lippus Francus in cap. ad decimas per illum
text. in secundo notabili de restit. spoliat. in
6. Ferredus. conf. 2. nnn. 9. conf. 21. num. 10.
& conf. 349. num. 7. & probatur ex *l. arbori-*
bis §. de illo in fine ff. de usi fruct. Ludovis.
in decisionib. Rota 14. 40. 69. 138. & 268.
& tanto magis, quia possessio prætensa per
dictum D. Joseph supponebatur merè clan-
destina, siquidem mediante persona dicti
D. Francisci sui filii, & procuratoris timens
oppositionem dictæ D. Joannæ, non accessit
ad M.C.V. sed ad Curiam Terræ Marzani,
ubi inscio, & ignorante contradictore petiit
expediri præambulum ad sui beneficium, &
cum provisionibus talis Iudicis in feudis
potestatem minime habentis, prætensa pos-
sessionis fecit actum, ut per *text. in l. clam*
possidere ff. de acquir. poss. & Gl. in verbo
suspicabatur addit. vel *suspicari debebat*, ex
l. servius ff. quod vi, & clam, & l. quo tutela
§. in factum ff. de reg. jur. & proinde non
posse prætendere manutentionem ex *l. 1. §.*
fin ff. uti possidet. Bart. in l. si duo nu. 4. vers.
sed si unus ff. eod. tit. Boccac. de interdict. uti
possidetis cap. 2. nu. 105. Rota apud Ludovis.
decis. 203. Caravita in ritu M. C. 50. 60. &
264. ubi Reg. Petra, & in Constit. Regni sta-
tuimus, ubi Gl. & Aff. & Constit. locorum
bajuli, ubi Tapia lib. 2. juris Regni rubr.
37. Rovit. in pragm. 3. de offic. S. C. num. 3.
Bbb & sic

378 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

& sic dicto p̄eambulo esse judicandum, ac si non esset, l. non putavit s. quævi, ubi Bart. ff. de honor. possess. contr. tab. l. i. s. quod autem, ubi Bald. ff. de offic. Prefecti Vrbis, l. i. C. quando provoc. non est necesse. Sord. cons. 3. nu. 12. & decif. 122. nu. 5. & 6. Capyc. Latr. decif. 198. lib. 2. num. 30. & decif. 199. nu. 18. Coravit. in ritu 81. num. 4. & sic de possessione data vigore dicti p̄eambuli nulli uti vitiosa, nulla ratio haberi potest, argumento, l. 4. s. condemnatum ff. de re judic. Paul. de Castr. in dict. l. fin. in fin. num. 15. C. de edic. Div. Adr. toll. Roman. cons. 2. lib. 3. num. 44. Galeot. dict. contrav. 15. num. 11. Menoch. de adipisc. remed. 1. à num. 15. Capyc. decif. 333. & 334. Argel. de legitimo contradicitore art. 5. num. 148. & 165, & maximè vitiosa dicta prætensa possessio dicebatur, quia erat in feudis, in quibus semper vitiosa possessio dicitur, & de ea ratio non habetur, quando non concurrit cum l. investiture, secundum quām civilis possessio ipso jure transit in successorem, Roland. cons. 2. & cons. 98. lib. 3. Affl. decif. 119. Ofasc. decif. 26. Galeot. ubi supra à num. 6. Vivius decif. 409. nu. 23. Et ex his omnibus dicebatnr, manutentio nem bonorum tam feudalium, quām alodialium ad ipsam D. Ioannam spectare, S. C. tamen sub die 26. mensis Iunii 1673. junctis Dominis Consiliariis duarum Au larum decrevit, quod infra quatuor dies audiatur partes, & interim dicta D. Jo anna Laudati manuteneatur in possessione Terrarum Marzani, & Marzanelli, præstata cautione quolibet anno de restituendo fructus, nec non D. Joseph Laudatus manu teneatur in possessione bonorum burgensatiorum, præstata similiter cautione quilibet anno de restituendo fructus, ut ex actis in banca Magnifici Actuarii Spera, fol. 215.

Iuris responsa illorum Advocatorum, qui in hac causa scripserunt pro D. Iosepho La dato habentur apud Capon. discept. 367. 368. & 369. tom. 5. discept. forens.

S U M M A R I U M.

- 1 Ratia anni 1595. registrata in Prag. 33. de feudis interpretatur, nu. 3. 4. 5. 7. 17. 18.
- 2 Fœminae linea descendenter nullam habent limitationem gradum, quia in infinitum succedunt.
- 3 Consil. de Altomar. refellitur, & ejus
- 4 Argumentis traditur responsio.
- 5 Gratiæ verba ambigua sunt strictè intel ligenda.
- 6 Filiarum exclusio in terminis Gratiae, an possit induci ex mente comprehensiva stu dentis, nu. 10. 21, & 22.
- 7 Assensus legis, vel hominis, an possit extendi ex extra casus taxative expressos, si vi geat eadem, vel major ratio.
- 8 Privilegium non potest extendi ad casus non expressos, nisi Principis accidente au bilitate, nu. 13., & 14.
- 9 Gratia non est lex generalis, sed privile gium communitati concessum.
- 10 Camerarij doctrina non obstatre demon stratur.
- 11 Explicatur Gratia Imperatoris Caroli V. redacta in Pragm. 11. de feudis, & n. 20.
- 12 Feuda recipiunt sui naturam ex prima investitura, sive ex Consuetudine loci, ubi sita sunt.
- 13 Assensus pro excusione fœminarum voca tarum ex in investitura strictissime interpre tari debet, ex quo non stat in simplicibus ter minis Gratiae, sed in forma dispensativa.
- 14 Assensus concessus per Gratiam, quo ad feuda bæreditaria, num videatur mutare naturam feudi, nu. 26.
- 15 Gratia num censenda sit favorabilis cum reducat successionem feudorum ad terminos juris communis, Consiliarij de Rosa argu mentum repellitur, ibid. & nu. 28.
- 16 Consuetudines feudales redactæ in scri ptis per Robertum de Orto, non ligant, nisi sint rationabiles, nec jus commune censi debent.
- 17 Investitura est ante omne jus feudorum.
- 18 Carol. Anton. de Luca fuit primus in firmando opinionem ad favorem filia in term inis Gratiae.
- 19 Doctores, qui in contrarium allegantur, tamquam obiter, & perfunctorie loquentes, non faciunt opinionem communem, nu. 33.
- 20 Consiliar. post ea Reg. Vincent. Raetan. commemoratur.
- 21 Gratia num extendatur ad casum, quo fœmina habet filium masculum, qui præcedit agnatum.
- 22 Fœmina exclusa à feudorum successione, num censeantur exclusi masculi ex ea descendentes, nu. 37. 38. 39. 40. 41. 42., & 43.
- 23 Decis. facta in causa D. Francisci Gam bacorta Principis Macchia declaratur.
- 24 Sententia Supremi Senatus, ut faciat jus,

Decisio III.

379

- jus, debet esse diffinitiva prolati cum cause cognitione in judicio ordinario.*
- 46 *Gratia num extendatur ad feuda nova; & de ratione, nū.47.,*
- 48 *Feudum novum num possit jure antiqui feudi concedi, nū.49.*
- 50 *Respondetur exemplis rerum judicatarum in causa D. Artusij Pappacoda, nū.51.*
- 52 *Declaratur supplicatio, & Gratia concessa in Comitiis anni 1622. num. 53. 56., & 57.*
- 54 *Declaratur cuius sine importantiis verba declarare, & de novo concedere, & distinctiones, tam, & quam, & nū.55.*
- 58 *Privilegij dubijs declaratio spectat ad Principem, maxime quando dubium esse arduum.*
- 59 *Princeps, quando fuit aditus pro declaracione, & noluit declarare, & concedere videtur sibi reservasse declarationem privilegij.*
- 60 *Privilegia, & Capitula concessa de non extrahendis causis à Tribunalibus bujus Regni non prescribunt sibi locum, quando eadem Tribunalia decernunt esse consulendum Regem pro declaracione privilegij.*
- 61 *Gratianum prescribat sibi locum existente pacto in Capitulis matrimonialibus, ut familia, ultra dotes habent legitimam successiōnem, nū.62.63.64.65.66.67.68.*
- 69 *Affensus Gratiae tollit solummodo obstatum legis feudalis, non autem obstatum pacti.*
- 70 *Legitima an debeatur in corpore feudi, vel in estimatione; & quid si legitima fuerit deducta in padum, nū.71.*
- 72 *Gratia num babeat locum, si feudatarius fuerit illa usus, cum dolo manifesto.*
- 73 *Feudi gravamen, an substineatur, quoad estimationem facta dispositione super corpore feudi absque affensu.*
- 74 *Affertur decisio, qua prodijt Junctis duabus Aulis S. Conf. sub die 9 Junij 1684.*

ARGUMENTUM.

Gratia anni 1595. registrata in *Pragm. 33. de feudis* interpretatur, & declaratur, num extendenda sit ad casum, quo fœmina habet filium masculum, qui præcedit Agnatum, & nūm

comprehendat feuda nova, & nūm prescribat sibi locum existente pacto in Capitulis matrimonialibus, ut ultra dotes habeat legitimam, & successiōnem, declaratur supplicatio, & Gratia concessa in Comitijs anni 1622. Cratia, nūm censenda sit favorabilis, & num possit extendi ad casus non expressos. Differitur, num privilegij dubijs declaratio spectet ad Principem, & nūm Princeps videatur sibi reservasse declarationem, si aditus pro declaracione noluit declarare; Privilegia, & Capitula concessa de non extrahendis causis à Regno, an prescribant sibi locum, quando Tribunalia decernunt esse consulendum Regem; Articulum illustravit subtilissimis speculationibus, *Confiliar. Petrus de Fusco;* cuius Responsum hic imprimendum curavimus, cum re judicata, quæ prodijt Junctis duabus Aulis.

DECISO III.

Decisa præcedenti controversia inter Dominos de Laudatis in possessorio summiſiſimo, compilatoque termino in judicio plenario, prodijt quoque favorabilis resolutio pro ill. D. Joanna Laudati, cuius decidendi rationes, cum satis superque desumantur ex celebri Responso, edito per doctissimum, tunc temporis Advocatum magni nominis, postmodum Regium Confiliarium Petrum de Fusco, sat erit, ut tanti Viri monumenta hic Typis tradantur.

Consultatio Consiliarij Petri de Fusco.

EX pluribus rationibus demonstrabimus, gratiam non posse suffragari dispositioni factae à dicto qu. Andrea, nisi multæ fierent extensiones, nempe de persona ad personam, de casu ad casum, & de re ad rem, contraria notissimas juris regulas, cum enim gratia aperte loquatur de dispositione exclusiva fœminarum collateralium, non habentium filios masculos, & de feudis antiquis, porrigeretur ad exclusionem fœminarum linea descendenteris, habentium filios masculos proximiores, & à feudis novis, pro quibus extensionibus, concurrentibus omnibus in nostro casu, cum Civitas, & Regnum in comitiis anni 1622. Regi supplicassent; non potuerunt illas obtinere; Denique ob partum in capitulis nuptialibus, quo pater tenetatur filia legitimam relinquere, non imputatis in illam dotibus, non posse dispositionem assensu gratiae juvari.

Assensum gratiae non pertinere ad exclusionem fœminarum lineæ descendenteris.

PRIMO id patet evidentissime ex illis verbis: *Non ostante che ci fuisse donne similmente in gradu successibile, & proximiori;* quæ verba manifestè significant exclusionem illarum fœminarum, quæ in successione 3 nibus feudorum habent limitationis gradum, quales sunt collaterales solummodo, non descendentes. Porrò ex fœminis collateralibus tempore concessionis gratiae, solèrunt in gradu successibili soror, neptis ex fratre, vel sorore, ex Constitutione Regni, ut de successionibus; Item amita, & matreteria; juxta opinionem illorum, qui volebant, Constitutionem in successione feudorum antiquorum enumerasse gradus, non personas collateralium; atque ita admississe omnes collaterales usque ad tertium gradum inclusivè, ut tradit *Camerarius in cap. 1. de natura successionis feudi, n. 43. Jo: Vinc. de Anna in cap. 1. n. 92. de vassallo decrepitæ etatis;* quod postea ita sicut declaratum per gratiam concessam à Cæsarea Majestate Caroli V., ut in prag. 18. de feudis, Fœminæ

verò lineæ descendenteris nullum habent limitationis gradum, quia in infinitum succidunt, ex Constitutione Regni, ut de successionibus, in illis verbis: *Feuda tenenti filios, & nepotes, & ex eis pronepotes, trinepotes, & usque ad infinitum ex descendenteri linea descendentes cuiuscumque sexus sint, libere, & absolute posse succedere.* Itaque verba illa in gradu successibile non possunt convenire fœminis descendenteribus; gradus enim in linea descendente non datur, §. i. *Institut. de Nuptijs;* quia in infinitum descendens à primo succedit, cap. i. §. hoc quoque, de bis, qui feudum dare possunt, cap. i. *Si vassallus feudo privetur.* In linea enim descendenteri sanguis solus consideratur, qui excedit limitationis gradum, etiam si essent in millesimo gradu, prout hæc omnia egregie declarat *Camerarius in cap. 1. par. 3. n. 42. tit. anagnatus.*

Secundò id confirmatur ex alijs verbis in gratia appositis, alle quali donne possa detto feudatario sopra detti suoi stati, e feudi stabilitate tanto quanto li parerà per sua dote, o essendo maritata, per amorevolezza di lasciarli, o donarli, quæ verba non possunt convenire fœminæ descendenteri; nempe filia immediate, & proximè successuræ in feudis. Porrò filia, vel nepti ex filio primogenito praefuncto debetur ex necessitate, nedum dos, sed legitima in ipso feudo; adeò ut neque cum assensu possit feudatarius testari de feudo novo hereditario, ac excludere filium à legitima, quæ ei debetur in feudo, *Camerarius in cap. Imperialem* §. præterea ducatus fol. 103. lit. T., & V. & fol. 104. lit. F. & G. & lit. K. cum seqq. *Francib. decis. 1. n. 39. Reg. Rov. ad pragm. 4. de feudis num. 61. Reg. Galeota controv. 59. à n. 1. ad 28. tom. 1. Reg. Marcius, disp. forens. 76. à n. 1. ad 6. tom. 2. Reg. de Martin. resolut. quotid. cap. 250. à n. 14. ad finem tom. 1. Qua ratione Carol. Antonius de Leca novissime in observ. ad *Præsid. de Francib. decis. 1. n. 5.* & in appendic. post. I. centuriam putavit, gratiam, de qua agimus, non pertinere ad exclusionem fœminarum ex feudatario descendenterum.*

Et quamvis rationem istam, quæ dicitur ex illis verbis, Alle quali donne possa detto feudatario stabilire sopra detti feudi tanto quanto li parerà per sua dote, o essendo maritata per amorevolezza di lasciarli, o donarli, &c. impugnet doctissimus Blasius Altomare in addit. ad *Rovit. cons. 1. à n. 23. tom. 1. di-*

7. dicens ea verba respectu filiarum importare necessitatem, non facultatem; Nihilominus argumentum istud manifesto vitio laborat, assumit enim pro fundamento illud, de quo disputatur; Unde aliter debebat probare suam intentionem, quam ipsam allegando, juxta notata per *Succin. in cons. 137.nu.5.vol.3.Rimina. jun. cons. 238. n.29.* Atque ita prius oportebat probare, gratiam comprehendere exclusionem filiarum; ut verbum possit referendum ad filias importaret necessitatem; Praeterquam quod fuisset error juris manifestus dicere, quod filiae proxime, & immediatè successuræ in feudo debeatur sola dos arbitrio patris taxanda, cum ei præcisè debeatur legitima, quæ in feudis juris francorum est tertia pars, libera ab omni gravamine, & onere, *Franch. decis. 1.nu.39. cum alijs relatis per Reg. Marciān. d. disp. forens. 76. tom. 2. & Reg. de Marin. d.c. 250. tom. 1. post Camerar.* Et quod verba illa gratiæ, alle quali donne possa, &c. sint meræ facultatis, & non necessitatis, docet latissimè *Domin. Consil. Joseph de Rosa maximi nominis Jureconsultus in præludijs feudalibus lect. 10. à nu. 13. fol. 92.*

Tertio idem ostenditur ex alijs verbis gratiæ: *Nè meno si causaria molto danno alle dette femine, possendo boggi il feudatario gravarle sopra il feudo, usque ad valorem feudi; quæ verba convenire nequeunt filiæ feudatarij;* Ista enim non sic simpliciter gravari potest usque ad feudi valorem; sed solum in duabus partibus, nam alia tertia pars, tamquam filiae legitima nullum admittit gravamen, *Franch. d. decis. 1. nu. 39. post Camerar. in cap. Imperiale. §. præterea ducatus, fol. 104. lit. E.* Igitur petitio, & concessio gratiæ pro exclusione feminarum, quæ tota fundatur in qualitate hæreditaria, & ad illam restringitur, non comprehendit exclusionem filiæ, cui competit legitima in feudo, non tanquam hæredi, sed uti creditrici, ut potè debita, tamquam es alienum: Atque ita submota illa qualitate, quæ in assensu gratiæ exprimitur, nihil præstare gratiam, dicendum est, nam si quæ conceduntur cum una qualitate, illam qualitatem non habentia censetur prohibita, *Camerar. in cap. Imperiale, fol. 56. litt. Q. & R.* Nec de qualitate simplici ad mixtam sit extensio assensus, ut idem *Camerar.* docuit, *fol. 48. litt. B. & C.*

Quæ verba frustra evitare conatur *Blasius Altomare ad d. Cons. Rovit. pr. d. nu. 23. tom. 1.* qui respondet hoc modo: Sed ad illa verba, 7 facilis est responsò, ut intelligantur, inspectis omnibus verbis gratiæ, & sic potest gravari omnis femina, deducta dote, quam debet illi relinquere: si est filia: Ista enim responsio supponit duo manifestè falsa; Alterum quod gratia usa sit verbis importantibus, necessitatem circa legatum dotis, quando verba sunt meræ facultatis, ut supra fuit demonstratum; Alterum supponit *Altomare*, quod filiae proxime, & immediatè successuræ in feudo debeatur sola dos, quando ei præc-

sè debetur legitima, quæ est tertia pars feudi, ut diximus supra.

Insuper eadem verba: *Possendo boggi il feudatario gravarle sopra il feudo usque ad valorem feudi, &c.* habent relationem ad illam 8 veterem, & insignem controversiam, quæ paulò ante tempus petitionis gratiæ, jam erat decisa, & determinata apud *Præsid. de Francib. in decis. 1. Gizzarell. dec. 28.* Num in feudo hæreditario collateralis hæres potuisse gravari usque ad integrum valorem feudi, quæ antiquis temporibus erat satis dubia, ut patet ex his, quæ scripsit *Camillus de Curse diversor. jur. feudal. par. 1. fol. 54. d. nu. 109.* Atqui controversia, & decisio, quod hæres in feudo possit gravari usque ad feudi valorem, procedebat in hærede linea collateralis, non descendantis; & casus decisio- nis primæ agud *Præsid. de Francib.* fuit in amita; Nam filius, vel filia; quæ est immediatè, & proximè successura in feudo, non poterat gravari, quo ad legitimam, quæ erat tertia pars feudi; Illam enim non habet jure hæreditario, sed uti creditor, ac detrahitur instar eris alieni; ut rectissimè post *Loffredum*, & alios docet *Præsid. de Francib. decis. 1. num. 39. Camer. in cap. Imperiale, §. præterea ducatus, fol. 104. lit. E.* Igitur petitio, & concessio gratiæ pro exclusione feminarum, quæ tota fundatur in qualitate hæreditaria, & ad illam restringitur, non comprehendit exclusionem filiæ, cui competit legitima in feudo, non tanquam hæredi, sed uti creditrici, ut potè debita, tamquam es alienum: Atque ita submota illa qualitate, quæ in assensu gratiæ exprimitur, nihil præstare gratiam, dicendum est, nam si quæ conceduntur cum una qualitate, illam qualitatem non habentia censetur prohibita, *Camerar. in cap. Imperiale, fol. 56. litt. Q. & R.* Nec de qualitate simplici ad mixtam sit extensio assensus, ut idem *Camerar.* docuit, *fol. 48. litt. B. & C.*

Quartò etiam si verba gratiæ ambigua essent, & varias caperent interpretationes, quia tam grata stat in forma dispensativa, non in forma simplicis, gratiæ, dum alterat, & pervertit ordinem successionis feudorum; contra illorum naturam, & tenorem investituræ; ut latè infra demonstrabimus, semper intelligeretur concessum, quod minus est, quia strictissimam recipit interpretationem; ut optimè tradit *Gonzalez cap. porrò 7. nu. 2. de privilegijs lib. 5. decretalium. In du-*

382 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

dubio enim filia non censetur exclusa à statuto, ne patri succedat, nisi clare, expressim, ac nominatim ipso statuto cautum sit, ut demonstrat *Menoch. conf. 317. nu. 3.* quia exclusiones, quas statuta faciunt, sunt quædam exhaereditationes, quæ nominatim fieri debent, ut inquit *Monoch.* ubi supra ex *Bald. in Lillam nu. 3. C. de collationibus.*

Adversarij agnoscentes; ex verbis gratiæ non esse exclusas foeminas descendentes, conantur illarum exclusionem inducere ex **10** mente comprehensiva; inquiunt enim rationem petitionis, & concessionis gratiæ expressam in præfatione, illam quidem fluissimam, ut feuda in agnatione conservarentur, quæ ratio æque viget in excludendis foeminis collateralibus, ac descendenteribus; & propterea ubi eadem ratio, non dicitur extensio, sed comprehensio, immo proprius intellectus, *l. nominis 6. § 1. ff. de ver. signif. Bald. ad l. 14. ff. de leg.* Qua ratione in gratia, & assensu pro dispositione rerum feudalium, & si inspectis verbis non comprehendenteretur aliquis casus, vel persona; si tamen adsit mens ad illam porrigitur, non per extensionem, sed per comprehensionem, ut latè probavit *Camerar. in repetit. cap. Imperiale, fol. 52. vers. octava concusio, &c. lit. H. cum seqq.* Eoque magis, quod gratia censenda sit favorabilis, & plenissimam recipere debeat interpretationem, *l. beneficium ff. de confit. Princ.*

Primò respondeatur, quod & si ex mente comprehensiva fiat extensio assensus; ipsa **11** mente mens non percipitur ex inclinatione, & affectione judicum, sed per regulas juris nobis constare debet, ut post *And.* docent idem *Camerar. in d. cap. Imperiale, fol. 54. lit. C. & D. Liparul. ad And. ibid. nu. 5. in fine lit. Q. in verb. constat;* Atqui ratio ipsa conservandæ agnationis non vagatur, nec extenditur ultra personas, & casus in statuto expressos; undè si statutum ob dictam rationem agnationis conservandæ excludit sororem ob existentiam agnati, non extenditur ad filiam, nec ad matrem, cui debetur legitima, quia filia, vel mater distat à sorore conjunctionis specie, ut latè probant, *Cronetta conf. 743. nu. 1. Menochius in conf. 317. num. 6. & 8. gloss. Parisiens. ad Alexand. conf. 89. lit. K. vol. 6.* in illis verbis: *Non est sufficiens, à ratione etiam unica, & tacita, vel expressa agnationis conservandæ ad faciendam extensionem contra jus commune, Marta de success. legali p. 3. qu. 6. art. 5. num. 13. &*

14. & art. 6. nu. 8. & nu. 11. vers. ceterum, &c. & latè p. 2. q. 4. art. 6. a. n. 13. & hanc effe veram, & communem opinionem testatur. Alto grad. in conf. 4. 8. d. n. 1. l. ad 15. tom. 2. ubi loquitur de ratione agnationis conservandæ, in proœmio expressa.

Et quidem ratio germana illa est, quod personæ, vel casus expressi in assensu hominis, vel legis, stant taxativè, ac limitativè, nem12 pè sunt exceptiones à jure communi, regulam prohibitionis in casibus non exceptis confirmantes; undè extra illos casus, vel personas non possunt extendi etiam si vigeat eadem, vel major ratio, ut *Andreas* docuit in cap. *Imperiale, nu. 4. 5. & 6. de prohibita alienatione per Frideric.* ubi *Liparulus n. 6. in verb. Confensit uni, Camerar. ibid. fol. 42. lit. K.* & melius idem *Andr. in c. 1. 5. donare nu. 4. qualitor olim feud. alienari poter.*, ubi *Liparul. in verbo: Dic quod gratia circa finem, lit. R.* Qui advertit, conclusionem istam procedere etiam in assensu legis, de quo loquitur ibidem *Isernia*. Porro, quamvis ea, quæ statuta sunt ex jure communi, possint ad similia porrigi, cum non omnes articuli singulatim aut legibus, aut *Senatusconsultis* comprehendi valeant, *l. non possunt 12. ff. de legibus*; Ea tamen, quæ singulari jure constituta sunt, ut privilegia, & alia specialia: non possunt extendi ad similia, nec ex eadem, nec ex majori ratione, *l. quod verò 14. ff. de legibus*; ut egregiè probat *Donell. comment. jur. civil. lib. 1. c. 14.* ubi affert exempla de restitutionibus minorum, & de *Senatusconsulto Vellejano*, quæ non dantur rusticis, & senibus ob eandem rationem, licet forte quidam rusticci imperitiores, & magis lubrici consilijs sint, quam minores, vel foeminae.

Quare solius rationis vi, atque efficacia privilegium ad casus, vel ad personas non expressas transferri nequit, nisi insuper legis, aut auctoritas Principis accedat, ut eleganter demonstrat *Georg. Acacius Enenkelius de privileg. lib. 2. c. ap. 4. d. num. 25.* Idemque probat evidentissime maximi nominis *Iureconsultus*, & Theologus *Ferdinandus à Castro tom. 1. tract. 3. disp. 4. punto 13. nu. 4. his verbis: Ceterum retinenda est indemnitas conclusio posita: non solum in dispensationibus, & in privilegiis odiosis, in quibus est regula juris in 6.* Quæ à jure communi exorbitant; non sunt ad consequentiam trahenda, sed etiam in favorabilibus, quan-

rum-

tumvis sint à jure concessa , & in eis expri-
matur ratio concessionis , nullo modo inquam ,
valere argumentum à paritate rationis ,
neque extensionem faciendam esse de casu
ad casum , vel personam similem , que ratio
superior assignata aquæ de omnibus probat ,
non enim extendi potest dispensatio , aut pri-
vilegium quantumvis favorable , nisi ex
voluntate concedentis , quæ si verba privi-
legii non manifestant , nullo modo efficaciam
habet ; Quod autem in privilegio ex-
primatur ratio concessionis , non facit con-
cessionem ad plura se extendere ; tali enim
expressio solum declarat motivum conceden-
tis , non extendit concessionem , probarique
potest exemplis , Si enim Petro ob ejus mer-
ita in privilegio expressa , concedatur plu-
ralitas beneficiorum , vel privilegium non
decimandi , vel non solvendi tributum , vel
babendi Oratorium , non ob inde inferatur ,
tunc dispensatum esse , & omnia illa privi-
legia concessa : etiam si tua merita æqualia ,
vel majora existenter ; Item si moniali ob
eius infirmitatem in privilegio expressam
concedatur è monasterio egressus , non ob inde
est concessus aliis aquæ infirmis , & ita te-
net Fælin . in cap. postulasti num. 9. limitat. 1.
de rescriptis , Salas disputat. 20. de legibus ,
sect. 10. nu. 95. Basilius de Leo lib. 8. cap. 21.
num. 8. & seqq.

Unde patet , quamvis ageremus de Principis
beneficio , quod nulli præjudicium inferret ,
14 ac proinde favorable censeretur , & ple-
nissimè interpretandum esset , l. beneficium ,
ff. de constitutionibus Principum ; hoc tamen
intelligi in eodem casu , vel persona , de qua
loquitur , non verò extrâ casum , vel perso-
nam in beneficio expressam ; ut probat
Gonzalez ad cap. olim 16. de verb. significa-
tione num. 5. in fine ; Idque est , quod pañum
feudistæ tradunt , assensum in eo , quod ex-
primitur , latissime debere interpretari , sci-
licet in personis , & casibus expressis , non
verò extrâ illos , quia in omissis strictissi-
mam recipit interpretationem , And. in dict.
cap. Imperiale , num. 4. Liparul. ibidem , ver-
bo ; Nam licet in beneficio , Camerarius , fol.
44. litt. N. & S.

Hinc etiam liquet ; assensum gratiæ ; quamvis
concederemus esse propriæ assensum legis
15 generalis ; non tamen porrigi posse ad ca-
sus , & personas in eo non expressas , ex ea-
dem ; vel majori ratione ; ut probavimus
supra ex And. in cap. I. §. dunare , num. 4. qua-

liter olim feudum alienari poterat , Liparul.
ibidem , litt. R. in verbo . Dic , quod gratia ,
circum finem . At verius est , gratiam prædi-
ctam non esse propriæ legem generalem , sed
privilegium , licet Communictati concessum ,
16 ut rectè tradit Dom. Consil. Josepb de Rosa in
prælud. feudal. lect. 10. nu. 8. fol. 90. Non enim
desideratur pro privilegii forma , quod pro
singularibus hominibus designetur , quia
potest etiam communictati tribui , ut in cap.
cum venissent , de judiciis , cap. in bis , de pri-
vileg. cap. Abbate , de verb. significat. & passim
in jure , vel certo genere personarum : veluti
minoribus , Clericis , Religiosis , Ecclesiis , mi-
litibus , uxoribus , quorum mentio obvia est
in utroque jure , vel etiam certo causarum
generi , veluti dotibus , l. 2. ff. soluto matri-
monio , neque idem minus erunt privilegia ,
quia ipsa communictas , vel personarum , vel
causarum habet se ad instar private perso-
nae , ut ratiocinatur Gonzalez ad cap. cum
venissent , num. 4. de judiciis lib. 2. decreta-
lium .

Itemquæ ex his constat ; non obstat ea , quæ
trudit Camerar. in cap. Imperiale , fol. 52.
17 vers. octava conclusio lit. H. cum seqq. de
mente comprehensiva in assensu : & gratia
ultra casus , & personas expressas ; ea enim
procedunt cum fuisse in mente causa , non
personæ , vel casus expressi , scilicet cum
personæ , vel qualitas nominata esset non
ea ratione , ut actus restringeretur , ut fiat
cum ea dumtaxat , sed magis respiceret ad
actum , quæ personam , & persona nomi-
nata esset causa frequentiæ , vel exempli , ut
tunc assensus excedat personam , qua ratio-
ne assensus Capituli Neapolitani , per quod
uxor habet obligata feuda viri , locum sibi
vendicat etiam in socero , qui receperit do-
tem , quia assensus consideravit obligatio-
nem pro dote in bonis illius , qui recepit do-
tes , & non qualitatem personarum , & si ex-
pressit de viro , hoc propter frequentiam
fuit ; ut loquitur Camerar. dict. fol. 52. lit. Q.
Atque ita etiam procedunt exempla de
adjutorio ob dorem filiæ , & sororis exclusæ
a successione , juxta Constitutionem Regni
Quam plurium , quod extenditur ad ami-
tam ; & de alia Constitutione Fratribus ,
quæ permittit fratri obligare feudum pro
dote sororis , ut habeat locum etiam in pa-
tre , ut pro dote filiæ possit obligare feu-
dum , quia causa , non personæ fuerunt in
mente ; quas Constitutio enumeravit , pro-
pter

384 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

pter frequentiam, vel propter casum, qui tunc occurrebat; non ea ratione, ut actus restringeretur, sicut loquitur Camerar. dict. fol. 52. lit. O. & P. & expressissimè se declarat, fol. 44. lit. S.

Hæc autem accommodari nequeunt ad gratiam, de qua agimus, qualitas enim hæreditaria, ob quam foemina gravari potest usque ad valorem feudi, expressa fuit taxativè, & limitativè, ut patet ex petitione, quod & verba concessionis manifestè significant: *Placet quo ad feuda bæreditaria, quæ sunt restrictiva, & limitativa.* Cravetta conf. 273. num. 13. Riminald. jun. conf. 737. num. 26. Cumque ista qualitas convenire non possit filiæ proximè, & immediatè successuræ, ad quam spectat legitima in corpore feudi non jure hereditario, sed ut creditricem, ut potè ei debita tanquam æ alienum, *Franch. in decif. 1. num. 39. Camerar. in cap. Imperialem §. præterea ducatus, fol. 104. lit. E.* Ideò gratia intelligenda est, prout loquitur de foeminis collateralibus: quibus illa qualitas convenit, nec transferri potest ad descendentes.

Insuper personæ, & casus expressi in statuto exclusivo foeminarum, ob rationem agnationis conservandæ; non stant demonstrativè, sed taxativè, ac limitativè: Imò & ratio agnationis restringitur, nec vagatur ultra casus, & personas expressas, ut supra fuit demonstratum: Ideò non potest dici, quod causa sola; non personæ fuerint in mente. Nam si sola causa fuisset considerata, nec restringeretur ad personas, & casus expressos, gratia latissimè vagaretur; ut per illam posset feudatarius excludendo foeminam proximè successuram, vocare masculum agnatum, etiam in gradu non successibili; in hoc enim casu vigeret eadem ratio agnationis conservandæ, nec fieret præjudicium foeminae, quæ gravari potest usque ad valorem feudi, nec Regi, ad quem ob existentiam foeminae in gradu successibili, feendum non devolueretur; & tamen quis somniavit, casum istum in gratia comprehendi. Nimis igitur probaret, si illa ratio conservandæ agnationis non restringeretur ad casus, & personas in gratia expressas, atque ita nihil probat ad illam ampliandam, l. offidius vers. pone igitur ff. de legat. 3. l. in lege 77. ff. de contrab. emptione, in illis verbis: *Aliter interpretantibus, totum fundum lapidicinarum fore, si forte in*

toto eo sub terra esset lapis, Glos. ibidem litt. A.

Quæ omnia confirmantur exemplo rei judicata per Imperatorem Carolum Quintum cum Supremo Consilio Aragoniæ, & Italiz in causa Ducatus Ferrandinæ in terminis gratiæ ab ipso Imperatore huic Regno elargitæ, quæ fratres patruelæ ad successionem feudorum antiquorum admisit, per illa verba: *Placet, quod successio feudorum extendatur ad fratres patruelæ masculos provenientes, & descendentes per lineam masculinam à primo domino, ac stipite feudi.* Cum enim decessisset D. Maria Castriona Ferrandinæ Ducissa, nullis relictis liberis, nec aliis conjunctis, preter D. Antonium Castriona ejus fratrem patruelæ, descendenterem per lineam masculinam à primo feudi acquisitore, qui vigore gratiæ petiit successionem feudi, Fiscus opposuit, quod ex illa gratia soror patruelis non poterat fratri patrueli succedere, unde ex natura successionis, quæ debet esse reciproca, verba illa gratiæ, *Extendatur successio ad fratres patruelæ,* intelligi deberent de successione activa, & passiva, ut tam qui succederet, quam ille, cui succederetur frater patruelis esse deberet; At vero frater patruelis allegabat, quod cum gratia respergerit favorem agnationis, non erat locus regulæ successionis reciprocæ, ex Bald. & Paulo de Castro in l. si ab eo C. de legitimis bæredibus, qui tradunt; ex statuto, quod soror non succedat fratri, potest frater succedere sorori, quia statutum fuit factum. ut agnatio conservetur, quæ solum in masculis conservatur, & non in foeminiis, ut patet ex his, quæ in eadem causa scripsérunt Reg. Reverter. in decif. 43. vol. 4. in manuscriptis, & And. Alciat. qui pro D. Antonio respondit in conf. 4. lib. 3. Causa illa fuit primò tractata iu judicio possessorio, & res visa fuit dubia, atque ita cum D. Antonius non veniret jure claro, & aperto ad feudorum successionem, fuit per Regiam Cameram factum sequestrum ex cap. Regni, ex presumptuosa, ut refert Reg. Reverter. in decif. 7. in manuscriptis, vol. 4. & secundum ordinem D. de Marinis decif. 315. Postea in judicio petitorio, censuit Regia Camera, consulendam esse Suam Cæsaream Majestatem pro declaratione gratiæ, ab ipsa concessæ, ut etiam refert idem Reverter. in dicta decif. 43. vol. 4. in manuscriptis, ac plenissi-

nissimè re discussa ; prolata fuit sententia per Imperatorem cum Supremo Consilio Aragonie, & Italie, qua fuit declaratum, non fuisse istam casum comprehensum sub gratia, quæ sententia Principis diffinitiva facit jus quo ad omnes in similibus causis, cap in causis 19. de sententia, & re judic. Unde fuit redacta in Pragmaticam, quæ est I.I. de feudis.

Et in terminis illius gratiæ aderat ratio agnationis, illa proculdubio erat favorabilis, quia
21 Rex jus suum tantummodo concesserat, nec ut in ista, de qua agimus, tetigerat jus aliorum vocatorum ex tenore investiturae, unde latissimam recipiebat interpretationem, juxta notata per Gonzales ad cap. olim 16.num.5. in fine, de verborum significacione ; & tamen per Imperialem sententiam fuit restricta ad illum casum, de quo juxta rigorem verborum gratia loquebatur.

Secundo principaliter respondemus ad obiectionem de extentione facienda ex mente
22 comprehensiva ob rationem agnationis in gratia expressam ; non posse ex illa argumentum sumi ; quia certissimum est, gratiam stare non in simplicibus finibus gratiæ, sed in forma dispensativa; Porro assensus in forma dispensationis, seu privilegii dicitur omne illud, quod à Principe conceditur, per quod alteratur prima investitura feudi, vel dispensatur contrà regulas, & naturam feudorum, Reg. Galeota controv. 48. num.3. & 4. tom.2. Reg. de Ponte conf.3.n.91. tom.1. post Camerar. in cap. Imperialem, fol. 44.litt.L. Bursat.conf.131. d num.72. Reg. Lanar.conf.60.num.123. & 124. Marcian. conf.16. num.14. tom.1. Atqui inspecta prima feudi investitura, & Constitutione Regni, Ut de successionibus foeminæ proximiores excludunt agnatos ulteriores à feudorum successione; Igitur assensus, quo permittitur excludere foeminam proximorem, ac vocare agnatum in ulteriori gradu, dicitur privilegium, & dispensatio, quia per illum alteratur prima investitura, & dispensatur contrà Constitutionem Regni; Feuda enim recipiunt sui naturam ex prima investitura, & ex statutis, sive ex consuetudinibus loci, in quo sita sunt; Camill. de Certe diversor. jur. feudal. part.1. in cap. incip. tenor; fol.37. d num.57. post Bald. in conf.319. vol.2. & conf.352. col.2. lib.1. Alexand. conf. 87. col.1. lib.6. Cravest. conf.186. num.4. & 5.

Riminald. jun. conf.780. d num.43. Et in terminis, quod assensus pro exclusione foeminarum vocatarum ex investitura, & Constitutione Regni, dicatur stare in forma dispensationis, tradunt Reg. Lanarius in conf. 60. num.123. & 124. Marcian. conf.16. num. 14. tom.1.

Cum itaque assensus per gratiam concessus non stet in simplicibus terminis gratiæ, sed
24 in forma dispensationis, strictissimi juris esse censetur, & tanquam odiosus non potest extendi de persona ad personam, neque de casu ad casum ex identitate, vel majoritate rationis, Liparul. ad And. in cap. I. §. donare, qualiter olim feud. alienar. poter. num.4. litt. R. circa finem, Reg. Lanar. conf. 60. num.123. & 124. Marcian. conf.16. n.14. tom.1. Camerar. in cap. Imperialem, fol. 44. litt. K. & l. & fol. 47. litt. B. & C. & expressissime, fol. 60. litt. S. & fol. 63. litt. G. & H. Horat. Montan. ad l. Imperialem num. 33. vers. sed contrà, qui post Andr. & alios ponderat ad id text. expressum in l. si pupillorum 7. §. si prætor ff. de rebus eorum ; & respondet ad text. in l. sicut 8. §. sed si permiserit ff. quibus modis pignus, vel hypotheca solvitur, mirificè illum conciliando.

Nec obstat, quod assensus per gratiam concessus quoad feuda hæreditaria, non videatur mutare naturam feudi ; quia si feudatarius alienaret illud extraneo, Rex assentiendo non diceretur mutare naturam feudi, & assensus tunc staret in forma simplicis gratiæ, non in forma dispensationis, ita & cum de feudo disponitur in agnatum comprehensum in investitura, exclusa foemina proximiore.

Sed facilis est responsio ; si distinguamus inter alienationem, quæ fit per actum inter vivos, & illam quæ fit per actum ultimæ voluntatis, cum scilicet feudatarius instituat in feudo hæredem alium, quam proxime, & immediate successorum, nam per istam dispositionem mutatur natura feudi : scilicet licet ordo successionis, Bammacar. in cap. omnes filii q. 4. si de feudo defuncti, Reg. de Ponte de potest. Pro reg. tit. 8. de refutat. feudorum §. 10. nu. 15. his verbis : Ob quod nec respectu alienantis, nec respectu assentientis intelligetur in aliquo natura alterata; quod non est, quando disponitur in ultima voluntate, instituendo alium, quam vocatum ex lege investiturae, tunc enim succedit qui succedere non deberet secundum natu-

ram feudi, & dispositio confortur post mortem, & in hoc casu loquitur Pragmatica novem caput, q. cap. 4. de feudi, per quam detatur Proregibus assentire, & procedit opinio Bammacarii, ut non sufficiat Proregis consensus in dispositione, quae fit in ultima voluntate in beneficium secundogeniti, egregie Horat. Moman. de regalibus §. finali num. 12. vers. sed tunc insurgit, fol. 326. qui optimè rationem differentiae assignat, nam (ut inquit) in feudo hæreditario filius est comprehensus in investitura post mortem patris, & sic in actu successionis; dicit enim investitura: *Tibi, & heredibus: meritò dispositio in actu ultimæ voluntatis facta in aliam personam, dicitur facta contrà naturam feudi;* At dispositio per viam contra. Etus in aliam personam facta, quam in hæredem vocatum ex lege investituræ, non dicitur contrà naturam feudi, quia dum Dominus, & primus acquirens illum vocaverunt post mortem, in vita feudatarii non dicitur vocatus filius ex tenore investituræ, & sic filius in vita patris non habet jus in hoc feudo hæreditario.

Itemque nec aliud refragatur, nempe quod gratia censenda sit favorabilis cum reducat 27 successionem feudorum ex parte ad terminos juris communis feudorum, secundum quod foeminæ ad feudorum successionem admitti non poterant, cum de facili res ad suam naturam revertatur, ut de alia questione agens, tradit Dom. Consil. Joseph de Roja in prælud. feudi. l. et. 10. num. 26. fol. 95.

Etenim respondemus: salva reverentia tanti viri, argumentum istud non habere locum, 28 quando primævus status, & antiquum jus: tanquam pravum, & irrationabile immutatum, & extinctum fuit, ut probat Bursat. cons. 131. nu. 78. & 79. Atqui in Regno nostro, jus illud, sive potius consuetudo, qua foeminæ per masculos agnatos remotioris lineæ, & gradus repellebantur à feudorum successione, fuit rejecta tanquam prava, & odiosa per Constitutionem Regni: *In aliquibus, & per Constitutionem: Vt de successionibus, ut notat And. in d. Constitut. Vt de successionibus; in verbo, fratres, & in verbo, filii autem fratrum.*

Quinimò usus, & consuetudines feudales redactæ in scriptis per Obertum de Orto non 29 possunt in hac parte jus commune censi, nec ab illis valet argumentum sumi. Illæ enim non ligant gentes, nisi tanquam sunt

rationabiles; Sed quo ad hanc partem exclusionis foeminarum; jam declaratum fuit per dictam Constitutionem Regni; *In aliquibus, illas esse pravas, & irrationabiles, unde jus commune censi nequeunt; ut docet And. in d. Constitutione Regni: Vt de successionibus, in verbo fratres; cujus doctrinam ita apertissime declarat Camerar. in respons. post Cannet. in cap. Volentes, fol. mibi 363.*

Sed & cum foeminæ vocatae sunt ex tenore investituræ, argumentum illud omnino cesso sat; ut bene advertit Bursat. d. et. cons. 131. num. 78. & 84. Investitura enim est ante omne jus feudorum, quia feudales usus, & consuetudines fuerunt compilatae, ea quidem intentione, ut sciretur, quid esset servandum, quando desiceret investitura, ita And. in præludiis feudorum, num. 15. his verbis: *In feudi, & conditione eorum inspicitur primò quid actum est in datione feudi, quia quilibet quando infecundat, apponit rei sue pacium, quod vult. Et quia frequenter non apparebat de lege dationis in feendum, vel quia non erat, aut non probabatur apposita, vel eveniebat casus non comprehensus in eo, quod expressum fuerat multæ consuetudines erant circa ea in diversis Curriis: Idcirco pro communi utilitate consuetudines, & usus prefati varii, & dispersi, redacti sunt in præsentem librum, & bæc est materia, & intentio.*

Ex quibus remanet firma conclusio; quod gratia non pertineat ad exclusionem foeminarum linea descendenter.

Illud vero, quod subdunt adversarii, scilicet à tempore, quo gratia concessa fuit, nempe 31 ab anno 1595. nullum alium Doctorem ausum fuisse conclusionem istam firmare; præter modernissimum Carol. Ant. de Luca in observat. ad Praesid. de Franch. decif. 1. num. 5. & in appendice post primam centuriam, & quod nunquam fuit dubitatum, quin possint excludi foeminæ descendentes, certè nullius momenti est; Porro ubi adeat bona ratio, nil refert, quod à Doctoribus non reperiatur tactum; Imò miserrimus est intellectus eorum, qui nolunt consulere, nisi ubi reperitur determinatum à Doctoribus, quomodo enim nostra scientia fuisse locupletata, si nihil antiqui dixissent, nisi de quo auctoritatem habuissent: ut monent his verbis Cagliensi. in L. Clodius num. 6. in fine, & num. 7. ff. de acqua hered. & Ant. Quet-

Quætra conf. 50. nu. 5. Nec verum est, quod de hoc nunquam fuerit dubitatum; contrarium enim patet ex Comitiis anni 1622. quibus Civitas, & Regnum supplicavit Regi, ut declararet, & de novo concederet facultatem excludendi fœminas lineaे descendentes; ut latè infra dicemus.

Et quoad DD. qui ex adverso allegantur; nempè *Fulv. Lanar.* in addit. ad Reg. La-
32 *nar.* in cap. 1. de success. feudi, num. 2. & 3. fol.
243. *Confil. Roc. resp.* 44. nu. 2. in fine, tom. 1.
& de officiis in rub. 13. §. 4. num. 56. fol. 183.
Reg. Rovit. in decif. 94. num. 2. & 3. & nu. 14.
& num. 30. *Reg. de Marinis* resol. quotidian.
cap. 126. num. 76. tom. 1. *Horat. Montan. de*
regal. §. finali, nu. 7. fol. 321. verb. exemplum,
feudatarius, &c. *Altomare ad Rovit. conf. 1.*
num. 23. usque ad 25. tom. 1. *Capyc. Latr. con-*
sult. 86. tom. 1. *Confil. Ioseph de Rosa in præ-*
lud. feudal. leff. 10. à num. 11. fol. 92. Respon-
detur; omnes istos præter *Altomare* loquu-
tos fuisse obiter, ac perfunctoriè sine ulla
discussione: vel conclusionis alterius adju-
vandæ causa, vel aliquam quæstionem tra-
stantes, nempè an oporteat feudatarium
disponentem specialiter uti gratia, & an de-
beat ex necessitate relinquere dotem fœmi-
næ, quam excludit; supponentes; fœminas
esse descendentes. Atqui DD. qui non sunt
antiqui; afferentes, vel præsupponentes ali-
quid, non discussio, nec examinato articulo,
sed obiter, & perfunctoriè, non faciunt opi-
33 nionem, & numerum in communi, nec po-
test super illorum dictis ad decisionem cau-
farum fundari, ut post alios tradunt *Cra-*
vett. conf. 640. nu. 21. *Bursat. conf. 18. nu. 16.*
Nevizan. in *Sylvia nuptiati lib. 5. num. 29.*
Corasius in tract. de commun. opin. lib. 1. tit. 6.
inspect. 1. & num. 10. ubi limitat in Doctori-
bus antiquis, ut *Gloss.* & alii, qui non sunt
soliti disputare; Nec ab eo, quod Doctor
præsupponit, potest argumentum validum
sumi, *Cravetta conf. 696. num. 4.*

Denique ad decisiones, quæ in contrarium af-
feruntur, respondit optimè Doctissimus
34 Dominus Vincentius Raetanus nunc me-
ritissimus Fisci Patronus, in responso edito
in hac causa, ubi manifestè demonstrat, alii
quas nil facere ad rem, & in aliis non fuisse
articulum istum tractatum, nec discussum.
Et nos addimus, non posse fundamentum
aliquid fieri in illis decisionibus, si quæ
sunt, factis in iudicio possessorio, & in re-
medio i. finali, C. de editi. Div. Adr. 204. pro-

hærede instituto vigore gratiæ; Siquidem
in eo remedio sufficit hæredi scripto; quod
validitas dispositionis sit dubia; ne dicatur
continere vitium visibile; Atqui sententia
etiam Principis, & Papæ, ut faciat jus, & ad
exemplum trahatur, quoad omnes, debet
esset diffinitiva, ac lata in judicio ordinario,
cum plenissima causæ cognitione, ut loqui
quitur *tex. in cap. in causis 19. de sententia,*
& *re judicata;* secùs verò dicendum est de
sententia incidenter lata, sive in sententia
interlocutoria, quæ non facit jus in simili-
bus causis, nisi in corpore juris claudatur,
ut notat *Gloss. in dict. cap. in causis verbo, in*
similibus, tit. D. in fine.

Gratiam non extendi ad casum,
quo fœmina habet filium ma-
sculum, qui præcedat
agnatum.

Certissimum est, gratiam secundum rigo-
rem verborum aperte loqui de casu, quo
feudarius habet proximè, & immediatè
35 successuram fœminam, qua de medio su-
blata, proximè, & immediatè successurus
esset agnatus. Non ostante, che vi siano fe-
mine in grado successibile, e prossimiiori, si
possa disporre in quel mascolo della fami-
glia, che succederà in tempo della disposizio-
ne, se non vi fossero le femine. Hæc enim
verba nequeunt ad casum accommodari,
quo fœmina habet filium masculum, qui sit
proximior disponenti, quam agnatus, in
quem disponitur; tunc enim sublata
fœmina, non esset proximè successurus
masculus de agnatione, sed masculus ex
ipsa fœmina; atque ita gratia non com-
prehendit hunc casum, quia ita est restri-
cta, & limitata, ut masculus agnatus habeat
illam qualitatem proximitatis, ac debeat es-
se proximè, & immediatè successurus, si fœ-
mina non adesset, ita in terminis *Bald. conf.*
447. num. 1. vol. 4. Idque est indubitatum
apud omnes, solum de eo fuit quæstio, an
requiratur illa qualitas proximitatis tempo-
re dispositionis per ultimam voluntatem, an
verò sufficiat adesse tempore mortis, quo
dispositio habet effectum, ut patet ex his,
quæ latè disputata sunt apud *Montan. de*
regal. §. finali nu. 7. fol. 321. vers. Et qualitas
hoc, & D. *Confil. Ioseph de Rosa in prælud.*
feudal. leff. 10. à num. 10. fol. 91. Quæ contro-

Ccc. 2 ver-

388 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

versia cessat in specie, de qua agimus, quia tamen tempore testamenti, quam mortis aedebat nepos ex filia; atque ita post foemina, utroque tempore non erat proxime, & immediatè successor testatoris frater, in quem fuit dispositum, sed nepos masculus ex filia.

Nec refragatur, quod exclusa foemina à feudorum successione, censeantur exclusi masculi ex ea descendentes, ob rationem agnationis, cap. 1. de gradibus succedendi in feud. uti And. Alvaror. Affict. & alii, Camerar. in cap. 1. de natura success. feud. num. 48.

Etenim responderemus distinguendo: Vel masculus ex foemina vult venire ex eodem jure, quo excluditur foemina, & tunc exclusa matre, censeri filiam exclusum, ut si prima investitura vocaret masculos, exclusis feminis, masculus ex foemina descendens venire nequeat ad feudi successionem, dict. cap. 1. de gradibus succed. in feud. & ita lo-
37 quuntur DD. supra allegati; Si vero ex prima investitura masculi, & foeminae vocarentur, sed ex novo jure superveniente excludantur foeminae, & tunc exclusa foemina, non censeri exclusum masculum ex ea descendenterem, quia alio jure est inclusus; ut egregie tradit Camerar. in cap. 1. de natura success. feudi, n. 46. fol. 129. his verbis: *Quia cum omnes vocabantur, remoto uno, alii non removentur, imò fortius ponuntur, l. cum prætor, ff. de judiciis, quod facit pro ratione totius materiae feudalis, quod si pater excluditur, non propterea trahitur ad filium, si excluditur foemina, non propterea trahitur ad masculum, si excluditur patratus, non trahitur ad nepotem, si excluditur amita, non propterea trahitur ad nepotem, quis postquam alijs sunt inclusi, ista aequalitas non operatur, ut excluso uno, excludatur alter, & hæc est ratio fundamentalis istius recti nostri, quod nota.*

Pro qua conclusione facit maxima ratio, nam cum feendum recipit eam naturam, ut foeminae, & ex eis descendentes succederent, ac præferrentur agnatis collateralibus; alterata natura feudi in uno, nempè quod foeminae proximiores possint à successione repelliri, cum vocatione collateralis agnati, qui proxime, & immediatè esset successor, si foeminae non adessent, ista natura feudi alteratio debet restringi ad suum casum, in aliis manente natura feudi Cap. 1. de feudo non babente propriam matrem, Cracovia

in conf. 472. num. 18. Boc. conf. 101. num. 74. Lanar. in conf. 100. num. 15. & 16. Riminald. jun. in conf. 556. num. 69. Unde gratia non debet extendi ad casum, quo filius masculus ex foemina est in gradu, & linea proximiiori, quam agnatus masculus.

Quæ verò adversarij denuò subiiciunt de extensione ex mente comprehensiva ob ratio-
39 nem agnationis in gratia expressam, jam confutavimus in superiori capite: ubi fusissimè demonstratum fuit; rationem illam agnationis non vagari, sed restringi ad personas, qualitates, & casus in gratia expressos; maximè cùm qualitas illa proximitatis in agnato masculo, si foeminae non adessent, apposita est in gratia taxative, & limitative: undè cùm deest illa qualitas; videtur expressè prohibita dispositio, ex Lcum prætor, ff. de judiciis, quam allegat Camerar. in d. cap. 1. de natura success. feudi, num. 46. & in hanc materiam sèpè adducere solet Andr, ut in cap. Imperiale; de probibita feud. alien. per Frideric. num. 6. & in aliis locis relatis per Liparulibidem in verbo: *Cum prætor litt. H.*

Itemque non refragatur, quod foemina proximior sit in medio, & sic præcedat in gradu 40 filium ejus masculum, qui vivente matre nequit succedere, undè jus matris transfunditur in agnatum, qui in locum, & jus foeminae proximioris subrogatur, ex regula: *Si excludo excludenter te, excludo similiter te, & tu non excludis me, de qua in l. aequissimum, ff. ad Tertullianum.* Secus vero si mater esset præmortua, nam tunc (ut inquiunt) filius ejus masculus non posset per agnatum excludi, quia tunc jus matris præmortua nequirit in agnatum transfundit, ut in terminis illius questionis de statuto, quo patruus, vel agnatus excludit matrem, an si decadat aliquis, superstitionibus matre, avia materna, & patruo, possit tunc patruus excludere matrem, & aviam, quæ & si non excluderetur à patruo, dum à statuto non fuit exclusa ipsa avia: excluditur tamen à matre, quam patruus excludit, distinguunt Bald. in Lille 19. num. 2. & 3. G. de Collationibus.

Respondeatur enim, cessare prorsus istam distinctionem in terminis gratis, que non lo-
41 quitur absolute de agnato, sed qualificat ipsum, & requirit eum esse talēm, qui, sublata foemina proximior de medio, proxime, & immediatè successorus fore; Cūm ergo

Decisio III.

389

ergo adest alius ; qui præcedit agnatum, nempè filius masculus foeminae, non habet locum statutum, seu gratia, quæ non loquitur de isto casu, & remanet dispositio juris communis, quo foemina proximior excludit utrumque, nempè ipsius filium masculum, & Agnatum, ita in terminis Bald. ipse in conf. 447. num. 1. vol. 4. his verbis : Nec obstat statutum, quid non loquitur in casu nostro, quid non extendit ex latere paterno venire debentes ad successionem ; Si mater non esset in rerum natura : ille consanguineus excedetur per aviam, ut dicto §. consequens, & in Autb. defuncto. Non enim absolutè loquitur statutum de consanguineo, sed qualificat ipsum, & requirit eum esse talem, qui matre sublata de medio, succederet ab intestato, ergo statutum non loquitur de ipso. Quod enim signanter, & sub certa qualitate de aliquo dicitur, ad alium non extenditur, ff. de libertis, & posthumis, l. commodissime. Neque enim est novum, quod aliquis propter existentiam alterius obtineat successionem, quam ex persona sua obtinere non posset, juxta notata per Bartol. in l. 1. §. penult. ff. de bonorum possessionibus contraria tabulas.

Ex quibus redditur evidentissima conclusio, 42 quod in isto casu, quo foemina habet masculum, qui præcedit agnatum, non habeat locum gratia.

Quæ quidem conclusio non potest labefactari, eo quod gratia inutilis redderetur, dum se-

43 pè foeminae nuptæ habent filios masculos.

Nam præterquam quod satis esset, gratiam possè operari, ac effectum habere in casibus expressis ; non est simpliciter, & absolute dicendum, quod in omni casu, quo foemina proximior habet masculum, non sit locus gratiae ; sed requiratur, quod filius foeminae præcedat agnatum ; Quid enim si feudarius decederet superstibus amita proximiore, filio amita, & fratre patruele, qui sit major aetate, quam filius amita, non ne frater patruelis præcederet filium amita, evenideretur fratrem arguitam defuncti, nam & si pari gradu sint, scater tamen patruelis ex prerogativa etatis vincere illum, Reg. de Marinis resolutio id. tom. I. cap. 1. 25. num. 64. Giurba de successione feudi cap. 1. 8. §. 2. gloss. 10. num. 5. 1. & 5. 4. & 5. 5. & 5. 6.

Sed cum contra istam conclusionem adversariis iura, & Doctorum auctoritates non suscipiant, ab exemplis operis petunt, quiborum

morem increpant Alberic. in l. C. de Constit. 44 tutio. Princip. Boerius de auctoritate Magni Concilii num. 170. & Cravetta in conf. 592. num. 91. Dicunt enim ita fuisse judicatum in causa D. Francisci Gambacurta hæredis instituti in feudalibus à Principe Macchia nepote ejus ex fratre, exclusa Ducessa Burgentia ejusdem Principis sorore utrinque conjuncta, quæ habebat filium masculum.

Verum in illa causa Sac. Consilium mandavit dari terminum probatorum super petitorio, & interim manuteneri in possessione feudorum D. Franciscum hæredem scriptum ; cui ad confirmandum possessionem competebat remedium l. finalis C. de dicto Divi Hadri. toll. ; dum non ostendebatur in promptu nullitas dispositionis, atque ita non aderat vitium visibile, ad quod tollendum, satis est, quod jus hæredis scripti sit dubium ; ut reservari debeat in judicio ordinario. Ut enim sententia Principis, vel

45 Supremi Magistratus faciat jus in similibus causis, debet esse diffinitiva, lata in judicio ordinario cum plenissima cause cognitione, ut diximus supra per tex. in cap. in causis 19. de sententia, & re judicata, ubi Gloss. in verbo : In similibus litt. D. in fine. Porro si Ducissa Burgentia non obstat illud decreatum in judicio petitorio ; quanto minus obstat aliis in similibus causis. Præterquam quod in illa causa agebatur de foemina linea collateralis, & de feudis antiquis ; In casu autem nostro feuda sunt nova, ad quæ neque potest extendi gratia, ut dicemus in sequenti capite.

Gratiam non extendi ad feuda nova.

M Anifestum est, gratiam loqui de feudis antiquis, ex illis verbis; Conoscenda con- 46 quinta facilità lì stati, e feudi in molto tem- po con molte fatiche, & e servitii acquistati, in un punto si perdono nelle proprie famiglia dell' acquirenti, & clarissime id constat ex aliis verbis; Con diebiorare, che per tale di- sposizione lì feudi, e stati predati restino co- me feudi, e stati antichi, & hereditarii. Nam verbum illud remaneant, significat, talie recorda fuisse, Bald. in caus. 3. 20. 4. vol. 3. Quæ declaratio, & provisio fuit necessaria, nam aliis per dispositionem feudi antiqui, que fit

390 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

Sc cum assensu in agnatum etiam comprehensum in investitura, & in gradu successibili, sed non proxime, & immediate successorum, feudum antiquum effectum suis est novum, nisi expressum fuisset, quod
47 feuda remanerent antiqua; *And. in cap. I. in fine, quid juris sit si vasallus post alienationem feudum recuperat, Loffred. in conf. 52. num. 4. cum seqq. Reg. Rovit. in terminis hujus gratiae in decif. 94. num. 31. his verbis: Et fuerunt posita, ne talia feuda per institutionem factam in beneficium masculi, qui non est immediatus successor, super qua dicitur in eadem gratia, ut consecatur ex tunc praestitus assensus, efficerentur feuda nova, prout alias effecta fuissent, nisi expressum fuisset, quod remaneant antiqua, sequitur Dom. Consil. Joseph de Rosa in praled. feudal. lect. 10. num. 21. fol. 93.*

Hinc evanescit illud, quod adversarii dicebant in aula: nempē feudum novum posse jure
48 antiqui feudi concedi. Aliud enim est: si dicatur *Iure feudi antiqui*, Aliud: si dicatur, quod remaneat antiquum, nam verbum illud *remaneat* significat tale retro fuisse, *Bald. in dict. conf. 8. num. 4. vol. 3.* Insuper ex interpretatione, quam faciunt adversarii, sequeretur illud, & maximum absurdum, in damnum Regis, quod si feudarius feudum novum ab ipso emptum donaret fratri secundogenito, excludendo neptem ex fratre primogenito prædefuncto, immediatè, & proximè successuram, vigore gratiae, in hoc feudo, quod efficeretur antiquum in persona fratris donatarii, & haberetur ita, ac si esset paternum, & avitum, scilicet acquisitum à patre, vel ab avo; possent donatario, ejusque filio succedere patruus, & amita, qui non descendunt à primo acquirente, quod gratia non somniavit, ac vanum esse censuerunt *Reg. Rovit. in dicta decif. 94. & Reg. Gakota resp. fiscali 3. 4. & 5.*

Cum itaque loquatur gratia de feudis antiquis, non potest porrigi ad feuda nova, quia assensus non extendit de re ad rem, *And. in cap. I. qui successores teneantur, num. 11. ubi Liparul. litt. M. in verbo, de una re, & in cap. I. §. donare; post principium, qualiter olim feudum, &c. ibi: Dic quod gratia de una re concessa, &c. ubi loquitur de assensu legis, *Fatu. Lanarius in addit. ad Reg. Lanarium in cap. I. de bis, qui feudum dare possunt num. 163.* Et concessus de re habente unam*

qualitatem, non extendit ad habentem diversam qualitatem, *Camerar. in cap. Imperiale, fol. 56. litt. Q. Reg. Lanarius conf. 60. num. 20. circa finem.*

Nec adversariis suffragatur ratio agnationis in gratia expressa: Cum enim negari nequeat, quod major sit ratio conservandi bona antiqua in agnatione, quam de novo quiesca, ut advertit *Decius in conf. 221. num. 7. cum seqq.* idè succedit conclusio notissima, quod constitutio etiam de materia favorabili, & que recipit extentionem, non extendit ad illum casum, in quo minor sit ratio, licet non diversa *Soccin. in L. in princ. in 4. notabilis ff. de verb. obligat. & latissime in conf. 9. num. 12. & 16. vol. 3. Cravetta conf. 450. num. 3. Riminald. jun. conf. 501. num. 77. & conf. 724. num. 77. Reg. Lanar. conf. 60. num. 82. & 83.*

Quibus non refragatur exemplum cause **D. Artusii Pappacoda**, qui cum emisset feudum Massafra, instituit hæredem **D. Antonium** ejus fratrem in illo feudo, quod erat novum, excludendo **D. Fælicianam neptem** ex filio, vigore gratiae; & cum postea **D. Antonius** obiisset absque descendantibus; fuit per Fiscum petita devolutio ob defectum successorum dicti **D. Antonii**, non ob defectum lineæ **D. Fælicianæ neptis**; quod Fisco tutius, & facilius erat prætendere ad excludendam **D. Celidoniam amitam D. Antonii**; in qua causa scripsit pro Fisco *Reg. Gakota resp. fiscali 3. 4. & 5. ac Reg. Rovitus edidit decif. 94.*

Nam facilis est responsio, quia **D. Antonius** successit fratri in feudo Massafra: etiam si accidente consensu **D. Fælicianæ neptis** ex filio testatoris, ut patet *ex Reg. Gakota in d. resp. fiscali 3. in principio*. Unde ob consensum neptis feudum jam fuit translatum in **D. Antonium**, sive consensus ille haberet vim abstensionis, sive refutationis, etiam si nullus assensus Regis intervenisset, juxta notata per *Gloss. in cap. Titius, si de fratre defuncti militis, Camerar. in cap. Imperiale, fol. 25. litt. H. Reg. de Ponte de potest. Pro reg. tit. de refutat. feud. S. 10. nn. 35. vers.* Et rursus si esset facta, &c. *Fatu. Lanar. in addit. ad Reg. Lanarium in cap. I. de successione feudi num. 52.* Atque ita cum legitime feudum **D. Antonio** fuerat quæsumum; idè illius persona, & linea inspicenda erat, ut per illius defectum esset locus devolutioni; Idque absque ullo scrupulo, dum

Decisio III.

391

dum super illo consensu , ac transactione facta inter D. Fælicianam neptem , & D. Antonium intervenerat etiam Regius assensus , sicuti testatur *Fulv. Lanar.* ubi supra in addit. ad dictum cap. I. de successione feudi num. 2.

Ex eo , quod in comitiis anni 1622. pro istis extentionibus fuerit Regi supplicatum , Rex autem simpliciter gratiam : prout concessa fuit , confirmaverit , non posse inferiores magistratus secundum illas judicare.

Civitas , & Regnum in parlamento anni 1622. relato tenore gratiæ concessæ in comitiis anni 1595. quæ post annum ex dispensatione Proregis fuit exequutoriata; supplicavit Regi , ut dignaretur gratiam predictam confirmare cum his declaratiōnibus , & novis concessionibus , *Supplicano però V. M. si degni confermare , e di nuovo concedere la detta gratia , con dichiaratione anco , e di nuovo concederli , che quello s'intenda in tutti li feudi predetti tanto nuovi , quanto antichi , tanto acquistati , come acquistandi , e che la predetta disposizione trā vivi , o per ultima volontà possa farsi à beneficio di persona della famiglia ancorche non fosse in grado successibile , essendovi però la femina in grado tanto in linea descendente , o ascendente , quanto anco in linea transversale , ancorche il detto mascolo nominando fosse preceduto da altri in grado , o pure per ragione di primogenitura , e questo s'intenda non solo , quando li feudatarii havesse ro female , per loro successori , ma mascoli descendants da female , che non fossero della famiglia d'essi feudatarii , poiche in questo non si fa pregiudicio alcuno alle ragioni del Regio Fisco , mentre tutti li casi predetti s'intendono quando vi sia mascolo , si muta la persona del successore , acciò li beni feudali si conservino nelle famiglie , e che detta gratia s'intenda non solamente à rispetto delle persone esistenti à tempo della disposizione , ma anco di quelli , che haveranno da succedere dopo la disposizione in futurum , purchè nel tempo si deferisca la successione alli fu-*

turi successori vi sia il mascolo ; o femina in grado successibile all'ultima decedente . Rex autem his verbis respondit : Placet S. R. I. Carboice Majestati dictam gratiam : protest in aliis parlamentis concessa fuit , confirmare .

Patet igitur , omnes casus , qui concurrunt in specie , de qua agimus , contineri sub petitione Civitatis pro illorum declaratione , & nova concessione , nempè exclusionem foeminarum lineæ descendantis etiam habentium filios masculos , qui agnatum p̄cederent , & à feudis novis . Unde dicimus , non posse inferiores magistratus judicare secundum illud , quod noluit Rex declarare , nec de novo concedere .

Primò , quia cum mysterio in petitione fuerunt apposita illa verba : *Con dichiaratione anco , e di nuovo concederli ; ut si ea non continebantur in concessione gratiæ anni 1595. & sic non erat locus declarationi , propiciendum esset supplicant per novam concessionem ; Id enim important verba declarare , & de novo concedere ; ut bene advertit Soccin. in conf. 260. num. II. vol. 2. ex Gloss. in Clement. literas in verbo , decernimus , de præbendis ; & cum haec omnia fuerunt examinata in Supremo Italæ Consilio , certè si sub gratia anni 1595. comprehensa fuissent , facillimè ea Rex declarasset ; nedum , ut faveret benemeritæ Civitati , & Regno , quod tunc offerebat donativum ducatorum quindecies centum mille , sed etiam ut quod jure postulabat Civitas , assequeretur ; Dum igitur Regi visum fuit solùm confirmare gratiam anni 1595. prout concessa fuit , absque illis declarationibus , & novis concessionibus , quæ petebantur , censemur Rex illas denegasse , & rejecisse ; Nam qui habet potestatem confirmandi , & infirmandi ; confirmando aliqua , videtur alia infirmare , & è contra , ut *Ruin.* docet. in conf. 84. nu. II. vol. 2. ex notatis per Dyn. & Bartol. in *L. legata inutiliter* , ff. de legat. I.. maximè cum omnia fuissent examinata , prout præsumitur , quando superiori fuerunt offensa , *Invol.* in d. L. legata inutiliter num. 6. Et fuit illa modesta negatio , quæ temperamentum philosophicum dicitur , quando aliquid certum , veluti dubium affirmatur , vel negatur , *Gloss. in l. manus in verbo , forsitan , ff. de procuratori- bus.**

Nec dicatur , quod aliqua in nova petitione fue-

fuerunt apposita, quæ certissimè comprehendebantur sub gratia anni 1595, veluti ea, quæ de feudis acquisitis, & acquirendis in nova supplicatione fuerunt expressa; unde adversarij tentant colligere absurdum, quod sequeretur: nempe quod etiam illa, quæ clarissimè continebantur sub dicta gratia, viderentur denegata, & rejecta. Etenim respödetur, quod verba illa novę petitionis. *E questo s'intenda in tutti li feudi predetti, tanto nuovi, quanto antichi, tanto acquistati, come acquistandi,* fuerunt adjecta, non ut declaretur, & concederetur illud respectu feudorum antiquorum in beneficium feudatariorum præsentium, & futurorum; quod jam erat concessum, & expressum in gratia anni 1595. Sed fuerunt apposita comparativè, ut quod in gratia prædicta erat expressum de feudis antiquis, tam respectu præsentium, quam futurorum feudatariorum, intelligeretur pariter de feudis novis, acquisitis, & acquirendis; Id enim significant illæ dictiones: *Tam, & quam,* ut demonstrant *Bursat. cons. 139. nū. 16.* & *Riminald. jun. cons. 262. nū. 34.* Et expressio feudorum novorum acquirendorum fuit necessaria, nè aliàs petitio restringeretur ad feuda nova, quæ tunc Barones habebant, & nè excluderentur futura, quæ aliàs non venissent, ex doctrina *Baldi in cap. at si clerici nū. 19. de judicijs* relata per *Liparul. ad Andr. in cap. Imperiale, nū. 5. in verbo, sicut, in fine, de probib. feudi alienat. per Frid.* quod licet dispensetur cum aliquo in beneficijs habitis, non propterea intelligitur dispensatum in habendis.

Secundò, quia nos cum dicimus fuisse denegata ea, quæ expreßè cavebantur in gratia, sed ea tantum, quæ in nova petitione erant gratiæ extensiones, non comprehensa in illius verbis, veluti casus omitti, vel qui ob qualitates limitativè, ac taxativè appositas videbantur exclusi, vel etiam illi, quos contra omnem verborum significacionem; pretendebatur venire ex interpretatione, sive ex mente comprehensiva, sicuti in fortioribus terminis, cum scilicet in Comitijs Regni fuisse supplicatum Regi, ut declararet statutum, ex cuius verbis emergebat aliquod dubium, super quo erant contrarie opiniones, Rex autem respondit per hæc verba: *A esto vos respondemus, que esto està ya provedido,* censi Regem declarasse veram illam opinionem, cui fayent verba,

ita ut succumbere debeat illa Pars, quæ venit ex interpretatione; demonstrat perbellè *D. Francisc. Carasco post II. recompilation. tractatu 2. à nū. 16. ad 19.*

Tertiò quia etsi concederemus, per illa verba:

Placet: dictam gratiam, prout in alijs parlamentis concessa fuit, confirmare, non fuisse improbatas, & rejectas declarationes; & extensions, cum quibus confirmatio gratiæ petebatur, sed remansisse sub dubio, an sub gratia comprehendenterentur; dicimus tamen, hujus dubij declarationem spectare ad Regem, non ad magistratus inferiores, lex factio vulg. & pupilli substitut. cap. cum venissent, de judicijs.

Et quamvis Judex inferior possit per juris regulas privilegium Principis dubium interpretari, cum de jure privilegiati agitur

in causa inter partes, sicuti quotidie leges dubiæ, atque juris articuli à magistratis declarantur, & deciduntur; nihilominus potest Judex: si velit: declarationem gratiæ, seu privilegij concessi à Principe ad ipsum Principem remittere, ut plenè demonstrat *Reg. Reverter. in decis. 43. in fine in manuscriptis, vol. 4.* Imò in multis casibus, qui omnes convenient nostro, Judex ex necessitate tenetur privilegij dubij declarationem ad Principem remittere. Et primò quando dubium esset arduum, tunc enim declaratio omnino spectat ad Principem, nec Judex potest tale dubium, quod ex privilegio emergit, interpretari, *Gregor. Lopez ad l. 27. in verbo: donadyo de Rey tit. 18. partita 3. Galeota controv. 23. nū. 40. vol. 1. Gonzalez ad dictum cap. cum venissent 12. nū. 9. de judicijs,* qui alias refert. Secundò quando tractatur de his, quæ non sunt solita à Principe concedi, tunc enim declaratio videtur tangere jus Principis, atque ita ad ipsum Principem omnino spectat, *Gregor. Lopez ad l. 18. in verbo gratia tit. 18. par. 3. post Bald. in cap. I. n. 3. Apud quem, vel quos controversia feudi terminari debet.* Præsertim si agatur de interpretando privilegium ex causa concessionis, cause enim & rationis, ob quam privilegia dantur, estimatio in Principis, non cujuslibet alterius potestatem, judiciumque collata est, ut docent *Acacius de privileg. lib. 2. cap. 4. n. 39. Ferdinand. à Castro tom. 1. tract. 3. disp. 4. punto 13. num. 1.* In nostro casu agitur non solum de his, quæ non sunt solita concedi à Principe, sicuti testatur *Camillus de Curte-* di-

diversor. juris feud. par. 1. fol. 55. at., sed & cum pro eisdem à Civitate, & Regno fuisset Principi supplicatum, Rex noluit ea declarare, nec de novo concedere; undè arduum dubium, & de non solitis censendum est; Itemque agitur de articulo, qui tangit jus Principis; Nam cum in hac causa concurrent omnes ferè casus, pro quorum declaratione, & nova concessione fuit Regi supplicatum, & Rex ipse noluit declarare, & concedere; modò Sacrum Consilium decidendo causam istam in judicio petitorio, faceret idem jus universale in omnibus causis, quod fecisset Rex in comitijs anni 1622. sive per modum declarationis, sive per novam concessionem.

Sed & cùm Princeps in generali parlamento semel fuerit aditus pro declaratione, & nova ⁵⁹ concessione casuum prædictorum, & de illis cœpit cognoscere, omnibus alijs est impossitum silentium; ut docet *Bald. in cap. ad hoc num. 11. de allodijs, additio ad Alex. cons. 29. lit. D. vol. 7.* Eoque magis, quod si tunc noluit Rex declarare, & concedere, videtur hoc jus sibi reservasse; ut in alijs reipublicæ necessitatibus, Civitas, & Regnum pro eo jure obtinendo novum donativum offerret; atque ita cum Rex declarationem privilegij sibi reservat, magistratus ejusdem Principis de ea re cognoscere nequeunt, & judicium ab eis prolatum nullum est, & ad ipsum Principem declaratio consultatione est remittenda; ut probat, & decisum refert *Larrea in decis. Granatens. 99.*

Neque capitula hujus Regni, quibus cautum est, ne causæ possint extrahi à Tribunalibus hujus Regni, vendicant sibi locum, quando ⁶⁰ eadem Tribunalia censem pro declaratione gratiæ, ac privilegij a Rege concessi, ipsum Regem consulendum esse, ut tradit *Cresp. de Valdaura obseruat. 115. n. 4.* Undè in dubijs minus arduis sœpè Tribunalia Regni hujus remiserunt illorum declarationem ad Regem; Sic in causa Baroniæ Summontis fuit consultatum an amita succederet nepoti: prout succedit patruus; Item in causa tractarum Principis Salerni; Itemque per Judices causarum rebellium, an sub indulto generali comprehendenterent bona alienata, denique in causa D. Aotonij Castriota, de qua supra diximus, prout hæc omnia exempla refert *Reg. Revert. in decis. 43. in fine in manuscriptis vol. 4.*

Ex pacto in capitulis nuptialibus, quod filia ultrà dotes habeat legitimam, & successionem, non potuisse patrem uti gratia, & instituere heredem fratrem in corpore feudi.

Pactum in capitulis matrimonialibus, cuius verba in prænarratione facti retulimus, continet plures casus; Primus est, ⁶¹ quando pater decederet cum alijs filijs superstibus, & in hoc casu conventum fuit, quod dotes ducatorum 20. m. beat imputari in legitimam, portionem, vel paragium competens dictæ D. Ioannæ filiæ, quæ tamen imputatio intelligeretur favore dictorum aliorum filiorum, non autem pro extraneis successoriibus. Secundus casus est, quando pater moreretur absque alijs filijs, vel cum filijs, qui postea decederent in pupillari ætate, vel quandcumque absque descendantibus, & tunc conventum fuit, non esse imputandas dotes ducatorum 20. m. in successionem, legitimam, ac portionem dictæ D. Ioannæ filiæ, sed ultrà dotes habeat filia successionem, legitimam, paragium, sive aliam portionem ad ipsam spectantem. Tertius casus respicit ducatos sex mille pro augmento dotium ex bonis maternis, & alimenta promissa; quæ nunquam debeant imputari in legitimam, etiam quando pater decederet cum alijs filiis, quo casu etiam quando piter decederet cum filiabus, remaneat D. Joanna filia primogenita habilis ad succedendum, non obstante renūciatione, & dotatione, quæ ultima verba fuerunt apposita, ne alias D. Joanna primogenita à successione feudorum excluderetur per filiam secundogenitam in capillo, ex *Constit. Regni: Ut de successionibus*, cui per hoc pactum carvi solet, juxta tradita per *Reg. de Ponte in conf. 10. 20. & 21. tom. I. Staibandum Seniorum conf. 81. a nu. 25.*

His præhabitibus, dicimus, cùm jam evenerit secundus casus, quo pater deceperit absque alijs filijs, sola superstite D. Joanna; pactum itud importare non solam reservationem successionis ab intestato; sive cùm pater decederet absque dispositione, sed etiam continere casum, quo pater moriatur cum testamento.

D d d

Præ-

Primo evidenter id patet, quia dum conventum fuit, quod dotes non sint imputanda in legitimam; certe conventio ista per se fert casum, quo pater decedit cum dispositione. Legitima enim, ac imputatio in legiti-

63 tam non possunt verificari, quando pater decedit absque testamento, vel dispositione; ut ex ipsa terminorum penetratione liquet, & advertit *Cravett. in conf. 407. nu. 21.* Nam ab intestato non debetur legitima, quandoquidem totum capit filius, nec datur quæstio detractionis legitimæ, nisi filius se abstineat, §. 1. *institut. de bæred. que ab intest. defer.* §. 1. *Auth. eodem tit., l. in suis ff. de liber. & posthum.* Requiritur ergo, quod ad sit testamentum patris saltem de facto, quod scilicet sit nullum ex præteritione; nam si in eo adessent legata, deberentur ista ex testamento, quamvis ob præteritionem invalido, §. 5ivè igitur in *Auth. Ut cum de appellat. cognoscitur, Auth. ex causa C. de liberis præteritis,* & tunc inesset mixtura causæ testati, & intestati, & filio ex utraque causa legitima deberetur; ut rectè declarat *Merrin. de legitima lib. 1. tit. 1. qu. 1. nu. 9. & 10.*

Secundò quia alijs in solo casu successionis ab intestato non possent verificari, & concur-

64 rere simul verba illa apposita in pacto. *Successione, legitima, paragio, & portione.* Porrò quando relatio ad superiora non potest fieri uniformiter ad omnia, tunc referenda sunt singula singulis, *Cravett. conf. 623. nu. 15. & 16. & conf. 98. nu. 11. Zasius in l. non omnis §. si pupilius nu. 12. & 13. ff. si certum petatur; Berous conf. 81. nu. 32. vol. 2. Riminald. Jun. conf. 313. nu. 1. & 2. & in conf. 325. n. 14., & 15.* Successio igitur, de qua in pacto, refertur ad casum, quo pater decederet absq; alijs filijs ab intestato, superstite D. Ioanna unica filia; tunc enim ad illam spectat universa successio. Legitima refertur, & verificatur in casu, quo pater decederet absque alijs filijs, sed cum testamento, quo casu debetur unicæ filiæ legitima, quæ est tertia pars bonorum allodialium; ac totum corpus feudi, quamvis usque ad valorem duarum partium feudi possit gravari à patre; Paragium refertur ad casum, quo pater decederet cum filijs masculis, qui posteà decederent absque filijs, tunc enim ob existentiam masculorum debetur paragium filiæ **ex Constitutione Regni in aliquibus**, quod quidem paragium, in dicto casu conventum fuit, vel ultra dotes promissas deberetur

D. Ioannæ. Portio habet relationem ad casum, quando pater moreretur ab intestato absque filijs masculis, sed cum alijs foeminis, quæ posteà decederent absque filijs, quo casu debebatur D. Ioannæ virilis portio bonorum allodialium, ac integra successio bonorum feudalium; quæ etiam in casu, quo cum alijs filiabus pater decederet, conventa fuit in beneficium D. Ioannæ, ne excluderetur à filia secundogenita in capillo. Atque ita verba illa, *successione, legitima, paragio, & portione* verificantur per relationem singulorum ad singulos, & diversos casus contingentes, qui supra expressi fuerunt.

Tertiò id probatur ex illis verbis expressis in casu, qui evenit; nempe cum pater decederet absque alijs filijs, *oltre la dote babbia la legitima, &c.* verbum *babeat* importat non meram reservationem, sed dispositionem, ac obligationem: Nam etsi in simplicibus terminis quæstionis, an pactum succedendi importet solum reservationem successionis ab intestato, an item obligationem, & dispositionem; DD. dissentiant, nam *Fontanell.*

65 *de pact. nuptial. claus. 4. gls. 9. par. 4. num. 83.*

Putavit, pactum importare non meram reservationem, sed dispositionem obligativam; At verò *Casanate* acerrime tenuit contrarium *in conf. 45.* Nihilominus quæstio est indubitate, quando adjunctum est verbum *babeat*: tunc enim proculdubio importat non meram reservationem successionis, sed obligativam dispositionem, ut tradit ipse *Casanate* *in d. conf. 45. nu. 7.* his verbis: *Idemque est si non solum fuit usus verbo: succedit, sed fuerunt addita alia verba: veluti babeat, pertineat, vel similia, quia tunc alteratur natura verbi succedit, & ex alijs verbis adjunctis inducit dispositionem, non reservationem, & quod verbum babeat sit dispositivum, est tex. expressus in l. qui concubinam 29. §. cum ita ubi Dionis. Gotofred. ff. de leg. 3.*

Nec potest dubitari, quin valeat istud pactum conservativum legitimæ, ac portionis ad filium spectantis, ut constat ex *Riminald. jun.*

66 *in conf. 771. à nu. 6.*, ubi demonstrat in fortioribus terminis pacti concepti per hæc verba: *quod per presentem nullum praedium intelligatur factum ipsi filio, & iuribus suis in bonis paternis, & circa ea, sed jura sua quæcumque salva, & illæsa sint, & remaneant, succedendi in eis, juxta juris, & statutorum Ferrariae dispositionem, &c. hæc ver-*

Decisio III.

395

verba importare; quod pater ne dūm te-
neatur filio relinquere legitimam (quod est
indubitatum) sed etiam portionem & qua-
lem cum alijs filijs.

Sicuti nec paētum istud respectu bonorum
feudalium habet resistentiam legis feudalis;
67 veluti factum cum filia proximè, & imme-
diatè successura, quod lex sine assensu per-
mittit, cap. I. §. & si libellum de alienatione
feudi paterni, Camerar. in eap. Imperiale, §.
præterea ducatus fol. 104. lit. A. in fine, &
lit. B.

Itaque in isto casu, qui evenit, nempè mortis
patris absque alijs filijs, ultrà dotes promis-
fas, quæ neque fuerunt solutæ, debetur le-
gitima D. Ioannæ filiæ ex pacto convento
in capitulis matrimonialibus, quæ legitima
est tertia pars bonorum burgensiticorum,
ac totum corpus feudi juris francorum, e-
tiam quando feendum est novum, quamvis
filius possit gravari à patre pro concurrenti
valore duarum partium feudi, adeout va-
loris augmentum ex cursu temporis deinde
veniens cedat in beneficium primogeni-
ti, qui successit in corpore feudi, non autem
in beneficium legatariorum, juxta tradita
per Reg. Marciānum disput. forens. 76. nu. 4.
& 5. tom. 2., ubi ita decisum refert, Reg. de
Marin. resolut. quotid. cap. 250. & à nu. 14. ad
finem tom. I. Atque ita ex pacto convento
debebat filiæ corpus feudi pro legitima.

Undè assensus gratiæ non potest favere testa-
tori, qui contrà paētum ab ipso factum cum
filia in capitulis matrimonialibus, instituit
hæredem fratrem in feudis, excludendo fi-
69 liam, quià assensus gratiæ tollit solummo-
dò obstaculum legis feudalis prohibentis di-
spositionem, non verò tollit obstaculum
pacti, & juris communis; ut docet Præsid.
de Franch. dec. 302. nu. 11.

Nec dicatur, quod legitima debeatur in æsti-
matione, non in corpore feudi juris franco-
rum, quod est individuum.

Primò enim responderetur, id verum esse, quan-
do legitima non posset præstari in corpore
feudi, ut quià illud pater donasset per actum
70 inter vivos alteri cum assensu, & donatio
est inofficio, tunc enim debetur filio legi-
tima in estimatione, & ita loquitur Camer.
in cap. Imperiale, §. præterea ducatus, fol.
102. lit. S. & fol. 103. lit. G., & R. secùs si il-
lud non fuisset per actum inter vivos alie-
natum, ut declarat Horat. Montan. de rega-
lib. §. finali, fol. 329. vers. pariter, Reg. Mar-

cian. d. disp. forens. 77. nu. 5.
Secundò, respondemus, in isto casu, quo legi-
tima deducta fuit in paētum: si pater per
71 actum inter vivos donasset alii feuda cum
assensu, certè donatario non prodebet af-
fensus respectu corporis feudi, quià cùm
adest duplex prohibitio, nempè legis, & ho-
minis, qui sibi cavit per paētum; assensus
non operatur, quamvis prohibitio hominis
fuisset irrita, & nulla, quià saltem operatur
justissimam causam denegandi assensum, ut
decisum refert Jo. Vincent. de Anna ad Conſt.
Regni Constitutionem divæ memorie à n. 46.
ad 49. Paul. Staib. senior. conf. 13. n. 34. & in
conf. 95. nu. 42.

Denique pater usus fuit gratia cum dolo ma-
nifesto; Ipse enim emit feuda ex pretio bo-
72 norum subjetorum majoratu instituto à
collaterali agnato, pro quo pretio obligavit
feuda cum assensu in beneficium vocato-
rum in majoratu, & istud creditum, quod
repræsentatur à vocatis in majoratu, absor-
bet valorem bonorum, itaut nihil: vel pa-
rum superfluit, super quo possit filiæ satisfieri
de dotibus ei promissis, & hodie pendet ju-
dicium, an dictus majoratus sit merè agna-
tionis, an verò nudæ masculinitatis, ut sic
semper excludatur filia à majoratu, ad
quem tamen contendit venire ejus filius
masculus primogenitus: si majoratus est me-
rè masculinus, si verò est agnatius, ille de-
fertur adversario, qui est agnatus, de quo
ut diximus pendet judicium, & ad præsens
non agitur; Atque ita pater frustravit fi-
liam, & generum spe dotium promissarum
post illius mortem, legitimæ, & successio-
nis, cum qua induxit generum ad contra-
hendum matrimonium, & cum sciret, bona
ejus non sufficere ad solvendas dotes pro-
missas, nixus est quoque filiam corpore feu-
di, & titulo privare non sine perjurij nota;
Undè evidentissimè emergit dolus: juxta
ea, quæ tradunt Decius in l. paētum, quod
dotali col. 2. circa medium C. de paētis, Cra-
verta conf. 192. nu. 14. Menoch. conf. 1 136. n.
8. Pileus qu. 120. Atqui privilegium, vel
gratia Principis non suffragatur ei, qui cum
dolo ea utitur, ut probat Bargal. de dolo lib.
6. regula 20.

Concludendum est igitur, ex pacto, quo con-
ventum fuit, ut filia ultra dotes haberet
73 successionem, ac legitimam, non potuisse
testatorem uti gratia, atque ita fratrem in-
stituere hæredem in feudis, ac filiam exclu-
dere;

D d 2

396 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

dere; Et quamvis potuisset gravare filiam pro concurrenti valore duarum partium bonorum feudalium, nam alia tertia pars tanquam legitima filiae, est libera ab omni gravamine, & onere, quia tamen illam non gravavit, succederet quaestio nimis ardua, an institutio facta in feudis absque assensu, valeat quoad estimationem, quam tamen questionem hodie ingredi non oportet, dum actor non petijt estimationem, sed corpus feudi vigore gratiae, & super hoc solum judicium est compilatum; At si quando petatur estimatio, & de ea judicium instituatur, facile actor repelletur, nedum ex jure, sed ex facto, dum detrahit dotibus, legitima, atque aere alieno, nihil vel parum superest, cuius estimatio peti possit; Et ita censemus, salvo meliori iudicio.

Die 9. Junij 1684. facto V. in S. R. C. junctis duabus Aulis, fuit provisum, quod fiat consuetatio S. C. M. renovata cautione respectu fructuum, &c.

S U M M A R I U M .

- 1 **F**acti series proponitur, nn. 2.3.4.5., & 6.
- 7 *Licentia de vendendo tenutam feudalem executam virtute sententiae obtenta per creditorem assensu carentem, non potest impediri ad instantiam feudatarij pretendentis tenutam esse extinctam per nominationem, seu translationem feudi in sui beneficium.*
- 8 *Reg. Consiliarius Petrus de Fusco commemoratur.*
- 9 *Affensus, qui interponi solet super instrumento recognitionis facienda ab illo, in faciem cuius feendum fuit emptum de pecunia alterius, quomodo, & cum qua clausula concedi soleat.*
- 10 *Feudi tenuta tanquam burgensatica spectat ad bæredem universalem.*
- 11 *Explicatur Prag. 33. de feud.*
- 12 *Affensus subreptiti impetratus virtute cessionis, & translationis feudi obtentus post inhibitionem S.R.C. dicitur attentate obtenus, & sic decisum refertur.*
- 13 *Affensus dicitur revocatus, quoties Collateralē Cons. mandat, quod S. Cons. de justitia provideat suspensi decreto Regij Affensus.*
- 14 *Rex in præstatione affensus, nunquam præsumitur velle juri tertij præjudicare.*
- 15 *Feudi tenuta est burgensatica, & nunquam potest transferri, & cedi in beneficium creditoris posterioris cum assensu in exclusionem creditorum anteriorum, absque assensu, maxime post motam litem, num. 17. & 18.*
- 16 *Edictum, que in fraudem creditorum habet locum in feudis, & competit quoque a dicto revocatoria.*
- 17 *Sententia debet referri ad sensum juris, ne contineat repugnantiam.*
- 18 *Feudum, seu illius fructus non possunt bodie exequi ad instantiam creditorum absque assensu.*
- 19 *Verba eo modo, & forma, & prout intelliguntur importare similitudinem, nn. 22.*
- 20 *Heres, qui ex pecunia bæreditaria obligata creditoribus acquirit feendum, censetur feendum subrogasse loco pretij, & hypothecare eorumque creditorum.*
- 21 *Tenuta feudalis acquisita virtute instrumenti recognitionis non est feudalis, sed ille, in cuius faciem fuit emptum feendum, est verè feudatarius, nn. 25., & 26.*
- 22 *Feudatariorum nominandi facultas, ac feendum transferendi, quam habet ille, in cuius faciem feendum fuit emptum, nūm competet personis incapacibus, prout sunt Ecclesie, Monaci, & similes.*
- 23 *Affensus pro hypotheca bonorum feudorum, qui interponitur super instrumento recognitionis interponitur pro cautela illius, de cuius pecunia feendum fuit emptum, ad hoc, ut ille, non possit contravenire, feendum alienando, vel hypothecare subjiciendo, & n. 29.*
- 24 *Consiliarij Raetanus, & de Rosa commorantur.*
- 25 *Immissio in possessionem tenute separata à feudo conceditur creditori absque assensu ante translationem utilis dominij feudi.*
- 26 *Hypotheca cum Regio Affensu vallata super feudo in beneficium illius, de cuius pecunia feendum fuit emptum, est merè allodialis, & transit ad quoscumque bæredes extraneos, & potest cedi, hypothecari, & alienari.*
- 27 *Explicatur Gratia in Prag. 27. de feud. & declaratur mens, que impulsit Civitatem, & Regnum ad petendam gratiam, num. 34. 35. & 36.*
- 28 *Gratia concessa in anno 1622. declaratur.*
- 29 *Affignatur differentia inter feendum bæreditarium, & feendum simpliciter, & absolute bæreditarium.*
- 30 *Actio ad feendum bodie potest validè cedi absque assensu.*
- 31 *Declaratur doctrina Regentis Galeota.*
- 32 *Exter-*

Decisio III.

397

- 41 *Exteri, & Forenses an gaudeant beneficio gratiarum concessarum Reyno, num. 42., & 43.*
- 44 *Affensus, qui favore dotis impetrari potest post mortem ejus, qui obligavit feudum, non censetur rite, & recte impetratus, quando non fuit expressum in precibus, cui per affensem prejudicium infertur.*
- 45 *Affensus potest impetrari post mortem obligantis feudum in subsidium, bonis allodaliis deficientibus, & illis discussis. Et an tale privilegium possit practicari contra aliam dotem pariter privilegiatam, nu. 46.*
- 47 *Affertur decisio S. C. pro questionis resolutione.*
- 48 *Litterae Regales probibentes feudorum emptiones in faciem alterius referuntur, & nu. 53.*
- 49 *Cautela traditur pro substitutione emptione feudi de pecunia aliena, ad finem transferendi feudum in beneficium illius, de cuius pecunia fuit emptum ad tollendam probationem literarum Regalium anni 1694.*
- 50 *Cautela tradita revocatur in dubium per Authorem, qui tradit aliam magis proficiam.*
- 51 *Pactum, ut venditor census teneatur ad omnem requisitionem ipsiusmet creditoris cedere alteri jus lucendi, num substitueretur.*
- 52 *Affensus Regius semper requiritur, quamvis actus tendat ad feudi acquisitionem.*
- 54 *Feudatarius an possit gravare heredem in feudalibus super pretio feudi, attentis non vissim litteris Regalibus anni 1694., quorum verba ponderantur, nu. 55.*
- 56 *Affensus prastari potest per Proregem ejusq; Coll. Conf., quando agitur de gravamine injunctio, vel injungendo super pretio feudi, etiam post literas Regales.*
- 57 *Affensus potest prastari per Proregem super contractu permisso, quamvis pretenatur, dictum contractum fuisse initum in fraudem contractus prohibiti, & explicatur tex. in §. callidis de prohib. alienat. per Feder. nu. 58.*
- 59 *Affensus Proregis sufficit in contradicibus seu donationibus, in quibus non fuit reservatus ususfructus, sed jus percipiendi fructus, & in venditionibus cum clausula, quod non trasferatur Dominum pendente solutione, sufficit Proregis Affensus, qui prastatur super speciali hypotheca, que resultat ex reservatione Domini, nu. 60.*

- 61 *Prag. sive lex debet intelligi de casu vero, non autem de casu ficto.*
- 62 *Gravamen super pretio feudi an fuerit permisum fieri per Prag. 33. de feudis.*
- 63 *Gratia regulatur a precibus.*
- 64 *Gratia in Regno concessa, que sunt concessa ex causa onerosa, an possint mutari, alterari, & declarari ex subsequentibus ordinibus regalibus.*

ARGUMENTUM.

Feudi tenuta executa, & capta in causam judicati virtute sententiae obtentæ per creditorem absque assensu, num possit vendi ad instantiam ejusdem creditoris, & num venditio possit impediri per heredem feudatarij, de cuius pecunia feudum fueratemptum; & postmodum in eum translatum virtute cessionis obtentæ à persona illa, in cuius faciem feudum reperitur, si proponatur cessionem, & translationem fuisse attentatè peractam post inhibitionem S. C. Assensus num dicatur revocatus, si Collaterale Conf. mandat, quod S. C. de justitia provideat, suspenso decreto Regij Affensus. Edictum, quæ in fraudem creditorum, num habeat locum in feudis. Affensus super hypotheca instrumenti recognitionis, interponitur præcautela illius de cuius pecunia feudum fuit emptum, & est actione merè allodialis transmobilis, & cessibilis ad quoscumque; Explicatur Gratia regista-

398 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

strata in Prag. 27. de feudis, & altera concessa in anno 1622. & nūm exteri, & forenses gaudеant beneficio dictarum, & aliarum gratiarum Regno concessarum. Differitur an, & in quibus casibus assensus favore dotis possit impetrari post mortem ejus, qui obligavit feudum, & affertur recentissima decisio Sac. Conf. pro quæstionis resolutione.

DECISO IV.

In anno 1636. Joannes Vincentius Imperialis emit à Duce Nuceriæ, sub nomine U. J. D. Landulphi de Aquino, Statum S. Angeli, mediante instrumento emptiōnis, & recognitionis cum Regio Assensu celebrato in eundem Landulphum emptorem, & Joannem Vincentium pecuniaē Dominum, adiectis illis amplioribus consuetis clausulis, & pactis, quibus Jo: Vincentius fuit constitutus Procurator in rem propriam, & Vicarius emptoris, & cum acquisitione tenutæ feudorum cum facultate percipiendorum fructuum, & regendæ jurisdictionis. Et quod emptor ad omnem simpliēm Joannis Vincentij requisitionem teneatur vendere, cedere, & transferre feuda, tam in ipsum Joannem Vincentium, ejusq; hæredes, quam in quaslibet alias personas, quas ipse nominasset.

Cumque Jo: Vincentius duos haberet filios, Franciscum Mariam, & Jo: Baptisam, scripsit Landulpho Epistolam, seu Chirographum, quo eumdem rogavit, ut post suum obitum, statim cederet feuda Jo: Baptisæ suo filio secundogenito, ipsumque nominaret pro utili Domino, & feudi acquisitore, quod testamento postmodum confirmavit, instituendo Jo: Baptisam hæredem universalem, & mandando Landulpho executionem nominationis, & feudorum cessionem, quæ dispositio fuit ab hæredibus acceptata.

In anno 1648. mortuo jam Io: Vincentio, Brigida Spinola, & Gineura ab Auria, ac

Franciscus Maria Imperialis pulsarunt in Sacro Conf. Io: Vincentium, in stande, eundem condemnari ad restitutionem dotium, aliorumque jurium dotalium, pro quibus Io: Vincentius absque assensu se obligaverat, & pro eisdem quantitatibus præstari assistentiam super tenuta Status S. Angeli, & mandari Landulpho, quod non alienet, neque aliter quomodocumque disponat de Statu prædicto; & causa commissa tunc Consiliario D. Francisco Marciano seniori, fuit mandatum, quod expediatur contra supplicata, & interim Landulphus de Aquino non procedat ad alienationem, & venditionem Status S. Angeli, neque aliter quomodocumque disponat sub pena nullitatis, & invaliditatis attus, in consulto S. C. seu D. Causæ Commissario.

Impartito termino in causa prædicta prævio decreto ejusdem Consiliarii sub die 16. Octobris 1648. illoque compilato fuit prolatæ sententia per S. C. junctis aulis, qua fuit pronunciatum contra Jo: Baptisam subsequenti tenore. *Visa supplicatione, &c. fol. 1. vifisque comparitionibus in actis praesentatis, fol. 38. 42. e 320. declaramus, supradictum Jo: Baptisam Imperialem nomine, ut in actis conventum, condemnandum esse, & condemnari debere, prout ipsum condemnamus ad dandum, & solvendum si prædictis Francisco Marie Imperiali, & Gineura ab Auria, ac Brigida Spinula dotes petitæ per supradictos actores liquidandas una cum interesse similiter liquidando tempore executionis nostræ diffinitivæ sententiæ, salva discussione inventarii, quatenus de eo legitime apparuerit; & nibilominus immittatur Brigida Spinula in quasi possessionem comoditatis percipiendi fructus, & introitus jurisdictionis status S. Angeli, e modo, & forma, prout tenebat quondam Jo: Vincentius Imperialis vigore recognitionis in ejus beneficium factæ per Doctorem Landulphum de Aquino pro quantitate predicta dotium, ac interesse, donec eis satisfiat; Nec non tollatur mandatum dicto Landulpho, qui valeat nominare Jo: Baptisam Imperialem uti hæredem quondam Jo: Vincentii in utilem dominum Status predicti, verum si infra quadraginta dies Jo: Baptista Imperialis præstiterit cautionem de depositando fructus Status predicti, seu pretium illorum juxta declarationem faciendam per idem S. C. supersedeatur in executione præsent-*

Decisio IV.

399

Sentis nostræ diffinitivæ sententiae respectu immisionis tantum, donec aliter per S. C. fuerit provisum, fol. 446. vol. I.

Adversus quam sententiam propositis nullitatibus subscriptis à DD. Consiliariis Rætano, & de Rosa tunc Advocatis, decreto S. C. fuit provisum, *Nullitates non obstat.*

Interim per Rotam Ianuensem fuit processum ad liquidationem crediti dotalis Gineuræ,

4 & ad expeditionem mandati executivi, pro cuius executione cum fuisset postulata imploratio brachii in S.C. fuit mandatum expediri literas executoriales pro summa ducatorum 90544. vigore quarum fuit executa tenuta Status S. Angeli, & instatum pro licentia de vendendo.

Sed contradicente Maria Aloysia Nigrone uxore Io: Baptista creditrice pro suis dotibus, tenutam feudorum jam esse extinctam, ex quo per D. Aloysium de Aquino Landulphi filium, Status S. Angeli jam reperiebatur translatus in beneficium Io: Baptista prævio Regio assensu; Franciscus, Maria, & Gineura, adierunt Regium Collaterale Consilium, & reclamando adversus decreto Regii assensus, dicebant, fuisse expeditum contra formam decretorum S. C. inhibitum Landulpho nominationem, & cessionem, & necnon contra sententiam ejusdem S. C. concedentem immisionem, & tenutam status ipsis creditoribus, donec de eorum credito essent satisfacti, ideoque discussio negotio in Collaterali Consilio, fuit dictum, *quod suspenso decreto Regii assensu, S. C. de justitia provideat.*

Quibus decretis interpositis, procuravit Io: Baptista, ut D. Aloysius de Aquino Landulphi filius iterum mediante publico instrumento de anno 1670. ficeret nominationem, seu translationem status in sui beneficium, ad hoc, ut super eo impetrare potuisset assensum, qui Landulpho vivo non fuerat impetratus, petitoque assensu prædicto in Regio Collaterali Consilio, fuit jussum, ut *Partes adeant S. C.*

Devoluto iterum negotio ad S. C. ibique instantibus Io: Baptista, & Ioanna Maria Aloysia esse decernendum, translationem esse ritè, & legitimè factam servata forma sententiae ejusdem S. C. & contenditibus Gineura, & Francisco Maria, translationem illam non potuisse fieri in eorum prejudiciū, dum ad eorum instantiam feudorum tenu-

ta executa reperiebatur, S. C. referente D. Consiliario D. Thoma Caravita, fuit in decernendo, quod stante nominatione pariter facta per Ill. Principem Castilionis bæudem quondam Landulphi de Aquino, servata forma sententiae S. C. Partes adeant Coll. Conf. pro assensu, oppositis per Franciscum Mariam Imperialem, & Gineuram ab Auria conjuges non obstantibus.

Propositis adversus hoc decretum nullitatibus pro parte dictæ Gineuræ, & accedente etiam supplicatione de verbo faciendo loco reclamationis, alio decreto S. C. fuit provisum, quod *Nullitates propositæ per Franciscum Mariam Imperialem, & Gineuram de Auria, rejiciantur stante lapsu termini, servata forma Regie Pragmaticæ, verum Jo: Baptista Imperialis, & ejus conjugæ supercedeat in adeundo Coll. Conf. pro assensu, juxta decretum interpositum sub die 1. Iunii 1671. donec fuerit expedita causa reclamationis à decreto prædicto, etiam stante consensu Partium in Aula declarato.*

In discussione postmodum causæ reclamacionis, cum fuisset mortuus Io: Baptista, addebatur per Mariam Aloysiam ejus conjugem jam evenisse casum restitutionis suarum dotium, & proinde petiit condemnari filios, & hæredes viri ad quantitates debitas, & pro dictis quantitatibus assidentiam sibi præstari super feudis, aut illorum tenuta, exclusis Francisco Maria, & Gineura conjugibus assensu parentibus.

In contrarium dicebatur per Franciscum Mariam, & Gineuram, satis superque liquere de eorum credito, dum post sententiam

6 S. C. transactam in rem judicatam, fuit ad eorum instantiam executa tenuta Status S. Angeli virtute instrumenti recognitio- nis, undè nullo pacto impediri poterat licentia de vendendo, ex L. à divo Pio §. In venditione D. de re judicat. l. etiam C. eod. tit. l. In causa judicati 3. C. si in caus. judicat. pign. capt. sit, quibus addebatur, quod multo minus permittenda erat nominatio, seu translatio dominii Status in personam Io: Baptista, dum per translationem extinguiebatur tenuta jam executa, & obligata ipsis Francisco Mariae, & Gineuræ, juxta text. l. Ius nostrum D. de regul. jur.

Sed pro parte Aloysia Mariæ tria argumenta proponebantur. Primum, quod tenuta prædicta jamdiu fuerit extincta, nam utile domini dicit Status jam fuerat translatum in

in Io:Baptistam vigore cessionis, & translationis in eum factæ à quondam Landulpho per instrumentum 1652. ac rursus confirmatae à D. Aloysio filio primogenito , ac hærede Landulphi per instrumentum anni 1657. quæ quidem translatio vel nullo indigebat assensu , vel si requirebatur , jam præstitus erat.

Secundum argumentum erat , quod debebat præstari novus assensus super nominatione Io:Baptistæ hæredis quondam Io:Vincentii noviter facta sub die 12. Maij 1670.

Tertium , quod dicta tenuta , quæ supponeretur feudalis, non potuerat exequi, nec in causam judicati capi ad instantiam Gineuræ , & Brigidæ creditricum quondam Io: Vincentii absque assensu .

Sed quia cuncta dicta argumenta fuerunt resoluta per celeberrimum tunc Advocatum,
8 postmodum Regium Consiliarium Petrum de Fusco , qui exitum favorablem rei judicatæ obtinuit , juxta tenorem sequentis consultationis, ideo sat erit, ut tanti viri lucubrations hic imprimantur pro tuitione rei judicatæ .

Consultatio Consiliarii Petri de Fusco.

P rimum igitur caput in eo versatur, quod tenuta prædicta jamdiu fuit extinta, nam (ut inquiunt) utile dominium dicti Status jamdiu fuit translatum in Ioannem Baptistam Imperialem vigore cessionis , & translationis in eum factæ à qu. Landulpho de Aquino per instrumentum anni 1652. , ac rursus confirmatae , & de novo factæ à D. Aloysio de Aquino Principe Castilionis filio primogenito, ac hærede Landulphi per instrumentum anni 1657. quæ quidem translatio (ut adversarii subdunt) vel nullo indigebat assensu confirmativo : vel si ille requirebatur , jam præstitus appareret.

Secundum, quod debeat præstari novus assensus super nominatione Io: Baptistæ uti hæredis qu. Io:Vincentii noviter facta in anno 1670. sub die 12.Maij.

Tertium, quod dicta tenuta, quam supponunt feudalem, non potuerit exequi, nec in causam judicati capi ad instantiam Gineuræ , & Brigidæ creditricum qu. Io: Vincentii absque assensu .

Refellitur primum Caput de translatione utilis dominii Status Sancti Angeli in Io: Baptistam Imperialem, undè Adversarii deducunt resolutionem, scè extinctionem tenutæ.

Tota ratio Adversariorum fundatur in distinctione assensus confirmativi : vel declarativi; Subdunt enim, in instrumento recognitionis factæ à Landulfo in beneficium Ioannis Vincentii promissæ Landulfum, se cessurum , & translaturum dictum Statum in Ioannem Vincentium , ejusque hæredes, & successores , vel in personam ab illo , scè ab ejus hæredibus nominandam;
9 super quo instrumento interpositus fuit Regius assensus cum clausula, dummodò nominatio fiat in persona habili ; Atque ita cum posteà Landulfus transtulerit Statum in Ioannem Baptistam , personam nominatam à quondam Ioanne Vincentio , videatur acquisitum dominium Ioanni Baptista sine novo assensu, quia concessa ea potestate generica nominandi ; ut in personam nominatam transferatur utile dominium dicti Status , non requiritur novus assensus confirmativus , sed declarativus dumtaxat pro interessè fidelitatis ; ita ut Rex denuò consentiendo nihil aliud facere videatur,quam declarare , alienationem fuisse factam in casu permisso, & in vassallum sibi gratum , & fidelem ex Camerar. in cap. Imperiale, fol. 49.lit.N. & fol. 50.lit.N. & fol. 51.lit.D. Minad.conf. 10. num. 44. Reg. Merlin. controv. cent. 2. cap. 81. num. 25. & 26. qui agens de emptore feudi sub hasta venditi à creditoribus habentibus hypothecam cum facultate vendendi Regio assensu vallatam , refert hanc distinctionem in argumentis allatis pro parte Marchionissæ Boni Albergi filie Caroli Filomarini emptoris feudi Atellæ, quæ contendebat, dominium feudi empti remansisse in hereditate emptoris, quamvis emptor decepisset , nondum impetrato assensu super venditione sub hasta , atque ita excludi debere Marcellum Filomarinum fratrem emptoris , hæredem ab eo institutum, qui è contrario prætendebat, non nisi tenutam feudi remansisse in emptoris hæ-

Decisio IV.

401

10 hæreditate, illamque uti merè burgensaticam ad ipsum hæredem universalem spectare; in qua causa fuerunt pares sententias circa validitatem, vel invaliditatem testamenti, unde de aliis articulis nūl fuit discussum, ut refert Merlin. ibid. ac D. Reg. Sanfelic. in decif. 292.

Sed hæc distinctio ad probandam translationem dominii antè assensum, quem vocant notificationis, est omnino inutilis, ac nullius momenti, ut patet ex Ant. Capyc. in investitura feudali, in verbo, feudorum clausule, vers. ad vendendum, vel alienandum, Marcius. in cons. 68. num. 8. tom. 2. Franc. de Arnicis in tit. de bis, qui feudum dare possunt num. 4. & 5. fol. 232. nec amplius de hac re disputare oportet, cum id fuerit declaratum per Reg. Pragm. 23. de feudis, his ver-

11. bis: Universis, & singulis praesentium secundum inspecturis tam praesentibus, quād suis iuris, sicut in venditionibus feudorum per Iudicem ad instantiam creditorum requiriatur assensus Regis, licet feuda ipsa mediante Regio assensu sint obligata cum constituto, & precario, potestate capiendi, & vendendi, secundum receptam opinionem, quam approbamus, & confirmamus; ita etiam voluntus, statutus, & mandamus, quod in adjudicationibus feudorum creditoribus, faciendis per S.R.C., seu quoque aliis iudices, intervenire debeat Regis assensus, ut sic habeatur notitia feudatarii, alias adiudicatio sit nulla, propterea annulans ipso jure; ex quibus verbis patet evidentissime, quod antequam accedit assensus notificationis, sive antequam Rex sit certus de feudatario, sive viafatio, omnis translatione, sive cessio est nulla, unde ex dicta Pragmatica videtur improbata opinio Camerarii in locis supra allegatis, ut advertit Reg. Rovitus. in dict. pragm. 23. num. 1. Horat. Montan. in cap. Imperiali num. 5. lit. M. Reg. de Marin. ad Reuter. decif. 204.

Nec refragatur, quod super dicta translatione fuit impetratus Regis assensus.

Primo enim responderetur, Assensum prædictum fuisse obrepitum, ac subreptum impetratum; Quare dicti credores habuerunt recursum ad idem Collaterale Consilium, allegando, prædictam cessionem, & translationem à Landulfo, sive ab ipsius hærede factam fuisse in Iohannem baptistam, attentate, nubiliter, & fraudulenter, atque ita non potuisse in præjudicium juris tertii præstari; di-

ctum assensum, ut ex memorialibus, fol. 155. & fol. 176. proc. Mariae Aloysie; Ac re plenissimè discussa in Regio Collaterali Consilio, interpositum fuit decretum his verbis: *Suspento decreto Regii assensus late sub die 13. Julii 1657. Sacrum Regium Consilium de Iustitia provideat, fol. 188. process. Mariae Aloysie.* Quod decretum fuit confirmatum in gradu reclamationis sub die 28. Aprilis 1670. fol. 110. vol. 3.

Et quod attinet ad id, quod Adversarii contendunt, ex his decretis non fuisse revocatum assensum; Hæc quidem prætentio repugnat stylo omnium nostrorum Tribunali, quæ cum in gradu reclamationis intelligunt aliquod decretum revocare, passim utuntur haec formula, quæ importat

13 veram, & effectualem revocationem. Neque enim assensus simpliciter fuit remissus ad jus, & justitiam, tunc enim videretur dumtaxat commissum Iudicibus, an ab initio fuerit aliquid, quod juri, & justitiae Partium derogaret, juxta doctrinam Iacobi Galli in cons. 3. s. m. 18. qua formula usum fuit Collaterale Consilium in causa Leonardi Spinola cum Luca Spinola, de qua agunt Reg. Marcius. disputat. forens. 42. & 43. Reg. Capyc. Latr. dec. 170. Reg. Sanfelic. in præc. judic. sect. 13. Cum enim pendente judicio coactionis ad vendendum feudum Civitatis Melicti ad instantiam Leonardi creditoris in actione personali, fuisse a D. Ferdinando Gonzaga debitor venditum dictum feudum Luca Spinola; ac super venditione impetratus assensus à S.C.M. Leonardus creditor in actione personali habuit recursum ad Collaterale Consilium, reclamando à decreto exécutoriationis assensus, dum in promptu constabat, venditionem feudi fuisse factam in fiduciam ipsius creditoris, ac judicii pendentis; Re autem discussa plenè in Collaterali Consilio, decreto ipsius fuit provisum his verbis: *Petitum Regium exequatur super assensu, præstandum esse, & nihilominus respetu amissione tract. inter pl. eten furioris perdiit. præter. S.R.C. ad iustitia præsident, ex quo assensu noluit Cok literis o Consilium præjudicare juribus competentibus Leonardo, prouideat dictum, Quod respectu amissione binc. inde. prætentio. n. S.R.C. de iustitia præsident, ut adver. sit Reg. Capyc. Latr. decif. 170. in fine. Si multisque formula adhibita. fuit in causa D. Adonis Sonchez cum Marchibona. G. E e p. 2.*

402 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

pulæ. Näm post impetracionem assensus ab Excellentissimo Prorege super donatione Castri S. Elpini facta per Marchionem Grupulæ in beneficium D. Joannis filii secundogeniti, ac post illius expeditionem in forma Privilegii, in actu appositionis sigilli opposuit se dictus D. Alonsus nepos eiusdem Marchionis ex filio primogenito, allegans, assensum non debuisse concedi, & concessum debere revocari, ex quo dicta donatione erat facta in fraudem, & prejudicium jurium ipsius D. Alonsi; discussa causa, per Collaterale Consilium fuit in hunc modum provisum: *Quod si vultur privilegium assensus impetrati super donatione dicti Castri S. Elpini, circa prejudicium jurium D. Beatrixis de Marinis, & D. Alonsi Sandrez tam respectu hanc motu in S. C., quæ respectu instrumenti confecti in anno 1579. sicuti refert Reg. Rovit. in conf. 39. lib. 2. In his igitur causis Regium Collaterale Consilium noluit revocare assensum, sed reservavit expresse jura Partibus, ut si ab initio fuerit aliquid, quod juri, & iustitiae Partium derogaret, id totum cognosceretur à S.R.C. eidemque Tribunalis videretur remissum, iuxta doctrinam, quam tradit Jacob. Galbus dict. conf. 35. num. 18. At in specie, de qua agimus, Regium Collaterale Consilium expressè revocavit assensum, atque ita jam judicavit, predictum assensum non potuisse interponi in prejudicium jurium D. Ginevre Dorie, ac Brigide Spinolt; Quæ omnia confirmantur ex his, quæ dicemus in sequenti capite.*

**Refellitur secundum Caput, quod
debeat præstari novus assensus
super nominatione Jo: Bapti-
stæ uti hæredis quondam Jo:
Vincentii nouiter facta.**

POst revocationem dicti assensus, dum Para adversa cunafet, ut D. Aloysius de Aquino hæres Landulfi faceret novam translationem Status S. Angeli in loco Baptista tanquam hæredem Iacobi Vincentii, servata forma (ut assentitur) sententie S. C., ac peccasset demò assensum à Regio Collaterali Consilio super dicta nova translatione, Regium Collaterale Consilium mandauit, quod S. C. de iustitia presidet; Ex hoc

decreto remanet etiam integrum, ac 14 salvum jus Ginevre, & Brigide allegandi, quod dicta nova translatio non possit fieri in prejudicium ipsarum Ginevre, ac Brigide, & consequenter non possit super ea præstari assensus à Rege, qui nunquam presumitur velle juri tertii prejudicare, l. 1. S. merito ff. ne quid in loco publico, maximè re non integra, l. 2. ff. de maritalib. restituendis, l. nec avus Cde emancip. liber. And. in cap. 1. de vassall. decrep. etatis num. 5. Reg. Tapia decif. S. C. 4. num. 24. Ioann. Vinc. de Anna in Constat. Dioce memoria nu. 114. & alleyat. 67. num. 18.

Quod autem nova translatio dicti Status, quamvis facta in Ioannem Baptistam uti hæredem qu. Ioannis Vincentii, tendat in prejudicium jurium Ginevre, & Brigide, nec amplius sit integrum Landulfo, nec ejus hæredi cedere, ac transferre dictum Status in Ioannem Baptistam, demonstratur evidentissime.

Siquidem tenuta dicti Status est burgenatica, ut infra in tertio capite demonstrabimus, ac proinde est obligata Ginevre, & Brigide creditricibus qu. Ioannis Vincentii anteroriibus. Hec autem tenuta, scilicet facultas percipiendi fructus concessa Io: Vincentio tamdiu durat, quamdiu fuerit solutum pretium à Landulfo per translationem, & cessionem dicti Status ab eodem Landulfo faciendam in Ioannem Vincentium, vel ejus hæredem, vel in aliam personam ab ipsis nominandam, juxta pactum appositum in instrumento recognitionis, fol. 98. à ter. lit. D. Landù dispositio Status facienda per Landulfum in personam nominandam à Ioanne Vincentio, vel ejus hæredie videtur esse in solutione, & loco satisfactionis debiti ex causa pretii, juxta recr. in L. si quis stipulatus fuerit decem in mette ff. de sobat. ubi Glos. Atque ita cum translatio dicti Status succedat in locum satisfactionis pretii, quod est burgenaticum; idè sicut Landulfus non possit solvere pretium Ioanni Vincentio in prejudicium creditorum cum hypotheca Ioannis Vincentii post denunciationem eccl. Iuramen 4. C. que res pignori obligari possunt, l. 3. C. de novat. ita neque potest cedere, & transferre dictum Status in hæredem Ioannis Vincentii pro satisfactione pretii, cujus creditum remansit in hereditate Iacobi Vincentii hypothecatum Ginevre, & Brigide, Glos. in legge S. can. pignori, in verb-

Decisio IV.

403

bo solutorum, ff. de pignor. cum aliis, quos refert Menoch. conf. 662. num. 9.

Insuper notissima est causa, ob quam Ioannes Baptista tam laborat in acquirendo dominio dicti Status; curavit enim, ut Aloysia Maria Negrone ejus uxor obtineret Assensum in anno 1665. à S.C.M. super obligatione bonorum feudalium praesentium, & futurorum ipsius Ioannis Baptiste, & quod Joannis Vincentii facta ab ipsis insolidum pro restitutione dotum, & solutione antefati Aloysiae Mariae Negrone, quae cum sit creditrix posterior praedictis Gineuræ Doria, & Brigidæ Spinola, & sit exclusa à tenuta dicti Status, & aliis bonis burgensaticis relictis in hereditate quod. Ioannis Vincentii; idem querit nunc Io:Baptista acquirere dominium Status per translationem faciendam ab herede Landulfi in personam ipsius Ioannis Baptiste loco satisfactionis pretii, quod est burgensaticum, ut super dicto feudo acquirendo præferatur Aloysia Maria ejus uxor creditrix posterior cum assensu, & sint exclusi creditores anteriores atque assensu; *Quod manifestè tendit, ne dūm in diminutionem jurium creditorum absque assensu, qui super pretio, ac tenuta dicti Status acquisiverunt hypothecam anteriorem, sed etiam resultat in eorum manifestam perniciem, & fraudem; quæ neque in feudis permittitur; siquidem certissimum est, edictum, quæ in fraudem creditorum habere locum in feudis, Affl. in cap. I. §. quid ergo num. 7. de investitura de re aliena facta, Reg. Lanar. in cap. I. de vassallo decrepit. atatis num. 34. Franciscus de Amicis de his, qui feud. dare possunt, fol. I 10. & fol. I 13. constat autem, quod si debitor curat dari pignus, vel hypothecam veteri creditori in fraudem aliorum creditorum in actione personali, competit actio revocatoria, ut in terminis est text. in l. ait Praetor I 10. §. si cum in diem vers. si cui solutum ff. que in fraud. cred. ubi Glos. advertit, in hoc casu tunc dici fraudem committi, quando alii creditores petiissent mitti in possessionem, Peguer. dec. 27 I. num. 19.*

Denique cessio, ac translatio praedicta non est permittenda post motam litem, immo post sententiam S. C., per quam fuit ordinatum, *Brigidam Spinolam creditricem immittendam esse in quasi possessionem communitatis percipiendi fructus, & introitus iurisdictionis Status S. Angelii eo modo, & for-*

*ma, prout tenebat quod. Ioannes Vincentius Imperialis, &c. atque ita ex hac litis pendentia, & ex sentia S. C. fuit jus quæsumum Gineuræ, & Brigidæ, undè in præjudicium illarum non debet permitti hujusmodi cessio, & translatio Affl. in d. cap. I. §. quid ergo num. 7. in illis verbis: Adverte tamen, quod ista decisio procedit, quandò feudum transi-
visset in tertium possessorem sine fraude, se-
cùs si fraudulenter, ut putat quia principi-
alis debitor fuisset, antequam alienasset feu-
dum, citatione preventus à creditore, tunc
videtur facta in fraudem creditoris, & ideo
non nocebit sibi talis alienatio, ut in l. ful-
cinius §. si autem ex quibus causis in posses-
satur, & ex l. si quis post ff. de judiciis, vel
aliter constaret de fraude, tunc habetur pro
possessore ipse debitor, & sic fieret executio
contrà tertium propter fraudem adhibitam
in alienatione, & inferius haec verba subdit:
Sed alienatio feudi lite pendente, non potest
fieri lite pendente in præjudicium Partis,
cui jus quæsumum est ex litis pendentia, se-
quitur Reg. Lanar. in d. cap. I. de vassall.de-
crepit. atatis num. 34.*

Nec refragatur, quod ex eadem sententia S. C. fuit permisum Landulfo cedere, ac transferre Statum S. Angeli in Io:Baptistam tanquam heredem Ioannis Vincentii per illa verba: *Necnon tollatur mandatum Landulfo de Aquino, qui valeat nominare Ioannem Baptistam Imperialem in utilem Dominum dicti Status tanquam heredem quod. Ioannis Vincentii; ac propterea dum no-
minatio, ac translatio noviter fuit facta in beneficium Ioannis Baptiste uti heredis quod. Ioannis Vincentii, idem videtur facta servata forma sententiae S.C., atque ita nil impedit, quoniam super ea possit assensus Re-
gius impetrari.*

Respondetur enim, praedictam clausulam, *nec non tollatur mandatum Landulfo de Aqui-
no, &c. clarissimè referri ad tempus, quo Brigidæ fuisset satisfactum ex perceptione fructuum dicti Status: in cujus commodi-
tatis quasi possessionem eadem sententia primùm ordinavit, immittendam esse Br-
igidam, donec de ejus dotibus, & interesse satisiceret; Vel saltem eandem clausulam, *nec non tollatur mandatum, intelligi debe-
re in eo casu, quo fuisset præstita cautio per Ioannem Baptistam intrà tempus præ-
fixum de depositando fructus Status praedi-
ti, vel pretium illorum, & in hoc casu,**

Eee quo

quo fuisset præstata cautio , sententia ordinavit, supersedendum esse in executione respectu immissionis tantum, donec aliter per S.C. fuerit provisum ; Atque ita sententia expressè supponit, tunc posse Ioannem Baptistam percipere fructus dicti Status, quando præstaret cautionem , in quo solo casu Brigida non fuisset immittenda in quasi possessionem commoditatis percipiendi fructus Status S. Angeli , alias enim sententia 19 non referretur ad sensum juris , contrà regulam, de qua in l.2.C.de offic. diversor. *Iudicum*, & per Paul. de Castr. conf.270. nū.1. & 2.lib.2. Cravett.conf.188.num.8. lib.1. & insuper sententia redderetur elusoria , & contineret repugnantiam , contrà regulam, l.sⁱ Prætor ff. de judiciis , de qua Præf. de Franch. in decis.228.num.4.l.ubi repugnantia ff.de regul.juris . Quippè per translationem dominii utilis feudi faciendam à Landulfo in Io: Baptistam tanquam hæredem qu. Io: Vincentii extingueretur prorsùs tenuta , & commoditas illa percipiendi fructus, quæ tamdiù durat, quamdiù Landulfus pro satisfactione pretii cesserit feudum Io: Vincentio , vel ejus hæredi , seu personæ ab eis nominandæ, juxta pactum in instrumento recognitionis appositum . Igitur si intelligeremus ita sententiam; ut permittere simul, eodemque tempore, & casu translationem dominii utilis in hæredem Io: Vincentii, ac immissionem Brigidae in quasi possessionem commoditatis prædictæ, eo modo, & forma , prout tenebat qu. Ioannes Vincentius Imperialis vigore recognitionis in ejus beneficium factæ per Landulphum de Aquino ; Certè vel sententia quodad caput immissionis fuisset elusoria , vel implicaret contradictionem ; Semper enim sententia ita intelligi debet , nè reddatur elusoria , & nè contineat repugnantia , l.sⁱ prætor ff. de judic. Præf. de Franch. in decis. 228. num.4. Cagnol. in dict. l.ubi repugnantia num.4. ubi etiam tradit, quod si contrarietas removeri potest per distinctionem temporum , vel casuum , id omnino faciendum est , cum quilibet dispositio sic interpretari , ac intelligi debeat nè sibi contradicat, Bald. & Paul. de Castr. in l.2.ff.nè si quis eum, Paris. conf.7. lib.3. & in conf.1. lib.4. Propterea cum pro parte Io:Baptistæ Imperialis fuissent adversus dictam sententiam propositæ nullitates, & inter cæteras , quod dicta sententia contineret repugnantia, dūm immissio in quasi

possessionem commoditatis percipiendi fructus concessa Brigide, ac translatio dominii utilis in Ioann: Baptistam, simul stare non poterant , per decretum S.C. fuit declaratum, nullitates non obstat ; Nequè alia ratio potest considerari ad tollendam repugnantiam , nisi ea , qua translatio dominii utilis intelligebatur permissa in eo casu, quo Brigidae fuisset satisfactum , vel cautum infra tempus præfixum . Quæ tamen satisfactio, vel cautio nunquam sequuta fuit.

Et quod ad tollendam repugnantiam fingunt Adversarii , scilicet possè creditorem sine assensu exequi sententiam super fructibus feudi , quod possidet hæres debitoris , ex Andr.in cap.1.num.6., & ibi latissimè Liparul.in verbo sed an judiciale pignus , &c. de Investitura, de re aliena facta , & in Conf. Regni si quis post litem, id quidem servabatur antiquis temporibus , antequam supervenisset Regia ordinatio , per quam fuit injunctum , nè fieret illa executio super feudo , nec super fructibus feudi , ubi non præcedit obligatio cum assensu , de qua attestatur Præf. de Franch. in decis.704.n.10. Reg.Rovit..ad prag.3.num.9 de ordine judicior. & propereà dicta immissio non poterat concedi Brigidae , nisi super tenuta feudi , quæ erat penès hæredem debitoris , & quæ judicatur tanquam allodialis, dūm omnino separata est ab utili dominio feudi, quod existit penès alium, nempè penès Landulphum, ut infra dicemus.

Quod si pars adversa contendat , dominium Status S. Angeli possè residere penès Io: Baptistam uti hæredem qu. Io: Vincentii; Commoditatem vero percipiendi fructus penès Brigidam , donec de ejus dotibus satisfiat , ut verba illa sententiæ *Eo modo , & forma, prout tenebat Io: Vincentius Imperialis vigore instrumenti recognitionis , &c. in telligi debeat non identificè, sed similitudinariè , scilicet de nova tenuta constituenta in beneficium Brigidae ad similitudinem tenutæ, quam habebat Jo: Vincentius, juxta doctrinam Casanat. conf.56. per tot. , ut sic omnis contradictione tollatur.*

Respondemus , tunc oportuisse Jo: Baptistam in actu translationis faciendæ in ipsum per Landulphum , pro observantia sententiæ S.C.concedere Brigidae commoditatem percipiendi fructus , donec de ejus dotibus satisficeret , ac super omnibus impetrare assensum, ut in omnibus, & per omnia esset similis

Decisio IV.

405

sis commoditati illi , quam tenebat qu. Jo: Vincentius ; Näm sicuti Joan: Vincentius nè acquireretur jus creditoribus Landulphi præsentibus,& futuris, in instrumento recognitionis cavit sibi de speciali hypotheca cū Regio assensu, ità & cavendum fuisset Brigidae, nè creditoribus Io: Baptista quæreretur jus super feudo, verba enim illa, *eo modo, & forma, & prout intelliguntur importare similitudinem quoad omnia, & cum omnibus qualitatibus, glos. in cap. quamvis de offic. ordin. lib. 6. Signorol. cons. 22. num. 12. & 13. Alex. cons. 166. num. 20. & seq. lib. 3.* Qiamobrem nec ullo modo habenda esset ratio nominationis, sive translationis novitèr factæ, in qua nihil cavetur Brigidae, contrà id , quod sententia ordinavit per illa verba, *eo modo, & forma prout, &c.*

Rursus tempore , quo fuit prolata sententia, nullus aderat creditor Ioannis Baptista cum assensu , undè ex permissione nominationis , ac translationis Status in personam Io: Baptista uti hæredis qu. Io: Vincentii satis videbatur cautum Brigidae, & Gineuræ, quæ sicuti habebant anteriorem hypothecam super pretio , ac tenuta Status S. Angeli relicta in hæreditate qu. Io: Vincentii, ità eadem jura retinebant super dominio utili Status, quod loco satisfactionis pretii, transferebatur in Io: Baptistam uti hæredem q. Io: Vincentii ; Idque nedùm ex voluntate Io: Baptista declarata ab ipso in comparitione, fol. 102. sed etiam ex vi subrogationis, l. si convenerit 18. ff. de pignor. act. l. nomen C. quæ res pignor. Castren. cons. 62. num. 1. tom. 1. Sicuti cum hæres ex pecunia hæreditaria obligata creditoribus acquirit rem uti hæres debitoris, illa censemur subrogata loco pretii , ac subiicitur hypothecæ eorundem creditorum , ut latè demonstrat Reg. Marciān. disp. 74. à num. 20. post Merlin. de pignor. lib. 2. tit. 1. quæst. 5 1. num. 34. & 35. Nequè huic subrogationi regulæ feudales repugnant , quoties in assensu facienda fuisset mentio , quod hæres acquirebat feudum nomine hæreditario , & ex pecunia hæreditaria pro cautela Brigidae, & Gineuræ creditricum hæreditatis, ex textu espresso in cap. I. de benef. frat. quem egregie declarat Reg. de Ponte de. bis qui feodium dare poss. lec. 9. num. 48. Præsertim cum in actu translationis dominii utilis in Io: Baptistam faciendam per Landulphium, debuisset ipse Io: Baptista etiam obligare se,

& bona burgensatica , & feudalia pro obseruantia sententia S.C. quæ eatenus permisit nominationem , & translationem utilis dominii in Io: Baptistam , quatenus ipse præstaret cautionem de depositando, fructus Status S. Angeli, vel pretium illorum juxta declarationem faciendam per S.C. in beneficium Gineuræ , & Brigidae. Et cum hujusmodi translationi, & obligationi necessarius fuisset assensus , ideo Brigida , & Gineura acquisituræ fuissent hypothecam super dicto Statu , tanquam existente in dominio Io: Baptista , tempore quo nullus aderat creditor cum assensu : At posteà cum fuerit mutatus rerum status , quia Io: Baptista curavit , ut Aloisia Maria Negrone ejus uxor, & creditrix posterior pro dotibus obtineret in anno 1663. assensum super obligatione feudorum acquirendorum ab ipso Io: Baptista, qui demùm in anno 1670. curavit faciendam in ipsum translationem Status uti hæredem qu. Io: Vincentii , nec quidquam cavens dictis Gineuræ , & Brigidae ; ideo in his casibus supervenientibus, quibus non potest esse cautum Brigidae , & Gineuræ , non videtur sententia permisisse Landulpho , nec ejus hæredi translationem dominii dicti Status in Io: Baptistam , sane sententia intelligitur habere clausulam *Rebus in eodem statu permanentibus* , adeò ut in his, quæ tempore mutationem recipiunt, nunquam sententia obstat , ut ex Ant. de Butr. Alex. Dec. & aliis, fundat Anna alleg. 16. num. 4. per text. in l. si à te, ff. de except. rei judic.

Refellitur Tertium Caput , Quod tenuta , quam afferunt feudalem , non potuerit exequi , nec in causam judicati capi ad instantiam Gineuræ , & Brigidae .

IN hoc tertio Capite Adversarii supponunt, tenutam Status S. Angeli , ac jura competentia qu. Io: Vincentio Imperiali vigore instrumenti recognitionis factæ à qu. Landulpho de Aquino, esse feudalia , non ex ea ratione, quod jura prædicta dirigantur ad acquirendum dominium feudi ; Sic enim ipse Io: Baptista neque potuisset succedere in dictis juribus , qui tanquam filius secundogeniti-

406 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

genitus qu. Io: Vincentii non potest esse successor patris in feudalibus bonis, dum existunt in medio Franciscus Maria Imperialis filius primogenitus, & ejus descendentes, qui novissime in hoc judicio compa- ruerunt.

Sed totam rationem, qua tenuta, & jura prædicta sint feudalia, deducunt ex hypothe-
ca feudi Status S. Angeli apposita in instru-
mento recognitionis factæ in beneficium
Io: Vincentii à Landulpho, qui declaravit
emisse Statum S. Angeli de pecunia propria
ipsius Io: Vincentii, super quo instrumento
recognitionis impetratus fuit Regius assen-
sus, atque ita inquiunt, Io: Vincentium es-
se simpliciter creditorem Landulphi pro
pretio, ejusque interesse cum speciali hy-
potheca super feudo. Hanc autem actionem
hypothecariam super feudo quæsitam
à Io: Vincentio, subdunt esse feudalem, de
qua, & si potuisse Io: Vincentius disponere
in testamento in beneficium ipsius Io: Ba-
ptistæ, & cujuscumque hæredis extranei, ex
gratia redacta *in pragm. 27. de feud. con-*
tendunt tamen, non potuisse super illa quæri
ius Brigidæ, & Gineuræ creditricibus qu. Io:
Vincentii absque assensu, undè inferunt,
tenutam prædictam; & alia jura competen-
tia qu. Io: Vincentio vigore instrumenti re-
cognitionis, non potuisse exequi, nec capi
in causam judicati ad instantiam Brigidæ, &
& Gineuræ creditricum Io: Vincentii abs-
que assensu. Sed hæc oppositio evanescit ex
pluribus.

Primò, quia illud, quod supponunt adversa-
rii, nempè quod Io: Vincentius sit simplex
creditor Landulphi pro pretio cum hypo-
theca feudi, falsum omnino est. Vel enim
tractatur de interesse pretii; & hoc inter-
esse non potest peti, dum ejus vice Lan-
dulphus concessit Io: Vincentio tenutam,
sive commoditatem percipiendi fructus, ac
reditus dicti feudi, ut ex instrumento reco-
gnitionis, fol. 57. at. Quæ quidem commo-
ditas percipiendi fructus; quam nostrates
tenutam appellant, est merè allodialis; Ne-
que enim est possessio juridica, sed mera de-
tentatio rei, quia aliud est possidere aliud
in possessione esse; quo casu consideratur
illa sola insistentia: per quam non dicitur
quis possidere feendum, sed esse in feudo
ad instar asini, qui tenet bardam, juxta
vulgatam Andr. doctrinam in cap. Imperia-
lem §. illud nu. 69. de prohibita feudi aliena-

tione per Fridericum, qui hanc distinc-
tionem fundat ex tex. in l. certè S. bis, qui ff. de
precari. illamque exornat Reg. de Ponte dec.
40. num. 2. Undè tanquam separatam ab
utili dominio feudi, judicari merè allodia-
lem, ac in ea succedere etiam hæredes extra-
neos, docent communiter DD. omnes, quos
referunt Reg. de Marinis resol. lib. 2. cap. 38.
num. 26. & rursus in hac causa scribens al-
leg. i 40. num. 4. resol. tom. 3. ac Joseph Magal-
dus, qui etiam in hac causa scripsit alleg. st.
115. à num. 2. inter allegationes diversorum
collectas à Reg. de Marin. resol. tom. 3. Tbor. in
compend. decif. Regni par. 2. vers. bæres an de-
beat immitti, Consil. Roccus de regal. officiis
rub. i 3. §. 6. num. 70. & 83. Vel loquimur de
ipso pretio, quo feendum emptum fuit à
Landulpho de pecunia Io: Vincentii, &
tunc neque potest dici, quod Io: Vincen-
tius simpliciter sit creditor ipsius pretii; si-
quidem pro ejusdem pretii satisfactione
Landulphus dedit Io: Vincentio facultatem
nominandi personam, in quam vellet, ut ab
ipso Landulpho transferretur feendum, si-
cuti patet ex instrumento recognitionis,
fol. 55. at. lit. A. & fol. 56. & fol. 57. at. lit. A.
& ex comparitione Landulphi, fol. 320.
vol. 1. Hæc autem facultas nominandi non
est feudalis, Landulphus enim in cuius fa-
cie fuit emptum feendum, est ille, qui est ve-
rè feudarius, ac à Rege recognoscitur in
præstatione servitorum, solutione adhœc,
Releviorum, ac in devolutione, &c. ut no-
tissimum est, & constat ex his, quæ latè
scripsit Reg. de Marin. resol. quotid. cap. 38.
per tot. lib. 2. & nu. 27. & 28. ubi etiam egre-
giè respondet ad decisionem relatam à Reg.

26 Galeot. controversial. 28. lib. 1. Et cùm Lan-
dulphus ad requisitionem Jo: Vincentii
transfert feendum in personam nominatam
à Joan: Vincentio, actus translationis domi-
nii attribuitur non Joan: Vincentio, sed Lan-
dulpho, qui habet utile dominium feudi,
ex his, quæ cumulat ad propositum Dec.
conf. 525. Reg. de Ponte de potest. Pro reg. de
provisionibus fieri solitis, tit. 1. §. 1. num. 10.
& 1. post Andr. in cap. 1. num. 50. de pace
juram firm. & in cap. 1. qualit. vassall. jurare
debeat fidel. post num. 4. Quare ejusdem fa-
cultatis nominandi sunt capaces etiam in-
habiles possidendi feuda, ut Ecclesia, Mo-
naci, & similes, sicuti latè demonstrat Cat-
das de nominat. empbyt. lib. 2. q. 6. à num. 3.
sola enim habilitas consideratur in persona,
quæ

Decisio IV.

407

que nominatur, non autem in persona nominante, ut liquet ex assensu interposito super instrumento recognitionis, in illis verbis: *Dummodo nominatio fiat in persona bari*; atque ita hujusmodi facultas nominandi potest vendi, cedi, ac hypothecæ subijci tanquam res merè allodialis, ut demonstrat Reg. *Santfel.* in *decis. 339.* à *num. 5.* & *mu. 14.* Et in terminis, quod hæc facultas disponendi, quam ex instrumento recognitionis habet ille, ex cuius pecunia alter emit feudum, sit merè burgensatica, & comprehendatur sub donatione bonorum burgensaticorum facta in beneficium Ecclesie, etiam si in donatione fuissent excepta bona feudalia, tradit tanquam indubitatum Reg. *de Poete conf. 38.* in *princ. num. 1.* vol. I. Idque videmus passim servari, & ab immemorabili tempore apud nos servatum fuit; Monasteria enim, & aliae personæ prorsus feudi incapaces emunt feuda in faciem allorum, cum instrumento recognitionis in ipsorum beneficium, Regio assensu vallato; & cum vident, emptores feudorum non habere copiam successorum, statim exercent facultatem nominandi, & curant, ut personæ, in quarum facie tenent feuda, transferant illa in alios, qui habent magnam successorum copiam, à quibus fit aliud instrumentum recognitionis.

Quod autem considerat Adversarius, in recognitionis instrumento adesse hypothecam feudi constitutam à Landulfo in beneficium Io: Vincentii Regio assensu vallatam, nil infert ad rem, de qua agimus; Apponitur enim ea hypotheca, ne queratur ius creditoribus Landulfi, juxta tex. in l. licet C. qui potior in pign. tab. & pro observantia promissorum in instrumento recognitionis. Nam si Landulfus, qui habet utile dominium feudi, contraveniret promissione, ac recognitioni, putà si alienaret feudum in aliam personam contra voluntatem Ioannis Vincentii, ejusque heredum: illa hypotheca operatur; ut posset Io: Vincentius pro eo, quod sua interest ob dictam contraventionem, petere assentiam super feudo in quacumque personam alienato à Landulfo; Idque est; quod scripsit Ioseph. Magdalus in d. alleg. 115. num. 6. in illis verbis: Secundù considerari posset tenere in ordine ad acquirendum dominium feudi, sive ad obtinendum assentiam super eodem feudo pro observantia promissione in instrumento

to recognitionis, & in hoc sensu dicitur feudatis; Unde cum Status S. Angeli non sit alienatus à Landulfo, nec ab ejus herede, nec sit contraventum instrumento recognitionis, nullus videtur factus esse casus exercitii ejusdem hypothecæ.

Secundù hæc omnia fuerunt decisa, & judicata per sententiam S. C. junctis Aulis latam, & confirmatam in gradu nullitatum, 29 cum enim Gineura, & Brigida creditrices qu. Ioannis Vincentii absque assensu petiissent immisionem in tenutam dicti Status, tanquam merè allodialem, & burgensaticam; ac Ioannes Baptista filius secundogenitus, & heres universalis qu. Ioannis Vincentii opposuisset, praedictis creditoribus nullum ius competere super dicta tenuta tanquam feudali, ac insuper quod Landulfus de Aquino transferre teneretur Statum in personam ipsius Ioannis Baptiste, non tanquam heredem Ioannis Vincentii, sed tanquam primum acquirentem vigore chirographi, sive litterarum missarum Landulfo à dicto Ioanne Vincentio, ut patet ex his, quæ fuerunt deducta à *Dominis Confiliariis Ascanio Ractano, & Iosepho de Rosa* tunc Advocatis Ioannis Baptiste, nedum 30 in consultatione ejusdem Domini Ioseph de Rosa 18. sed etiam in nullitatibus ab ipsis subscriptis, fol. 452. vol. I. & signanter in tertia nullitate; At cum pro parte dictarum Gineuræ, & Brigidæ fuisset replicatum, Nominationem factam in illo chirographo non prejudicare hypothecæ longè antea qualitate ipsis Gineuræ, & Brigidæ super omnibus bonis burgensaticis Ioannis Vincentii, & consequenter super illa facultate nominandi, & commoditate percipiendi fructus, que tanquam allodiales iudicanda erant, ut liquet ex his, quæ Ioseph. Magdalus scripsit in d. alleg. 115. per terram, & prefertum s. 13. & Reg. *de Marin.* in d. alleg. 140. His omnibus discussis, sicut per dictam sententiam ordinatum, quod immittatur Brigida Spinola in quasi possessionem commoditatis percipiendi fructus, & evolumenta iuris dictio Status S. Angeli eo modo, & facie, prodiit tenet qu. Io: Vincentius Imperialis vigore instrumenti recognitionis sibi facta per Doctorem Landulfum de Aquino, donec de ejus dictibus satiascat, ac insuper nulla fuit habita ratio nominationis ipsius Ioannis Baptiste uti primi acquirentis, que in predicto chirographo concingerentur.

408. Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

datur; Imò expresse declaratum fuit, quod Io: Baptista non potuisset alio modo nominari, quam uti hæres à Ioanne Vincentio institutus, & sic ea facultas fuit habita uti mere allodialis. Aliàs enim si fuisset feudalis tanquam in ordine ad acquirendum dominium feudi, non poterat esse transitoria ad Ioannem Baptistam, qui erat filius secundogenitus Ioannis Vincentii, & sic extraneus hæres in ordine ad successionem feudalium, juxta ea, quæ tradit Reg. Reverter. in dec. 1 16. ubi D. de Marinis. Anellus Amatus conf. 62. num. 17.

Quemadmodum si in hæreditate Ioannis Vincentii non ramansisset tenuta separata à feudo, sed utile dominium feudi, quod fuisset penè hæredem, certè non potuisset concedi creditori absque assensu missio in possessionem feudi, ut de fructibus ipsi satisficeret, id enim prohibet Regia ordinatio, cuius meminerunt Praef. de Francb. in dict. decif. 704. num. 10. Reg. Rovit. ad Pragm. 3. num. 9. de ordine Judiciorum. Undique igitur patet, sententiam S. C. tenutam dicti Status uti mere allodialem, ac burgensaticam judicasse.

Tertio, quamvis citra veri præjudicium, admitteremus, Ioannem Vincentium ex instrumento recognitionis esse merum creditorem pretii, ejusque interesse cum hypotheca super dicto feudo, assensu Regio vallata, tamen constantissimè dicimus, creditum istud cum hypotheca super feudis judicandum esse uti mere allodiale, & burgensaticum transitorium ad quoscumque hæredes extraneos, ita ut illud possit cedi, alienari, & obligari absque ullo assensu, tanquam res allodialis; Idque eti si fuisset controversiæ præcis temporibus, ut patet ex Capyc. in investitur. feudali, in vers. feudorum afferationes, in cap. incip., necessitas, & Francb. in decif. 41. 75. & decif. 593. num. 8. & 9. Tamen hodie redditur indubium ex gratia à S. C. M. concessa anno 1586, de qua in pragm. 27. defendit, & ex altera gratia concessa anno 1622. executoriate in anno 1623. qba dispositum, & statutum fuit, ut actio hypothecaria super feudi sit transitoria, ad quemcumque transit actio personalis, idque intelligatur etiam respectu contractuum, & assensuum praetitorum, ut in assensibus tam præstitis, quam prestandis super hypothecis, & obligationibus feudorum intelligatur apposita

clausula pro se, & hæredibus, & successoribus quibuscumque, unde stantibus dictis clausulis, actio hypothecaria super feudi potest alienari, & obligari absque assensu, ea enim verba, pro hæredibus, & successoribus quibuscumque, comprehendunt omne genus dispositionis, sive in vita, sive in ultima voluntate, & propterea quando in investitura feudi, vel in assensu apposita sunt dictæ clausulæ, poterit feendum, vel actio hypothecaria super feudo obligari, sive alienari absque assensu, ut docet Camerar. in repetit. Imperiale, fol. 29. l. 1. F. & G. qui etiam de communi feudistarum opinione testatur, ex doctrina Andr. in cap. præterea, que fuit prima causa benefic. amittend. num. 16. vers. vel quod melius videtur, &c. ubi Liparul. fol. 129. Camill. de Medic. in conf. 47. num. 9. Camill. de Laratha in conf. 4. num. 21. & in terminis prædictæ gratiae idem animadvertisit Reg. Capyc. Latr. in consult. 84. num. 36. tom. 2.

Adversarii conantur evertere hoc fundatum dupli medio, quo usi sunt Cæsar de Affl. in resp. pro D. Emanuele Carrafa, & Dom. D. Carolus Calà in eadem causa scribens pro Fisco. Primo, quod causa, quæ movit Civitatem, & Regnum ad petendam gratiam, quod hypotheca super feudi transiret ad hæredes extraneos, ea videtur fuisse, nè aliàs decadente creditore absque hæredibus, & successoribus ex corpore eadem hypotheca extingueretur in beneficium possessoris feudi, & aliorum creditorum, ideoque gratia restringenda est ad hanc causam, & ad illum solummodo efficiunt. ut scilicet actio hypothecaria transferat ad hæredes extraneos, cum creditor decedit absque hæredibus ex corpore, non autem, ut illa actio hypothecaria super feudi possit alienari, & cedi absque assensu. Secundo, quod clausula pro hæredibus, & successoribus quibuscumque nec minus operetur, ut eadem actio super feudo possit in alium per contractus inter vivos transferri absque assensu, ex doctrina Reg. Galat. in resp. fiscal. 12. num. 135. Verum rationes istas, quibus Adversarii utuntur, undique fragiles esse, nec ullam subsistentiam habere posse, ex infra scriptis breviter, ac evidenter demonstrabimus.

Et primò, quia causa petitionis gratiae, ne aliàs, decadente creditore absque hæredibus ex corpore, hypotheca super feudo extingueretur

retur in beneficium possessoris feudi, & aliorum creditorum, non fuit finalis, sed impulsiva, siquidem ea verba sunt posita in narratione, non autem in petitione, quæ fuit generalis, dum absolutè supplicatum fuit; ut in assensibus præstitis, & præstandis intellegatur apposita clausula, Pro se, & bæredibus, & successoribus quibuscumque, sub qua clausula nullus est, qui dubitet, quin comprehendantur successores etiam per contractus; ideo petitio inspicienda est, non autem causa, quæ fuit expressa in narratione; prout egregie docet Reg. de Pont. cons. 72. num. 13. vers. et si fundatum est, &c. 20. 1. Insuper quamvis verba in narratione loquantur de extinctione hypothecæ super feudis in illis casibus, in quibus creditor decederet absque hæredibus ex corpore, non tamen loquuntur taxativè, sed propter frequentiam posita fuerunt, unde non restringunt universalem petitionem, & concessionem gratiæ, ut docet, & semper sic à Iudicantibus interpretatum testatur Camer. in repet. L'Imperialem cart. 52. lit. R.S.T. & lit. P.

Rursus illa causa videtur fuisse in mente, quæ apprehendit omnia, ut absque scrupulo sic 36 in materia assensus semper judicatum tradit Camer. in d. l. Imperialem cart. 52. lit. S. At si fuisset tantum in mente ea causa, quam supponunt Adversarii, scilicet, nè alias extingueretur hypotheca super feudis: in casu, quo creditor decederet absque hæredibus ex corpore; certè non comprehenderet omnia; Nam si creditor decederet cum hæredibus ex corpore, eadem actio hypothecaria transiret solummodo ad primogenitum hæredem in feudalibus, & tamen indubitatum est, quod inspecta dicta gratia, actio hypothecaria transit etiam pro rata ad secundogenitos hæredes in burgensis, cum ad quemcumque transit actio personalis, transeat etiam actio hypothecaria super feudis, ut advertit Pr. ef. Fulv. Lanar. in addit. ad Reg. Lanar. ejus patrum in repet. §. bujus autem generis sit. quibus ex cauf. feud. amittatur num. 6. fol. 423. Idque expressè colligitur ex dicta gratia concessa in anno 1622. in illis ver- 37 bis: Opere quando il creditore, o compratore delle dette annue entrate instituisse berde estraneo, restandoci legitimo successore in feudalibus, bisogna, che l'berede estraneo costringa il successore in feudalibus ad esercitare detta actione ipotecaria, dal che ne

nascono infinite liti, e dispendii; atquè ita dicendum est, quod actio hypothecaria super feudis transeat ad hæredem extraneum institutum, etiam in casu, quo creditor decedit cum hæredibus ex corpore, quia aliæ hæredi extraneo opus esset cogere hæredem ex corpore ad exercendam dictam actionem hypothecariam super feudis, cum maximis expensis, & dispendiis. Propterea sequitur, non esse attendendam eam causam de extinctione hypothecæ ob defectum hæredum in feudalibus, quæ causa fuit expressa in narratione, quia non stat taxativè, nec comprehendit omnia, sed inspiciendam esse causam, quæ fuit in mente, colligendam ex petitione, quæ universalis est, & expressè comprehendit hæredes, & successores quocumque: sub quibus, nemo est, qui negat contineri successores ex contractu.

Denique cessat omnis difficultas, quia non potest negari, ex gratia prædicta actionem hypothecariam super feudis fuisse effectam transitoriam ad hæredes extraneos; quomodo ea judicanda est uti simplex, & absolute hæreditaria; Differt enim res feudalis hæreditaria ab ea, quæ est omnino, & absolute hæreditaria, siquidem feudum hæreditarium est illud, quod conceditur pro se, & hæredibus ex corpore; feudum vero simpliciter, omnino, & absolute hæreditarium est illud, quod concessum est pro se, & hæredibus, & successoribus quibuscumque, sive quod est transitorium ad hæredes extraneos, ut est communis feudistarum theoria per Clar. relata in §. feudum quest. 9. vers. hoc præmisso, Thom. de Marin. in rubr. de feudo omnino hereditario, tit. 8. usq; ad nu. 8. & 9., qui advertit, nullam differentiam esse, sive dictum fuerit, quod feudum conceditur pro hæredibus, & successoribus quibuscumque, sive pro hæredibus extraneis, Hartm. Pistor. lib. 2. par. 1. quest. 1. num. 37. usque ad 41. Reg. de Pont. in decis. I I nu. 34. At qui res feudalis, quæ est omnino, & absolute hæreditaria, nè dum quoad successionem, sed etiam quoad alienationem judicatur, prout res allodialis, præsertim cum ea clausula, pro se, & bæredibus, quibuscumque prolata est ab homine (sicut ad maiorem cautelam supplicatum fuit in dicta gratia, ut illa clausula intelligeretur esse apposita in assensibus à Prorege, & sic ab homine præstitis, & præstandis) juxta communem sententiam, de qua testatur Rosm. Fff tall.

410 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

*sall.de feud.cap.2. concl.35. num. 4. omnino
videndus, Reg.de Pont. in cons. 15.num.12.
13.tom.1., & addita alia clausula pro suc-
cessoribus quibuscumque idem sequitur Cam-
er.ad d.l.Imperiale cart.29. lit.F.G., ut
etiam advertit Camill.de Medic.in cons. 47.
num.8. & 9.Reg.Galeot.resp.fiscal.12.n.134.
135.& 136., ubi etiam tradit, clausulam pro
se, & bæredibus, & successoribus, quibus-
cumque equipollere clausulæ pro se, & cui
dederit, & proinde ex necessaria consequen-
tia fieri rem feudalem alienabilem, nec re-
quiri novum assensum, sive decisum re-
fert; quamvis aliud censeat in regalibus, in
quorum materia strictius, & rigorosius agi-
tur, Thom.de Marin.in rubr.de feudo, quod
transit ad bæredes extraneos tit.30.num.4.
Bammac.ad cap.feudum, si de feud. defunct.
contr.fue.quest.2. num.40. & 50. ubi quod
clausula pro se, & bæredibus quibuscumque,
confunditur cum clausula pro se. & quibus
dederis. quæ efficit, ut feudum sit alienabi-
le absque assensu, Affl.in decif.335.num.17.
Cum itaque petitum, & concessum sit, quod
talis actio hypothecaria super feudi fieret
omnino, & simpliciter hereditaria, ideo ex
necessaria consequentia videtur etiam peti-
tum, & concessum, quod eadem actio hy-
pothecaria super feudi fieret alienabilis, uti
quælibet res allodialis; Nam petitio, & gra-
zia comprehendunt etiam ea, quæ conse-
quentiva sunt, quamvis non sint specialiter
expressa, ut docet Camer. in rep. l. Imperia-
len cart.50. lit.K. & l. Frecc. de subf. lib. 2.
quest.18. & 19.Camil.de Medic.in cons. 131.
num.9. egregie doctiss.D.Consil.Franc.Ma-
ria Prat.observ.78.num.31.Cumia in cap.si
aliquem in præfid.n.233. & 234., qui etiam
tradit, in hac specie possè plura specialia cir-
cà idem accessoriè, & in consequentiam
concurrere.*

Remanet igitur tuta conclusio, quod hodiè
attenta predicta gratia possit validè cedi
39 absque assensu actio hypothecaria super
feudi, quemadmodum actio personalis, ut
in terminis ultra Reg. Capyc. Latr. in dict.
consul.84.num.36. tom.2. qui idem clarissi-
mè docet, addimus Conf.Tbeod.alleg.54.nu-
15. ubi quod dicta gratia adjuvat, & con-
comitantur juris communis dispositionem in
allodialibus, juxta quam hypotheca est
adeò connexa, ut absque illius expressione
transeat in eum, in quem ceditur actio per-
sonalis; novissimè idem fuscè scribit doctiss.

*Conf. D. Carol. Petra in Ritu M.C.V. 244.
num.23. tom.2. hanc quoque sententiam se-
quutus est insignis vir D. Conf. Joseph de Ro-
sa, dum pulicè legeret jura feudalia, rece-
dendo ab his, quæ uti Advocatus in suis
consultationibus scriberat, cujus verba
propria manu scripta in lectionibus feuda-
libus, quam primum imprimendis, fol.56.
& nunc impressis lectur. 7. num. 11. & 12.
placuit hic referre. Ex eodem assensu de-
pendet, ut actio hypothecaria super feudo
non possit alienari sine novo assensu; cum
enim non sit transmissibilis ad bæredes ex-
traneos, sed tantum ad bæredes ex corpore,
consequenter non erit cessibilis ex velata
regula; non autem ex natura rei, vel ex ju-
ris feudalis principiis, cum certè actio illa
feudum non sit, nec pro ea fidelitas, vel ser-
vitium debeatur; sed cum illius acquisicio
sit virtute assensus, & servata forma il-
lius, & assensus sit gratia, utique potest
dominus illum concedere eo modo, quo vult,
& ex forma dictæ concessum regulabitur
natura actionis, illius virtute acquisitæ.
Unde post gratiam de qua in pragm. 27. de
feud. cum illius virtute bac actio facta sit
transmissibilis ad quoscumq; bæredes, etiam
extraneos, & sub bac forma concipiatur as-
sensus vigore dictæ pragmaticæ, potest pro-
babiliter defendi, ut possit etiam cedi sine
assensu, quod in puncto scriptit Reg. Capyc.
Latr.consult.84.num.36. & 37.lib.2. licet ego
de opinione predicta dubitaverim in allega-
tione, quam edidi in dicta causa Thobie Spi-
nola cum creditoribus Ill. Principis Conchæ.
Non obstat doctrina Reg. Capyc. Galeot.in resp.
fisc. 12. num.136. siquidem ille loquitur de
40 clausula pro se, & bæredibus quibuscum-
que, non autem cum addita est alia dictio,
& successoribus quibuscumque, & loquitur
in Regalibus; quorum materia strictior, &
rigorosior apud omnes existimatur, nec ex
ea potest argui ad feudaliam, ut idem Reg.
Galeot.advertit in d.resp.fiscal.12.num.134.
135. & 136.
Similiter non refragatur, quod beneficio hujus
gratiae non possint gaudere exteri, qualis
41 erat Io: Vincentius; undè adversarii infe-
runt, quod & si actio hypothecaria super
feudi non potuisset transire ad ipsum Io:
Baptistam filiam secundogenitum, ac ha-
redem universalem Io: Vincentii, existen-
tibus in medio Francisco Maria Imperiali
filio primogenito, & ejus descendentiibus,
tamen*

tamen nequè videtur potuisse acquiri jus Brigidæ, & Gineuræ creditricibus. I^o: Vincentii absque assensu, dūm virtute gracie. I^o: Vincentius nequivit. acquirere eam actionem uti allodialem, cessibilem, & transmissibilem ad quoscumquè, sed uti feudalem dumtaxat, atq^{ue} ita subdunc, fuisse solummodo quæstum jus Aloysiaæ Mariæ Negronæ, quæ pro dotibus est creditrix, nè dūm I^o: Baptistæ ejus viri, sed etiam hæreditatis qu. I^o: Vincentii insolidum obligati in cautelis dotalibus cum hypotheca super feudalibus bonis, Regio assensu vallata.

Respondetur enim, hanc obiectionem nullius momenti esse, quia beneficio gracie posse sunt potiri forenses, præsertim cùm agitur de hypotheca constituta à Landulpho Neapolitano super feudo sito in hoc Regno per instrumentum recognitionis Neapolitani celebratum, ut tradit Reg. Tapia Iuris Regni lib. 6. tit. 1. super cap. 2. Regis Philippi inter Capitula Neapolitana, fol. 134., & ita in terminis hujus gracie fuit decisum per S. C. in causa Eminentissimi Domini Cardinalis Buoncompagno Archiepiscopi Bononiensis cum Patrimonio Principis Conchæ, sicuti testatur D. Conf. Rocc. de regal. rubr. 13. §. 6. num. 114. & 118., & quod beneficio gratiarum concessarum Regno debeant gaudere forenses, qui in eo Regno possident bona; videndum est Jacob. Menoch. in conf. 1007. à num. 95. Et de hoc articulo priscis temporibus nulla unquam fuit controversia, ut patet ex Reg. Revert. in decis. 515., ubi refert, Principem Monaci exterrum gavisum fuisse gratia huic Regno concessa, & sic Regiam Cameram judicasse absque ullo scrupulo.

Præterquam quod, si gratia non prodeisset exteris, neque posset Aloysiaæ Mariæ Negrone suffragari assensus super obligatione bonorum, & jurium feudalium ei constituta à qu. I^o: Vincentio socero pro ejus dotibus. Nam assensus ille impetratus fuit post mortem I^o: Vincentii, super obligatione bonorum, & jurium feudalium tamquam spectantium ad I^o: Baptistam hæredem I^o: Vincentii, qui eam obligationem confirmavit, & de novo fecit per contractum dispositivum; nec fuit expressum in precibus assensus, quod actio, & jura feudalia spectarent ad Franciscum Mariam primogenitum, & ad ejus descendentes hæredes qu. I^o: Vincentii in feudalibus bonis; un-

dè non potest allegari privilegium dotis, quod post mortem ejus, qui obligavit feudum, possit impetrari assensus, ex dispositione juris civilis, de qua in l. si ego §. si res 44 ff. de Jure dotorum, nām Rex non cogitavit de præjudicio Francisci Mariæ Imperialis filii primogeniti, ac hæredibus qu. I^o: Vincentii in universis bonis feudalibus, ut docet Reg. de Ponte in conf. 75. num. 38. tom. 2. his verbis: Aliud est enī, si potest Rex afferire post mortem in præjudicium hereditis, & heredes non potest conqueri, ex regula rex. in §. si res, qui a potuit favore dotis Rex ei jus tollere, & præjudicium inferre, & aliud est, si Rex hoc non facit, vel facere noluit, & hic est casus noster, nām dicit sepius Andr. in cap. 1. col. 5. qui succedit teneatur, & in aliis multis locis, quod assensus non extenditur ad incogitata, ex reg. rex. in l. qui cum tutoribus ff. de trans. in l. si ex teste: ff. de excep. rei jud. Insuper hoc privilegium dotis, quod post mortem ejus, qui obligavit feudum, possit impetrari assensus, habet locum in subsidium, scilicet bonis allodialibus deficientibus, juxta communem feudistarum sententiam, Camerar. in cap. Imperiale. cart. 91. lit. L. & M. vers. sublimatur, Reg. de Ponte dō potest. Pror. reg. tit. 6. §. 1. num. 4. & 5. & in d. conf. 75. num. 43. tom. 2. Reg. de Marin. ad Reverter. decis. 110. post lo: Vincent. de Anna allegat. 66. à num. 11. & alleg. 115. num. 3. ubi ita per S. C. decisum fuisse refert. Quamobrem Aloysia Maria Negrone deberet anteà discutere omnia bona allodialia qu. I^o: Vincentii existentia Ianuæ, ac loca Montium Almæ Urbis, quæ ipsa Aloysia Maria possidet. Denique hoc privilegium dotis descendit ex ratione juris civilis, nè mulier indotata remaneat, d. l. si ego §. si res, non autem ex principiis juris feudalis; Imò secundum veram juris feudalis rationem, dispositio rex. in d. l. si ego §. si res non potest extendi ad feudalia, sicuti exclamat Reg. de Ponte d. tit. 6. §. 1. à num. 5. & lo. Vinc. de Anna in d. allegat. 66. à num. 5. Quarè si rationem juris civilis attendamus, 46 non potest hoc privilegium dotis allegari contrà Gineuram, & Brigidam, quæ etiam agunt pro suis dotibus tempore anterioribus, & remanerent pariter indotatae, atque ita cum omnes certent de damno vitando, non est locus privilegio unius contrà aliam, l. sed & milites ff. de excusat. tutor. Cancer. var. ref. se. a. c. 1. de minoribus n. 260. & 261.

412. Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

Ex quibus nil est, quod possit dubitari, quia tenuta Status S. Angelii, ac jura competenciae Ioanni Vincentio Imperiali vigore instrumenti recognitionis, uti mere burgensatica potuerint exequi, ac in causam judicati capi à Brigida, & Gineura creditricibus Joannis Vincentii. Unde reformato decreto S. C., mandari debet, ut expediatur licentia de vendendo, & proinde ut fiat appretium dicti Status: Sub censura tamen Dominorum Senatorum. Neap. die 25. Augusti 1676.

Sub die . . . anni 1676.

Decrete S.C. fuit provisum, quod suspenso decreto S.C. impartiarur licentia de vendendo 47 Statum S. Angelii exceutum, & captum in causam judicari ad instantiam Gineurae Doria, quemadmodum diximus in obser-
vat. ad singul. 161. num. 10.

Post hanc decisionem supervenerunt literae Regales, per quas fuerunt sublatæ emptiones feudorum de cætero facienda in faciem alterius prævio instrumento recognitionis, & fuit sublata quoque facultas Regio Collaterali Consilio assentiendi super similibus contractibus, & instrumentis, juxta tenorem literarum expeditarum sub die 5. Octobris 1694. insertarum per nos in obser-
vare ad singularia. 161. nostri Genitoris num. 11.

Verum in casibus, qui contingunt post di-
etas Regias ordinationes fuit excogitata 49 alia cautela, ex qua idem effectus refulta-
re videtur, nimirum, ut ille, qui vult emere feendum in faciem alterius, mutuet alicui suo amico pecuniam pro emptione feudi, caendo expressè, ut feendum emendum ex pecunia mutuata remaneat sub speciali pignore, & hypotheca cum privilegio præ-
lationis tam pro sorte, quam pro interusu-
rio, acquirendo venditionem annuorum introituum ducatorum tot pro dictis quan-
titatibus mutuatis cum pacto de retroven-
dendo quandocunque ad beneficium em-
ptoris, qui facit venditionem prædictam an-
nuorum reddituum, & necnon eodem tem-
pore, & in eodem instrumento erit facien-
da locatio, & assignatio tenutæ dicti feudi,
& omnium reddituum, & emolumen-
tum tam burgensiticorum, quam feuda-
rium in beneficium dicti mutuantis, prævio
Regio assensu, & cum pacto, quod si reddi-
tus dicti feudi excederent summam con-
ventæ annualitatis, cedant in beneficium

ipsius creditoris, quam cautelam substan-
dam puto ex iis, quæ tradit Confil. Girza-
rell. decif. 67. in princip. & Cyriac. contro. 712. num. 89. tom. 4.

Una tamen superesse poterit difficultas circa exercitium pacti de retrovendendo, vigore 50 cuius tertius, à quo feendum fuit emptum ex pecunia mutuo recepta, habebit semper liberas ades illud pactū exercendi, vel alteri cedendi, unde super hoc mihi cogitanti occurrit alia cautela, qua erit consultum indemnitati creditoris, nempe ut in fundatione census adjiciatur pactū, ut venditor volens hoc jus reemendi alteri cedere, teneatur potius ipsi creditori, & domino census, quam alteri cedere, vel melius, quod debitor ipse 51 teneatur ad requisitionem ipsius creditoris cedere alteri hoc jus luendi, juxta illud, quod definitum habemus per S. C. apud Marcian. disput. 75. tom. 2. & quamvis dif-
fentire videatur Olea de cession. jur. tit. 3.
q. 2. num. 44. tamen praxis, quam tradit Marcian. passim servatur, & servatam vi-
dimus, & defenditur per Rev. de Luca in labyrinth. de cession. jur. via 44. d' m. 7. causa seqq.

Assensus tamen semper requiritur, quamvis actus tendat ad acquirendum, & confer-
52 vandum feendum, ex traditis per Horat. Montan. in l. Imperiale num. 209. & 225. fol. mibi 106. verum sufficit assensus Pro-
regis etiamsi feendum ematur à carente suc-
cessore cum pecunia mutuata ad feendum emendum, quia Pragm. prohibens assen-
sus præstationem in beneficium personæ feudatarii non habentis successorem, intel-
ligenda est in feudatario, qui tempore alienationis est dominus feudi, non autem in eo, qui in acquisitione feudi illud obligat pro ipsius pretii solutione, Rocc. de offic. §. 2. num. 8. fol. 157.

Ceterum cum per supra traditas literas Regales editas sub die 5. Octobris 1694. sufficit 53 expressè prohibitum fieri emptiones feudorum sub nomine alterius, prævio illo instrumento recognitionis fieri consueto, su-
blata facultate Dominis Proregibus assen-
tiendi super similibus contractibus, ut patet ex tenore literarum Ragalium, quas typis mandavimus, suborta fuit difficultas, licet inaniter, num sub dictis Re-
giis literis comprehendatur gravamen il-
54 lud super pretio feudi moribus fieri con-
suetum in Regno tam inter vivos, quam per

Decisio IV.

413

per actum ultime voluntatis à feudatariis illis, qui cum legitimis successoribus male se habentibus solēt illos gravare usque ad integrum feudi valorē prēstandum ulteriori cōsanguineo, vel extraneo, & filios quoque gravare solent, non pro concurrenti feudi valore, sed deducta legitima, juxta receptissimam Peritorum sententiam, de qua apud *Dom. de Francibis decif. I.* quæ per modum cautelæ à jure permisæ invaluit etiam ante annum 1595. ut habetur in *Gratia Civitati, & Baronibus concessâ per Pragm. 33. de feudis.*

Consultus nullam habui probabilem difficultatem, responsum dandi, casum hujus gravaminis nullo pacto censeri prohibitum, nec comprehensum sub Regiis literis, adeoquod contrarium asserere esset prorsus temerarium.

Quod non sit comprehensum gravamen patet ex ratione decidendi assignata per easdem literas Regales, ibi: *En el mismo tiempo suelen estipular entre sí instrumento, que gliaman de reconocion, en virtud del qual el que le dio el denaro gaza de la tenuta, y fructos del feudo que dando, hypotecando, y a feto a toda la cantidad del precio siempre mio Regio Assenso, y consequentemente se inutiliza la devolucion acaecadas las lineas successibles, se devolve a mi Regia Corte cercado de un credito, que consume su justo valor, quedandosi con la tenuta, y siendo esto en perjuicio de mi Regal servicio, y conviniendo a tassarlo para adelante, bá paracido ordenare, como bago pervengays a este mi Consejo Collateral, non conceda assensos so- pra los mencionados instrumentos de reco- gnicion.*

Igitur excepto casu instrumenti recognitio-
nis de quo literæ loquuntur, poterit Pro-
56 rex assensum præstare, quia exceptio fir-
mat regulam in contrarium; & quando istæ Regiae ordinationes, ita clare non fuissent loquutæ, tanquam correctoræ, & exor-
bitantes à jure communi, neque possent ex-
tendi ad hunc casum, prout in terminis
Pragm. 4. in S. 4. de feudis, prohibentis in
certis casibus Proregibus, & Collaterali
Consilio assensum præstare, post Reg. de
Pante, & Reg. Rovir. scripsit Consil. de Alt-
mär. in obseruat. ad Consil. Roviti 39. nu. 14.
tom. 2.

Quibus non obstat illud, quod obſci possit;
quod cum per literas Regales prohiban-

57 tur fieri instrumenta tenutarum, & re-
gationum, sublata facultate Proregi assen-
tiendi super similibus contractibus, prohibi-
ta quoque virtualiter censeantur instru-
menta continentia gravamina super fructu-
bus feudi, cum isti contractus tendere pos-
sint in fraudem actus prohibiti, per *tex. in*
cap. Imperialem in S. callidis de probib.
fend. alienat. per Federit. & per Theoric.

*And. in cap. Imperialm de probib. feud. alien-
58 nat. per Lotbar. Siquidem textus in S. cal-
lidis procedit quando simularur fieri con-
tractus permisus, sed realiter contrahitur*

*contra prohibitionem legis, quod non con-
tingit in praesenti specie, in qua agitur de
contractu permisso, qui satis superque
distinguitur à contractu prohibito recogni-
tionis, adeo quod passim celebratur, & su-
per eo sine tilla hesitatione præstatur Assen-
sus per Collaterale Consilium, & proinde
quando ex duobus contractibus unus est
permisus, & alter prohibetur, ille qui fa-
cit contractum permisum non dicitur con-
trahere in fraudem legis, nam leges, & Re-
gales literæ debent intelligi in casu vero,
maxime quando statuunt derogando juri
communi, quemadmodum in terminis
Pragm. novem capit. 4. in S. 5. de feudis, inh-
ibentis Proregibus, nè Assensum prætent*

59 super contractibus continentibus ususfru-
ctus, vel dominii reservationem, fuit ha-
bitum pro constanti, Pragmaticam esse in-
telligendam in casu, in quo fuit expresse
dominium, vel ususfructus reservatus, &
non in casu, in quo fuit reservatus jus per-
cipendi fructus tantum vita durante, pre-
vio contractu fieri solito donationis ex-
nunc pro tunc secuta morte, & in præam-

60 bula hora mortis; & in venditionibus cum
pacto, quod non transferatur dominium
pendente solutione pretii, usus quoque in-

61 valuit præstari per Proregem A ssensum su-
per speciali hypotheca, quæ resultat ex di-
cta dominii reservatione, quia Pragmatica
debet intelligi in casu vero, & non in fieto,
ut satis nervosè firmarunt celeberrimi illi Ad-
vocati *Horatius Theodorus*, & *Jo: Carolus*
Gallus in responsō, apud Reg. Sanfelic. in
case dec. 182. in addiccionibus, fol. 33. s. 2. &
secundum dictas allegationes fuit decisum
per Collat. Cons. fisco contendente, assen-
sum non esse prēstandum, ut legit̄r 7. 49.
& a num. 22. ad 25. fuerunt producta qua-
tuor consimilia exempla.

Ad

414 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

- Ad firmandam hanc intelligentiam accedit
Gratia, de qua in Prag. 33. de feud. per quam
 62. nedium videtur permisum, sed concessum
 feudatariis, ut possint injungere gravamen
 usque ad integrum feudi. valorem, ubi
 cum fuisset supplicatum per feudatarios, ut
 potuissent disponere de feudis hereditariis.
 in beneficium masculorum existentium. in
 gradu successibili, exclusa femina proximiori,
 addiderunt rationem: *Possenda boggi il feudatario gravare sopra il feudo usque ad valorem feudi*, & fuit responsum
 placet quoad feuda hereditaria, adeo quod
 hoc videri decisum per dictam Pragm.
 dixit Rev. de Luca in meliorat. 318. ad Reg.
 de Marinis num. 5. tom. 2. & non sine ratio-
 ne hoc dixit, quia gratia regulanda, & in
 63. telligenda est secundum tenorem præcum
 porrectarum pro gratia obtainenda, ad text.
 in L. C. de divers. rescript. & ex Camerar.
 & aliis Reg. Rovitus in decif. 32. num. 3. latè
Lecca de linea legai artic. 6. num. 96. verific.
 insuper in fine.
- Nec gratiae concessæ huic Regno ab Invictissi-
 mis nostris Regibus, tanquam concessæ ex
 64. causa onerosa possunt alterari, & declara-
 ri ex declarationibus subsequentibus, quan-
 do verba gratiarum contradicerent, Reg. de
 Ponte de potestate Proregis de abundantia
 Civitatis S. 3. num. 12. Reg. Rovitus super
 rubric. de vestigialib. num. 14. plenè Reg. San-
 felic. decif. 135. à num. 28. ad 33. tom. I.
- S U M M A R I U M.
1. **F** Ati series exponitur, num. 2.
 3. Decretum S. C. prolatum de anno 1630.
 refertur.
 4. Feudum emptum de pecunia aliena num
 acquiratur illi, de cuius pecunia feudum fuit
 emptum.
 5. Feudum an dicatur ex pacto, & provi-
 dentia, quando fuerint vocati filii, & de-
 scendentes masculi.
 6. Feudum an possit esse ex pacto, & provi-
 dentia quoad certos descendentes, & quoad
 alios, hereditarium.
 7. Assensus verba, succedere possint; & va-
 leant, & successores nominentur quid im-
 portent.
 8. Verbum successor an comprehendant sue-
 cessorem cum qualitate hereditaris, vel ex
 propria persona, & an comprehendat heredes
 sanguinis, num. 9.
10. Feudum ex pacto, & providentia non est
 obnoxium creditoribus.
 11. Assensus concessus pro se, & hereditibus,
 & successoribus masculis an importet sub-
 stitutionem fideicommissariam, num. 12.
 13. Fideicommissum institutum super feu-
 do reddit feudum ex pacto, & providentia.
 14. Bona allodiata Status S. Angeli sunt
 deducenda à fideicommisso Cardinalis Pi-
 nelli.
 15. Fideicommissum dicitur acceptatum per
 aditionem hereditatis; & dicitur heres obli-
 gatus in vim pacti ad observantiam substi-
 tutionis.
 16. Feuda quomodo cognoscatur esse cum qua-
 litate hereditaria, & non ex pacto, num. 17.
 18. Feuda in quibus permittuntur alienatio-
 nes, dispositiones, & obligationes cum Assen-
 su, dicuntur hereditaria; & non ex pacto,
 num. 19.
 20. Feuda ex pacto simpliciter respectu primi
 acquirentis dicuntur habere vim heredi-
 tarii.
 21. Feuda empta de pecunia aliena in caput
 alterius sunt in dominio illius, in cuius ca-
 put fuerunt empta.
 22. Fideicommissum, & substitutione non potest
 fieri, nec Assensus super substitutione impe-
 trari ab illo, qui non habet dominium feudi,
 ex quo reperitur emptum in faciem alte-
 rius, quamvis de propria pecunia fideicom-
 missum facientis.
 23. Assensus non executorius, nec regi-
 stratus servata forma Regie Pragmaticæ
 corruit.
 24. Assensus presumuntur praestiti cum qua-
 litate hereditaria, cum feudi natura non
 presumatur alterata.
 25. Assensus intelligitur praestitus cum qua-
 litate hereditaria ex clausula quoad ex-
 pressa tantum, & ex clausula pro heredi-
 bus, & successoribus.
 26. Fideicommissum factum super feudis ali-
 cuius Status, si proponatur esse nullum re-
 spectu bonorum feudalium, num sit nullum
 quoque respectu bonorum burgensaticorum
 separatorum ab ipso feudo, num. 27.
 28. Et quid si bona fuerint acquisita titulo
 particulari.
 29. Testator an possit rem heredis legare, &
 fideicomittere.
 30. Legatum relictum conjunctæ personæ
 ignorantier de re aliena, valer.
 31. Creditores hypothecarii heredis gravati
- præ-

Decisio IV.

415

- preferuntur creditoribus defuncti in actione personali.*
- 32 *Decisiones S. R. C. quae latæ fuerunt sub die 3. Junii 1670. & sub die 4. Februarii ejusdem anni, afferuntur pro questionis resolutione, num. 34.*
- 33 *Andreas Marchesius Praeses S.R.C. Reg. Antonius Caracciolum, Reg. Jo: Camillus Cacacius, Reg. Jo: Franciscus Marcianus, Reg. Donatus Antonius de Marinis, Reg. Vincentius Raetanus, Consil. Praes R. C. Ascanius Raetanus, & Reg. Consil. Amatus Danio debitum condecorantur laudibus, num. 40. 42. & 49.*
- 35 *Affensus privilegium prestitum per S.M. in anno 1607. super emptione Status S. Angeli recensetur, num. 36.*
- 37 *Affensus Gratia, quæ fuit concessa Muzio Pinello, ut quamvis alienigena posset disponere de Status S. Angeli cum Affensi Proregis, refertur.*
- 38 *Affensus super fideicommisso instituto super feudo bæreditario, an operetur, ut feudum de bæreditario transmutetur in feudum ex pacto, & providentia, vel efficiatur masculinum in exclusionem feminarum, donec mares superessent, num. 39.*
- 41 *Feuda in Regno presumuntur bæreditaria, & non simpliciter ex pacto, non obstante investitura pro haeredibus masculis.*
- 43 *Fideicommissum præcedens cum prohibitione alienandi an revocatum censeatur per secundam substitutionem, per quam conceditur alienandi facultas.*
- 44 *Feudi bæreditarii successor dicitur esse bæres feudi, & in eo succedit tanquam bæres institutus in principio generationis.*
- 45 *Feudi bæreditarii ultimus successor non potest aliquid facere, quin ejus proximior non succedit.*
- 46 *Affensus ad eum requiretur in feudis, quod nulla dispositio valere, aut manere potest sine Affensi.*
- 47 *Affensus super dispositione, vel fideicommisso facto super feudis corruuit, quando qui supplicat pro Affensi non est feudorum utilis dominus, ex quo feuda fuerunt empta in faciem alterius, in quem feudorum dominium erat translatum.*
- 48 *Affensus an requiratur in fideicommisso, vel alio contradicunt, sive dispositione facienda in beneficium proximi; & immediati successoris in feudo, num. 50. 53. 54. & 56.*
- 51 *Feudarius non potest aliter disponere, ut hoc, vel alio modo successor feudum habeat, quam ipse defunctus tenet, & habet.*
- 52 *Substitutione, aut fideicommissum an valeat in Regno in feudis omnino bæreditariis ad quoscumque bæredes transitorii.*
- 55 *Affensus an dicatur praefitus, concessa testandi facultate super feudis.*
- 57 *Fideicommissum factum sine affensi super feudis, an validum reddatur ex aditione facta per successorem, perinde quasi obligatus videatur in vim pacti.*
- 58 *Successio defertur primogenito in feudis, ubi vivitur jure francorum.*
- 59 *Testamentum, sive alia dispositio, quæ nulla est respectu bonorum feudalium, an sit quaque nulla quoad burgensatica ex mente disponentis.*
- 60 *Legato feudo cum instrumento, si testator post legatum alienavit fundum, & non instrumentum, legatarius non poterit instrumentum petere.*
- 61 *Reg. de Marinis distinctione rejicitur, num. 62. & num. 67.*
- 63 *Legato servo an censeatur legatum peculium.*
- 64 *Fideicommissum factum super feudis, & burgensaticis, si super feudis substitueri non potest, ad hoc ut super burgensaticis substitueri, est demonstrandum, defunctum dispositum de burgensaticis, tanquam a feudo separatis, num. 65. & 68.*
- 66 *Revocatio venditionis feudi virtute Constitutionis, Constitutionem Divæ Memoriæ, operatur, nedum respectu feudi; sed etiam respectu burgensaticorum in eodem feudo existentium, licet burgensatica dividua, & separabilia sint.*
- 69 *Testator an possit res proprias bæredis per fideicommissum relinquere, vel legare; & an ex hac dispositione transferatur dominium in legatarium, vel fideicommissarium, num. 70.*
- 71 *Hæres adeundo fine beneficio legis, & inventarii an videatur quasi contrabere cum legatariis.*
- 72 *Testator gravando bæredem onere fideicommissi quoad bona propria bæredis, an dictorum bonorum alienationem prohibere videatur.*
- 73 *Occurrunt Doctoribus allegatis per Reg. de Marinis, num. 74. 75. & 76.*
- 77 *Bona fideicommisso subiecta possunt hypotecari pro excequenda testatoris voluntate, vel pro emenda re, quam testator emi mandaverat, num. 78.*
- 79 *Alic-*

416 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

79. *Alienatio rei alienari prohibite sustineatur, & licita videtur pro emenda re, quam emisset Testator, si oblitera ei fuisset occasio.*

ARGUMENTUM.

Feudum quando dignoscatur esse ex pacto, & providentia, vel cum qualitate hæreditaria; Fideicommissum institutum super feudo an reddat feudum ex pacto; Substitutio an possit fieri super feudo ab illo, qui non habet dominium feudi, ex quo feudum fuit emptum in faciem alterius, licet de pecunia fideicommittentis; Fideicommissum institutum super feudo si redatur nullum, num censeatur esse quoque nullum respectu bonorum allodialium ab ipso feudo separatorum, & num fideicommissum relictum super bonis hæredis dicatur ratificatum, & acceptatum saltem invim pacti per hæreditatis aditionem; Extollitur Reg. Confliar. Amatus Danio; & ejus celebre Responsum imprimitur.

DECISO V.

Eminentissimus Cardinalis Pinellus cupiens in anno 1607. emere ab Ill. Comite Celani Statum Civitæ Sancti Angeli pro Paride Pinello suo nepote, suisque hæreditibus, & successoribus masculis, eisque deficientibus, pro fratribus patruebus, seù consobrinis dicti Paridis, filiis Joannis Augustini, Regium assensum à Sua Catholica Majestate petiit, & obtinuit, in cuius precibus exposuit, velle dictum feudum à dicto Ill.

Comite emere, prout, & quemadmodum dictus Ill. Comes tenebat, & possidebat pro persona Paridis Pinelli sui nepotis, pro se, suisque hæredibus, & successoribus masculis, & si dictus Paris decederet absque filiis masculis, petiit ad feudorum successionem esse habilitandos, & admittendos fratres patrueles, seù consobrinos dicti Paridis filios Ioannis Augustini Pinelli, ita ut dicti fratres consobrini succedere possent, prævia investitura cum clausula pro se, suisque successoribus ex corpore legitimè descenditibus masculis, & quia tamen dictus Paris, quam ejus fratres consobrini erant alienigenæ, petiit, quod si contingerit vendi, vel alienari per ipsos dictum Statum, possit Prorex dispensare, non obstante, quod essent, exteris, & alienigenæ, quemadmodum Regium assensum obtinuit. Quo assensu obtento, sicut per dictū Eminentissimum Cardinalem emptum dictum feudum, seù Status Civitæ Sancti Angeli à dicto Ill. Comite, mediante persona Pauli Grilli Procuratoris ad commodum, & in personam dicti Paridis, cum declaratione, quod pretium ducatorum centum viginti mille erat de pecunia propria præfati Cardinalis, & dictus Paris, dicta emptione peracta, constituit dictum Eminentissimum Cardinalem Procuratorem pro administratione, & Gubernio dicti Status ejus vita durante, & ad illum vendendum, alienandum, & obligandum in amplissima forma.

Verum, quia idem Cardinalis dubitavit, quod deficientibus tamen Paride, quam filiis Joannis Augustini masculis, feminae fuissent exclusæ, dum in dicto assensu obtinuerat, quod per mortem dicti Paridis absque filiis masculis, succederent filii masculi descendentes ex dicto Ioanne Augustino, iterum in anno 1608. petiit, dictam feminarum exclusionem intelligi existentibus filiis masculis Joannis Augustini, verum illis deficientibus, quod succedere possent feminae, & quod Prorex, cui est prohibitum assentire alienationibus feudi faciendis per exteris, ut erat Paris, posset, si alienari contingerit, assentire, & ita simuliter obtinuit, qui duo assensus fuerunt registrati.

Cumque dictus Eminentissimus Cardinalis rem melius cogitasset, & volens dictum Statum nullo pacto posse alienari per superdictos successores, alium petiit assensum quo

quo obtinuit, quod post mortem ipsiusmet Cardinalis non possint præfati successores illum alienare, nec obligare, nisi in casibus à jure communi, vel municipaliter permissis, ut ex assensu obtento in anno 1609. qui assensus fuit registratus. Et cum in anno 1611. dictus Eminentissimus Cardinalis ab hac vita migrasset suum ultimum condidit testamentum, quo expressè voluit, dictum Statum esse semper, & in perpetuum conservandum in sua familia, & instituendo d. Paridem hæredem universalem, expressè prohibuit, ut nullo futuro tempore posset vendi, nec alienari, aut obligari, sed semper conservari in familia Pinella, ejusque descendenter deberet, & quod in eo succedere deberet semper ille, qui obtinuerit locum primogeniti; defunctoque dicto Cardinale, dictus Paris obtinuit immisionem hæreditatis, & cum vixisset usque ad annum 1623. multaque contraxisset debita in anno 1616. ex quo Mutius Pinellus filius Ioannis Augustini jaestabat habere jus succedendi in dicto feudo, Paris instituit iudicium jaestantiæ in S. C. & prævia sententia ejusdem S. C. declarari fecit nullum jus, nullamque actionem competere, nec competuisse dicto Mutio respectu alienationis, dispositionis, sive obligationis per dictum Paridem de, & super bonis feudalibus in judicio deductis facienda, servata forma regiorum assensuum registratorum, & in actis deductorum, mortuo tandem dicto Paride absque filiis, fuit in anno 1626. decreto S. C. lato in Regio Collaterali Consilio, junctis duabus aulis immisus dictus Mutius filius dicti Ioannis Augustini in possessionem dicti Status Sancti Angeli.

At quia medio isto tempore ad instantiam creditorum dicti Paridis per Regium tunc temporis Consiliarium Sanfelicum causæ Commissarium fuit ordinatum sequestrum, tam bonorum burgensaticorum, quam feudalium, & deinde in anno 1630. per S.C.mandatum, quod procederetur ad venditionem dicti Status, à quo decreto fuit pro parte dicti Mutii reclamatum, contendens non posse procedi ad venditionem ex pluribus. Et primò dicebatur, dictum feudum vigore assensu anni 1607. & 1608. esse ex pacto, & providentia, & per consequens inalienabile, ipsumque Mutium venire ex propria persona, quod fundabatur, nam Status Sancti Angeli fuit emptus

ex pecunia Cardinalis à Paride, & assensus fuerunt concessi à Rege ad preces Cardinalis (& propterea dixit Isern.in cap. 1. §. & filibellum nu. 10. circu finem de alienat. feudi pater. quod id, quod contemplatione mea datur, mihi datur, & nu. 13. cujus contemplatione dari, cujus pecunia feudum acquiritur) quod nulli dubium esse vim, & robur investituræ habere, juxta tex. in l. obvenire. 130. ff. de verb. signif. §. fin. istit. de tutel. ubi glos. in verbo confirmamus, Isern. in cap. 1. num. 9. & 10. qui succ. teneant, Afflict. in cap. Imperiale §. Præterea si quis versic. & eadem ratione de prohibita feudi alienatione per Federic. & in decis. 112. Freccia de subfeud. lib. 2. q. 17. §. bic quero num. 12. videtur enim per occultationem unius actus, juxta tex. in l. singularia ff. sic cert. pet. feudum siquidem censemur à Comite Celani refutatum Regi, à quo ad contemplationem Cardinalis, de cuius pecunia emebatur, Paridi concessum, ut Bald. in 4 cap. si facta si de feud. defunct. fuer. controv. col. 1. vers. sed quid si vendidisset, Amat. conf. 10. Rovit. conf. 24. lib. 1. Marciān. conf. 69. nu. 16. lib. 2. nec est novum Patruum pro nepote investituram obtinuisse, illamque Regem Cardinalis contemplatione concessisse, ut Curt. de feud. par. 2. col. 4. Capyc. in investitur. verbo feudi acquisitione versic. secundo limita, quæ Paridis acceptatione remansit confirmata, Capyc. ubi supra, Alex. conf. 22. & 24. col. 2. unde Cardinalis Pinellus voluit, ad Statum prædictum post Paridem, & illius filios, & descendentes masculos, filios Ioannis Augustini & dmittendos fore, & cum disponens loquitur de hæredibus, intelligitur de liberis, & descendantibus masculis, & proinde feuda judicanda sunt ex pacto, & providentia, ut Isern. in cap. 1. §. & filibellum de alienat. feudi pater. num. 10. versic. Idem videtur, Loffred. conf. 1. post num. 134. 135. & 138. Camill. de Curt. fol. 69. nu. 57. Cumia in cap. si aliquem in prælud. num. 190. Freccia de subfeud. lib. 3. tit. de form. investit. nu. 22. limit. 1. Marciān. senior dict. conf. 69. num. 34. lib. 2. Artaman. Pistor. q. 3. num. 12. Menoch. conf. 104. num. 1. & 5. cum seq. Et quamvis respectu Paridis de hoc dubitari possit, respectu tamen Mutii, aliorumque filiorum Ioannis Augustini dicebatur, dubitari non posse, quin videretur immutata prima feudorum natura, cum sint vocati post mortem Paridis sine filiis masculis, vel

418 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

immediate post istos cum clausula pro se, & suis successoribus ex corpore legitimè descenditibus masculis, ex qua vocatione, & nova qualitate videntur sub diversa specie erecta, ad tex. in Ius civile 6. ff. de just. & jur. Bald. in cap. 1. §. insuper in fin. de probibit. feud. alien. per Federic. & in cap. 1. de vassal. decrep. et al. col. 8. verific. unde quid si mutatur, Lanar. cons. 8. nu. 12. & 15. & cons. 12. nu. 6. Praef. Amat. cons. 100. nu. 88. quod facere potest dominus etiam in præjudicium successorum cum consensu vassalli, Camer. in cap. 1. an Agnat. q. 18. nu. 125. Albert. Brun. inter cons. feud. divers. cons. 15. num. 5. & maximè quando sumus in primo acquisitore, qui non sui contemplatione, nec de sui pecunia emit, Petr. Gregor. de concess. feud. p. 3. q. 3. num. 4. Anton. Amat. var. resol. 4. num. 1. Rovit. cons. 83. n. 27. lib. 2. & propterea Freccia de subfeud. lib. 3. tertia forma investit. nu. 16. dixit, feudum quoad 6 quosdam descendentes possè esse ex pacto, & providentia, & quoad alios hæreditarium, & hoc venire ex formula investituræ, quæ cum concipitur modo supradicto, vel esset ambigua, & per interpretationem juris, ad evitandum repugnantiam, respectu diversarum personarum, diversam retinet naturam, dum contractus legem ex conventione accipiunt, ut in l. 1. §. si convenerit ff. de pos. & Camer. in cap. 1. an agnat. q. . . . n. 45. dixit, quod si Rex concederet feudum sub communi investitura pro te, & hæreditibus tuis ex tuo corpore descendantibus, & adderet, quod deficientibus masculis, talis agnatus, & descendentes tui succedant, quod respectu talis agnati esset ex pacto, & providentia, & respectu hæredum tuorum legitimè descendantium esset hæreditarium, quem sequuti fuere, Camill. de Curt. in diversorio feudal., fol. 59. num. 36. Marcius sen. cons. 69. nu. 32. lib. 2. cum ergo Mutius Pinellus filius ex Ioanne Augustino primogenitus sit vocatus, deficientibus hæreditibus masculis legitimè descendantibus ex Paride, respectu dicti Mutii mutata dicitur natura feudi, & Status Sancti Angeli, & respectu sui effectum esse ex pacto, & providentia; licet respectu Paridis posset dici hæreditarium.

Ad quod totum magis comprobandum ponderabantur verba illa afferens, nempe dum 7 Rex dixit, fratres consobrinos dicti Paridis Ioannis Augustini filios, bables, ac idoneos,

& capaces esse, ut casu quo dictus Paride vivis decederet, nullis à se filiis masculis legitimis relictis, in prædicto Statute Sancti Angeli eidem Paridi succedere possint, & valeant, successoresque nominentur, & sint pro se, & suis successoribus ex corpore legitimè descendantibus masculis, videntur dicta verba duò importare, scilicet (illa succedere possint, & valeant) habilitare filios Ioannis Augustini ad succedendum, qui dum erant Paridi in gradu vigore Constitutionum, & Pragmaticarum, veniebant exclusi, & simul illos vocare principali providentia, & pacto ad successionem; mortuo Paride sine filiis masculis, & illa verba (successoresque nominentur, & sint) inducere vocationem ex propria persona, quia sunt verba directa civilia, ut DD. in l. centurio ff. de vulg. Peregr. de fideicom. artic. 34. num. 49. & est tex. in l. his verbis 48. ff. de bæred. instit. & verba directa civilia ejus sunt natura, ut quis de manu sua capiat, & dicuntur directa principaliter, ad vocatum, ut Bart. in l. eam, quam 7. C. de fideicom. & sic vocatus, & quasi successor habet, & accipit non jure hæreditario, sed beneficio ejus, qui dedit, l. cum patronus ff. de leg. 2. l. si ad arrogator, §. sed nec impuberi ff. de adopt. & perinde Mutius habere debet feudum, sive statum prædictum ex providentia Regis, & pacto Cardinalis, ut Isern. in cap. 1. §. donare ante num. 7. qualiter olim pater feud. alien. 8 Et licet verbum successor, sit generale, ita ut comprehendat successorem cum qualitate hæreditaria, & sine, ut in cap. 1. de successor. feud. & cap. 1. §. Corradus de his, qui feud. dar. posse. & cap. 1. de grad. succendent. in feud. in feudo tamen intelligitur absque qualitate hæreditaria, & sic in feudo ex pacto, ut Isern. in cap. 1. §. pr. etereà, que fuit prima causa col. pen. ibi, quod melius videatur, per tex. in l. etiam si in rem ff. de jur. jur. Camer. in cap. 1. an agnatus q. 21. num. 147. in fine, qui num. 148. dicit, quod si alias diceretur, Prælatus, qui vocatur successor, ut in cap. unico, qui success. teneantur esset hæres, quod est falsum, nam succedit in feudo non ex testamento, vel ab intestato, sed ex successorio feudorum, ut Bald. in cap. 1. col. 2. de success. feud. & proinde in propria significacione verbum successor, comprehendit successorem ex propria persona, cap. unico, qui success. teneantur, Bald. in l. cum Avus, & ibi Soccin. C. de fideicom. Menocb. cons. 958. & pre-

*pr. sumpt. 89. num. 57. lib. 4. at proinde dum assensus loquuntur per verbum *succedant*, & *successores* sint filii Ioannis Augustini, vocati videntur, & feuda ex pacto resipiunt, quae successione transferuntur, feuda vero hereditaria, transmissione, ut in cap. I. de duobus fratrib. cap. I. §. penult. de bis, qui feud. dar. poss. cap. I. §. si clienties de alienat. feud. cap. I. si *Vassallus* feud. privat. Ifern. in d. cap. an agnatus, Tbom. de Marin. de generat. & qualit. feud. lib. I. prime rubri- ce, de Georgio in repetit. feud. cap. 46. nu. 7. & seq.*

Ultrà quod etsi verbum *successor*, importaret heredem, in hoc casu respectu Mutii filii Ioannis Augustini Pinelli debet intelligi de herede sanguinis, nam in feudis licet detur 9 hæres ratione sanguinis, hæres ratione hereditatis, & hæres feudi, Mutio tamen Pinelli sufficit qualitas sanguinis, cum de per se principaliter contemplatus, non debet esse hæres hereditatis, nec videtur vocatus cum qualitate hereditaria, & ideo non est hæres feudi, ut Camer. in cap. Imperialem §. præterea Ducatus, de Ponte conf. I. 3. nu. 4. & 8. & conf. 52. num. 7. quia vocatus à Rege sui contemplatione, vel Cardinalis Pinelli, non autem Paridis, non tenetur esse ipsius hæres, quamvis primi acquirentis, ad tradita per Ifern. in cap. I. §. & si libellum num. 10. & 11. de alien. feud. pater. Camer. in cap. I. an agnatus part. 3. num. 27. & q. 7. num. 71. & ad p. 3. Camil. de Curt. in diversorio feudal, fol. 58. num. 15. & ex his si feudum, sive Status Sancti Angeli est feudum ex pacto, & prvidentia, non potest esse obnoxium creditoribus Paridis, & per consequens, decretum 10 ordinans ejus venditionem esse nullum dicebatur, quia Paris possessor etiam cum assensu, non poterat obligare feudum in personam Mutii, cap. I. an agnatus, ubi DD. & Camer. num. 52. per tex. in l. 3. ff. de interdict. & relegat. junct. al. 4. ff. de jur. patr. Frecc. de subfeud. lib. 2. differ. 6.

Secundò dicebatur alienari non posse dictum Statum, ex quo in eo aderat fideicommissum appositum à dicto Eminentissimo Cardinali, prout patet ex eisdem verbis suppli- cationis porrectæ Suæ Catholicæ Majestati, & ex gratia à Rege obtenta, cui fuit suppli- 11 catum concedi assensum pro Paride se, suisque heredibus, & successoribus masculis, & moriente dicto Paride absque descendantibus masculis, succederent filii Ioannis

Augustini fratris secundogeniti ejusdem Cardinalis, quæ verba important substitutionem, & fideicommissum ab beneficium filiorum Ioannis Augustini, & per consequens Mutii filii dicti Ioannis Augustini, ita quod dum mortuus est Paris absque filiis, & descendantibus masculis, dictus Mutius acquirit statum tanquam ex propria persona vocatus à Cardinale, cum sit purificata conditio, moriente Paride absque filiis masculis descendantibus, & per consequens hypothecæ, & obligationes medio tempore contractæ, jam fuerunt resolutæ, ad tex. in l. fin. §. sin autem sub conditione C. commun. de legat. quæ substitutio quotidie practicatur, ut Glof. in l. Lutius la seconda ff. de hered. instit. & secundum dictæ Gl. opinionem decisum dicit Guid. Papa decis. 39. in Rota Florent. Magon. decis. 21. num. 14. Peguer. decis. 100. Tbes. decis. 96. nu. 6. Farinac. decis. 100. to. 1. part. I. Grivell. decis. 125. num. 52. Peregr. de fideicom. art. 28. num. I. Gaill. obser. 136. lib. 2. Castill. decis. 18. nu. 60. tom. I. Anna allegat. 134. num. 5. Capyc. decis. 115. Vivius decis. 393. Regens de Ponte conf. 39. nu. 4. lib. I. Amat. conf. 91. Fusar. de sub- fit. q. 437.

Nec dubitari posse dicebatur de tali fideicommisso, nam dum in dictis gratiis, sive assensibus dicitur, quod filii Ioannis Augustini 12 succedere possint, & valent Paridi morienti absque masculis, successorisque nominentur, & sint pro se, & suis successoribus masculis, necessario dicendum erit adesse fideicommissum, cum hoc non possit fieri, nisi per fideicommissum, & substitutionem fideicommissariam, nam dicta verba important, quod filii Ioannis Augustini succedant Paridi ex voluntate, & dispositione Cardinalis ementis de sua pecunia, & Regis concedentis, & assentientis ejusdem Cardinalis contemplatione, juxta tex. in l. filios familias §. ut quis heredem ff. de leg. I. & l. ex facto in princ. ff. ad Trebell. ubi si quis Titium heredem instituat, quem gravat, ut ipso herede mortuo faciat suum heredem Cajum, quod importat fideicommissum, aded quod censetur gravatus de restituendo Cajo, & sic dum Cardinalis emens voluit, & Rex sic assentit, quod mortuo Paride absque filiis masculis, succederent, & successors nominentur, & sint filii Ioannis Augustini, necessario dicendum erit adesse fideicommissum, & necessarium

420 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

restitutionem, nām aliās esset in potestate Paridis alienando efficere, nē filii Ioannis Augustini sint successores contra voluntatem, & dispositionem Cardinalis, ut Petrus Jordanus Ursinus de feud. in 1. art. n. 19. Imdū in gratiis fuit dictum filii Ioannis Augustini, dicuntur vocati ex propria persona ex illa dictione filii, ut Clar. in §. feudum. q. 8. num. 3. Intriglio de feud. cent. 1. q. 49. Camill. d. Curt. in divers. feud. p. art. 1. fol. 57. at. nu. 9. I. Andr. Georg. in repetit. feud. cap. 46. nu. 15. vers. stat ergo, & hoc licet essent vocati hæredes Joannis Augustini adhuc venirent ex propria persona, ut Franc. decis. 525. Camer. in cap. 1. q. 3. num. 45. vers. nec obstat, an agnatus, & quamvis in feudo non possit fieri fideicommissum, hoc procedere absque Regis assensu; At cum Rex concedit quā agitur de ipsa feudi erectione, & propterea dicitur feudum ex pacto, & provi-

13 dentia Regis, scilicet concedentis, & pacto primi acquirentis, ut Andr. in dict. cap. 1. col. 1. an agnat. Camer. in dict. cap. Imperiale car. 97. lit. P. & Q. & in praesenti casu agitur de feudi dispositione, nām Cardinalis emens, emendo disponit pro Paride, & filiis Ioannis Augustini, & in hoc Rex assentitur, & sic assensus intervenit ad validandum actum, & contractum emptionis, undē removetur obstaculum tantum, quod in feudis consideratur, nē alienentur, & in alium transferantur, ut Andr. in d. cap. Imperiale num. 12. Camer. ubi supra car. 43. lit. M. Reg. de Ponte de pot. Proreg. tit. de refut. feud. §. 3. num. 24. §. 10. num. 28. & §. 11. num. 17. quia benè adest in hoc casu assensus, & feudum dicitur fideicommissatum, & proinde videtur vocatus dictus Marchio Mutius Pinellus, ut filius Ioannis Augustini, & per consequens omnes hypothecae à Paride contractae sunt extinctae, d. l. fin. §. sin autem sub conditione C. com. de legat. cum in præjudicium fideicommissi illas contrahere Paris non poterat, ut Camer. in d. cap. 1. q. 18. num. 126. an agnat. Camill. de Medic. conf. 2. 3. & 4.

Tertiò dicebatur, quod etsi non adesset fideicommissum super feudo, & Statu prædicto Sancti Angeli, adhuc decretum est nullum, nām erant deducenda bona allodialia, seu burgensatica dicti Status, super quibus dubitare nemo potest adesse fideicommissum favore filiorum quondam Ioannis Augustini, & successivē dicti Marchionis Mutii,

& hoc non solum si bona prædicta considerentur Cardinalis, in cuius testamento legitur prohibitio alienandi Statum Sancti Angeli, ut in familia conservetur, cum notissimi juris sit, posse nos non solum legare, & per fideicommissum relinquere res nostras, sed ejus quem hæredem insti tuimus, l. heredum C. de fideicom. §. non solum iustit. de legat. DD. in l. si quis ita rogatus 9. §. 1. ff. de manu miss. testam. etiam si bona, quæ verè in dominio hæredis sunt, nostra esse putamus, l. unum ex fam. §. si rem ff. leg. 2. Peregr. de fideicom. art. 33. num. 5. undē posita validitate fideicommissi, justè dictus Mutius vocatus, & auctore Prætore effectus dominus, & possessor dictorum honorum, creditores excludit, cum stante morte Paridis absque filiis masculis, eorum causa habeatur, ac si ab initio non fuisset nec scripta, nec celebrata, ut in d. l. fin. §. sin autem sub cond. vers. sin autem avaritiae cupidine C. comm. de legat. nec Mutius respectu suæ personæ indiget aliqua actione ad bona prædicta acquirenda; Cum sit in dominio, & possessione eorum, vigore decreti S. C. & est tutus tali exceptione adversus creditores Paridis, ut Bart. in l. rem alienam nu. 14. ff. de usucap. & Negusant. de pign. 2. memb. art. 2. num. 57. vers. & hoc, ut Alciat. in l. 1. num. 26. vers. receptum tamen est ff. de leg. 1. tantòque magis, quod dictum fideicommissum fuit acceptatum à Paride per adiunctionem hæreditatis dicti Cardinalis, quæ sufficit, ut hæres videatur acceptasse gravamen testatoris, & eidem consentire, ut Bald. in l. 1. num. 28. C. com. de leg. Peregr. d. art. 33. num. 8. Et rationis est ratio, quia dūm Paris adiavit hæreditatem Cardinalis, nedūm videtur se obligasse in vim pacti ad observantiam substitutionis, juxta tex. in l. cum à matre C. de rei vendicat. Hodiern. car. 20. 44. num. 9. Rocc. de officiis rubric. 13. §. 6. nu. 144. & 195. sed quasi contraxisse cum Ioanne Augustino, Mutioque filio legatariis, & fideicommissariis habentibus causam à Cardinale defuncto, in cuius locum subintrant, & propterea tenetur ex suo quasi contractu, ut in l. ex maleficiis §. hæres de action. & obligat. Affiliatus decis. 111. n. 17. Petr. Peral. in l. heredum nu. 27. ff. de ley. 2. fol. 276. Fons tanel. de part. nupt. 20. 1. claus. 4. gl. 5. num. 3. & hypothecas contractas invalidè super dictis bonis burgensaticis, fuisse constitutas, ut DD. in l. fin. C. de reb. alien. non alien. Nec do-

dominium eorum in creditoribus Paris transferre poterat, quia voluntas Cardinalis testatoris debebat pro lege observari, & Paris haeres adeundo hereditatem, obligatur ad non alienandum ex suo quasi contra dictum, ad textum in §. haeres insit. de obligat. que ex quasi contr. ut Joan. Crot. in l. filius fam. §. diuini n. 40. 2. lectura ff. de leg. I. mutata prima sententia expendens textum. in l. si quis ita sit legatus ff. de manu testam. & tenet laicam in dict. §. Divi in 2. lectura sub n. 88. & sic dum Cardinalis prohibuit alienationem, & ipse Paris prohibitioni consentiit, debet esse efficaciter obligatus, ut Cephal. conf. 153. num. 100. & Petr. Peralt in comment. ad dictum lunum ex familia §. si rem num. 5. & 6. ff. de leg. I. & quamvis DD. allati à Praefite de Francib[us] decisi. 298. teneant, dominum rerum alienari prohibitum transferri intelligitur, quando prohibitio est tacita, non verò expressa, vel quando est sine causa, & in casu nostro, adeo expressa Cardinalis prohibitio, & cum causa, ut bona illa in familia, & descendantibus suorum nepotam, perpetuū conserventur, ut observat Molina de Hisp. primog. lib. 1. cap. 6. num. 30. & Ripa in d. §. Divi num. 55. & ex his dicebatur debet declarari nullum dictum decretum, ordinans venditionem dicti Status, vel saltem deduci bona burgensatica.

Pro creditoribus verò replicabatur pro confirmatione dicti decreti. Et quoad primum respondebatur, feuda, seu Statum predictum Sancti Angeli esse hereditaria, & non ex pacto, & providentia, ut ex eiusdem assensibus constare dicebatur. Et primò, quia dum Cardinalis emptor in sua petitione Regi porrecta dixit velle dicta feuda emere, prout, & quemadmodum Ill. Comes Celani illa tenebat à Regia Curia pro Paride, suisque hereditibus, & successoribus masculis, & clarissimum fit, dictum Comitem Celani illa tenuisse, & habuisse, ut feuda hereditaria, necessario dicendum erit, quod eodem modo voluit Cardinalis, & cum eadem qualitate hereditaria penes successores per eum vocatos devenire dicta feuda. Secundò, quia in eiusdem assensibus Cardinalis petiit, quod Prorex teneretur Regium assensum prestatum, si contingit feuda predicta alienari, non obstante, quod dictus Paris ejusque fratres cōsobrini essent exteri, & alienigenæ, & cum hisdem conditionibus, & clausulis, quibus

ipsis Regniculis assensus conceduntur, ergo dum Cardinalis noluit in alios dicta feuda alienari; Imò expresse permisit feudorum alienationem, & ad hoc ut facilius fieret, obtinuit, ut quod erat exteris denegatum, ipsi 18 Paridi ejusque successoribus esse solo Proregis assensu permisum fieri, dicendum erit dicta feuda esse hereditaria, & non ex pacto, nam alias essent inalienabilia, ad textum in cap. 1. de alienat. feud. pater. & ibi DD. Isern. in dict. §. & si libellum 3. col. vers. quid ergo, Iacob. but de Frimab. in pr. elud. feud. n. 1 i. & seq. in cap. 1. §. sed & res per quos fiat investitura, & in cap. 1. §. parro qualiter olim poter. feud. alien. & dum voluit sufficere assensu Proregis alienationi cum eisdem clausulis, & conditionibus, quibus ipsis Regniculis assensus conceduntur, & in Regniculis non potest dubitari assensus expediri cum qualitate hereditaria, ergo negari minimè poterit, in dicto Statu Sancti Angeli deficere dictam qualitatem hereditariam; Tertio nam feudum fuit emptum pro Paride, suisque hereditibus, & successoribus masculis, inter quos mortuo Paride absque illis, succedere possent filii Ioannis Augustini, de quibus est Mutius, & ex investitura Paridis non potest dubitari quin sit feudum hereditarium, ut Iacob. de Belvif. in cap. 1. de eo, qui sibi & hered. mascul. Loffred. conf. 1. n. 43. Isen. in cap. 1. an agnatus, Pistor. 10. 2. p. 1. q. 3. n. 39. & seq. sequitur, quod Marchio Mutius vocatus ad successionem dictorum feudorum, ut successor Paridis, sit vocatus cum qualitate hereditaria. Quartò dicebatur aperte costare, dictum feudum esse hereditarium ex verbis assensus appositis post admissionem tam Paridis, quam filiorum Ioannis Augustini, ibi, que omnia sunt, & esse debeat omnibus quibus interest, aut intererit, ejusque hereditibus, & successoribus ex corpore eorum legitimè descendantibus, dum ergo consideratis tam Paride, quam filiis Ioannis Augustini, vult quod successores eorum vocentur cum qualitate hereditaria, frustra dubitatur, an feudum predictum respectu Mutii sit hereditarium, cum fuerint vocati successores cum eadem qualitate, tam ad praesens, quam in futurum, ibi, interest, vel intererit, uti heredes, & successores morientis, quod quidem ex omnium sententia facit feudum cum qualitate hereditaria, ut Isern. in d. cap. 1. §. & si libellum col. 2. vers. quid si acquisivit, Constitutione

422 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

rutio Regni, ut de successionibus in 2. & 4. col. & sic in praxi servari ait Franc. decis. 387. post num. 4. usque ad finem.

Tandem dicebatur hoc expressè haberi declaratum ab eodemmet Cardinali emptore, qui ex eo, quod sciebat dicta feuda esse alienabilla, & ideo hæreditaria, voluit alium impetrare assensum in anno 1609. cum quo prohiberetur alienatio dicti Status, prout obtinuit, licet non habuisset effectum, ex quo non fuit registratus, ergo frustrè diceretur impetratus dictus assensus, si feuda essent inalienabilia, sed quia dictus Cardinalis sciebat illa posse alienari, meritò alium petiit assensum, igitur clarissimè habetur, dictum feudum esse hæreditarium, & non ex pacto.

Nec amplius dubitari posse dicebatur, nam hoc idem fuit declaratum, prout superius diximus sententia S. C. ad instantiam dicti Paridis, tempore quo dictus Mutius in anno 1616. iactabat debere succedere in dicto Statu, cum qua sententia fuit declaratum, nullum jus competisse, nec competere praedicto Mutio respectu alienationis, dispositionis, seu obligationis per Ill. Marchionem Paridem de. & super bonis feudalibus in iudicio deducendis faciendæ, servata forma regiorum assensum registratorum, & in actis deductorum, ex quibus verbis apertissimè constat, dicta feuda fuisse declarata cum qualitate hæreditaria, non autem ex pacto, dum in eis sunt permisæ alienations, dispositions, & obligationes cum assensu, & non in feudis ex pacto, ut *Ifern. in cap. 1. in fin. qui success. ten. in cap. 1. §. hoc quoque de success. feud. & in cap. 1. de alienat. feud. pat. Pistor. tom. 2. p. 1. q. 14. num. 34.* nec amplius dubitari posse, quin dictum feudum sit hæreditarium, nam sumus in Regno, ubi etiam si assensus non adest cum dictis clausulis, in dubio, adhuc præsumeretur hæreditarium, cum taliter omnia feuda in Regno præsumantur, ut *Minadog. conf. 10. n. 7. Lanar. conf. 60. num. 37. Regens de Curt. In suo divers. fol. 45. num. 11. Barnmacar. in tit. si de feud. defunct. fuer. content. q. 14. n. 100. Regens Tapia decis. 2. nu. 238. & decis. 6.*

Ulterius dicebatur amplius dubitari non posse ex alio, nam dum locutus fuit tam Cardinalis petens, quam Rex concedens per verbum pro hæredibus masculis, quis unquam dubitavit, quod feendum dicatur hæreditarium, ut *Gratus in conf. 4. vol. 1. Pistor. to. 2.*

p. 1. q. 1. num. 48. & q. 3. num. 17. & sic practicatum dicit Rosenthal. de feud. cap. 2. conclus. 44. lit. C. & conclus. 45. Intrigliol. de feud. in cent. 1. q. 48. nu. 63.

Tandem dicebatur ad validandum magis creditorum jura, quod etsi praedicta feuda essent ex pacto, & providentia, prout non sunt, sed hæreditaria, quod adhuc non possit dubitari, quin dum Paris sit primus acquisitor dictorum feudorum, & feuda sunt empta in sui caput, nec unquam ulla facta fuit recognitio in beneficium Cardinalis, nec de pretio, vel de corpore feudi cum assensu, quod potuit in beneficium creditorum illa Paris obligare, & hypothecare, cum certissimum sit, feuda etiam ex pacto, & providentia simpliciter respectu primi acquirentis habere vim hæreditarii, ut *GL communiter approbata. in cap. 1. §. hoc quoque in verbo investire. de success. feud. argum. t. si plures §. in arrogato ff. de vulg. & pup. l. i. & l. liberi ff. de assignat. liber. & l. 4. ff. de jur. patr. junc. l. cum patronus §. 1. ff. de oper. libert. Ifern. in d. cap. 1. an agnat. Camer. in repetit. §. preterea Ducatus lit. V. & seq. fol. 96. à t. in fin. de probib. feud. alien. per Feder. Franc. decis. 368. num. 4. & 5. Pistor. to. 2. p. 1. q. 4. num. 42. Intrigliol. dicta cent. 1. q. 50. num. 36. & quamvis feuda praedicta fuerint empta ex pecunia Cardinalis, non per hoc Cardinalis potest dici primus acquisitor, nam clarum est in jure, feuda empta in caput alterius de propria pecunia mea, dominium eorum esse illius, in cuius caput feuda fuerunt empta, & ille dicitur primus acquisitor, ad tex. in l. 1. & l. multum interest. C. si quis alteri, vel sibi, Bart. in l. instrumen- ta in fin. C. de fid. instrum. lib. 11. & in feudis consuluit *Camillus de Medic. conf. 109. n. 1. in 1. q.* & ita decisum junctis aulis refert *Rovit. conf. 38. per tot.* Nec pretium petere potest Mutius, cum sit tantum creditor in actione personali, & creditores Paridis sint in actione hypothecaria cum assensu, & per consequens præferuntur, ut *Conf. de Georg. alleg. 18.**

Ad secundum vero respondebatur, *nullum* in dicto feudo adeste fideicommissum, tum quia dictus Cardinalis non potuit illud facere, nec à Rege procurare, tum quia non fuit Regi petuum; & tum quia non fuit à Rege concessum. Quod autem Cardinalis illud facere non potuit, dicebatur esse clarum, nam nunquam Cardinalis habuit domi-

dominium dicti Status, sed illum emit pro Paride, qui dedit ligii homagii juramentum, idcirco dum dominium erat Paridis, non valuit Cardinalis facere substitutionem, vel fideicommissum in dicto Statu, vel illud procurare à Rege absque expresso Paridis consensu, super quod consensu requiebatur etiam assensus Suæ Catholicæ Majestatis, ut esset habilis ad transferendum dominium, ut *Andr. in cap. I. §. donare n. 8. qualit. olim feud. poter. alien. Frez. de subfeud. q. 30. num. 15. Camer. in cap. Imperialem cart. 100. lit. S. de Ponte conf. 73. nu. 8. & seq. vol. 2. & de potest. Proreg. tit. de assens. reg. §. I. num. 18. Rovit. in pragm. I. de fide memor. num. 15. 21. & 22.* quod benè explicat *Lanar. in suis repetitionib. feudal. ad cap. I. de success. feud. num. 11. & à num. 113. ad 114.*
Quod verò Cardinalis in assensibus registratis non petiit à Rege fideicommissum, aut substitutionem in beneficium filiorū Io: Augustini fieri posse, apparere dicebatur ex eisdem assensibus, in quibus Cardinalis tres tantum petiit gratias. Prima fuit assensus super emptione facienda dicti Status pro Paride suo nepote, secunda, ut filii Ioannis Augustini succedere potuissent in dicto Statu, à quod dum erant in quarto gradu erant exclusi, dum erat feudum novum, & petiit eos habilitari exclusis fœminis sororibus. Et ultima, quod Paris potuisset dispor-
nere de dicto Statu cum solo Proregis assensu, non obstante, quod esset exterus, & sic ex his nullum fideicommissum, aut substitutionem petiit, sed tantum, quod filii Ioannis Augustini fuissent habilitati ad succedendum Paridi cum moreretur absque filiis masculis descendantibus. **Quod** adeo est verum, nunquam Cardinalem habuisse animum fideicommittendi dictum feudum, nam non solum expressè petiit, & veniam obtinuit, ut possit Paris illud vendere, & alienare, cum solo Proregis assensu, quae omnia fideicommisso adversantur, cum bona fideicommisso subiecta vendi, & alienari non possint, *vulg. jurib. & DD. communiter*, sed talem animum habuisse demonstravit, quando in anno 1609. petiit assensum, nè posset dictum Statum alienare, nisi in casibus à jure permisis, de quo assensu quamvis nulla habita fuerit ratio ex defe-
23 citu executoriationis infra annum, servata forma *Reg. Prag. I. de privil. infra ann. presentand. nihilominus* fatis superque sufficit

ad ostendendam, & declarandam voluntatem, quæ etiam ex actu nullo colligi potest, juxta *tex. in l. fm. ff. de reb. eor. si quidem si in aliis assensibus Cardinalis petiit, fideicommissum, aut substitutionē fieri posse, frustrā novā ad hunc effectum porrexisset supplicationem S. M. cum ex his, quæ geruntur, animus, & intentio agentis colligatur, ut *Cavetta conf. 192. num. 19. & conf. 226. num. 6. Socc. jun. conf. 61. n. 35. lib. 7. Menoch. de præsumpt. lib. 6. cap. 35. num. 20. Surd. decis. 397. & 307. nu. 11.* quia animus, & voluntas declaratur, & verbis, & factis, *I. Paulus ff. rem ratam baberi*, unde cum ex dicto ultimo assensu non registrato satis colligatur intentio Cardinalis in antecedentibus assensibus noluisse fideicommissum petere, amplius hoc in dubium revocandum non erit, cum ex scriptura satis declaratur animus Cardinalis, ad *tex. in l. hæredes palam §. sed si notam ff. de testam. Valenz. conf. 63. num. 131. l. fin. ff. de reb. eorum, Tusc. lit. A. conclus. 336. num. 6. Roman. conf. 179. nu. 11. Bellon. conf. 5. sub nu. 11.* quodque Sacra Catholica Majestas nunquam fideicommissum fieri concessit, constare dicebatur ex eadem lectura assensuum, qui fuerunt concessi cum clausula, *prout dictus Comes Celani à nobis, & à Regia Curia in feudum tenet, & possidet*, qui Comes, dum dictum feudum possidebat cum qualitate hæreditaria, prout omnia feuda in Regno præsumuntur, ut testatur *Affl. decis. 140. Capyc. in investit. feud. in verbo. feudorum genera, vers. hæreditarium*, assensus intelliguntur
24 dati, & præstiti cum eadem qualitate, cum feudorum natura non possit præsumi alterata, nisi specificè hoc fiat, ut *Bald. in cap. I. de capit. Corradi, Lucas de Penna in l. I. col. 3. C. de imponend. lucrat. descript. lib. 10. Lofred. conf. 11. ante num. 26. & 35.*
Quod totum confirmabatur ex aliis considerationibus, & prima erat, nam dum assensus conceduntur super expressis, & S. M. dicit, *quoad expressa tantum, ceteris verò in sui robore, & firmitate permanuris, ac feudi natura, & privilegio in aliquo non mutata*, videtur assensus non interponere circa fideicommissum. Secunda erat, nam dum Cardinalis emit dictum feudum pro Paride, suisque hæredibus, & successoribus, assensus intelligitur præstitus cum eadem qualitate hæreditaria, cum verbum *bæres*, indubitatum sit importare qualitatem hæredi-*

424 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

reditariam, ut *Georg. in repet. feud. cap. 46.*
Camill. de Curt. in divers. feud. part. 1. cap. 54.
Hartman Pistor. lib. 2. q. 1. num. 15. Tertia
 erat, nām si Rex ad petitionem ejusdem
 Cardinalis assensum p̄st̄tit, ut feudum
 p̄dictum possit alienari per Paridem cum
 solo Proregis assensu, quamvis sit exterus,
 evidens est illum non concessisse in fidei-
 commissō, & per consequens dum non adest
 fideicommissum benē posse feudum p̄di-
 tum vendi.

Quoad tertium respondebatur, nullum respe-
 ctu burgensaticorum, sive allodialium adest
 se fideicommissum, tām ex natura, & con-
 ditione ipsorum bonorum burgensatico-
 rum uti separatorum ab ipsis feudis, quām
 ex mente Cardinalis testatoris, qui voluit,
 Statum, deficiente linea masculina Paridis,
 pervenire ad filios, & lineam masculinam
 Ioannis Augustini, & sic locutus fuit te-
 stator de Statu conservando in familia, non

26 autem de particularibus bonis burgensati-
 cis, undē dum dispositio Cardinalis invalida
 sit respectu Status, ex quo assensus est nul-
 lis, nulla, & invalida erit quoque respectu
 burgensaticorum ejusdem Status, etiam
 quod alias separatim de eis disponere po-
 tuisset, cum sit indubitata illa feudistarum
 distinctio, quod in omnī separatis, utile
 per inutile non vitiatur, at in conjunctis,
 vel individuis, sive reipsa, sive destinatione
 disponentis, utile per inutile vitiatur, ut
Scrader. de feud. p. 10. sect. 19. nu. 129. Mon-
tan. in repeti. cap. Imperialem §. præterea si
quis infeudatus nu. 36. vers. sic distinguendū existimō, & vers. secundum caput no-
stræ distinctionis, Rosental. de feud. cap. 4.
concl. 37. nu. 2. & sic Cardinalis disponendo,

27 & fideicommittendo dictum Statum, aut
 consideravit in eo bona allodialia, uti sepa-
 rata, & de eis nulla adest dispositio, aut illa
 consideravit tanquām comprehensa, & uni-
 ta, ac inseparabilia sub dicto Statu, & tunc
 si non valet dispositio ipsius Status, sive
 feudi, neque valebit respectu allodialium,
 quia enim de toto voluit disponere, nulla
 erit dispositio in illa parte, & sic utile per
 inutile vitiatur, ut *Camer. ad declarationem,*
And. in cap. Imperialem §. præterea Duca-
tus à fol. 32. col. 3. lit. N. & fol. 33. col. 1. per
tot.

Ulterius dicebatur, quod aut dicta bona fue-
 runt quæsita cum titulo particulari ab ac-
 quisitione feudi, & titulus appetet separa-

tus, nec sunt addita feudo, & tanquām bona
 separata non dicuntur subiecta, & compre-
 hensa sub feudo, ut *Andr. Iser. in cap. 1. vers.*

28 *si vero probare non poterit de contra. invest.*
 & tali casu non dicerentur subiecta ordina-
 tioni, & dispositioni Cardinalis, qui tantum
 de statu loquitur, aut dictorum bonorum
 burgensaticorum non apparet titulus parti-
 cularis, & erunt judicanda, ut feudalia, &
 remanebunt sub feudo, ut burgensatica, ut
 docet *Camer. fol. 39. vers. nec inconvenit, &*
vers. in quo animadvertisit, Scrader. de feud.
par. 9. sect. 5. vers. conclusio num. 8. & num. 15.
 & sic inseparabilia à feudo, super quā non
 adest fideicommissum, ut *Wembec. conf. 4.*
num. 106. cum seq. vol. 1.

Nec valere potest dicta Cardinalis dispositio,
 tanquam de re hæredis, nām licet possit te-
 stator non solum rem propriam, sed etiam
 hæredis legare, & fideicommittere, hoc in-
 telligi dicebatur primō, quando testator
 scienter rem alienam legat, vel fideicom-
 mittit, secūs quando ignoranter putans es-
 se suam, nām tunc prohibitio, & fideicom-
 missum non valet, ut in §. non solum versū.
quod autem diximus instit. de iegat. l. cum
alienam C. de leg. & in leg. verum §. si tamen
ff. de leg. 1. nām eo casu non tenetur hæres,
neque ad estimationem, ut Paul. de Castro
conf. 268. num. 5. vers. quinto queritur, Tu-
sicus practic. concl. concl. 63. num. 29. idcirco
 cum in casu nostro Cardinalis disposuit, ut-
 potè de re sua de dicto Statu, afferendo
 esse suum, & de eo habere dominium, dūm
 verè erat Paridis, ergo dicta fideicommissi
 ordinatio est nulla. Et quamvis legatum

30 personæ conjunctæ factum, licet ignoran-
 ter de re aliena valeat, ut in p̄senti casu,
 ubi fideicommissum fit à Cardinale Mutio,
 ad *tex. in d. l. cum alienam*, hoc procedere
 respondebatur, quando tām hæres, quām
 legatarius, seū fideicommissarius sunt in
 æquali gradu conjuncti testatori, ut *Bald.*
in d. l. cum alienam post num. 9. vers. videb. quod
hec lex, & in c. 1. §. præterea quib. mod. feud.
amitt. Imol. in l. cum pater §. evidēs ff. de
leg. 2. secūs quando sunt non in æquali gra-
du, prout in casu isto, ubi Paris est conjun-
ctus ex primogenito testatori, & est eidem
*magis dilectus, & per consequens tale fidei-
 commissum non valere.*

Et tandem dicebatur, quod etsi tale fideicom-
 missum valeret, quando fit de re hæredis
 virtute aditionis hæreditatis, non per hoc
 impe-

impeditur dominii translatio, vel hypothecæ in emptorem, vel creditorem hæredis in, & super dicta re ipsius hæredis, juxta Glos. in l. fil. fam. §. divi, & ibi Bart. in l. 3. vers. venio ff. de leg. i. ubi etiam *Cuman. col. penult. vers. sibi lex finalis, Alcint. num. 23. Jason num. 44. & 45. Clar. in §. testamentum q. 7 i. vers. item quero, etiam quod bona hæredis de pecunia testatoris quæsita fuerint, ut Riminald. senior conf. 25. n. 30. lib. i. nam fideicommissarius licet acquirat hypothecam super re sibi restituenda, juxta 3 i tex. in l. 1. C. commun. de leg. intelligitur quando hæres gravatur rem testatoris restituere, & in ea re hypothecam acquirit, scilicet verò, quando hæres gravatur de re propria ipsius hæredis, nam tunc tantum actionem personalem adipiscitur fideicommissarius, seu legatarius ex quasi contractu inito tacite ab hærede ratione aditionis hæreditatis, ut Bald. in dict. l. 1. C. comm. de leg. at. Franc. Aret. in l. si bæredis servus ff. de leg. i. Regens de Ponte conf. 143. nu. 3. & 4. lib. 2. undè concurrentibus creditoribus Paridis hæredis gravati (quatenus tale fideicommissi gravamen adesset) cum hypotheca assensu vallata, & dictus Mutius creditor in actione personali super dictis bonis burgensaticis vigore fideicommissi de rebus Paridis, qui Cardinalis hæreditatem adivit, creditores hypothecarii Paridis Mutio quidem præferuntur, & per consequens bene fuisse ordinatam venditionem dicti Status Sancti Angeli dicebatur pro creditoribus.*

Peracta causa reclamationis dicti decreti, ac discussis nullitatibus in S. C. junctis duabus aulis sub die 28. mensis Ianuarii 1670:

32. fuit declaratum nullitates non obstat, & confirmatum decretum venditionis ordinatum per S. C. sub die 3. Junii 1630. exceptis tamen bonis burgensaticis, pro quibus fuit ordinatum expediri judicium institutum ad instantiam filiorum dicti qu. Ioannis Augustini Pinelli, & decisâ causa dictorum bonorum burgensaticorum, per S. C. sub die 4. Februarii 1670. junctis duabus aulis, fuit declaratum, bona burgensatica sistentia in Statu Civitæ Sancti Angeli spectavisse, & spectare Ill. Marchionis Ioanni Baptista Pinello, juxta declarationem faciendam per idem S. C. una cum fructibus per idem S. C. liquidandis vigore fideicommissi ordinati per quondam Cardinalem Pinellum, salvis iuriis, si qua competunt ad beneficium credi-

torum, qui contraxerunt cum quondam Ill. Marchione Paridi ante fideicommissum, firmo remente sequestro ad instantiam creditorum, ut ex actis in Banca S. C. Ianuarii de Licto Actuarii.

In hac causa scripsérunt in præterito seculo celeberrimi S. Cons. ac magni nominis causarum Patroni, nempe pro creditoribus contra Marchionem Mutium D. Andreas Marchetus, postmodum Reg. Consiliar. ac Praes. S. R. C. Reg. Antonius Caracciulus, Reg. Ioannis Camillus Cacacius, Reg. Io: Franciscus Marcianus, & postmodum Reg. Consil. Amatus Danio; contra creditores scripsérunt D. Reg. de Marinis, D. Reg. Consil. & Praes. Reg. Cam. Ascanius Ractanus, & demū Reg. Vincētius filius; sed quia cuncta, quæ à tantis summis viris pōderata fuerunt, non minus docte, quam feliciter extiterunt recollecta, rejectis contrariis argumentis à doctissimo Consiliar. Amato Danio, qui cum causam illustraverit sua per pulchra dissertatione ædita super discussione, & rejectione nullatum, illam evulgatione dignam sum arbitratus, ne ex fuga temporis, & annorum serie delitesceret, quamvis postmodum ex ejusdem, & cæterorum laudatorum Juris consultorum laboribus causam defendendam suscepit celebris ille nostri temporis Advocatus postea Reg. Consiliarius D. Alvarus de la Quadra.

Dissertatio Regii Consiliarii Amati Danii pro creditoribus Marchionis Paridis Pinelli.

Decreto S. R. C. instantibus creditoribus q. Ill. Marchionis Paridis Pinelli, usque ab anno 1630. fuit provisum, quod procedatur ad venditionem Status Civitatis S. Angeli, oppositis pro parte Mutii Pinelli non obstantibus, sed ejus tamen executio tam longo tempore quantum intercedit ab illo in præsentem annum 1664. frustrata, & impedita fuit oppositæ ab eodem Mutio nullitatis prætextu, ac si illud vendi mandasset rem asserto fideicommissio subiectam, quod & ex privilegio Regii assensus, seu gratia à S. C. M. ad preces Cardinalis Pinelli concessio, & ex testamento ejusdem Cardinalis ad favorem dicti Mutii aliorum.

Hhh que

426 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

que descendantium ex q. Jo: Augustino Pinelli inductum asserebatur, & licet eadem ante decreti prolationem opposita ipso fuerint rejecta, ut de iis via, & remedio nullitatis non sit denuo disputandum, & amplius ejusdem decreti justitia satis clara, & aperta reddatur ex plena, & erudita manu adductis tam ante, quam post ejus prolationem etiam in refutationem nullatum in doctissimis allegationibus per clarissimos, & eruditissimos viros ingenio, & auctoritate conspicuos eleganter lucubratis. Tamen ne quæ ultimo loco ex adverso scripta fuere, sine replicatione transeant, breviter aliqua reassumere, ac etiam noviter addere agredimur, ex quibus illa non obstat manifestè, ni fallimur, constat.

Quo ad primum nullitatis caput.

De fideicommisso, quod prætenditur ex privilegio Regii assensu, seu gratiæ concessione in anno 1607.

Primum igitur ex duobus allegatae nullitatis capitibus objicitur, quod decretum sit contra Privilegium assensus, sive gratiæ à Catholica Majestate Cardinali Pinello supplicanti in anno 1607. concessum, quod prætenditur continere substitutionem, & fideicommissum pro Statu Civitatis S. Angelii in beneficium filiorum Ioannis Augustini Pinelli, casu quo Paris sine filiis masculis decederet, ob quam substitutionem, & fideicommissum nullum jus creditoribus qu. Marchionis Paridis competere asseritur ex *tex. in l. fin. S. fin autem C. comm. de legat.*

At quam longe à recta jure ratione isthac nullitas allegetur ipsa facti species, seriesque satis demonstrare, & convincere potest. Etenim D. Cardinalis Pinellus supplicans C. M. pro obtainendo supradicto privilegio assensus, seu gratiæ exposuit inter ipsum, & Comitem Celani pactum, & conventum fuisse de vendendo, & emendo Statum Civitatis S. Angelii prout, & quemadmodum idem Comes eundem statum in feudum à regia Curia tenebat, & possidebat pretio, & patris inter ipsos convenientis, atque hoc non pro ipso Cardinale, sed pro persona Paridis Pinelli sui ex fratre Castellino nepotis pro-

se (Paride) suis heredibus, & successoribus masculis supplicans præterea, ut dignaretur dict. Paridis fratres consobrinos Joannis Augustini Pinelli filios habilitare, & idoneos, & capaces reddere, ut casu quo dict. Paris Pinellus è vivis decebat nullis à se filiis masculis legitimis relictis in prædicto Statu Civitatis S. Angelii eidem Paridi succedere posint, & valeant, successoresque nominentur, & sint pro se, & suis successoribus ex corpore legitimè descendantibus masculis, ex exclusis feminis, ac præsertim dict. Paridis sororibus non obstantibus pragmaticis capitulis, & constitutionibus Regni contrarium disponentibus, & insuper, quod Prorex tenueretur eis Regium assensum præstare, quoiescunt ingerit vendi, seu alienari per ipsos dictum statum non obstante, quod essent alienigena exteri. Ac Sua Cath. M. postquam suam venditioni, & emptioni assensum dedit, reliqua etiam petita his verbis concessit. Volentes insuper, ac dispensantes, quod prædicti fratres consobrini dicti Paridis Pinelli successores bables, capaces, & idonei nominentur, & sint pro se, suisque successoribus masculis ex corporibus legitimè descendantibus in prædicto Statu Civitatis S. Angelii immediate post filios masculos, ac de legitimo matrimonio per dictum Paridem Pinellum procreandos, & babendos, ac ipsorum descendentes masculos legitimos, & iis deficientibus eidem succedere possint, & valeant in dicto Statu exclusis feminis, ac dictis sororibus ejusdem Paridis, ut supra. Non obstantibus capitulis, pragmaticis, & constitutionibus, quibus nos in bac parte tantum, & ad hunc effectum, &c. deroyamus, &c. In ceteris vero in suis robore, & firmitate permanentibus, ac feudi natura, & privilegio in aliquo non mutatis, & demum volentes insuper, & decernentes, quod non obstante, quod dict. Paris, & sui fratres consobrini prædicti sint alienigenæ, & exteri à dicto nostro citerioris Sicilia Regno, super quod dunt taxas gratiæ suis dispensamus Ill. Prorex, &c. tam præsens, quam futuri possint, & valeant nostro nomine eis concedere, & impartiri Regium assensum pro alienatione, & venditione facienda quandocumque de d. Statu Civitatis S. Angelii cum eisdemmet conditionibus favoribus clausulis, & restitutioibus, quibus bujusmodi, ac similes Regii assensus conceduntur ipsis Regnolis, & indigenis. Datum 12. Decembris 1607.

Cum-

Cumque postmodum dubitaretur, licet inaniter, an Paris esset comprehensus in gratia alienandi cum assensu Proregis, ut alii Regnicoles. Idem Cardinalis praecedentis privilegii formam exponens, & assenserens ipsam gratiam alienandi, ut alias pro ipso Paride magis, quam pro aliis expostulasse, sic in specie inquiens: *Il detto Paris suo nipote, per il quale principalmente have comprato detto Stato, e supplicato V. M. di dette gracie.* Iterum supplicavit istis item verbis. Per questo di nuovo supplica V. M. si degni per sua benignità dicbarare, e di nuovo fare gratia al Supplicante, che in detta gratia di potere disponere di detto Stato, come l'altri Regnicoli con il solo assenso del Vicere s'intenda compreso detto Paris Pinello, e di nuovo quatenus opus est si degni V. M. dispensare, & habilitare detto Paris, che possa disponere di detto Stato, come fosse Regnicoles, giacche l'intento di esso Supplicante da principio fu di conseguire detta gratia, e favore per detto Paris, e suoi legitti descendenti masculi, & in defectum per detti suoi fratelli consobrini, & Suæ C. M. supplicatis annuere placuit his similiter verbis declaramus, & quatenus opus est de novo concedimus dicto Cardinale, quod dicto Paris Pinellus intelligatur comprehensus in dicta gratia, & concessione per nos, ut prefertur nostro Regio privilegio expedito sub die 12. Decembris 1607. ad quod relatio babeatur pro alienatione, & venditione facienda de dicto Statu Civitatis S. Angeli per dictos fratres consobrinos dict. Paridis Pinelli, tanquam Regnicolas cum Proregis assensu dumtaxat, & de novo quatenus opus est habilitamus, ut possit, & valeat disponere de dicto Statu tanquam Regnicoles, non obstante, quod sit alienigena, & exterus, ut ex privilegio dato 20. Septembris 1608. in quo etiam declaratur, & conceditur, quod deficientibus masculis utriusque linea succedant foeminae de eadem familia. Et ultimo de anno 1609. idem D. Card. ipse C. M. noviter supplicavit, che bavendo comprato la Baronia di S. Angelo nel Regno di Napoli di suo proprio denaro desidera, che li suoi successori non alienino, ne disbrigino à loro gusto detto Stato. Perciò supplica la M. V. resti servita farli gratia, che dopo la morte del Supplicante li suoi successori non possano alienare, & obligare la detta Baronia, se non in quelli casi, che la legge comune, o municipale permette, & ita

obtinuit, verum hoc gratiae privilegium datum 2. Iulii 1609. non fuit in Regno executoriatum, & propterea pro non prestito habetur.

Hujusmodi igitur privilegiorum series, & forma, per quam apertissime probat, D. Cardinalem per gratiam petitam, & obtentam in anno 1607. nihil minus cogitasse, quam Statum Civitatis S. Angeli ex hereditarii feudi natura, in ex pacto, & providentia, vel in agnatitium transmutare, sive substitutionem, aut fideicommissum in eo facere.

Huic enim intentioni nimis manifeste repugnat, & ejusdem status feudalis natura, quae sine dubio apud Comitem Celani, hereditaria erat, & quam non mutari, in eodem privilegio expressè cavetur, & ipsa alienandi facultas, quam tam enixè, & supra necessitatem cavere voluit, ut in Paridis persona, non solum libera, & permissa, ut nullo addito prohibitionis vinculo remanebat, sed etiam magis facilis, quam in aliis alienigenis, & exteris, qualis erat idem Paris, existaret, scilicet cum solo assensu Proregis, & absque eo, quod opus esset, illum à Sua Catholica Majestate supplicare. Etenim quid magis contrarium feudo ex pacto, & providentia, vel substitutioni, aut fideicommisso, quam hereditaria qualitas, & alienandi potestas, quam in Paridis persona praepucie D. Cardinalem conservare voluisse, satius ut diximus, ostendunt clara ejus verba in supplicatione secundi assensus anni 1608. ibi: *Per il quale Paride principalmente have comprato, e supplicato V. M. di dette gracie.* Quodque nullum vinculum alienandi, vel disponendi fuerit Paridi impositum, vel inducitum ex voluntate D. Cardinalis in impetracione dicti assensus, & gratiae anni 1607. confirmatur magis, & ostenditur ex alia gratia, quam deinde in anno 1609. impetrare voluit, ut scilicet post mortem suam ejus successores, nec alienare, nec obligare possent praedictum statum, quod utique pro nova concessione, & gratia non supplicasset, nisi ex praecedentibus assensibus id non volitum, neque concessum conscius fuisset. Quamobrem non esse immutatam feudorum dicti status hereditariam naturam: sed id tantum in eorum successione ex gratiis praedictis anni 1607. & 1608. noviter inducitum, ut scilicet essent masculina, in exclusionem foeminarum, donec ma-

Hhh 2 res

res supererent, ac ut Paridis fratres patrues succedere possent, & insuper, quod quamvis Paris, ac alii Pinelli essent alienigenæ, & exteri, feuda ejusdem status alienare possent cum solo Proregis assensu, ut alii Regnicolæ, quæ omnia ex legibus Regni locum habere non poterant, nisi illis derogando ex specialibus gratiis concederentur. Sed non proinde esse mutatam hæreditariam eorundem feudorum naturam, latè probat *D. olim Praes S. R. C. Andreas Marchesius* in prima ejus allegatione in hac causa facta pro Creditoribus Marchionis Paridis col. 1. & 2. quinimò eandem hæreditariam qualitatem ex his assensibus expressè confirmatam fuisse ostendit ex col. 3. *in principio, & deinceps*, tūm quia cum eadem qualitate Comes Celani venditor illa habebat; tum quoniam pro Paride, & ejus hæredibus masculis acquisita fuerunt, ac ex facultate alienandi cum assensu Proregis, quamvis exteri, & alienigenæ, & ex clausula, quæ omnia sint, & esse debeant omnibus iis, quibus interest, ejusque hæredibus, & successoribus ex corpore eorum legitimè descendentibus stabilia; ut etiam ex ponde ratione aliorum assensuum anni 1608. & 1609. ac demum ex sententia S. R. C. quæ fuit judicatum nullum jus competere Mutio in casu alienationis, dispositionis, aut hypothecationis dictorum feudorum facienda per Marchionem Paridem, quæ omnia ipse latè comprobavit, & deinde col. 8. *cum seq.* respondet iis, quæ in contrarium adducuntur. Probans scilicet feuda in Regno hæreditaria præsumi, & non simpliciter ex pacto, etiamsi investitura diceret pro hæredibus masculis, & non obstante, quod re spectu Mutii reperiatur verbum (*succe sōr*, & non verbum, (*bāres*) cum pro eodem in hac specie habendum sit, ut egregiè etiam in hac causa demonstravit *D. q. Reg. Cacacius* in sua allegatione ad num. 11. ad num. 14. qui *D. Reg. ex num. 15. & seq.* licet alia methodo, tamen eadem, quæ *D. Praes Marchesius* luculenter probat, ex mente scilicet Cardinalis impetrantis, & Regis concedentis in predictis assensibus, ac ex postea gestis, tamen in contractu emptionis dicti Status, quām in judicio ex vi prædictæ sententiæ S.R.C.

Et quidem, quod attinet ad mutationem nature, & qualitatis prædictorum feudorum ex hæreditaria, ad ex pacto, & providentia,

etiam Advocati adversæ partis coacti fuerunt fateri, non esse in hac specie inductam, & fendum prædictum Civitatis S. Angeli fuisse, & esse hæreditarium, tamen respectu Paridis, quām respectu filiorum Ioannis Augustini, ut testatur quondam *D. Reg. Marcianus* in ipso Iuris responsō, similiter pro creditoribus quondam Marchionis Paridis edito col. 5. *in fine*, postquam in præcedentibus eorum argumenta confutaverat. Ac idē solūm videntur insistere in substitutione, aut fideicommissō, quod dicunt de eodem feudo constituto, vel in supradicto assensu anni 1607. vel ex testamento ejusdem *D. Cardinalis Pinelli*, unde duo proposita nullitatis capita formarunt. Cumque primum satis, ut diximus ex ipsa facti serie, ac ex ante decreti prolationem à *DD. Praes. Marches. & Reg. Cacacio* allegatis, refutatum remaneat, ac multò magis ex dicto præclaro Iuris responsō *D. Reg. Marciani*, quod adversus has nullitates scripsit, & omnia contra decretum adducta, & quæ afferri possent pleniori calamo refellit, & quod propterea, ut rem extra omne dubium pro Creditoribus constituens, legi supplicatur. Solum restat, nonnulla addere, respectu secundi capituli nullitatis, quoniam, & si de eodem supra relati Domini scripserint, & ita quidem, & talia, ex quibus iura creditorum tuta reddantur, tamen, quia postmodum pro hæredibus quondam Mutii Pinelli, & contra Creditores quondam Paridis scripsierunt *D. Reg. de Marinis*, & quondam *Dom. Regius Confiliarius*, ac *Praef. R. C. Ratanus*, summusque eorum labor fuit, ut probarent substitutionem, seu fideicommissum, tamen in feudalibus dicti Status, quām vel saltem in Burgensaticis ex testamento *D. Cardinalis* constitutum, & quidem recte fuisse; Dandum est Doctissimorum viorum authoritati, ut quæ dixerunt de secundo nullitatis capite sine speciali replicatione non transeat; sed & antea liber paucus advertere, etiam respectu primi, de quo hucusque egimus. Ac primum, quod etiam si concederetur substitutionem, & fideicommissum ex primo privilegio, & assensu inductum, quod utique nullo modo est, tamen ex quo in secundo assensu anni 1608. fuit expressè suppositum, Paridem eadem feuda alienare posse, ac ei præterea permisum, ut cum solo Proregis assensu, cum vellet, faceret, certè fideicommissum, aut sub-

substitutio revocata censerentur, etenim facultas alienandi tollit fideicommissum præcedens, resultans ex substitutione, vel ex 43 prohibitione alienationis, & hoc etiam si alienatio tacite fuerit permissa, ac multò magis si expressè, clare post alias *Fusar. de substitutionib. qu. x. f. 736. num. 3.* ac in terminis magis dubiis per totam illam *questio mem,* ut etiam *quest. 724. & quest. 546.*

Deinde quod non ex eo, quod aliquibus argumentis, aut conjecturis videtur probatum, quod filii Ioannis Augustini Pinelli (Pari de sine inasculis decedente) succederent ex prima Principis concessione, & tanquam vocati à principio acquisitionis dicti Status, sequeretur, vel quod feudum non esset hæreditarium, sed ex pacto, vel quod substitutio, & fideicommissum censeretur de eo factum. Nam etiam in feudo hæreditario dicitur quis esse hæres feudi, & in eo succedere tanquam hæres institutus à principio 44 generationis, ut tenuerunt omnes antiqui nostri. *Andr. Loffred. Camer. Reg. Villan. Minad. Frecc. & Siculi in cap. volentes, & secundum hanc opinionem semper judicatum late tradit Pistor. qq. jur. lib. 2. q. 1. n. 72.* quod etiam benè explicat *Mastrill. in addit. ad Petr. de Gregor. p. 2. tit. 10. litera M.* quod omnes refert *D. Reg. de Ponte de potestate Proregis tit. 6. de assens. Reg. super dot. §. 3. num. 14.* qui num. 15. scribit notandum elegans dictum *Perni* in loco ab eo citato, ita sribentis. *Et nota benè, quod nunquam audiisti, quod eo casu, quo feudum est hæreditarium, quia conceditur tibi, & hereditibus, ut dixit Princeps; quod filii tantum sint heredes, tunc ex ipsa concessione Principis, & sic ex ipsa lege ex tunc fit hæres; unde amplius non curamus, an instituatur filius hæres, vel non, quia ad id semper est hæres, & venit, ut hæres constitutus ab intestato ab ipsa origine concessionis, & sic non potest alterer venire, quam si fieri concessum, unde non est tractandum, vel curandum; instituit Pater, vel non quoad bjujsmodi feudum, & hoc vult bellissime Andr. de Isern. de investitura de re aliena facta cap. 1.*

Quemadmodum etiam nil refert, quod Paris non potuerit aliquid facere, quin dicti filii 45 Ioannis Augustini successores essent, quoniam, & in feudis hæreditariis ultimus professor non potest aliquid facere, quin ejus proximior succedat, & habeat feuda, tanquam vocatus ex juris dispositione, ut ex-

pressè inquit *D. Praes de Franch. in decis. 1. num. 18.* post *Gl. in const. Regni. Constitutionem Divae memoriae, & Affid. in decis. 385.* & nihilominus feuda illa non potest habere, nisi sit hæres, ex *Andr. Loffr. Aretin. Ramer. & aliis, idem de Franch. dicta decis. 1. num. 22.* & per consequens teneatur ad onera ultimi possessoris, cui successit, ut constat ex tota dicta dec. 1. *D. Praes de Franch.* & latè deducit *D. de Ponte d. tit. 6. §. 3. & in consil. 1. 3. 3. 4. 5. 2. & 88.*

Hæc autem specialiter animadvertere visum fuit, ut appareat in feudalibus non statim atque ostenditur, quem ab initio concessio- nis videri vocatum, vel possessorem non posse immutare legem successionis, esse inferendum, quod sit in eis ordinatum fideicommissum, aut substitutio, quemadmodum *D. Raetanus in suo Iuris responsu pro nullitatibus concludere conatur;* nam quidquid sit in allodialibus, quorum respectu forte aliiquid ex hujusmodi argumentatione colligi liceret, certè in feudalibus, ut diximus, aliter se res habet, & ut in aliis pluribus, etiam in hoc multum interest inter hæc, & illa.

Quo ad secundum nullitatis caput.

De fideicommisso, quod prætentur ex Testamento Cardina- lis Pinelli tum respe- tu feudorum, tum bur- gensaticorum.

Secundum nullitatis caput proponitur, perinde quasi esset contra scripturam publicam, scilicet testamenti quondam D. Cardinalis Pinelli, quo fuit idem Paris hæres institutus, ac prohibita alienatio dicti Status; & in eo constitutum fideicommissum, quod testamentum, ac in illo disposita per ipsius Paridis hæreditatis aditionem acceptata, & confirmata dicuntur. Atque hæc nullitas, secundum ea, quæ ex adverso allegantur duas habet inspectiones, unam respectu bonorum feudalium, & alteram burgensaticorum, seu allodialium, sed ut videtur, quæ in contrarium pro nullitate fundanda adducuntur ipsa inania, & nullius momenti sunt.

Nam

430. Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

Nam quod attinet ad FEUDALIA, sèù quia jure prohibente D. Cardinalis in his substituere, aut fideicomittere absque assensu non potuit, sèù quia feuda dicti Status non 46 in ipsis, sed in Paridis dominio erant ejusdem D. Cardinalis testamentum, & dispositio nullam prorsus vim, & robur habet. Nil enim magis vulgatum apud morum feudalium peritos, quam in feudis absque assensu, nullam dispositionem defuncti valere, vel manere, cap. i. & ibi DD. de successfeud. Isern. in cap. Imperiale in princip. ubi etiam Camer. cart. 88. & Montan. n. Franch. dec. i. in princ. quod, & fortius habet locum in hoc Regno ob specialem Constitut. Constitutionem Div. memoriae, & in ea tradunt Affict. num. 7. Ann. num. 45. & scribunt alii passim, ac multò magis ex dispositione Reg. Pragm. 4. de feud. quæ dicitur Delli nove. capi, de quâ infra.

Assensus autem, qui in hac specie permittat substitutionem, vel fideicommissum facere omnino deficit. Etenim ille, qui supplicante D. Cardinale dicitur concessus in anno 1609. & quia non Paris feudorum utilis 47 dominus, sed ipse Cardinalis, qui Dominus non erat, assensum petuit, & sine dubio, quia non fuit infra anni præsinitum tempus præsentatus, ac executoriales obtentæ nullius efficacæ. & valoris existit, ut expressè statuitur in Reg. Pragm. de privil. infr. ann. præsent.

Novit hæc, quæ cuique, vel leviter in jure nostro versato patent eruditissimus quondam Regius Consiliarius, & Præsidens Regiae Camere D. Ascanius Raetanus, ac dum advocati munus exercens partes Illustris Marchionis tuebatur, ut ineluctabile obstaculum evitaret, illam exceptionem præcitatæ certissimæ juris feudorum regulæ dannam suis in allegationibus scribebat, ut scilicet locum sibi non faciat, quoties immediatus successor in feudo est institutus, vel in ejus beneficium fideicommissum indu- 48 stum. Hoc enim fieri posse etiam absque assensu in feudo hereditario ajebat.

Sed quidquid ipse contendat, hæc ejus exceptio, quod attinet ad testamentum, & institutionem, vel vera non est, quippe contrariae sententiæ, hoc est institutionem eorum, qui sunt alias successuri non valere, maximos, & in controversiis feudalibus tanti nominis authores habemus, qui ut rationem non redderent, autoritate tamen, qua in

hujus juris partis interpretatione maximè pollent, Doctores contra sententes vincere possent. Andream de Isernia, & Bartholomeum Camerarium dicimus, quorum primus in Constitut. bac edictali sub tit. de revoc. feud. & rer. feud. ita scribit; *Quod autem bic dicit gloss. quod testamentum in eos, qui sunt alias successuri, valeat in feudo: est contra id, quod dicitur in tit. de successfeud. in princip. ibi; Nulla ordinatione defuncti & addit rationem inquiens; In necessitatibus non dicitur quis liberalis, l. zenum ex familia, ff. de leg. i. l. rem legatam, ff. de adm. legat. Camerarius verò in cap. Imperiale de probib. feud. alien. car. 32. litt. F. cum antea locutus esset de provisione hominis, & dixisset, quod quando pinguius non providet, non facit cessare provisionem legis hæc addit; Ex quoib[us], & hoc aliud determinari poterit, si contingat fieri legatum feudi immediate successuro, sine assensu, ut illud minimè tunc capiat occasione legati, sed ex prima concessione, ut in cap. i. de success. feud. ubi dixi: Sic enim sentire debemus reproba- ta gl. in Const. bac edictali la. secunda, ubi in specie hoc tenuit Isern. nec obstant cumulata per Affict. ibi, & in decis. 119. per quæ nititur probare provisionem hominis posse concurrere cum dispositione legis, quia hoc verum esset in domino, qui posset si expresse vellet pinguius succurrere, & habet plenam potestatem faciendi actum validum in sua forma, qua cessante actus hominis non concurredit cum dispositione legis: Cumque hæc sint Camerarii verba, mirari satis non possumus quondam D. Consiliarium Raetanum virum alioquin consultissimum Camera- 49 rium in hoc eodem loco inter authores contrariae sententiæ laudare, & non minorem diligentiam præstissime in aliis authorebus, quos allegat, atque cum Andr. videatur etiam sentire Capyc. in eod. cap. Imperiale col. mibi 20. vers. Limit. tertio, ut proinde authoritate, & rationibus constet, esse exceptionem, sèù limitationem refutatam.*

Vel quatenus eadem exceptio vera esset, secundum mentem ejus authorum intelligenda veniret, ut valeat institutio immediati successoris, sed quemadmodum Affl. non levis ejusdem exceptionis assertor in d. Constit. bac edictali, & in decis. 119. expresse tandem declarat in eod. cap. i. de success. feud. sub nu. 68. *Quantum, ejus verba sunt,* ad

ad commodum, si sibi pervenit putat si ex ipso institutione in possessionem se petat immitti, vel aliquid aliud, & sub num. 70. sic scribit: Ex quibus concluditur, quod valet testamentum disionens de feudis, ubi instituitur ille, qui successurus est ab intestato, & hoc quoad ejus commodum. Cæteroquin feudarius, ut qui non habet liberam dispositiōnēm scudi, non potest disponere, ut, vel alio modo successor feudum habeat, quam ipse defunctus habet, & tenet, quemadmodum pro indubitato habetur apud Reg. de Pont. de potest. Pro reg. 8. S. 1. sub num. 8. vel ut aliter, quam ipsem successor ab intestato habiturus esset, ex novo facto defuncti feudum habeat, quemadmodum post Capyc. quem citat inquit, & latè probat Camer. in cap. Imperiale cart. 24. litt. G. & seq. atque ideo cum feuda, de quibus agimus, quatenus apud D. Cardinalem tanquam apud utilem dominum fuissent, quod tamen verius negatur, utique alienabilia cum Regis assensu fuissent, non potuit ipse ejus in testamento etiam immediatum successorem instituendo inalienabilia efficere, & eas conditiones, & vincula adjicere, quæ eorumdem feudorum naturam mutarent, & ex hæreditaria cum qua ipse D. Cardinalis illa habuisset, & tenuisset, & quomodo successor ab intestato habiturus esset, acciperent ex ejus testamento naturam feudorum ex pacto, qualia sine dubio efficerentur, si alienari in præjudicium successorum cum assensu non possent, ut latè demonstratur in allegationibus supradictis pro iisdem creditoribus, quamvis utique naturam feudorum vasallo per quamcunquedispositionem mutare non solum nullo jure permittitur, sed maximè in hoc Regno omni jure prohibetur, ad Constit. Constitutionem Divæ memorie, & expresse ad pragm. 4. de feud.

Quod si de substitutione, aut fideicommissione agimus, utcunque scriferint DD. extra Regnum, quorum sententiae, vel sunt intelligendæ in feudis omnino hæreditariis, & ad quoscunque hæredes transituris, ut videtur de mente Alexan. in conf. 19. lib. 5. ex adverso allegato, à quo cæteri sumperunt, & ut ex Bal. ac eodem Alex. Gozadin. in conf. 26. num. 1. Ias. in prælud. feud. num. 45 & 49. Paris. in conf. 2. num. 42. & infra, & in conf. 3. num. 34. lib. 1. ubi attestatur hanc esse communem opinionem, prout etiam in conf. 30.

num. 68. & 69. lib. 2. Soc. jun. conf. 72. nu. 22. & 23. lib. 1. & conf. 79. num. 17. lib. 4. Roland. in conf. 1. num. 45. lib. 3. & alii apud Mantic. qui eos citat, & sequitur de conject. ult. vol. lun. lib. 7. tit. 9. num. 4. Vel cum dispositio fit cum domini assensu, ut scilicet questionem dumtaxat faciant de potestate testatoris, an in feudo hæreditario fideicommissum instituere valeat successorem gravando, sed semper domini assensum supponant, prout in feudo ex pacto non potest etiam cum domini assensu, eleganter Bald. in conf. 170. sub nu. 1. lib. 2. & in cap. 1. de alien. feud. pat. Alexan. in conf. 15. num. 13. lib. 5. Ias. in conf. 8. inter Conf. Brun. num. 27. alioquin ipse met Alex, (quem D. Raetanus præcipuum suæ opinionis authorem habet, & tribus in locis citat) satis agnovit in feudis nullam esse testatoris potestatem, & quod etiam quando substituit, alias successorum, hic non capit ex testamento, sed ex investitura, ut clare, & aperte in eod. conf. 29. & num. 7. lib. 5. ex adverso allegato se declarat his verbis. Et quantum ad banc subsequentem dispositionem dico, quod si feudum processerat ab eo, vel ab alio, qui non fuisset communis parens Giberti, & illorum transversalium suorum, non potuisset disponere, quod feendum transiret ad illos transversales, nisi aliter expresse in investitura contineretur c. i. S. cum vero Corradus, qui feuda dar. pos. cap. 1. de benef. fratr. & cap. 1. de fratr. de nov. benef. invest. secus si feendum processisset ab aliquo, qui fuisset communis parens ipsius Giberti, & dictorum ejus transversalium proximiorum, quos ipse substituit, cap. 1. S. hoc autem sciendum, qui feud. dar. pos. & sic dicti proximiores transversales eo casu non tam venirent ex testamento dicti Giberti, quam ex juris dispositione, seu tenore investitura, quam dictus Gibertus testator etiam immutare per suum testamen- tum non potuisset. Quinimmo Soc. jun. in d. conf. 72. nu. 68. & infra vol. 1. ex mente Ang. vult, quod feendum non debeat fideicommissario restituiri, tametsi relictum sit fideicommissum alicui, qui sit comprehensus in investitura, quique ex ordine investitura sit admittendus, ut istismet verbis refert Dom. Cardin. Mantic. de conject. ult. vol. d. lib. 7. cap. 9. sub num. 7. atque idem probat Peregrin. de fideic. art. 33. num. ut propter ea confitet etiam apud exteros receptius esse, fideicommissum, aut substitutionem in

in feudis etiam in beneficium proximi successuri constitui non posse.

Vt cunque tamen, ut diximus, exteri senserint, certe nemini ex hujus Regni Doctoribus in mentem jure venire potuit, ut affirmaret 54 posse quem in feudis, quamvis in beneficium proximè successuri substitutionem facere, aut fideicommittere, neque *Frecc.* aut *Camerar.* qui in contrarium ex adverso allegantur, unquam hoc voluerunt, etenim *Frecc.* in citata differ. 6. lib. 2. aperte contra adversarium sentit, enumerat enim differentias feudi ex pacto, & hereditarii, & sextam dicit esse, nam in feudo hereditario potest fideicommissum testator facere, in feudo autem ex pacto non, *ratio autem diversitatis*, ipse inquit, *in utroque casu est, quia feendum hereditarium, quando dominus præbet assensum* (ecce quomodo manifestè assensum domini requirit, quod illud ipsum est, quod supra dicebamus, scilicet hac in quæstione semper à *DD.* domini assensum intervenisse supponi, sed in feudo ex pacto non efficere, ut testatoris dispositio valeat) censetur prosequitur *Frecc.* quoad ipsius posterorum descendentes, vel agnatos libera allodialis, & res mere burgensatica, secundum *Andr.* ibi in d. cap. 1. & *Bal.* in l. cum virum, *C. de fideicom.* & heres gravatur in feudo, prout disponit de re sua, & c. ciatque *Campeg. conf.* 11. col. 7. inter conf. *Bruni.*

Et Camerarius loquitur in quæstione, quando defunctus obtinuit assensum testandi, an possit substituere, vel fideicommittere, in 55 qua ipse tenet affirmativam, idque multò fortius inquit procedere: *Si primus institutus esset filius, cum quo refutando feendum non erat opus assensu, ut in §. & si libellum, de alienat. feud. pat. quia tunc, ut aliquid operetur, istud operabitur, l. si quando ff. de legat. 1. præsertim si assensus diceret, quod libere disponat.* Unde constat Camerarium non dubitare assensum in fideicommisso requiri, sed tantum querere, an satis dicatur præstitus data testandi facultate, in qua quæstione licet ipse affirmet, negant tamen *Frecc.* in practicata diff. 6. *Loffred. conf.* 7. & latè, ac eleganter, etiam in terminis juris communis feudorum adversus *Camerarium* probat *D. Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit. 8. §. 5. à num. 27. cum seq.* sed in Regno hoc est, ut idem *D. de Pont.* advertit sub num. 31. de indubitabili propter *Prag-*

maticam novem capitum, quæ est 4. de feud. per quam Prorex expresse prohibetur asserere, quando testamentum continet substitutionem: ergo ipse inquit, sub licentia generali assentiendi, & sic disponendi non venit substitutio, hancque opinionem pro indubitata docet. Et certè etiam si vellemus admittere in dispositione, aut substitutione, quæ fit de proximo alias successucessare rationem prohibitæ jure feudorum 56 alienationis, quia in proximiorem non est alienatio, tamen non cessat ratio mutationis naturæ feudorum, quæ non minus vetita est, ac alienatio, & propterea fideicommittere, vel substituere in duobus ex novem *Regiae Pragmaticæ* capitibus prohibitum videtur absque assensu, & assensu quidem *D. Regi* reservato. Quarto scilicet in quo Proregi negatur facultas assentiendi ubi feudi natura mutatur, & sexto, quæ idem disponitur ubi in testamento, aut contractu adest substitutio.

Sed neque alia, quæ ex adverso adducitur consideratio, quod scilicet *Paris* hereditatem adiverit, & propterea videatur se obligasse in vim pacti, ac defuncti factum approbase hujusmodi substitutionem, aut fideicommissum validum efficere potest. Quippè cum in Regno inter cetera, quæ 57 per *Constit. Constitutionem Divæ memorie* fuerunt addita prohibitioni Lotharii, & Friderici sit permisso revocationis eisdem contrahentibus, ut in specie ad vertit *Reg. de Pont. d. tit. 8. §. 1. sub num. 18.* non potest heres teneri vi pacti adversus, quod ipse met defunctus venire poterat, ac propterea non habere locum hoc in Regno in feudis dispositionem *text. in l. cum à matre, C. de rei vendic. docent Ann. alleg. 126. num. 8. & D. Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit. 6. de assensu Reg. super dotib. §. 1. num. 17.*

Cumque hoc verum sit in feudo, cuius defunctus ipse utilis dominus erat, multò fortius procedet, quando, ut in nostra specie, feuda non testatoris, sed heredis erant, quippè cum nec ipse heres dispositioni à defuncto factæ, quatenus naturam feudi alteraret, vel mutaret, consentire aliquis assensu posset.

Quo ad Burgensatica.

Quod verò attinet ad alteram hujus secundi capituli inspectionem, quæ est de bo-

bonis burgensaticis ejusdem Status Civitatis Sancti Angeli jura creditorum in controversiam jure vocari non possunt , tūm quia in burgensaticis D. Cardinalis nullum fideicommissum instituit , tum , quoniam etiam si in his fideicommittere voluisset , non tamen ita potuit , ut creditorum hypothecas impediret , & Paridis alienationes irritas redderet .

Nullum utique in burgensaticis fideicommissum D. Cardinalis constituit , quippe ut ex ipsius testamenti , & codicillorum tenore constat fuit Paris institutus hæres cum libera dispositione , & absque aliquo vinculo , & conditione in omnibus aliis bonis , præter quam in Statu Civitatis S. Angeli , respectu cuius D. Cardinalis dixit : *E volendo , che questo stato si conservi , &c. ut proinde constet ejus mentem , & voluntatem suisse inducere fideicommissum in statu tanquam in feudalibus , ut apertè declarant alia verba ejusdem Cardinalis , ibi : E mancando la linea masculina di Paris in tal caso vogliamo , e dichiaramo , &c. & habile alla successione dell'i stati , &c. ecce quomodo istis in verbis satis manifestè ostendit , se de feudalibus lo-*

58 qui , & intelligere . Quod etiam comprobatur , ex quo dum de fœminarum exclusione , & vocatione masculorum nonnulla statuit , addit : E di questa nostra volontà ne abbiamo havuto la gratia da Sua M.ajestà , come si contiene , &c. non enim successio primogenito jure constitutionum Regni defertur , nisi duntaxat in feudis , ubi vivitur jure francorum , & neque privilegium à Sua Majestate obtentum de aliis rebus , quam de feudalibus agit .

Et quamvis non negemus in Statu Civitatis Sancti Angeli , non solum feudalia , sed etiam burgensatica contineri , tamen ita hoc

59 accipiendum esse dicimus , ut unum , & idem cum feudalibus constituant , & taliter , ut dispositio , quæ inefficax sit respectu feudalium , sit etiam nulla quoad burgensatica ejusdem status , nec divisionem , aut separationem recipere possit , ut scilicet , si aliorum respectu fideicommissum non valeat , aliorum respectu sustineatur , cum satis sit ad hoc , ut uno , & eodem modo utraque judicanda sint , quod sive re ipsa , sive destinatio , & mente disponentis burgensatica sint , ut feudalibus annexa , & conjuncta considerata , ut dispositio inutilis in feudalibus vitietur etiam in burgensaticis , atque tan-

quam individua judicentur , quemadmodum post alios , quos reassumere dixit ex Schrader. de feud.par. 10. sect. 19. num. 129. Rosenthal. de feud. cap. 4. concl. 37. nu. 2. Montan. in repetit. cap. Imperialem §. præterea si quis in feudatus nu. 35. vers. sic distinguendum existimo , & vers. Secundum caput nostræ distinctionis , scripsit hac eadem in causa quond. D. Reg. Caracciulus . Et sanè quis negare poterit vim argumenti , quod idem D. Reg. Caracciulus faciebat , inquiens , dubitari non posse in mente disponentis , aut in ipsa dispositione suisse burgensatica cum feudalibus conjuncta , quia , ut vidimus , ex verbis testamenti supra allatis , simpliciter de statu fuit loquutus disponens , & sic licet arguere satis concludenter . Aut sub statu non intellexit de bonis burgensaticis , tanquam separatis , & non adest dispositio , seu fideicommissum in ipsis burgensaticis sicut in feudis Status S. Angeli , sed remanent ipsa sub libera dispositione Paridis , quemadmodum expressè in eodem testamento fuerunt ei relicta omnia alia burgensatica , in quibus fuit institutus hæres . Aut sub statu tanquam comprehensis , & unitis de illis cogitavit , & tunc non valente dispositione in ipso statu , & feudis , neque valebit in burgensaticis , & si separabilibus , tamen in mente disponentis connexis , aut individuè consideratis , quia enim de toto voluit disporere , nulla erit dispositio in illa parte , & exinde in feudis dicimus cum Camerario , quia totum voluit disporere agere , utile per inutile vitiari . Ita ad declarationē Andr. tradit Camerar. in cap. Imperialem , §. præterea Ducatus à fol. 32. col. 3. l. t. N. & fol. 33. col. 1. per tot.

Quæ Domin. Reg. Caracc. argumentatio ex aliis quampluribus juris locis confirmari , & comprobari potest . Etenim habemus ex l. i. D. de fund. instruct. vel instrum. leg. quod si testator legavit fundum cum instrumento , & post legatum alienavit fundum , & non instrumentum , legatarius non poterit instrumentum petere : nam cum per fundi alienationem fuerit , ut ibi declarat Bart. revocatum legatum fundi , ideo non potest stare legatum instrumenti , quia videtur consideratum ut accessorium : verba text. sunt : Fundo cum instrumento legato , & alienato , instrumentum non vendicabitur ex sententia defundi . Neque in contrarium replicare proderit , ideo irrito facto fundi

I i lega,

434 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

legato, etiam instrumenti ejusdem fundi legatum non valere, quasi instrumentum cedat legato fundi, ut pars rei, quæ ab ipso legari non possit, quod dici nequit de burgensaticis existentibus in feudo, quæ pars feudi non sunt, & quæ singula, & separata considerari possunt, & debent, & proinde non sit illorum legatum, aut fideicommissum examinandum, ut feudi legatum, neque vim, aut inefficaciam recipiat ex eisdem, ex quibus feudi fideicommissum, vel legatum, sed inspecienda veniant, ut duo legata, & fideicommissa invicem diversa, & distincta, & quorum unum ab altero non penderet. Nam, & hæc eadem, quod scilicet, ut burgensatica in feudo sita non sunt pars feudi, nec legato feudo cedant, & diverso jure, ac ut duo legata censenda sint, omnia dici possent respectu fundi, & instrumenti, Quippe in jure cum instrumentum fundi dicitur, non intelligitur de his, quæ pars rei, & fundi sint, vel ei omnino connexa, & accessoria, sed de his, quæ ut separata, & diversa à fundo diverso jure censenda videntur, ut probatur in l. *cum fundus 21. eod. tit. ff. de fund. instruſt.* ubi fundo simpliciter legato absque mentione instrumenti, licet multæ res in legato contineantur, quæ fundo infra, ac etiam quædam, quæ moveri inde possent, fundi tamen instrumentum non continetur. Quin immò, & fundi cum instrumento duo legata censentur, ut expressè habetur in d.l. i. ff. *de fund. instruſt.* ubi jurisconsultus ait: *Sive cum instrumento fundus legatus est, sive instruſtus, duo legata intelliguntur, & nihilominus in eadem l. i.* ut diximus adjicitur, quod si fundi legatum ob alienationem irritum redditur, etiam instrumenti legatum, quamvis alienatum cum fundo non sit, nullum erit.

Non igitur satis est ad fundandam fideicommissi validitatem in burgensaticis status prædicti distinctio, quam doctissimus Dom.

61 *Reg. de Marinis in allegationib.* quas cum erat advocatus pro defensione harum nullitatum exaravit, adhibebat, ut scilicet alia bona allodialia adeò sint annexa feudo, ut ab eo separari non possint, putà servitus realis, & alia à feudatario empta, quæ meliora reddant feuda verùm extrà feuda sint, nec cum feudis unita, putà, ut ipse Dom. Reg. ajebat, erat fundus feudalis, & feudarius aliud fundum confinem, & convicinum emit. Et primæ speciei bona, feudo de-

volutu, domino acquiri tradit, ita tamen ut teneatur, quod vasallus in illa acquisitione impedit, ejus hæredi in allodio solvere: secundæ verò qualitatis bona allodialia, licet destinatione patris familias unicum feendum fuerit reputatum, domino non acquiri, sed remanere in dominio hæredis in allodio, ac inde inferebat, quod cum bona burgensatica dicti status sint de istis ultimis, scilicet, feudo non inseparabiliter annexis, & quamvis in statu prædicto sitis, & sub illo comprehensis, à feudo tamen distinctis, & dividuis, quod etiam si concederetur fideicommissum à D. Cardinali institutum in feudibus sustineri non posset, esset tamen validum, quoad burgensatica ex regula, quod in separabilibus, & dividuis utile per inutili non vitiatur, quam latè exornat.

Non utique, ut diximus, hujusmodi seu distinctio, seu declaratio satis probat, ut fidei-

62 commissum, quod respectu feudalium nullum est, sustineatur quoad burgensatica ejusdem status. Nam cum fundus, & instrumentum adeò dividua, & separabilia sint, ut in legato unius aliud non veniat, & etiam quando simul, & conjunctim legantur, duo tamen legata intelliguntur, & nihilominus si fundi legatum revocetur, irritumque reddatur, etiam instrumenti legatum nullum erit: ut constat expressis juribus supra allegatis, ac aliis non minus claris in similibus speciebus, ut in servi peculio, quod in tantum à servo separabile, & dividuum est, ut *Vlp. dicat in l. si legatus 24. ff. de peculio leg.* quod si legatus fuerit servus, peculium excipere non est necesse,

63 quia non sequitur, nisi legetur, & tamen in l. i. eod. tit. de pecul. Paulus Iureconsul scribit: *Servo legato cum peculio, & alienato, vel manumisso, vel mortuo, legatum etiam peculii extinguitur.* Atque exemplo peculii, idem in penu cum vasis certis legata, & consumpta scribit Martia. in l. 2. ff. de penu leg. ut scilicet, nec vasa quidem legato cedant.

Ex quibus juribus tam claris, & expressis duo ad rem nostram aperte, & indubitanter probantur. Unum quod etiam et res, quæ

64 quodammodo accessoriæ alteri videntur, sed separari tamen, & dividi quoque possunt, ita ut una sine aliis esse valeat, non cedunt legato ejus rei, cui accedere solent, nisi etiam cum ipsa nominatim, & specialiter legentur, quemadmodum legato fundo

in-

instrumentum fundi non censetur legatum, & legato servo non sequitur peculium, licet ut accessoria censemantur, nisi de utroque nominatim testator dixerit, & ideo licet noster testator Statutum Civitatis Sancti Angeli fideicommisserit, non tamen status, quo nomine feudalia nuncupantur, fideicommissum allodialia in eodem statu sita, & comprehensa, ut accessoria venire possent, quia de his D. Cardinalis nominatim, & specialiter nihil dixit. Et alterum, quod etiam quando de his expressè testator disposuit, & nominatim fideicommissit, si fideicommissum, vel legatum ejus principalis rei, cui accedere utcumque solent, postea revocatum, aut irritum factum sit, etiam ipsorum respectu nullum erit, & propterea cum fideicommissum D. Cardinalis in feudis Status Sancti Angeli subsistere non possit ex his, quæ suprà diximus, neque & in alodialibus, aut burgensaticis, quæ eidem statui accedunt sustinebitur; atque ideo semper constat, quod in his burgensaticis, vel nullum fideicommissum sicut unquam inductum, vel quatenus esset etiam in his fideicommissum constitutum, irritum esse & nullum, non minus ac in feudalibus.

Neque obstat id, quod ex nonnullis Doctoribus in contrarium adducitur, quod scilicet 65 cum fideicommissum in feudis non sustinetur, validum est quoad burgensatica, nam hoc intelligendum est quoties testator expressè, & nominatim non solum fideicommissum instituit in burgensaticis, sed ita instituit, ut constet ea tanquam separata, & nullo modo ad feuda pertinentia, vel accessoria considerasse: aliter enim etiam si nominatim, & specialiter de his fideicommisserit, si respectu feudorum fideicommissum non sustinebitur, neque horum respectu validum erit. Hac autem in specie, ut accessoria feudis burgensatica considerari probatur ex eisdem juribus supra allegatis, in quibus fundo cum instrumento legato, ac servus cum peculio, peculii, & instrumenti legatum corruit, si fundi, vel servi legatum irritum efficitur, quia ex dictione cum, videtur testator ea considerasse, ut accessoria, & ideo fecus esset si fundum & instrumentum legasset, aut servum & peculium, nam ex conjunctiva & dicitur ea inspexisse, ut separata, & de per se existentia, quemadmodum habetur in l. si cui fundum 7. ff. de fund. instrucl. & ibi expressè decla-

rat Bart. ut etiam in t. i. de pecul. legatb, quamobrem, ut in hac specie fideicommissum à D. Cardinali constitutum esse, ac illud sustineri debere dici posset, etiam nullo existente fideicommisso in feudalibus, oportet ostendere, quod ubi D. Cardinalis dixit: *E mancando la linea mascolina di Paris vogliamo, e decbiaramo, che lo stato pervenga alla linea mascolina, non solum addixisset con li burgensatici, & dixisset, lo stato con li burgensatici.* Nam hoc licet sufficeret ad inducendum fideicommissum, etiam in burgensaticis, non tamen satis esset ad illud in eisdem sustinendum dum in statu, & feudis non sustinetur, quoniam, ut diximus ex dictione con, videretur burgensatica considerasse, ut feudis accessoria, & proinde non posset valere fideicommissum, quod in rebus principalibus feudis, scilicet quibus ipsa accedunt non valeret, ad tex. in l. 2. junc. l. i. ff. de pecul. leg. sed quod expressè dixisset: *lo stato, e li burgensatici:* tunc enim dici posset, burgensatica ex scipis, & non tanquam feudis unita, & accessoria suisse inspesta, & de his fideicommissum principaliter, etiam institutum, ac ideo valere, quamvis in feudis irritum esset.

Atque demum hæc scilicet burgensatica eandem, ac feudalia, conditionem sequi, itaut dispositione in feudis non valente, nec manente, neque in ipsis valeat, & maneat, alio non minori, sed quia magis in terminis

66 majori etiam argumento confirmantur. Nam ut constat feudorum alienationes, quæ sine assensu fiunt, nullæ sunt, & revocari ab ipsis contrahentibus possunt ex constitutione Constitutionem Div. memorie, quæ licet in feudalibus duntaxat locum habeat, nulli tamen unquam in mentem venit, ut affirmaret, facta revocatione venditionis, aut alterius alienationis feudi ex defectu assensus, contractum solum quo ad feudalia revocari, quod vero attinet ad burgensatica in eodem feudo sita, & cum eo alienata, firmum, validumque remanere, quoniam in his non requiritur assensus, ut in feudis, & proinde ejus deficientia non reddat burgensaticorum alienationem nullam, & revocabilem, possitque in istis, ut à feudo separabilibus, & dividuis alienatio sustineri, & utile per inutile non vitiari. Quod utique nemo, ut diximus, afferuit. Quinimum quotidie videmus, facta revocatione contractus defectu assensus, non solum feu-

436 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

darium, sed & burgensaticorum cum feudo alienatorum respectu contractum revo-
cari, quippe non videtur, contrahentes bur-
gensatica alienare voluisse, nisi quia feu-
dum, ubi sita essent, alienabatur, cumque
alienatio feudi non valeat neque burgensati-
corum, quae licet dividua, & separabilia
sint, ut feudo tamen accendentia alienaban-
tur, sustinenda videtur. Iuxta ea, quae scri-
bit *Dom. Reg. Rovitus in conf. 56. lib. 1.*

Et præterea nonnisi summa ratione videtur
retrorqueri in hac specie, posse id, quod ex
67 adverso *Dom. Reg. de Marinis in fine sua
allegationis*, qua est 146. tom. 3. considera-
bat, & propriè n. 41. scilicet, *Dom. de Fran-
chis* dicere solitum, quod quando in fideicom-
missis deficere apparebit, quod fideicommit-
tens appositi esset, si id præcogitasset, per iudi-
ces, & *Advocatos addi posse, & debere*, perim-
dè quasi quisque prudens existimare de-
beat, ut ipse *D. Reg.* inquit, quod si *D. Car-
dinalis* scivisset, quod Paridem super bonis
feudalibus gravare non poterat, omnino
fuisset illum gravatus in Burgensaticis.
Cum potius contrarium hoc in casu omnis
verisimilitudo, & prudentiae conjectura sua-
dere debeat, nam si *D. Cardinalis* tot alia
bona Burgensatica, quod in sua opulenta
hæreditate relinquebat, liberè Paridis dispo-
sitioni, ac voluntati nullo vinculo adstrictæ
permisit, quis unquam sani capit is putabit,
illum, si fideicommissum, quod solum in Sta-
tu Civitatis S. Angeli pro decoro, & honore
familiae inducere constituebat, substineri
non posse præcogitasset, neque in Burgen-
saticis firmum manere voluisse, ne ejus fa-
milia, alienatis quandoque feudis dicti sta-
tus, cum dedecore potius, quam dignitate
aliqua Burgensatica in illius territorio pos-
sideret, & subdita esset, ubi quondam Do-
mina fuerat.

Sed licet ex his satis, ni fallimur, superque con-
stet, ex voluntate *D. Cardinalis* fideicom-
missum, quod in feudalibus substineri non
68 potest, neque in allodialibus esse indu-
ctum, tamen, ut Iura creditorum quondam
Marchionis Paridis semper clariora pateant,
addendum præterea ducimus, quod etiam si
admitteretur, quod Iure, & re vera admitti
non potest, scilicet *D. Cardinalem* nomina-
tim, & expressè in his Burgensaticis fidei-
commissum constituisse, nihilominus, quia
absque ulla dubitatione eorundem Burgen-
saticorum non ipse *D. Cardinalis*, quamvis

eius pecunia empta essent, sed *Paris*, cuius
nomine emptio fuit celebrata, Dominus
erat; & sic non testatoris, sed hæredis bona
fuissent, utique in hujusmodi fideicom-
missi constitutione non potuit *D. Cardin-
alis* testator alienationis prohibitionem indu-
cere, & hypothecæ Creditorum, qui cum
Paride postea contraxerunt, vim, & effe-
ctum impedire, aut eludere.

Nam etsi verum sit, & non ambigatur, hære-
dum etiam res proprias per fideicommis-
sum à testatore relinquiri posse, l. hæredum

69 25. *C. de fideicommissis, & legari*, §. non su-
lum instit. de legatis; & l. usum ex familia.
§. penult. ff. de legatis 2. traduntque DD. pas-
sim. Hoc tamen, quidquid in contrarium
de alienationis prohibitione, & hypotheca
latè in hac causa scripsit Doctissimus
D. Reg. de Marinis, partes hodierni III. Mar-
chionis Pinelli tuendo dict. alleg. 146. tom. 3.
hoc tamen, inquam, ita accipiendum est, ut
non intelligatur, cum hæredis res propria
legatur, aut fideicommittitur, vel domini-
num in legatarium recta via transire, vel
hypothecam in eadem re hæredis queri,
vel ejusdem rei alienationem testatorem ve-
tare posse. Hanc enim inter legatum, aut
fideicommissum rei propriæ testatoris, & rei
hæredis differentiam communiter DD.
agnoscunt, ut scilicet, cum rem suam testa-
tor legat, & dominium recta via in legata-
rium transeat, l. à *Titio*, ff. de *furtis*, l. sed si
damnum. §. præterea. ff. de *peculio*; & hypo-
theca in eadem re, & aliis testatoris legata-
rio queratur, l. 1. & 2. *C. communia de legatis*,
& illius alienationem idem testator prohibe-
re valeat, ad not. in l. *filius familias*. §. Di-
vi. ff. de legatis 1. at cum rem hæredis, fecus-
sit.

Etenim, quod attinet ad dominium, in specie
hanc differentiam constituunt, & illud non
70 transferri, nec transire in legatarium, cum
res hæredis legatur, scribunt *Glos. in l. Pa-
pinianus*, ff. de *servit*, & in l. si hæredis
servus. ff. de *legatis* 1. in l. per diversas in
verb. seu res; ubi *Bart. C. mandati. Azo.*
& idem *Bart. in l. si hæredis servus*, & ibi
communiter omnes scribentes, & in l. 1. ff.
de *legatis* 1. ubi etiam cum eo DD. tran-
seunt, ut refert *Soccin. in ead. l. 1. num. 200.*
qui nu. 201. hanc opinionem *Bart.* & com-
munem, & verissimam dicit. *Bald.* & *Iason*
in l. 1. sub nu. 6. *C. communia de legatis. Alex.*
conf. 173. lib. 2. & communiter hanc diffe-
ren-

Decisio V.

437

rentiam approbatam afferit. *Cardin. Tusc.*
pract. conclus. jur. litt. L. concl. 6. nu. 21. & be-
 nè probatur, tūm ex tex. in l. unum ex fa-
 milia. §. si rem in fine, ff. de legatis 2. ibi, cum
 dominium rei sit apud hæredem, ut inquit
Soccin. in d.l. i. num. 201. ubi alias rationes,
 & argumenta adducit, tūm etiam in l. ma-
 gis puto. §. si fundus legatus ff. de rebus eo-
 rum, quem texum ad hoc ponderat, & no-
 tabilem dicit *Francisc. Aret.* in l. si hæredis
servus ff. de legat. i. inquiens quod ex illius
 specie apparet manifestè, dominium rei hæ-
 redis legatae non transferri, addens id ve-
 rum esse, etiam si testator leget rem hære-
 dis de consensu suo, ut esse dicit casum no-
 tabilem, & ibi per *Bart.* in l. cum quis dece-
 dens in principio, ff. de legat. 3. Atque ex hac
 differentia inferebat *Paul. Castr.* in conf. 414.
 num. 2. lib. 1. hæredem, cuius res est legata,
 posse illam rem legatam alienare, & dare
 legatario assimilationem, & teneri ad fructus
 rei propriæ testatoris à die mortis, vel sal-
 tem à die aditæ hæreditatis, in re verò alie-
 na, vel ipsius hæredis legata non teneri, nisi
 à die moræ, ut utrumque ex eodem *Castr.*
 refert, & probat *Cardin. Tusc.* d. conc. l. 6. cuius
 titulus est *legatum rei alienæ, quando de-*
beatur, vel non, & quid in legato rei legata-
rii num. 22. & 23.

Sed, & neque hypothecam in re hæredis reli-
 eta testatorem non tantum cum generali-
 ter, aut simpliciter de ea disponit, sed etiam
 si specialiter velit, inducere posse, expressè
 tradit *Bald.* in l. 1. C. communia de legat. quem
 refert, & sequitur *Francisc. Aret.* in l. si
hæredis servus ff. de legat. 1. & scribit etiam
D. Reg. de Pont. & alii apud eum in conf.
 143. num. 3. & 4. lib. 2.

Et contrarium probare nequeunt decis. *Rot.*
Rom. in causa *Viterbien. Castrorum*, quas af-
 fert *Dom. Reg. de Marinis* dicta alleg. 146.
 tom. 3. num. & si qui alii *DD.* ab eis ci-
 tantur, tum quia ex pluribus rationibus ea
 in causa ab ipsa *Rot. Rom.* adductis, unica
 illa, quæ ad nostram speciem transfigi, &
 accommodari posset, quod scilicet hæres
 adeundo sine beneficio legis, & inventarii
 censeatur contraxisse cum legatariis, l. apud
Iulianum 3. §. fin. ff. quibus caus. in poss. ea-
 sur; ac videatur solutionem legatorum in
 se suscepisse, ut proinde legatarii ab eo le-
 gata actione in personam, quæ ex testamen-
 to dici solet, petere potuerint, ac regula-
 lit, quod in illis casibus, in quibus pro lega-

tis, & fideicommissis actio personalis datur,
 in iisdem etiam hypothecaria detur, ex l. i.
 in fine. C. communia de legat. & alii apud ean-
 dem *Rot. Rom.* in Collect. per Rub. par. 5. decis.
 418. num. 7. & apud *D. Reg. de Marinis* d.
 alleg. 146. num. ea, inquam, ratio vera
 utique non est, & satis antea refutata à
DD. fuit, & præsertim à *Francisco Aret.*
 cuius auctoris, & nomen, & argumenta, vel
 non advertit, vel quia refelli non poterant.
Rot. Rom. silentio omisit, & cujus propterea
 verba, quoniam rem totam scitè, & clare
 explicant, hic transcribenda duximus. Ita-
 que ille in d.l. si hæredis servus ff. de legat. i.
 idem argumentum *Rot. Rom.* sibi faciens, &
 illud refutans, sic scribit. *Quia in l. unum ex*
familia. §. si rem ff. de legat. i. probatur, quod
in re hæredis testator potest inducere obliga-
tionem personalē, ergo, & hypothecariam,
que est obligatio accessoria ad personalem,
ut declaratur in l. usura. C. de pignor. quasi
id, quod est dispositum in principali, videat-
tur etiam concessum in accessorio, ut in l. 2.
& 3. ff. de pen. leg. & l. si ego s. partus cum ibi
not. ff. de publ. sed ad hoc potest responderi.
quod hæc est diversa ratio in accessorio, & in
principali, unde non sequitur, accessorium
venit concessio principali, ut notabiliter decla-
*rat *Bart.* in simili mater. in l. 2. ff. de jurif.*
dicit. omn. judic. nàm id ò hæres potest obligari
personaliter ad tradendum rem suam, quia
*cum representet personam *Defuncti*, perin-*
dè est, ac si ipse rem suam promisisset, sed li-
cet hæres censeatur una persona cum defun-
cto, bona tamen ipsius non censentur bona
testatoris, unde respectu Iuris realis causa-
ti in rem suam, non est perinde ac si ipse
constituisse jus, quia quò ad hoc non censen-
tur eadem persona cum testatore, sicut quid
*ad Ius respiciens personam, unde *Bald.* in l. 1.*
C. comm. de legat. expressè tenet, quod etiam
si testator specialiter velit, non potest causar-
e hypothecam in rebus hæredis, qua conclu-
sio adjuvatur ex tex. in l. 1. junct. verb. sum
enim, quod ex legis dispositione data est po-
testas testatori inducendi hypothecam in re-
bus suis, unde patet, quod in ultima volun-
tate non potuisset testator inducere hypothe-
cam in rebus suis, quia pignus, & hypothe-
ca est species contractus, qui contrahitur
consensu, ut l. 1. & ibi not. ff. de pign. act. quod
ergo sola voluntas testatoris induceret hypo-
thecam in rebus suis, hoc erat contra natu-
ram obligationis, quæ contrahitur consen-
sus,

438 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

su, ut l. consensu, & ibi not. ff. de act. & oblig. nec potest dici, quia ista hypotheca inducitur ex quasi contractu hæredis, qui obligat se legatariis, ut idem D. Reg. de Marinis ex DD. quos allegavit dicebat; nam ut ipse Aret. prosequitur, quia lura dicunt; quod inducitur ex dispositione testatoris, unde opus fuit speciali constitutione contra regulas juris, sed in rebus hæredis ista constitutio non habet locum, ut patet ex fin. d.l. i. ergo impossibile est, quod etiam si testator velit causare pignus in re hæredis, vel hypothecam, possit; oritur ergo hypotheca, quam testator voluit causare in rebus suis immedia-
tè ex testamento, ut dicit tex. in d. verbo. cum enim, sed propter quasi contractum adi-
tionis, per quem hæres obligatur personali-
ter, cui personali accedit hypotheca, sed in bonis testatoris, ut dicit tex. in d.l. i. Quæ cum Aret. scribat in specie, qua testator specialiter hæredis rem hypothecæ subiice-
re voluit, multò magis locum sibi facient, quando, ut in nostra specie, nec testator le-
gando, nec hæres adeundo nominatim id explicavit, non aliter non sint hypothecata bona, nisi exprimantur ab eo, qui vult hy-
pothecam concedere, exceptis casibus enu-
meratis in tit. quibus ex causis pignus, vel hypotheca tacitè contrabatur, ut in terminis d.l. i. tradit ibidem Alexand. sub num. 29.

Et demum alienationem rerum hæredis lega-
tarum, vel per fideicommissum reliquarum testatorem prohibere non posse, docet ve-
rior sribentium sententia, quam magis re-
ceptam, & sine dubio maximè in foro, at-
que judiciis probandam, atque sequendam
ostendunt, tūm frequentior númerus, tūm
clarior authoritas DD. qui eam docent;
sunt enim inter ipsos magna illa, & specta-
ta Iuris prudentiæ capita, ac majora, sum-
maque civilis scientiæ sydera. Accurs. scili-
cket, & Bart. in l. filius familias. §. Divi ff. de
leg. i. itemque Bald. in conf. 89. num. 8. lib. i.
& quos in d. §. Divi sectantur Cum. col. pe-
nult. Alciat. nu. 23. & 48. Iaf. num. 44. & 45.
Lozz. num. 123. Socc. jun. num. 118. & Ruin.
num. 41. ut propterea cum Bart. concorda-
re communiter DD. scribat Ripa, qui inter
contraria sententiæ authores, & forte non
rectè citari solet ibidem num. 54. eamque
Bart. sententiam probant etiam Ruynus
conf. i 14. num. 17. lib. 2. Bolog. conf. 17. nu. 12.
Decian. conf. 50. nu. 8. & num. 25. lib. i. Hon-
ded. conf. 58. nu. 13. lib. i. Clar. §. testamentum

quest. 71. vers. item quero. D. Præses de
Franch. decis. 298. n. 5. & 6. quos sequitur, &
refert Oddi de fideicom. q. 3. i. num. 74. & seq.
Andreol. controv. par. i. cap. 39. num. 4. & qui-
bus addendi sunt Michael Crass. lib. i. recep.
sent. §. testamentum quest. 73. n. 3. Harprecht.
in addit. cd Iul. Clar. d. q. 71. sub nu. 2. & Fu-
sar. qui communem assert, argumenta con-
trariæ sententiæ solvit, & alios citat de sub-
stit. q. 69 i. per tot. Cardin. Tusc. præst. concl.
lit. F. concl. 241. fideicommissum quando va-
leat in bonis instituti, vel non, num. 6. ubi
ex aliis scribit, quod licet possit testator
gravare hæredem fideicommisso, etiam
quoad bona propria hæredis, non tamen
potest prohibere alienationem bonorum
hæredis, quominus sit valida, & transferat
dominium irrevocabiliter, & hoc etiam si
hæres adeat, ut inquit idem Cardinalis
Tusc. in litera T. conclus. i 41. testator potest
legare rem alienam, & rem hæredis, & quan-
do secus, num. 18.

Cum igitur tot, & tales sint, qui hanc senten-
tiā probent, non est habenda ratio alio-
rum, si qui sunt, qui contrarium opinan-
tur, & equidem si ab illis separentur, prout
73 optimo jure separandi sunt, Iaf. Crot. Soccin.
junior, & Ripa. Primi duo, quia varii sunt,
& nunc illam, nunc istam sententiam se-
quuntur, ut proinde etiam inter authores
Bart. sequentes, rectè connumerari possunt,
& passim ab aliis connumeratur Soccin. quia
fortiter pro Bart. & communi pugnat, & ab
ea non esse in judicando recedendum scri-
bit, num. & solum ingenii gratia con-
tra illam deinde disputat, & Ripa, quoniam
ultimo loco argumenta contra communem
resolvit, & cum ea residere videtur in d. §.
Divi num. 51. certè vix unus, aut alter su-
perest, qui aperte ab ea discedat.

Sed cum extra omnem controversiam nume-
ro, & auctoritate Doctorum vincamus, ar-
gumentis, & rationibus non utique super-
ramur, id, quod latè ostendere possemus,
sed quia multi ex supra citatis idem præsti-
tere transcribendi labori extra necessita-
tem parcimus, & satis in præsenti erit bre-
viter ad ea respondere, quæ Dom. Reg. de
Marinis adducit. Non igitur obstat, quod
ipse D. Reg. primo loco dicit, scilicet Bart.
loqui in terminis §. Divi, & sic nudæ pro-
hibitionis, & sine causa à testatore factæ,
nam præter quam Bart. & qui eum sequun-
tur aperte loquuti sunt de prohibitione
aliæs

Decisio V.

439

aliàs valida, & cum causa, certè si de nuda prohibitione intellexissent, non opus habebant differentiam constituere inter prohibitionem alienandi factam de re propria testatoris, vel de re hæredis, cum nuda, & sine causa prohibito alienationis, etiam de re testatoris sit nullius roboris, nullamque vim habeat.

Neque obstat secundò, quod jura à Bart. allegata loquantur de tacita, & non de expressa alienationis prohibitione, nàm licet cum agitur de re testatoris sit aliqua differentia inter tacitam, & expressam prohibitionem, tamen respectu rei hæredis nil refert, an tacitè, vel expressè prohibitum sit, quia cum rei hæredis testator, etiam expressè, & specialiter volens dominium transferre nequeat, & per consequens neque etiam alienationem prohibere, ut in terminis Bald. in conf. 89. num. 8. lib. 1. post alios, quos citat Cardin. Tusc. pract. conclus. litt. L. concl. 6. Legatum rei alienæ, &c. n. 21. & sentiunt omnes supra allegati.

Hæc autem Bart. & communis sententia locum sibi facit, etiam si hæres gravatus solvendo non sit, ac proindè assimationem præstare non possit, ut optimè declarat

D. Præses de Franch. in cit. decis. 29. 8. à nu. 7. & seqq. ut, & pariter, quamvis res hæres in vita a testatore habuisset, vel ejusdem testatoris pecunia emisset, Riminal. sen. conf. 25. nn. 30. lib. 2. Fusar. de substit. quest. 691. num. 3. ut propterea cessent, quæ tertio, & quarto loco Dom. Reg. de Marinis contra Bart. opinionem asserit. Et undique ejusdem Bart. sententiam in hac nostra specie, & veram, & sequendam esse pateat, ac hypothecam pro Creditoribus Paridis, quorum Iura tuemur, vim suam, roburque obtinere semper constet, cum alienatione non prohibita, vel, quæ prohiberi non potuit, hypotheca semper permissa censeatur.

His omnibus præterea accedat, quod etiam si Dominus Cardinalis voluisset, ac potuisset, tam in feudalibus, quam in allodialibus fideicommissum cum omnibus 77 prohibitionibus, & vinculis constituere, nihilominus hypothecæ creditorum, de quibus agimus Iure in eisdem rebus hac in specie constitutæ essent. Quod utique sine ulla dubitatione affirmari posse videatur. Etenim D. Cardinalis in suo eodem testamento nominatum dixit, se ipsum emisse Statum Joyæ, & Aquævivæ, sed contra-

Etum perfici non potuisse propter creditorum differentias, ac ideo Paridi expresse mandavit, ut dictæ emptionis tractatum si posset, finiret, & statum prædictum cum effectu emeret. Cumque idem Paris testatoris volens parere mandatis, præter pecuniam in hæreditate inventam pro integro pretio ex solvendo, majori quantitate indigeret, opus habuit illam ab ipsis creditoribus cum obligatione, & hypotheca bonorum accipere, quæ quidem hypotheca in bonis quantumvis fideicommisso subiectis jure, & rectè constitui potuit, cum pro exequenda testatoris voluntate, & secundum ejus mentem constitutam negari nequeat; etenim quoties emendi facultas concessa est, censentur concessa ea omnia, sine quibus illud factum expediri non valet, vel cum difficultate, ad tex. in l. cuicunque. §. si ei. ff. de acquir. hæred. Bald. in conf. 383. lib. 3. num. 5. ubi in terminis voluit, quod si est concessa facultas super aliqua administratione, vel negotio, quod si negotium commissum non potest expediri, nisi accipiatur pecunia, quod non solum poterit accipere pecuniam mutuo, sed etiam sub usuris, causa explicandi mandatum, hoc enim, inquit, ibi Bald. venit ex quadam necessaria, utili, & expedienti consequentia, & tanquam membra, & appendices rei mandatae censentur concessa; refert, & latè etiam comprobat Mastrill. in decis. 204. num. 2. & 3. & Dom. Confil. Staiban. quest. for. cap. 200. nu. 83. per tot. 86. cent. 2. & certum sine dubio est, quod Paris reliquam pecuniam invenire non potuisset, nisi cuni hypothecis, & obligationibus, quas pro Creditoribus constituit, ut in specie non dissimili scribit idem Mastrill. d. decis. 204. num. 1.

Ac ideo in terminis rei nostræ licitam esse alienationem, nec alienationis nomen mereri, etiam si fiat contra verba, dummodò veri simili testatoris menti non repugnet, tradiderunt Angel. conf. 169. num. 169. col. 1. & 2. Ias. in l. filius familias §. Divi num. 78. in 2. lectura ff. de legatis 1. Alb. Mandel. conf. 109. num. 8. Bersat. conf. 151. nu. 11. lib. 2. Fusar. quest. 734. n. 4. Mierez. par. 4. quest. 1. limit. 1. num. 26. Molin. lib. 4. cap. 4. num. 5. Handed. conf. 58. nu. 15. & 31. & conf. 42. num. 39. lib. 2. Sfor. Odd. q. 26. art. 4. nu. 80. Achill. Pedroc. conf. 20. num. 24. & seq. & nu. 116. & conf. 21. num. 7. Bardellon. conf. 65. num. 26. vol. 1. & justam esse alienandi causam, quam si cogitasset

440 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

tasset permissurus fuisset testator, in specie docet *Molin.d.cap.4.num.6.*& post *Honded.* ac *alias Chriſtopb.Mart.exam.3.num.79.* neque in hoc caſu ambigi potest, quin ipſe D. *Cardinalis* testator implicitè voluerit, ac juss̄erit, Paridem Creditoribus ſe poſſe obli-gare, cum expreſſe juss̄erit emptionem con-trahi, quod niſi pecunia ab illis acciperetur, fieri nequibat, nec ipſe vivens aliter emere potuiff̄et; Unde ſuccedit, quod ejus volun-tas colligitur ex eo, quod ipſe faceret, ſi vi-veret, quemadmodum apertè docet Imper-ator in *l. quoniam, in principio C. de natu-ralib.liber.Miercz d.loco. num.28.* ac injun-xiſe intelligitur h̄eredi, id quod ipſe vivus facturus erat, *l. cum servus 82.in fin.verbo. nām quod ipſe ff.de cond. & demonſtr. Quam-*

79 ombrem licitam eſſe alienationem, ſi pro- emenda re fiat, quam emiſſet testator, ſi oblata ei fuisset occasio, tradit *D. Praes de Franch.decis.355.num.6.* hoc autem in du-bium vocari non potheſt in noſtra ſpecie, cum ipſe testator expreſſe dixerit, dictum ſtatutum emere voluiſſe; Ut propterea undique conſtet, Creditores jure agere pro ven-ditione Status Civitatis S. Angeli ipſorum hypothecis omni ratione obnoxii.

S U M M A R I U M .

- 1 **R** Eg.Consiliar.Franciscus de Andreis commemoratur.
- 2 Facti ſeries.
- 3 Prohibitio alienandi feudum p̄eatio Re-gio affensu contenta in testamento, an cen-featur ſublata ſi poſtmodum fuerint por-recta preces, non pro Affensu ſuper diſpoſi-tione facta in testamento, ſed ſuper diſpoſi-tione facienda per Codicillos.
- 4 Affensus non extendit ex identitate, vel majoritate rationis.
- 5 Affensus, quando eſt petendus ſuper pro-bibitione alienationis contenta in testamen-to, & ſuper diſtione feudi facienda per Codicillos, ſi affensus non fuerit petitus ſuper prohibitione alienationis, ſed fuerit petitus, & concessus ſuper diſtione facienda per Codicillos, redditur nullus ob diſformitatem inter Affensem, & actum, ſuper quo fuit p̄a-ſtitus.
- 6 Prohibitio alienationis, ſive altera condi-zio adjecta in testamento nullo, non cenſetur repetita in ſecundo testamento, ſive diſpoſi-tione invalida.

- 7 *Affensus petitus ſuper ſecunda diſpoſi-tione facienda principaliter, & independenter à prima non comprehendit primam, de qua nulla fuit facta mentio.*
- 8 *Feudi alienatio fieri probibita extra fa-miliam eſt contra naturam feudi, quod ſemper intelligitur confeſſum cum potheſte alienan-di in quocumque fidelem cum Regio Af-fensu.*
- 9 *Feudalis ſucceſſionis ordo mutatur per perpetuam fēminarum exclusionem.*
- 10 *Feuda alienandi, & diſponendi confeſſa li-centia, tam per actum inter vivos, quam ul-tima voluntatis, non cenſetur confeſſa fa-cultas excludendi fēminas per Regni Conſti-tutiones admiſſas.*
- 11 *Affensus diſſicilius conceditur, quando feudum in caſu alienationis ejusdem feudi facienda contra voluntatem testatoris devol-veretur ad manus mortuas virtute ſubſtitu-tionis.*
- 12 *Hopitalle Sanctissime Annuntiate Nea-polis habet privilegium acquirendi feu-da, abſque Regio Affensu, & an hoc privile-gium ſit uſu receptum, nu. 13.*
- 13 *Feuda alienandi probibito extra fami-liam facta in testamento cum fēminarum excludione, an cenſeatur repetita in ſecunda diſpoſi-tione facta in Codicillis, ſi dicatur fē-minas non eſſe excludidas, niſi in defectum maſculorum, nu. 15, & 16.*
- 14 *Feudo devoluto ad Regiam Curiam per rebellionem, nūm Rex concedendo poſte à Af-fensu ſuper testamento condito per feudaria-rium, affensus habeat vim nove confeſſionis, ita quod omnes conditiones in testamento adiectae cenſeantur repetita, & conſirmata, tamquam additæ à Rege, nu. 18.*
- 15 *Testamentum conditum per feudatarium, quod per ſubſequatum crimen per diuellionis fuerat effectum irritum, nūm per Affensum confeſſum ſuper dicto testamento, testamen-tum reconvalſeat, dum fuit ſublatum obſta-culum per diuellionis; Et an hoc poſſit fieri poſt mortem testantis, nu. 42.*
- 16 *Affensus ad confeſſionem actus geſti addit robur actui exiſtentis, removendo obſta-culum.*
- 17 *Feudatarius ſi poſt crimen rebellionis munquam cecidit à poſſeffione, imò Rex ei culpam remiſit, feudum remanet antiquum.*
- 18 *Quod procedit etiam ſi Rex cœpiffet poſſeffionem feudi, & poſtea illud reſtituerit, proiet ante a poſſidebatur; non obſtantē, quod fuerit ad-*

- addita clausula, & de novo concedimus.*
- 23 *Fideicommissum duplex an resultet ex prohibitione alienationis, nempè conditionale, seu contraventionale in casu alienationis, & simplex, & absolutum in casu mortis.*
- 24 *Et quando censeatur solum inductum fideicommissum, contraventionale, & non restitutorium.*
- 25 *Alienatio, quando non permittitur fieri in alios, quam in illos de familia, per necesse est permissa alienatio intra familiam.*
- 26 *Fideicommissum restitutorium censeretur exclusum, quando testator permisit alienationem intra familiam. & de ratione, nu. 27. & 28.*
- 29 *Alienationis prohibitio extra familiam differt à prohibitione alienationis, ut bona conserventur in familia.*
- 30 *Et quid si feminæ fuerunt exclusæ, nēdūm à Contractu, sed à successione.*
- 31 *Et quid existentibus conjecturis indentibus fideicommissum in casu mortis.*
- 32 *Et quid existentibus verbis denotantibus perpetuitatem.*
- 33 *Et quid existente prohibitione alienationis favore descendantium, & quid existente prohibitione reali. nu. 34.*
- 35 *Et quid si agatur de prohibitione alienationis facta super re insigni, & conspicua.*
- 36 *Et quidstante vocatione in beneficium S. Hospitalis Santissimæ Annuntiatae in casu contraventionis.*
- 37 *Substitutis duobus, nempè uno in casu mortis, altero in casu alienationis, an iste secundus preferatur primo, durante vita alienantis.*
- 38 *Alienationis prohibitio semper intelligitur de voluntaria, non de necessaria.*
- 39 *Alienare probitus alijs, quam illis de familia, non censeretur probitus vendere extraneo negligentibus illis de familia, emere.*
- 40 *Alienationis prohibitio non potest egredi quartam generationem, quamvis probitus esset ex descendantibus testatoris, & adiecta fuissent verba perpetuitatem denotantia.*
- 41 *Substitutione reciproca non extenditur, ultra personas nominatas.*
- 43 *Assensus tollens vitium rebellionis, num confirmat testamentum nullum, tamquam conditum à feudatario tempore sue rebellionis, quando testamentum esset ex alia causa nullum, & de ratione, num. 44. & 45.*
- 46 *Privilegia Principis, si non sunt subscripta à Questore in cuius locum successit Cancellarius nullius sunt momenti; Et de officio Cancellarij, quod bodie spectat ad Regentes Regiam Cancellariam, nu. 47.*
- 48 *Clausule Cancellarie, quoad expressa tantum, veris existentibus prænarratis, natura seudi in aliquo non mutata, cum ceteris cur fuerint introductæ; Et quid quando dictæ clausule non essent apposite, nu. 49.*
- 50 *Gratia Principis, non dicitur perfecta, nisi de ea sit expeditum privilegium in forma Regia Cancellarie, nu. 51.*
- 52 *Et an hoc fuerit moribus introductum in Regno à tempore Regis Ferdinandi. Et quid attenta Prag. Regis Catholici, nu. 53.*
- 54 *Gratia, an dicatur concessa per verbum fiat. Occurrerit decis. Affl. 253. ibid.*
- 55 *Assensus super testamento virtute cuius mutatur ordo successionis bonorum feudaliuum debet esse in forma dispensativa, dum talis Assensus non stat in forma gratiae.*
- 56 *Assensus non extenditur de casu ad casum, nec ullam patitur extensionem.*
- 57 *Decisio Reg. Reverteris 305., que prodij in causa Ducatus Magdaluni explicatur.*
- 58 *Assensus super obligatione feudi pro sorte non extenditur ad obligationem ejusdem pro interesse, etiam si fuisset habita relatio ad interesse.*
- 59 *Assensus simpliciter praestitus per Regem super testamento, an censeatur probasse omnia in testamento contenta, explicatur doctrina Freccæ, & Francisci de Petris, n. 60. 61., & 62.*
- 63 *Assensus simpliciter impetratus super legato non designatis personis, quibus legata sunt solvenda nullus, & irritus redditur.*
- 64 *Assensus super instrumento continente clausulas alterantes feudi naturam non extenditur ad incogitata, non obstante clausula, cuius tenor habeatur pro expresso.*
- 65 *Assensus concessus super donatione feudorum, ad quorum successionem sunt vocati soli masculi, non comprehendit exclusionem feminarum, non obstante relatione Assensus ad instrumentum donationis cum clausula, cuius tenor habeatur pro expresso, nu. 66. & 67.*
- 68 *Assensus cum clausula, pro hæredibus, an aduersetur fideicommissu, vel prohibitio alienationis super feudo facta, vel feendum remaneat hereditarium, sed tamen subjectum restitutioni, nu. 69.*
- 70 *Explicatur doctrina Camerarij.*

442 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum.

- 71 *Feudum hereditarium, in quibus differat à feudo ex pacto.*
- 72 *Feudi alienationis prohibitio confirmata per Assensum, an extendatur ad fideicommissum restitutorium, quod elicetur ex conjecturis, vel ex presumpta voluntate Testatoris.*
- 73 *Assensus praefitus super testamento, & fideicommissio in eo contento, non comprehendit substitutionem, sive fideicommissum tacitum.*
- 74 *Deciso, quæ prodijt Junctis Aulis Sac. Cons. affertur pro resolutione controversie.*

ARGUMENTUM.

Altius examinatur, an Assensus petitus, & concessus super divisione feudi facienda virtute dispositionis contentæ in Codicilis, & non super prohibitione alienandi feudum contenta in testamento, reddatur nullus ob diffinitatem; An concessa licentia disponendi de feudis, tām inter vivos, quām per ultimam voluntatem, censeatur concessa licentia excludendi fœminas, jām exclusas per donationem, per quam sunt vocati soli masculi, & Assensus est relativus ad donationem; Extollitur decisio in causa successionis. **D**ucatus Magdaluni apud Reg. Reverter. **d**ecis. 305. Testamentum conditum per feudatarium, quod per subsecutū perduellionis crimen fuit effectum irritum, nūni per Assenum tollentem obstatum perduellionis, reconvalescat, & confirmatum dicatus etiam quoad substitutiones in

eo contentas; Feudalis successio nis ordo num immutatus, dicitur per perpetuam fœminarum exclusionem; Assensus virtute, cuius immutatur ordo successio nis an debeat esse in forma dispensativa cum cæteris ad feudalem materiam pertinen tibus.

DECISO VI.

Hec decisio, quam hic subnectendam duximus prodijt in famigerata illa causa vertente in S. C. inter Ill. Principem Vigiani, & D. Franciscum Dentice, quam pro Principe tuendam suscepit per celebris, & magni nominis Advocatus *Franciscus de Andreis*, postmodum Regius Consiliarius amplissimus, & Regalis patrimonij strenuus Fisci Patronus. Ex cuius elaboratissima Consultatione, cum utriusque partis argumenta perstringantur, & merita causæ, per quantum nobis videtur, pandantur, non suscepimus laborem reassumendi utriusque partis argumenta ad decisionem contexendam; Cum sat sit Typis subjecere tenorem Consultationis, à tanto Viro editæ, cum integris verbis rei judicatæ.

Tenor Consultationis Consilia rij Francisci de Andreis.

In causa hac, quæ vertitur in S. C. inter D. Franciscum Dentice, & Principem Vigiani, circa petitam restitutionem ejusdem Terræ, vigore prætehsí fideicommissi, super ea instituti per Antonium Dentice, anno 1457. spes erat destituturum fuisse à judicio actorem, quotiescumque fuisset ostensum ex facto, licentiam testandi de feudo, quām idem Antonius obtinuit à Serenissimo Rege Alfonso, non fuisse petitam super testamento, quo instituto in ea Terra filio primogenito, eam alijs alienari vetuerat, quām illis ē sua domo, sed petitam, ac concessam fuisse super codicillis, quibus postmodum idem testator, mutata priori dispo

sitione, ipsum Oppidum divisit inter suos filios secundogenitos, reciproca tantum inter eos facta substitutione, si decessissent sine liberis.

Sed quamvis id ideo aperte fuerit demonstratum ex parte Principis, ut nè ipsi quidem Adversarij, contrarium affirmare fuerint ausi, adhuc tamen videmus eos, nè ab intepio desisterent, acrioribus stimulis institutum judicium urgere; praetextu, quod prohibitio alienandi contenta in testamento, uti concepta in rem, censeri debeat repetita, vel saltim non immutata in codicillis, quodque testamentum, quo ea continebatur, si non per licentiam Regis Alphonsi, sat dici possit Regio consensu munitum, per assensum Regis Ferdinandi, in quibusdam capitulis indultus concessi Carolo Dentice ejusdem Antonii filio, anno 1464. quibus remisso ei felonie criminis, inter alia volunt fuisse confirmatos per Regem, non tantum codicillos, sed & ipsum testamentum Antonii, in haec verba: *Item, che S. M. si degni prestare il suo assenso al testamento, e codicillo conditi per M. Antonio suo padre. Placet R. M.*

Et quamvis hujusmodi intentio, apud Iuris prudentissimos Iudices, sat videatur rejecta, vel ex iis solis, quæ voce fuerunt in Aula allegata; Tamen nè nostro muneri deesse videantur, libuit infra scripta in medium adducere, quò clarius ejusdem vanitas detecta, simulque Principis conventi justitia, manifestius eluceat.

Quod ut assequamur, Amplissimi Ordinis Senatores rogamus memoria repeatant ex facto; Antonium Dentice die 27. Iunii anni 1457. instituto sibi hærede in omnibus feudis Aloysio filio primogenito, eundem sibi hæredem particularem scripsisse in Castro Vigiani, ac Caselli Sancti Juliani; prohibitione addita, nè unquam feudum ipsum potuisset alienari, nisi inter masculos è stirpe ipsius testatoris, exclusis semper feminis, tām à successione, quām à distractu ejusdem Terræ, ac vocato Hospitali SS. Annunciatæ in casum contraventionis, ut de ea prò libitu disponeret, tanquam de re feudali. Deinde eundem Antonium mutata voluntate petuisse licentiam à Rege Alphonso Castrum prædictum, unà cum Casali S. Juliani, ac Balia S. Severi dividendi inter suos filios secundogenitos, per actum sive inter vivos, sive in ultima voluntate,

excluso primogenito; eaque obtenta die 2. Augusti ejusdem anni, feuda prædicta conditis codicillis divisissè inter Carolum, Cæsarem, Iacobum, & Raynerium secundogenitos, æquis partibus, cum reciproca substitutione, ut si sinè liberis décederent, morientis portio accresceret superstiti.

Cumque postmodum tām ipse Antonius testator, quām prædicti ejus filii à fidelitate Regi debita descivissent; constat post ipsius obitum Carolum Dentice, anno 1464. obtento à Rege Ferdinando, qui Alphonso successerat, omnium retroactorum indultu, petiisse sibi confirmari omnia privilegia concessa per R. Alphonsum Antonio ejus patri, & præcipue concedi assensum prædictis testamento, & codicillis ejusdem Antonii; eoque obtento per verbum *Placet*, fuisse de iis omnibus expeditum privilegium juxta formam Cancellariae; Quod quamvis non appareat, constat tamen anno 1474. fuisse prò ejusdem exequutione per eundem Regem expeditum privilegium in beneficium Cæsaris alterius fratris, aliudque anno 1479. ad beneficium Iacobi; à quorum singularis, juxta formam paternæ voluntatis Castrum prædictum possidebatur prò tercia parte; defuncto scilicet Raynero absque filiis, cuius ideo portio superstribus accreverat.

Demum cum Cæsar Francorum Regi militans ad Perpinianum obiisset, ejusque portio devoluta ob rebellionem ad Curiam, fuisse vendita Carolo, & Iacobo tūm superstribus; tandem iis defunctis, cum Carolo successisset Io: Berardinus, & Iacobo Aloysius, devoluta similiter ob rebellionem Io: Berardini ejusdem portione ad R. Fiscum, constat eandem fuisse per Regem Federicum venditam Aloysio Iacobi filio, anno 1498. In cuius ideo persona feudum, quod eo usque fuerat divisum possessionum, rediit ad suam primævam naturam; Nām & is postmodum anno 1505. obtinuit à Rege Catholico ejusdem Terræ confirmationem prò se, suisque hæredibus, & successoribus; Eique cum post quatuor generationes successisset Placidus, fuit ea vendita anno 1630. sub hasta S.C. emptaque à D. Io: Baptista de Sangro, postmodum ejusdem Terræ Princepe, soluto pretio ducatorum sexaginta milie; contrà quem præsens vindicationis judicium fuit institutum; primùm ab ipsomet Placido nomine suorum filiorum, deinde à

444 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum.

D.Thoma, & D.Francisco filiis propriis non minibus, prætextū, quod ea nulliter fuisset alienata extrā familiam, ob prædictam prohibitionem contentam in testamento Antonii primi ejusdem Terræ acquisitoris; quām etsi à principio Adversarii dicebant fuisse confirmatam per assensum Regis Alphonsi; prætendunt modò fuisse confirmatam per assensum Regis Ferdinandi, inter capitula concessa Carolo Antonii filio, prout modò enarravimus.

Cujusmodi tamen prætentio, quām longè non minus ab ipsius Antonii voluntate, quam à Iuris ratione distet, facile credimus posse demonstrari, ex pluribus capitibus; quorum unumquodque sat esse arbitramur, apud Doctissimos Iudices, ad obtinendam victoriam.

Primò, quia constat prædictam prohibitionem contentam in testamento Antonii fuisse revocatam ab ipsomet testatore per dispositionem codicillarem.

Secundò, quia ex ea, quandò adhuc non fuisset sublata per secundam dispositionem, nulla actio potuisset competere descendantibus Antonii, cum omnis, si qua adesset, spectaret ad Hospitale D.M. Annuntiatæ.

Tertiò, quia etiamsi descendentes fuissent vocationi per fideicommissum restitutorium, ut Pars prætendit; adhuc dispositio fuisset nulla ob defectum assensus.

Et demùm, quia quantumcunque ea prohibito fuisset validè confirmata, per Regis assensum, adhuc tamen omnis ejus vis expirasset, per devolutionem ad Regiam Curiam.

CAPUT PRIMUM.

*Prohibitio alienandi Terram Vi-
giani contenta in testamento
Antonii, an censeatur sublata
per dispositionem codicillarem,
qua Terra fuit divisa inter se-
cundogenitos, nulla facta men-
tione illius prohibitionis.*

E T sanè si ostenderimus prohibitionem illam alienandi, ex qua omnis Adversarium actio pendet, fuisse ab ipsomet testatore ademtam, supervacua esset quævis alia

3 quæstio, tām circà prætensam vocationem descendantium, quām circà validitatem, si ve invaliditatem assensus, ac devolutionem ad Regiam Curiam; Cum assensus non posset operari, ubi non reperit confirmabile, & vocatio parum proposit, si ea postmodum ab ipsomet testatore fuerit immutata. Quod tamen vel ex eo clarissimè demonstrari credimus, quod testator illam cum testamento ordinavit, non ordinavit pure, sed sub conditione, si scilicet super ea impetraretur assensus; ut ex clausula in calce ejusdem testamenti, *Reservato in predictis, quatenus bona feudalia tanguntur, Regio beneficium, & assensu, quatenus sit necessarium, & opportunum.* Undè cum postmodum non porrexerit preces prò assensu, super ejusmodi prohibitione, sed solum super nova dispositione, quam intendebat facere, dividendo feudum inter secundogenitos, palam fit recessisse illum à priori voluntate circà prohibitionem alienationis, nec illam voluisse haberri prò repetita in secunda dispositione; Nām cum uterque actus esset prohibitus absque Regis assensu, tām scilicet divisio feudi inter secundogenitos, quām onus illius injungendum circà prohibitionem alienationis, nulla possit assignari ratio, cur prò altero tantum debuisset petere licentiam, nisi quia alterum tantum perficere intendebat.

Cumque certissimi Iuris esset prohibitionem illam alienandi, si prò ea non fuisset obtenuta licentia inutiliter ordinari, cum in materia stricta, qualis est assensus, non detur extensio, nedum ad diversa, sed neque ad similia, imò neque ex identitate, & quod magis est, neque ex majoritate rationis, ut plenè ostenditur per *Camerarium in rep. l. Imperiale p. 45. & seq.* Consequens est haud presumendum esse Antonium voluisse onus illud haberi prò repetito in secunda dispositione, quod non obtenta licentia, sciebat fore prorsus inutile, & à Iure improbatum.

Quinimò cum ex hujusmodi repetitione oneris, quæ ex adverso prætenditur, inutilis redideretur assensus concessus super divisionem, 5 ob difformitatem scilicet quæ eocasu intercessisset inter assensum, & actum, super quo fuerat præstitus; ut docent *Camerarius in d.l. Imper. fol. 56. lit. S. Freccia lib. 2. de subfeud. quæst. 34. Praef. de Franc. decis. 15.4 Medic. cons. 13. l. 24. i 10. & ceteri Feudi-*

Dēcīsiō VI.

445.

distē allegati per D. Reg. Marcian. disput. 7.
tom. I. per neccesē sequitur onus non esse
habendum p̄ò repetito; ex regulo, ut quo-
tiescumque ex repetitione oneris, vel con-
ditionis vitiaretur legatum, illud censem-
dum sit purum, ut docuit Paulus de Castro
in l. Avia 76. D. de cond. & dem. nū. 3. & post
Bartolum, Jasonem, Decium, & alios, com-
muniter, tradiderunt Mantica de conject.
lib. 7. tit. 6. num. 6. & seq. & Peregrinus de fi-
deicom. artic. 16. num. 37.

Præterea quotiescumque aëtus, super quo
fuit adiecta conditio, fuit nullus, si idem
aëtus postea fiat in forma valida, non facta
6 mentione conditionis, ea non intelligitur
repetita, ut firmat idem Peregrinus d. artic.
16. num. 50. & 51. Undè cum prior disposi-
tio, qua continebatur prohibitio alienatio-
nis fuerit, nulla, non poterit ea conditio
haberi p̄ò repetita in secunda dispositione,
quæ fuit valida; nām illa voluntas non po-
test trahi ad alium aëtum in alia scriptura,
ut inquit idem Peregrinus loco citato.

Ulterius hujusmodi repetitio oneris, sivè con-
ditionis, nunquam possit præsumi, nisi quan-
dò testator in secunda dispositione habui-
set respectum ad primam, nempè si dixi-
set, centum, quos Titio legavi, lego Cajo;
7 tunc enim viderentur legati cum iisdem
qualitatibus, ad textum in l. legatum sub
conditione 14. D. de adim. leg. & in l. legatum
95. ubi Bartolus D. de condit. & dem. Quod
fecus idè erit, quandò secunda dispositio
suissit facta principaliter, haberetque suam
peculiarem formam independentem à pri-
ma, tunc enim non esset locus præsumptæ
repetitioni, præcipuè si fieret in alia scriptu-
ra, ut docet idem Peregrinus loco ubi sup.
num. 4. & num. 47 & 48. Ideoque cum con-
stet Antonium in nostra specie, cum sup-
plicavit p̄ò facienda divisione inter secun-
dogenitos, haud ullam fecisse mentionem
prioris dispositionis factæ in testamento, sed
potius principaliter, & independenter sup-
plicasse p̄ò facienda ea divisione, tam per
aëtum inter vivos, quam per ultimam vo-
luntatem, iis verbis: *Intendens expenens*
ipse ipsum Castrum, & Casale, atque Baliam
cum eorum Iuribus, concedere, & donare di-
ctis filiis, inter eosque fratribus, & divisare divi-
dere certo modo ei viso, taliterque disponere
in ejus vita, scilicet in mortis casu. Iure sequi-
tur, nullam posse sumi conjecturam p̄ò
inducenda repetitione prohibitionis con-

tente in testamento, quandò testator no-
vam cogitabat facere dispositionem, etiam
per actum inter vivos, & consequenter nul-
lo modo dependentem à testamento.

Quibus additur, quod quotiescumque adest
ratio, cur disponens debuerit recedere à
conditione, sivè qualitate adiecta in priori
dispositione, nullo modo potest ea haberi
p̄ò repetita in secunda, ut per eundem
Peregrinum d. art. 16. num. 38. At in nostra
specie fortissima aderat ratio, cur Antonius
ab injuncto illo onere circà prohibitionem
alienationis debuisset discedere, scilicet nè
sibi difficultorem redderet gratiam, quam
optabat; cum prohibitio illa maximam ha-
beret Iuris resistentiam, ut idè assensus
super ea, vel non debuisset concedi, vel sal-
tim difficillimè.

Primùm enim per eam alterabatur natura
feudi, quatenus prohibebatur successor di-
8 sponere de eo extrà familiam, quod contrà
naturam est feudi hereditarii, quod semper
intelligitur concessum cum facultate alię-
nandi in quemcumque fidelem cum Reginis
assensu, ut benè ostendit Frecc. de subfeud.
lib. 2. q. 1. num. 3. adeòut si Rex absque justa
causa negaret assentiri, injuriam inferre, imò
assensum ipsum haberi p̄ò præstito, com-
munis sit nostrorum Feudistarum conclu-
sio, ut per Camerarium in d. l. Imperiale
p. 7. lit. F. Capyc. ibid. p. 22. Loffredum in cap.
1. §. donare qual. olim feud. pot. alien. Reg. de
Pont. de pot. Prereg. tit. de assens. Reg. super
dot. §. 1. num. 4. aliosque communiter.

Secundò mutabatur ordo successionis, quate-
tenus ab eo excludebantur sceminae, iis ver-
9 bis: *Exclusis semper sceminiis à successione,*
& contractu dictæ Terræ; quod haud du-
biū, quin esset contrà formam Iuris no-
strarum Constitutionum, quæ constituunt
Ius commune in Regno, ut per Iserniam
in prohem. Constitutionum, & in cap. I. de eo,
qui sibi, & hered. suis. Undè nil obstat, quod
dicunt exclusionem sceminarum esse con-
formem Iuri communi feudorum; nām
consuetudines feudorum, quæ ad hoc caput,
nunquam fuerunt receptæ in hoc Regno,
in quo servabatur Ius Longobardorum,
quod in eo dicebatur Ius commune, ut ex
Constit. puritatem, ubi inquit Andreas, quod
nemo ab illius observatione poterat excusa-
ri, traditque Minadous in Constit. in aliqui-
bus, fol. 51. num. 59. Quo jure certum est
sceminas non fuisse exclusas à successione,

Li

446 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

I. si pater, & I. si quis filiam de success. in Lombard. & constat ex Pragm. Regiae Ioannæ dicta la Filingeria. Supervenit postmodum Ius Francorum, quod dicitur Ius speciale, ut ex Afflito decis. 248. eodque excludebantur solummodo, quæ dotem habuerant, à successione illius, ex cuius bonis acceperant. Deinde fuit introducta in aliquibus nostri Regni partibus prava consuetudo, ducta forte ex consuetudine introducta in feudis Lombardie, ut sceminae à successione Comitum, & Baronum arcerentur, quæ tanquam injusta fuit improbata à Federico in Const. in aliquibus, resque reducta ad terminos antiqui Iuris, quod prælationem tantum concedebat masculis, dummodo rotres tenerentur dotare de paragio, ex d.l. si pater in Lombard.

Et ideo videmus fuisse decisum per Regiam Cameram, concessa licentia disponendi de feudo quomodocumque, sive inter vivos, 10 sive in ultima voluntate, vendendo, alienando, donando, permittendo, pignorando, &c. non ideo censi concessam facultatem excludendi sceminas, ut per Reg. Reverte- ram decis. 305. in impressis; ea ratione, quia Rex videbatur consensisse omni generi alienationis, at non ideo permisisse mutari feudi naturam, per exclusionem sceminarum, quæ alias per Regni Constitutiones fuerant admissæ. Et Reg. de Ponte de pot. Proreg. tit. de ref. feud. §. 10. num. 14. & 15. inquit, quod cum Rex dispensat super successione feudi, duplex opus est, ut tollat obstaculum, alterum suæ voluntatis, alterum naturæ feudi, dispensando scilicet contra leges, & regulas feudorum, quod ideo difficilius conce- ditur; ut tradit etiam Reg. Galeota lib. 1. contr. 48. num. 5.

Tertiò maximum perejusmodi prohibitionem inferebatur præjudicium Regi, dum in casum alienationis, feendum devolvebatur ad manus mortuas, scilicet ad Hospitale D.M. Annunciate, sublata per consequens spe ca- ducitatis ob lineam finitam; quod ideo dif- ficius Rex præsumendus erat fuisse con- fessus, ad tradita per Reg. de Ponte de po- test. Proreg. tit. de assensib. Reg. §. 8. per to- rum, & Laratham cons. 12. num. 15. Cui rei nihil obstat, quod Hospitali D. Mariae An- nunciatæ permisum sit ex privilegio Regi-

¶ 2. nra Ioannæ, accipere feuda ipsi legata ab- que alio assensu, ex Fabio de Anna cons. 29. 10. 2. nam privilegium illud nunquam

apparet fuisse usu receptum, imò per con- trarias litteras constat fuisse revocatum, ut ex eodem Anna cons. 105. undè fuit datus terminus in ea causa, nec unquam judica- tum prò S. Hospitali; & in omnem even- tum non potuisset negari, quin de maximo 13 ageretur Regis præjudicio, si in causa hac privilegium illud debuisset usu recipi, quod anteà nunquam constabat fuisse servatum. Ut ideo nil mirum, si Antonius prædictam prohibitionem alienandi repetere noluerit in secunda dispositione, nè scilicet super ea sibi difficiliorem redderet assensum, si eam repetiisset; ni verosimilius sit dicere, petiisse illum quidem assensum super priori dispo- sitione, & quia illum obtinere non potuit, illam mutasse.

Et demum nullo modo cogitasse Antonium de repetenda prohibitione alienationis, con- stat ex diversitate imò repugnantia, quæ 14. inspicitur in utramque dispositionem, quæ adeò est evidens, ut stante una, alteram corruere necessè sit: ad tradita per eundem Peregrinum d. art. 16. num. 39. Etenim cum per priorem dispositionem sceminae essent perpetuò exclusæ à successione, ut superius diximus, constat tamen in secunda disposi- tione, fratres non fuisse inter se substitutos, nisi sub conditione si deceperint sine libe- ris; ut desumitur ex privilegio expedito per Regem Ferdinandum, ibi: Cum clau- sula, & conditione in eodem codicillo, sive te- stamento adiecta, quod casu, quo aliquis ex- dictis fratribus sine liberis moreretur por- tio ipsius morientis, ceteris fratribus, qui remancerent, deberet accrescere; quibus ver- bis ipsimet Adversarii in suis ultimis alle- gationibus non dubitarunt asserere, omnes liberos sive masculini, sive feminini gene- ris fuisse positos in conditione, ad exclusio- nem substituti, juxta texturn in l. cognosce- re §. 56. liberorum, ibi: sive virilis, sive fe- minini sexus, D. de V. sig. & L. non est sine li- beris 148. eod. tit. ibi: cuius vel est unus filius, unavè filia; adeòut inter liberos etiam nepotem ex filia contineri, D. Pires rescripsit, teste Ulpiano in ultima, D. de pollicit. Idque ex vera, & propria significa- tione vocabuli, & non ex interpretatione, ut bene observat Peregrinus de fid. artic. 25. num. 8.

Quomodo igitur hæc duo possent insimul sta- re, ut per prohibitionem contentam in te- 15 stamento sceminae essent exclusæ à suc- ce- sione,

Decisio VI.

447

sione, etiam à remotioribus masculis, & per dispositionem codicillarem illæ eadem sc̄minæ, imò & ipsarum filii excluderent patruos? Respondeant hic quæso Adversarii, an fingi possit major repugnantia inter unam, atque alteram dispositionem? Nàm quod dicunt sc̄minas per testamentum non censeri exclusas, nisi solum in defectum masculorum, ex traditis per *Castillum lib. 5. controv. cap. 92. num. 12.* id repugnantiam non tolleret, cum attenta ea doctrina adhuc excludenda fuissent ab omnibus masculis, etiam remotioribus servata forma testamenti, & tamen attenta dispositione codicillari, ipsæ excluderent patruos. Nec ad vitandam hanc contradictionem dici posset, sub nomine liberorum in dispositione codicillari, non venire comprehensos, nisi solum masculos; nàm quotiescumque posterior dispositio, per repetitionem prioris qualitatis, esset restringenda contrà propriam naturam, nunquam esset locus repetitioni; ut firmat idem *Peregrinus d. artic. 16. nu. 40.*

Nec erit omittendum, prohibitionem alienationis contentam in testamento, cum feudum relinqueatur primogenito, vel ex a-

16 lio non habendam esse pro repetita in codicillis, quod constet ex eodem testamento, illud ipsum feudum fuisse relictum liberum ijsdem secundogenitis, casu quo primogenitus noluisset parere voluntati testatoris, quoad solutionem onerum; his verbis. *Eo casu Terra Vigiani cū Casali Sancti Juliani, & juribus suis sit, & esse debeat dictorum Caesaris, Jacobi, & Ranerij, & eorum heredam, & successorum, ad faciendam eorum liberam voluntatem, tanquam de re feudaliz; qua eadem formula usus fuit, cum vocavit S. Hospitale, ibi: ad faciendam liberam voluntatem dicti Hospitatis tanquam de re feudaliz.* Si enim etiam tūm feudum devenire debet liberum ad secundogenitos, quo jure dici poterit, in codicillis postea illis præsumendum relictum cum prohibitione alienandi?

Nec obstat, quod nuper ex adverso replicari audivimus, scilicet feudum hoc, ob rebellionem Antonij fuisse devolutum ad Re-

17 giam Curiam; ac ideo cum postea Rex Ferdinandus concessit assensum super testamento, assensum illum habere vim novæ concessionis, in qua haberi debeant præ repetitis omnes conditiones contentæ in testamento, non tanquam adjectæ ab Antonio, sed tanquam additæ à Rege, quas ea:

lege videatur illud concessisse, nè unquam alienaretur extra familiam.

Siquidem præ responsione advertendum; objectum hoc, quo Adversarij propria tantum authoritate firmare contenti fuere, nec facto, nec jure subsistere. Ex facto enim constat, feudum nunquam fuisse devolutum ad Curiam, saltem, quoad illius possessionem, dum tempore indultus possidebat per Carolum, nec Regi mentem fuisse illum noviter concedere, sed in illius possessione confirmare Carolum, prout alias ad ipsum spectabat, remisso ei solummodo obstaculo rebellionis, ut ex capitulo. *Item, che S.M. si degni confermarli Vigiano; Cornito, e l'attione, che bà à S. Chirico, le quali tiene al presente: Placet R.M. si, & prout in possessione illarum bastenus fuit, & in praesentiarum existit, & ad eum spectant, & pertinent.*

Prout etiam, cum fuit petitum confirmari omnia privilegia concessa Antonio, inter quæ aderat licentia dividendi feudum inter fi-

18 lios, non intendit Rex ea noviter concedere, sed solum ea confirmare, tollendo similiter obstaculum rebellionis, propter quam Antonius ab illorum impetratio videbatur decidisse; undè videmus Regem ea confirmari in forma communi, & cum clausula, quatenus ipsemet Antonius, illis fuisse usus, ut ex alio capitulo; *Item, che S.M. si degni confermarli tutti li privilegij, che fè la benedetta mem della M. del Rè Alfonso à M. Antonio suo padre. Placet R.M. quatenus illico usus fuit.* Undè cum postmodum per aliud capitulum concessit assensum super testamento, & codicillo, similiter aliud Rex

19 non intendit, quam tollere obstaculum perduellionis, ac restituere Antonij memoria, ut reconvalesceret ipsius testamento, quod per subsequutum delictum fuerat effectum irritum, juxta *l. si quis filio exacerbato 6. §. irritum, D. de injus. rup. irr. fac. test. l. Pantonius 86. §. rei perduellionis. D. de adq. hered. cum alijs adductis. in propria re, de qua agimus, per Reg. Loffredum in suo cons. 8. à nu. 23: usque ad nu. 36. ubi ex pluribus docet potuisse Regem etiam post mortem delinquentis, extinguere crimen, ejusque testamentum confirmare, sublativo vicio rebellionis.*

Vnde videmus in privilegijs postea expeditis per Ferdinandum, cum inserta forma utrufaciatæ capitulo, præ confirmanda divisione

Ter-

448 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

Terræ Vigiani ad beneficium Jacobi, & Cæsar, Caroli fratrum, non aliud fuisse petitum, nisi solummodo confirmari dispositionem illam Antonij, qua prævia Regis licentia feudum prædictum diviserat inter secundogenitos, ac tolli obstaculum prædictæ rebellionis, ibi: *Aded quod ipse Jacobus, ejusque heredes, & successores integrum tertiam partem utilis dominij ipsius Terræ Vigiani, eis ut supra, juxta prædicti testatoris voluntatem pertinentem, habeant, juxta dicti qu. Antonij voluntatem, & dispositionem, non obstante dicti qu. Antonij, & filiorum rebellione.* Prout nec aliud fuit à Rege concessum, quam confirmatio prædictæ dispositionis, ibi: *prædictum ultimum testamentum, seu codicillum qu. Magnifici Antonij Dentice* (fuerat enim ea dispositio semper designata sub dupli hoc nomine testamenti, seu codicilli) *supplicantis patris præsentium serie de certa nostra scientia confirmamus, roboramus, &c.* Et inferius; *Volentes, & decernentes expressè, quod idem Jacobus, siue prædicti heredes, & successores exequantur, & perpetuè habeant ejusdem Terræ Vigiani di- Nam tertiam partem eis contingentem, juxta ipsius Testatoris voluntatem;* Et postmodum; *Tamjure legati, codicilli, seu testamenti paterni, quam etiam ob mortem dicti qu. Raynerij ejus fratri, cuius portio ipsi supplicanti præequali portione cum fratribus, juxta continentiam dicti legati, testamenti, seu codicilli accrevit, & in ea propterea successit, juxta illius, ad quod nos referimus continentiam, & tenorem.* Quæ eadem verba fuerunt postea repetita in privilegio expedito ad beneficium Cæsar, quod per eadem verba fuit extensum, nomine tantum mutato.

Igitur si Rex declaravit prædictos filios successisse in feudo prædicto vigore paternæ dispositionis; Si idem Rex solummodo dispositionem illam confirmavit, consensitque feudum possideri juxta ejusdem patris voluntatem; Si fuit confirmata licentia, quam ipse pater habuerat, ita feudum dividendi; Si non aliud fuit petitum; quam removeri obstaculum rebellionis, nec aliud concessum; Si in omnibus fuit ordinatum servari voluntatem paternam; Velle modò, ut per ejusmodi assensum feudum noviter concessum dici debeat à Rege, ut hinc operari debat, ultræ quam Antonius suam dispositionem operari voluit; aut fallimur, aut è dia-

metro pugnat, non minus cum verbis, quam cum mente ejusdem Regis. Nec aliud nos suadet Iuris ratio, si prò interpretanda Regis mente ad illam recurramus; Cum quia semper in dubio Rex concedendo assensum, sive confirmingo id, quod actum fuit, non intelligitur facere actum de per se stantem, sed solum actui existenti concedere robur, removendo obstaculum, quod impediebat illius efficaciam, 20 ut optimè advertit D. Reg. de Ponte de bis qui feud.dare poss.lett.6. num.24. aliquique suo loco citandi; Tum etiam, quia cum Carolus nunquam amississet possessionem feudi, quantumvis ipsum, sive ejus patrem dicamus fuisse rebellem, quotiescumque Rex ei culpam remisit, feendum remansit antiquum, nec posset dici fuisse noviter concessum; ut in proprio puncto docuit Andreas in cap. I. §. sed & res num. 6. per quos fiat investit. vers. sed si Dominus; ubi quærens, an si Dominus remiserit culpam, propter quam feendum amitterebatur, teneatur vassallus petere novam investituram? inquit, quod si Dominus cæperat possessionem, tunc si eam iterum transferat in vassallum feendum dicitur novum; at si possessio mansisset semper penes vassallum, remanebit antiquum; in hæc verba: *Si Dominus habuit possessionem feudi, tunc retranslata possessione in vassallum est novum feendum, & habet necesse petere investitutam, aliud si semper possedit vassallus.* Unde Affidus in eod. §. sed & res num. 19. inquit optimè ad rem nostram, quod si Dominus nunquam cæpit possessionem feudi amissi per culam, remissa culpa feendum remanebit, prout erat; adeòut si post ejus mortem hæres restituatur ad feendum, teneatur solvere relevium, quia illud non dicitur habere ex novo titulo, sed ex patris successione; Nili inquit nu. 20. hæres fuisse restitutus ad feendum, non per gratiam, sed soluta pecunia, nam tunc videretur feendum emissum ex novo contraetu, & non teneretur ad relevium; ut inquit se vidisse servari in personam Ioannis Dentice filii Aloysii, qui fuit primogenitus hujus Antonii, qui quamvis semper possedisset feuda, quia tamen prò obtinenda restitutione solvit ducatos quinque mille, fuit liber à solutione relevii.

Quod sane absque ullo dubio procedit in re, de qua agimus, in qua nedium non constat fuisse prolatam sententiam super devolu-

tio-

Decisio VI.

449

tione; nec alias apparer rebellionem fuisse notoriam, quo casu non opus fuisse sententia, ut dicemus in ultimo capite; sed constat per supradicta privilegia, memoriam Antonii fuisse ad omnia restitutam, prout erat, antequam crimen commisisset, ut probat *Loffredus d. cons. 8. num. 23. & seq.* quo casu etiam si Rex cæpisset possessionem feudi, tamen si dixisset se illud reddere, vel restituere concessio indultu pro criminis, adhuc visus fuisse illud reddere, eodem Iure, prout ante possidebatur, ut docuit idem *Andreas in cap. 1. de vassall. decrep. stat. n. 2.* dum inquit, *Put dixit Princeps, indulgimus tibi crimen, & reddimus, vel restituimus tibi bona, hoc sufficit, verbum enim redere significat retro dare, ut habeat eo Iure, quo ante, & retrò habebat; quod postea num. 3. extendit, etiam si fuisse additum, & de novu concedimus, quod posterior hæc clausula interpretationem recipiat à prioribus verbis, ex quibus elicetur, mentem Principis fuisse restituendi feudum, non verò illud noviter concedendi tanquam suum; quod bene explicat *Io: Vincentius Anna in rep. ejusdem capituli num. 167. & 172.**

Ex quibus ideò resolvitur, quod iidem Adversarii addunt, nempe Carolum, cum petiti assensum super testamento, pernecesse presumendum esse, illum petisse super ea prohibitione alienandi extrà familiam, quod circà alia nihil ipsius interesset, testamentum confirmari. Näm præterquam quod id falsum detegitur ex eodem testamento, dum in eo confirmabatur Carolo donatio sibi à patre facta Terræ Velæ, & casu quo voluisset illius pretium conferre, instituebatur etiam hæres in burgensaticis; Itemque relinquebantur eidem ducati mille solvendi à Primogenito, ultrà portionem dormorum sitarum in hac Civitate; fueratque scriptus unus ex exequitoribus testamentariis; Adhuc cum testamentum illud fuisse factum irritum per patris delictum, hoc ipso ipsius intererat illud confirmari; non tantum ex eo, ut valida essent relicta sibi in eodem testamento; sed etiam ut restitueretur patris memoria, nec illi posset imputari, quod propter Majestatis crimen decepsisset intestabilis. Præcipue cum constet ipsum in iis capitulis petiisse indultum, nedum pro se, sed & pro tota familia; Ut omittam, quod prohibitio illa alienandi, cum exclusione foeminarum à successione, potius po-

tuisse considerari tanquam onus, quam tanquam beneficium Caroli, ut idè ad quidquid aliud potius dicendus esset ille respxisse, cum testamentum patris petuit confirmari.

Vnde cum ex his satis, & fortè ultrà quam necessitas postulabat, fuerit ostensus, prohibitionem alienandi contentam in testamento Antonii, fuisse ab ipsomet ademptam in codicillis, per dispositionem nedum diversam, sed contrariam, ac per consequens a sensum Regis Ferdinandi nihil respectu illius potuisse operari, erit modò ad alia procedendum.

C A P U T II.

Ex prohibitione alienationis facta per Antonium Denticem, vocato S. Hospitali, in casum contraventionis; An potuisset oriri actio ad beneficium descendientium Antonis, quandù prohibitio fuisse valida, nec fuisse adempta per secundam dispositionem.

Resolutio huic Capitis pendet ex quæstione illa latissimè inter *DD. agitata, an scilicet ex prohibitione alienationis favore familie, resultet unicum tantum fideicommissum in casum contraventionis, an verò duplex, alterum conditionale, in casum quo res alienaretur contrà præceptum testatoris, alterum verò simplex, & absolutum, sive, ut vocant, restitutorium, in casum mortis?* de qua quæstione integrum edidit volumen *Petrus Parmensis sub tit. de prohib. alic.* Eandemque post antiquos latè tractarunt *Peregrinus de fideicomm. artic. 14. & Fusarius de fideicomm. subst. quest. 688.* aliique quos affert *D. Consil. Hodierna in suis doctissimis observat. ad Surd. decis. 238. num. 4.* Näm si fideicommissum non fuit inductum, nisi solùm in casu contraventionis, consequens est nullam ex eo actionem posse oriri, nisi solùm in beneficium *S. Hospitalis*, quod fuit speciatim vocatum in illum casum; At si ultrà hoc fideicommissum contraventionale aliud in-

450 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

Sicutum supponimus in casum mortis, ad beneficium descendantium; tunc substitutus in casum alienationis non censeretur vocatus, nisi solùm durante vita alienantis, at post ejus mortem, posset res vindicari à vocatis per fideicommissum restitutorum, juxta veriorem, & receptionem sententiam, de qua testantur *Peregrin.* d. art. 14. n. 48. vers. contrà verò, & *Fusarius quest.* 783. num. 1. Quamvis non desint, qui velint, spe- cialem provisionem in casum alienationis præferendam provisioni generali in casum mortis, etiam post obitum alienantis, ut per eundem *Peregrinum* d. num. 48. in princ. & *Fusarium* ubi sup. num. 3.

At in re, de qua agimus non fuisset inductum, nisi solùm fideicommissum contraventionale, constat ex eo, quia omnes DD. qui de 24 re agunt, eatenus disputant, an testator censeatur induxisse fideicommissum etiam in casum mortis, quatenus ille post prohibitionem alienationis, addidisset rationem, ut bona conservarentur in sua familia, sive quia vult ea conservari in familia; tunc enim quasi ex hujusmodi verbis eliciatur dispositiva voluntas testatoris relinquendi bona illis de familia, censuerunt quamplures fideicommissum videri inductum, etiam in casum mortis, alii verò, & longè plures sectati sunt opinionem contrariam, quos longa serie recenset idem *Fusarius* d. quest. 688. num. 9. à quorum sententia inquit ipse, nec judicando, nec consulendo esse recedendum, ut num. 14. vers. ego certè; eamque ex pluribus Iuribus optimè probat *Peregrinus*. d. artic. 14. num. 18.

Hinc alii putarunt distinguendum, ut si testator expresserit rationem illam conservandi bona in familia per verba enunciativa, non inducatur fideicommissum, nisi solùm contraventionale, sin verò eam expresserit per verba dispositiva, oriatur etiam fideicommissum in casum mortis, quos affert *Fusarius* num. 33. quamvis alii utroque casu censuerint non oriri, nisi solùm fideicommissum contraventionale, quorum ipse sententiam veriorem putat, ut num. 36. vers. ego sentio.

Quorum ideo disputationes cessant, quando testator, nec per modum causæ, nec per 26 viam principalis dispositionis addidit rationem, ut bona conserventur in familia, sed tantummodo rem alienari prohibuit aliis, qui essent de familia, ut in casu nostro, ibi-

*Nisi illis de domo, & stirpe ipsius D. Antonii, masculis tantum. Tunc enim indubitata res effet, non induci, nisi solùm fideicommissum in casum alienationis, quia nulla ad sunt verba apta ad inducendum fideicommissum absolutum favore familie, ut post Bartolum, Paulum de Castro, Aretimum, Soccinum, & alios communiter, firmant Peregrinus d. art. 14. n. 20. *Fusarius* d. quest. 688. num. 106. inquiens nil esse curandum de aliquibus, qui contrarium scriperunt A. Gabriel comm. concl. lib. 4. tit. de fid. concl. 9. num. 33. Reg. de Marin. to. 1. cap. 131. n. 4. & de hac esse Iura nimis clara, inquit *Theaurus* qq. for. lib. 3. cap. 117. n. 4. qui n. 13. testatur, ita sapientius judicasse Senatum, est que communis conclusio.*

Cujus sententiae ratio est evidens, quia cum res prohibetur distrahi in alios, quam in illos de familia, per necessitatem permittitur alienari intrà familiam, ut *textus* est expressus in l. pater 38. §. quindecim, D. de leg. 3. ubi prohibitus rem alienare aliis, quam coniunctis in eadem re legata, vocata *Republica*, in casum contraventionis, potest absque metu poenæ eam alienare in unum ex coniunctis; Vnde etiam si alienatio fieret in remotionem, adhuc diceretur processisse juxta testatoris voluntatem, l. unum ex familia 67. §. deniq. D. de leg. 2. ibi: *codem* vel *dispari gradu*, cum aliis adductis per *Peregrinum* d. art. 14. n. 7. & est communis sententia, ut per *Fusarium* quest. 716. num. 7. At id repugnat è diametro fideicommisso restitutorio in casum mortis, nam si heres fuisset gravatus rem restituere post mortem illis de familia per fideicommissum restitutorum, non posset eam alienare in præjudicium proximiorum, nam omnes censerentur vocati ordine successivo, ut bene declarat *Peregrinus* d. num. 7. vers. At secus; adeòd si plures essent eodem gradu, omnes pariter admitterentur, ut plenè ostendit *Fusarius* quest. 380. & advertit dict. q. 716. num. 5.

Igitur cum fideicommissum contraventionale hoc casu, repugnet dispositioni fideicommissi restitutorii, consequens est nullo modo posse agi de ejusmodi fideicommisso, quod eatenus posset preendi, quatenus simpliciter quis fuisset prohibitus alienare, ut bona conservarentur in familia, juxta sententiam illorum, qui pugnant pro fideicommisso restitutorio: non verò cum testator ex-

expressè permisit rem alienari in illos de domo, ut in nostro casu; prout ex hac ratione, quod testator permiserat rem alienari intrà familiam, excludi fideicommissum restitutorium, quamvis fuisset addita ratio conservationis in familia per verba dispositiva, sicut decisum per Sen. Pedemontanum apud Ozascum *decis. 50. ut num. 14. in fine.* Idemque in iisdem terminis sicut decisum apud *Surdum decis. 238. ex eo solùm,* quod testator in casu necessitatis permiserat alienationem intrà familiam, ut ibi dicitur *num. 14.*

*Et quod hæc fuerit mens omnium DD. qui in priori specie voluerunt censeri inductum fideicommissum restitutorium, constat tūm ex eorum dictis, tūm etiam quia omnes tanquam antesignanum prò sua sententia afferunt *Bartolum in l. qui Romæ 122. §. co- bæredes, D. de V.O.* ut haud idè dubitari possit, quin omnes sint intelligendi juxta dicta per *Bartulum in eo loco;* At *Bartulus expressissimis verbis constituit discrimen, inter casum, quo quis fuisset prohibitus alienare extrà familiam, & eum quo fuisset simpliciter prohibitus alienare, ut bona conservarentur in familia.* Primo enim casu inquit prohibitum alienare, si requisiti illi de familia noluerint emere, posse alienare, in quem velit; *ex dispositione illius textus, quo dicitur eum, qui non potest alii vendere, quam socio, sive cohæredi sub poena si alter fecerit, illo requisito, & existente in mora, posse vendere alii; Quod puto verum, inquit Bartulus, si solùm esset prohibitus alienare extrà familiam, sed si esset adiectum, ut familie relinquatur, vel similia verba, tunc nullo modo posset alienari, tanquam res restitutioni subiecta.* Autb. res quæ, C. comm. deleg. En igitur ut *Bartulus* adeò expressè negat fideicommissum restitutorium in ec, qui est prohibitus alienare extrà familiam, ut potius doceat, ut si illi de familia nolint emere, res possit alienari etiam in extra-neum. Et quamvis hujusmodi fideicommissum neque in secundo casu deduci ex verbis *Bartoli*, ostendat optimè *Peregrinus d. art. 14. num. 20.* cum *Bartulus* solummodò dicat eum, qui sicut jussus relinquere bona in familia, non posse ea alienare, etiam si illi de familia nolint emere; tanquam, scilicet, quemadmodum, non posset alienari res restitutioni subiecta, ut in *Autb. res quæ; tamen quod attinet ad primum membrum distin-**

ctionis, indubitatum erit ex sententia *Bartoli*, ut illis de familia emere recusantibus, possit res alienari in quemcumque; quæ sententia communiter est recepta, teste *Tiraguello de retr. lignag. §. 1. gl. 9. num. 114. & Ant. Gabriele de fideicom. concl. 9. nu. 35. Petra de fideicom. q. 7. num. 9. vers. Tertia differ- rentia, & q. 8. nu. 536. eamque probat F.erd. Loazes in d.l. qui Romæ, §. cobæredes n. 533. & tanquam extra dubium sequitur Reg. de Marin. d. cap. 131. num. 4.*

Igitur si in nostra specie, in qua simpliciter fuit res prohibita alienari extrà masculos de familia, potuisset ea vendi quibuscumque masculis, etiam remotioribus ex voluntate ipsius testatoris, & casu, quo illi eam emere noluerint, potuisset vendi etiam extraneis; nulla ratio erit, cur possit dici subiecta perpetuae restitutioni; *Quod erat probandum.*

Nec obstat, quod fœminæ fuerint exclusæ, nem̄ à contractu, sed etiam à successione ipsius rei, ibi: *Exclusis semper fœminis à successione, & contractu dict. e Terræ;* quia ea verba non aliud portant, nisi testatorem exclusisse omne alienationis genus in fœminas, nedum per contractum, sed etiam per successionem ab intestato, quamvis alioquin successio ab intestato non fuisset impedita per præceptum de non alienando; ut docent innumeris apud *Fusarium quest. 711. num. 1.* Imò quamplures tenent, neque per illud impediri successionem ex testamento, ut firmat *Surd. decis. 124.* ibique *D. Hodier- na num. 1.* Undè ex hoc potius resultat conjectura contrà fideicommissum restitutorium; nam si Testator per prohibitionem illam alienandi extrà masculos de familia, sensisset vocare masculos ad successionem per fideicommissum restitutorium, nil opus fuisset excludere postmodum à successione fœminas, cum hoc ipso ab ea fuissent exclusæ, quod ad illam solummodò masculi fuissent votati.

Quibus ideò sic stantibus, nil obstant conjecturæ, quæ ex adverso fuerunt perpensæ, ad finem inducendi prædictum fideicommissum in casum mortis, quæ omnes fuerunt desumptæ ex *Fusario in d.q. 688. inter ampliationes, & limitationes à num. 1. usque ad num. 105.* Procedunt enim eæ omnes in eo casu, in quo est disputatio, scilicet cum post prohibitionem alienationis, fuisset ad-dita ratio conservandi bona in familia, per

452 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

verba vel enunciativa, vel dispositiva, ut superius scriptissimus; At nullo modo eis locus erit in alio casu, de quo agit idem *Fusarius* à num. 106 usque ad num. 109. cum scilicet sicut facta solummodo prohibitio alienandi extra familiam, tunc enim absolu-
tè ipse constituendam voluit regulam ne-
gativam, scilicet nunquam censeri indu-
stum fideicommissum restitutorum; Idque ex prædicta ratione; quia sic prohibitus alienare, sunt verba *Fusarii*, potest alienare in
quem vult de familia, at fideicommissum ab-
solutum si resultaret, successio deferretur
gradatim, ergo si testator concedit faculta-
tem alienandi in remotiorem, censetur no-
luisse quod ex prohibitione resultet fideicom-
missum in casum mortis. Id quod inquit
num. 108. eò maximè procedere, cum testa-
tor expresse dedisset facultatem alienandi
inter illos de familia; prout fuisset datam in
nostro casu, non ambigitur, ex dictis verbis:
Nisi illis de domo, & stirpe ipsius D. Anto-
nii.

Ideoque quod objiciunt ex adverso, de verbis
denotantibus perpetuitatem. ex *DD.* addu-
32 ctis per *Fusarium* num. 17. id nihil ad rem;
nedum quia ii loquuntur, quando sicut addi-
ta ratio conservationis in familia, sed
etiam quia volunt, ut ea verba sint adiecta
ipsi rationi, scilicet si testator dixisset, quia
volo prædicta bona perpetuè conservari in
mea familia; secus si fuissent addita prohi-
bitioni, quamvis postea sequeretur ratio
conservationis, ut per eundem *Fusarium*
ibid. & clarius num. 22.

Prout neque ad rem facit, quod addunt de
prohibitione favore descendantium, ex eo-
33 dem *Fusario* num. 50. nàm *DD.* ab ipso al-
legati, similiter illud admittunt, quandò
mentio descendantium fuisset facta in ipsa
ratione conservationis, scilicet si testator di-
xisset, quia velo bona conservari in meos de-
scendentes; Etsi etiam hoc casu idem dicen-
dum, ac si simpliciter fuisset contemplata
familia, rectius alii sensere, quos afferit idem
Fusarius num. 51. Eodemque modo proce-
dit, quod dicunt de contemplatione mascu-
lorum, ut ex eodem *Fusario* nu. 53. & 54.

Nec magis obstat, quod subdunt de prohi-
bitione reali, ex ipsomet *Fusario* num. 55.
34 nàm nedum illud procederet pariter eo
casu, quo fuisset addita ratio conservationis
in familia, sed & communiter à *DD.* impro-
batur, teste eodem *Fusario* num. 56.

Prout facilè etiam resolvitur id, in quo maxi-
mum Adversarii videntur robur constitue-
re, quod scilicet agatur de re *insigni*, ex tra-
ditis per eundem *Fusarium* num. 75. nàm
35 idem *Fusarius* num. 81. disertè tradit, hanc
conjecturam procedere, cum fuisset prohi-
bita alienatio in omnem casum, secus si
fuisset permissa in illos de familia, ex ratio-
ne, de quà suprà; Ut omittam, quod hæc
conjectura in re, de qua agimus, retorque-
retur contrà Partem, dùm agimus de feu-
do, in quo difficilius testator præsumendus
esset voluisse constituere hoc fideicommissum
restitutorum, dùm super illo longè
difficilius, quam super simplici contraven-
tionali, potuisset impetrari assensus; ut
ostendemus in tertio Capite.

Aliæ conjecturæ, quæ adduntur, quod prohi-
bitio fuerit facta in principio testamenti, &
quod comprehendat ommem speciem aliena-
tionis, responsione non egent.

Et demum, quod ultimo loco arguant ex vo-
catione *S. Hospitalis* in casum contraven-
36 tionis, quasi ex ea testator duo videatur
ordinasse fideicomissa, alterum ad benefi-
cium descendantium in casum mortis, alte-
rum ad beneficium *Hospitalis* in casum con-
traventionis, ad tradita per eundem *Fusa-*
rium d. quest. 688. num. 74. id neque erit ap-
plicable rei, de qua agimus. Loquitur enim
Fusarius in eo casu, quo post factam prohi-
bitionem, ac vocationem extranei in casum
contraventionis, fuisset addita ratio per te-
statorem, quia vult bona conservari in sua
familia; Inquit enim hoc casu, videri hæc
verba fore inutilia, si non operarentur fidei-
commissum restitutorum; nàm respectu
contraventionis, jam fuerat illi satis pro-
visum per vocationem extranei in casum
alienationis; & hæc est ratio, qua ipse move-
tur dict. num. 74. vers. teneo limitationem;
Quæ quantum sit apta applicari rei, de qua
agimus, in qua nullum legitur verbum de
hujusmodi conservatione in familia, nullus
est, qui non videat.

Quemadmodùm neque meritus fuit allegari
idem *Fusarius* quest. 738. num. 1. & 2. ubi
37 ex communi sententia voluit, ut datis duo-
bus substitutis, altero in casum mortis, alte-
ro in casum alienationis, hic secundus præ-
feratur primo durante vita alienantis, at se-
quuto illius obitu teneatur rem restituere,
iis qui sunt vocati per fideicommissum re-
stitutorum; Id enim nos negamus, quandò
du-

duplex fuit à testatore ordinatum fideicommissum; & in his terminis procedunt consilia *Ruini* 122. lib. 2. *Cepbali* 282. lib. 2. & *Hier. Gab.* 123. lib. 1. qui ex adverso allegantur; Omnes enim loquuntur in eo casu, quando filii possent rem avocare per fideicommissum restitutorum, quasi quod vocatus per fideicommissum contraventionale, censeatur vocatus sub eadem conditione, ut sequuto alienantis obitu teneatur rem restituere; prout fuit etiam casus decisionis *Florentiae* apud *Magonium* decisi. 16. num. 9. At quando unicum tantum fuit institutum fideicommissum in casum contraventionis, non videmus, quo pacto res possit vindicari ab iis, qui in eum casum non fuerunt vocati. Nam quod idem *Magonius* addit num. 7. ex consilio *Angeli* 326. inter consilia *Baldi* lib. 5. ut confraternitas votata in casum alienationis civilius agat, si rem reddat filii alienantis; Id praeterquam quod inter *Baldi* consilia non valui reperire, parum obstaret in re, de qua agimus; Cum quia non ideo ulla actio competenteret filiis, dum solum ex urbanitate Ecclesia rem reddere teneretur; Tum etiam quia neque in re nostra ad Ecclesiam ulla actio spectaret, dum alienatio fuit facta ex causa necessaria, & ad instantiam creditorum, quorum plures etiam erant ex causa dotis, quo casu nullam possit dici alienans incurrisse poenam, ex textu in l. peto 69. §. predium ubi *DD. D. de leg.* 2. ibi: si non voluntaria facta sit alienatio, sed bona heredis veneint. Prohibitio enim alienationis, semper intelligitur de voluntaria, non de necessaria, ut communiter *DD.* docent, apud *Fusarium* quest. 542. num. 1.

Quinimò si prohibitus rem alienare aliis, quam illis de familia, non censetur prohibitus eam vendere etiam extraneo, quotiescumque illi de familia negligenter emere, etiam ex hoc capite valida fuisset alienatio facta per *Placidum*, dum nulli aderant eo tempore è stirpe Antonii, praeter ipsius filios, quos certum erat eam emere non potuisse; nam si potuissent, nec Terra fuisset vendita ad instantiam creditorum, nec remansisset penes emptorem, dum ab eo intrà annum potuissent illam avocare ex privilegio prælationis.

Undè cum nullam *Placidus* per ejusmodi alienationem potuisset dici incurrisse poenam, nulla actio competueret *S. Hospitali*, quod

non erat vocatum; nisi in poenam contraventionis.

Vt omittam, quod prohibitio alienationis in nostra specie nullo modo potuisset egredi quartam generationem, sive obligare *Placidum*, qui septimo gradu distabat à testatore; ex aperta *Iustiniani* constitutione in *Autb. de restit. fideicom.* nov. 159. quæ locum habet, quamvis prohibitus esset ex descendéibus testatoris, ac fuissent adiecta verba perpetuitatem denotantia; ut constat ex specie fideicommissi ibi relata, cùjus hæc erant verba: Nulla licentia eidem generosissimo nepoti meo concedenda, vel iis qui, vel ex hoc meo, vel ejusdem clarissimi nepotis testamento in eadem Iura successerint, ut idem suburbium, vel partem ejus aliquam dividant, permutentue, aut alii donent, aut alio quocumque titulo abalienent; propterea quod hoc ipsum suburbium, per omnia velim permanere in familia mea, neque unquam de meo nomine egredi. Quod quamvis *DD.* frequentius procedere nolint, cum à testatore fuisset ordinatum perpetuum, & absolutum fideicommissum in beneficium descendéntium; Tamen in re nostra, in qua constat descendentes nullo modo fuissent vocatos, sed solum vocatum fuisset *Hospitale* in casum contraventionis, nulla videtur adesse dubietas, quo minus ea prohibitio, ultrà quartum gradum, non debeat extendi.

Et demum non erit omittendum, quod attinet ad fideicommissum restitutorum, illud nullo modo prætendi posse in hoc casu, ne dum ex iis, quæ sunt dicta, sed etiam ex eo, quia constat, Antonium Dentice in secunda dispositione in codicillis, qua feudum divisit inter secundogenitos, ordinasse inter eos reciprocam substitutionem, casu, quo ipsi dececessissent sine liberis; quam substitutionem erat certum non extendi ultrà personas nominatas, ut desumitur ex specie relata per *Papinianum in lib. aedes mei* 17. §. cum ita, *D. ad Trebell.* & constat ex dicta *Autb. de restit. fideicom.* Vnde duorum alterum erit nobis concedendum, aut scilicet testatorem in secunda dispositione, noluisse haberi pro repetita prohibitionem ordinatam in testamento, aut nullum ab eo in ejusmodi prohibitione fuisse comprehensum fideicommissum restitutorum. Ut quid enim addere in codicillis reciprocam substitutionem inter solos filios, si jam erant antece-

454 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

cedenter vocati omnes descendentes in infinitum? Vnde quoquod se verant Adversarii, semper fateri oportebit, eos instituisse judicium sine actione. Quod nobis erat probandum,

C A P U T III.

An per Assensum Regis Ferdinandi concessum testamento, & codicillo Antonii Dentice per verbum Placet, possit dici confirmata prohibitio alienandi Terram Vigiani contenta in testamento, cum perpetuo fideicomisso, ut pretenditur, ad beneficium descendantium.

Assensum Regis Ferdinandi in capitulis indultus concessi Carolo Dentice, non potuisse confirmare prohibitionem alienandi contentam in testamento Antonii, sat posset dici ostensum ex iis, quae scripta sunt in primo capite harum allegationum. Nam si prohibitio illa fuit adempta per testatorem in dispositione codicillari, haud potuit per assensum Regis super testamento, vires sumere ea dispositio, quae ab ipsomet testatore per contrariam voluntatem fuerat mutata.

Sed ut actions ex adverso intentatae magis detegatur vanitas, hoc ipsum etiam ostendere placet ex pluribus.

Et Primò dicimus, assensum illum nec petitum, nec concessum fuisse ad finem confirmandi ullam dispositionem super feudis, cum hac de re nè verbum quidem in iis capitulis fuerit expressum; Sed solum fuisse concessum ad finem ut tam testamento, quam codicilli, qui ob testantis perduellionem fuerant effeci iriti convalescerent, per gratiam Principis; Quod potuisse à Regi fieri etiam post mortem testantis, latè, & benè probat *Reg. Loffredus d. cons. 8. à n. 23. per plures sequentes*, qui idèo num. 46. supposuit tanquam indubitatum, Antonium non fecisse aliam dispositionem de feudis, nisi eam solam, quam ipsi fuerat permissum facere per licentiam Regis Alfonsi; Vnde inquit: Nam sciendum est, quod in casu

præmisso ultima voluntas non erat invalida respectu rei, de qua disponebatur, hoc est respectu feudi, nam super hoc erat provisum per assensum Regis Alfonsi Primi, dantis potestatem disponendi de dicto feudo inter filios, sed erat nulla voluntas testatoris excepta persona, quia ut pretenditur, ipse erat instabilis, propter pretensam rebellionis, & num. 49. loquens de privilegio expedito ad beneficium Iacobi, inquit, Rex autem non donavit principaliter D. Jacobo partem Vigiani, sed voluit eum illam habere virtute testamenti paterni, & consequenter restituit memoriam defuncti rebellis, fecit ergò eum videri fuisse testabilem. Vnde non aliud dicendus erit voluisse Rex per ejusmodi assensum, quam tollere vitium, si vè obstaculum rebellionis, at non idèo confirmasse testamentum, quando ex alia ratione fuisset nullum; prout nullum fuisset quoad dispositionem rerum feudalium absque assensu, ex cap. I. de successione feudi, & traditis per Reg. de Ponte de potest. Pro reg. tit. de assens. Reg. super dot. S. I. num. 25. & seq. Semper enim in confirmatione Principis subintelligitur clausula, dummodo alias actus ritè processerit, ut rectè docet idem Reg. de Ponte d. lec. 6. num. 23. qui idèo voluit, confirmationes factas per Catholicam Majestatem assensum præstitorum per suos Pro-Reges, non comprehendere illos, qui fuissent impetrati per subreptionem; Hucque tendunt omnes Iuris regulæ, de quibus agit idem Regens conf. 57. tom. I. à num. 64. ubi num. 78. inquit, hanc conclusionem esse communiter receptam, ut confirmatio simpliciter facta referatur ad actum validum, & ex illa actus nullius non confirmetur, ut tradunt *Canonistæ in cap. dudum de decimis*, plene *Consil. Gizzarell. decis. 3. num. 21. & 22.*

Etenim cum ejusmodi testamento duplex obstat vitium, alterum scilicet rebellionis, propter quam quoad omnia fuerat effe-

44. Etum irritum, alterum defectus Regii assensus, quoad dispositionem feudalium; utique Rex assentiendo quoad remotionem unius, non intelligitur consensisse quoad remotionem alterius, ad tradita per *Iserniam* in cap. I. de prohibit. feud. alien. per Feder. num. & *Camerarium ibidem*, pag. 48. à t. litt. M. Præcipue, quia in generali loquutione, non veniunt feuda, nisi expressa fiat mentio, ut latè per *Gizzarell. decis. 88. & ibi*

Decisio VI.

455

*ibi Addentes, & Consil. Theodor. alleg. 25. à
num. 14.*

Et verè in capitulis illis, non fuisse actum, nisi solū de tollendo obstaculo rebellionis, constat ex privilegiis, quæ per eundem Regem Ferdinandum fuere expedita pro confirmanda divisione feudi facta per Antonium in codicillis, ad beneficium secundogenitorum; in quibus fuit primū narrata 45 licentia, quam idem Antonius obtinuerat à Rege Alphonso feudum illud dividendi; & deinde fuit facta mentio rebellionis ejusdem Antonii, ac capitulorum obtentorum à Carolo; Cujusmodi narratio fuisset inutilis, si per solum assensum concessum in capitulis, dispositio codicillaris, quoad divisionem feudi, robur accepisset. Sed quoniam assensus ille non confirmabat actum, nisi quatenus alià ritè fuisset gestus, ideò fuit opus docere actum à principio fuisse validum, ut qui fuerat celebratus cum Regis licentia; deinde fuit subiunctum obstaculum rebellionis, propter quod & Antonius tanquam indignus, à gratia obtenta ceciderat, & illius tam testamentum, quam codicilli fuerant effecti irriti; & postmodum ad finem ut ostenderetur hoc vitium fuisse sublatum, fuit narrata gratia Principis, qua Antonii memoria fuerat ad utrumque restituta, propter quam tam licentia disponendi, quam ipsa dispositio suas resumpsérat vires; Et demum fuit narrata petitio fratrū secundogenitorum, ut stante dicta gratia, confirmaretur illa divisio feudi facta ad ipsorum beneficium, non quatenus super ea requireretur Regis assensus, tanquam super re feudalī: sed quatenus requireretur solummodo ad tollendum prædictum obstaculum rebellionis, ibi: Adeòquod idem Iacobus (erat hic unus ex fratribus, qui privilegii expeditionem curavit) ejusque bæredes, & successores, omni futuro tempore integrā tertiam partem utilis dominii, & proprietatem ipsius Terra Vigiani eis ut supra juxta testatoris prædicti voluntatem pertinentem, habeant, & effectualiter consequantur, juxta dicti quondam Antonii eorum patris voluntatem, & dispositionem, non obstante dicti quondam Antonii, & filiorum rebellione, de nostra scientia, benignitate, & clementia benignius dignaremur. Nee legitur alia clausula solita apponi in privilegiis assensus, scilicet; Non obstante quod super bonis feudalibus dignoscatur processisse;

nēmpè quia hujusmodi assensus non erat prò remoyendo hoc obstaculo, sed solā prò removendo eo, quod oriebatur ex predicta rebellione; ut modò diximus.

Secundò id ipsum probatur, quia Capitula prædicti indultus non sunt, nisi quoddam breviarium gratiarum concessarum Carolo per Regem inter bellicos tumultus, dum ambo degebant in Castris, quarum postea

46 fuit opus expediri privilegium, juxta sty-
lum Regiæ Cancellariæ; Undè cum privile-
gium illud non exhibeat, nulla poterit eorundem capitulorum haberi ratio, cum privilegia Principis si non sint subscripta à Quæstori, cujus loco successit Cancellarius, nullius sint momenti. Autb. ut divina ius-
siones subscriptionem habeant gloriofissimi
quæstori, nov. 114. undè sumpta fuit Autb.
gloriofissimi, C. de div. rescript. Idque moris
fuisse etiam ante Iustiniani tempora desu-
mitur ex l. universa 7. eodem tit. Ad Quæ-
stori enim, sive Cancellarii officium spectat
Principis rescripta examinare, & an aliquid
contineant, quod contrà publicam, vel pri-
vatorum utilitatem sit inspicere, ea que re-
formare, & corrigere, nè quid inde detri-
menti publica, vel privata utilitas patiatur;
qua ratione illius officium dici à cancellan-
do voluerunt DD. apud Chassaneum catbal.
glor. mundi, par. 7. confid. 7. vers. Cancellarius.

Vnde ii Polycratis versus:

Hic est, qui leges Regni cancellat iniquas,
Et mandata pii Principis æqua facit;
Si quid obest Populo, aut legibus inimicū
Quidquid obest, per eum desinit esse
nocens.

Et Henric. Salmuth epigramm. legal. decad. I.
epigr. 2. apud Iacobum Speidelium spec. va-
riarum observat. litt. C. §. 15. de eodem lo-
quens:

Gnarus & admisſe, & cancellare libellos
Fiat ut bic voti compos, aut ille minus;
Olim Quæstor erat, nūc Cæcellarius audit,
Quo major doctis laurea nulla datur.

Vnde Cancellarii officium esse monere comi-
tè Principem, si quid fortè indulgentius
47 fecerit, aut in damnum tertii, vel Reipubli-
cæ, vel suum quædam donasset, atque hinc
remorari exequutionem gratiæ, inquit Spei-
delius bco ubi sup. de qua re videndus Gre-
gor. Tholosan. syntag. Iur. civ. lib. 47. cap. 28.
& seqq. Idque officium hodie spectat ad Re-
gentes Regiam Cancellariam, ut cuique est
notum.

Hinc

436 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

Minc fuerunt introductæ clausulæ Cancellariæ adjici solitæ in assensibus ; Quoad ex-
48 pressâ tantum ; Veris existentibus prænar-
ratis, Quatenus aliæ ritè rectèque processerint ; Natura feudi in aliquo non mutata ;
Fidelitate, Iuribusque nostræ Regiæ Curiæ,
& alterius cujuscumque semper salvæ; aliæ
que id genus ; quibus obviam itur subre-
ptionibus, & gratia Principis, non ultrà ex-
tenditur, quam idem Princeps voluisse præ-
sumatur.

Quid igitur si ex privilegio expedito super iis
capitulis appareret, nullam fuisse factam
mentionem ullius dispositionis factæ de feu-
do, sed solum fuisse actum de indultu, sive
de restituenda memoria defuncti adversus
crimen perduellionis, fuisseque addita clau-
la, *Quatenus testamentum ipsum aliæ ritè
rectèque processerit*, prout hæc clausula le-
49 gitur privilegio Regis Alphonsi, an ex ea
videretur Rex confirmasse dispositionem
nullam? Quid si & ea fuisse addita, *Nostro
reservato assensu, quatenus bona feudalia
tanguntur, & natura feudi in aliquo non
mutata*, an ullus relinqueretur adhuc du-
bitandi locus? Et tamen omnes hæ clausulæ
potuissent, imò debuissent adjici à Cancella-
riis, nè Rex alioquin videretur assentiri re-
bus, quas ignorassent, & quas si scisset, assen-
sum non fuisset præstiturus.

Ideoque dixerunt DD. gratiam Principis non
dici perfectam, ni de ea fuerit expeditum
privilegium juxta Cancellariæ formulas,
50 quia semper Princeps præsumitur eam con-
cessisse dummodo reducatur in modum, ut
docuit *Baldus in cap. 1. per quos fiat invest.*
& *decisum apud Cabedum decis. Lusit. 39.*
num. 8. 2. par. Vnde optimè ad rem nostram
Bellamera consil. 24. num. 15. inquit, Princi-
pem idè deputasse certas personas pro
expeditione litterarum, quia eas possunt in
pluribus casibus denegare, sive debitibus clau-
sulis munire, *Et videtur esse*, inquit, *de men-
te Papæ, quod suæ signature habent tac-
tam conditionem, si possint transire per Can-
cellariam*. Et ut ex mente omnium DD.
scripsit *D. Reg. Capyc. Latr. decis. 154. nu. 35.*
2. tomo. Quotiescumque gratia, quæ à Prin-
cipe conceditur est talis naturæ, ut de ea
sive ex stylo Curiæ, sive ex ordine Princi-
pis, sive ex consuetudine debeat expediri
privilegium, non dicitur perfecta, nisi de ea
fuerit cum effectu privilegium expeditum,
omniaque alia adimpta, quæ ad illius per-

fectionem requiruntur. Et quamvis quæ-
stio sit inter DD. an post expeditum privi-
legium gratia sumat vires à die datæ, ut
ipsi loquuntur, an verò à die expeditionis
privilegii, id parum refert circà rem, de
qua agimus, cum semper opus sit privile-
gium expediri, ut advertit *Molina de Hisp.*
primog. lib. 2. cap. 7. num. 56.

Tempore vero Regis Ferdinandi fuisse jam
introductum stylum, ut privilegia expedi-
51 rentur per Cancellariam, constat ex iis, quæ
cum per ipsum, tum per Alphonsum pa-
trem expedita circà divisionem hujus ipsius
feudi, de quo agimus ; Itemque ex *Isernia*
in cap. quoniam inter Dominum, de probib.
feud. alien. per Lotbar. in addit. ubi testatur
de stylo suorum temporum, ut in privile-
giis apponetur dies datæ per cancella-
rium, vel Prothonotarium.

Et quamvis ipse dicat, omissionem hujus sol-
lemnitatis non inducere actus nullitatem,
52 requirit tamen tanquam requisitum neces-
sarium appositionem Regii sigilli, ibi : *Sigil-
lum namque Regis est, quod verificat litte-
ras, l. 2. C. de rebus alien. & num. 7. inquit,*
quod si privilegium erit justum, & verum,
& munitum Regio sigillo valebit, etiam si
desit subscriptio Cancellarii, vel Prothono-
tarii. Ex quo apparet, privilegium fuisse
expediendum per Cancellariam, nam appo-
sitio sigilli non aliter fiebat, quam per Can-
cellariam, quia hoc spectabat ad authorita-
tem sui officii, ut constat ex *pragm. 1. de fide
memor. in fine, & tradit Freccia lib. 1. de sub-
feud. de Offic. M. Cancell. num. 20.* Idque est,
quod scribit *Chassaneus loco ubi sup. ad Can-
cellarii officium spectare rescripta, & privi-
legia per Regem concessa, sigillo Regio mu-
nire, & antequam muniantur, si quid cor-
rectione dignum sit, litura delere.* Vnde ob
omissionem sigilli, privilegium reddi nul-
lum, post *Iserniam* docent Reg. *Loffredus*
*d. cons. 8. num. 22. & Reg. Rovitus in d. pragm.
1. de fid. memor. num. 9.*

Et Serenissimus Rex Ferdinandus Catholicus
in dicta pragmatica edita anno 1505. testa-
53 tur morem fuisse omnium suorum præde-
cessorum Regum hujus Regni, ut libellis,
sive memorialibus à subditis impetratis,
nulla fides in judicio adhibetur, ni privi-
legia exinde expedirentur per Cancella-
riam, ibi, *Prout cujusque memorialis nego-
tium exposiebat, juxta Cancellarie ritum.*
Ex quo apparet Regem Catholicum circa
hanc

hanc rem, haud novum Ius induxit, ut falsi nonnulli opinantur, sed potius antiquum in usum revocare, contrariamque consuetudinem, quae paulatim in iudicis respectu, tanquam adversantem ordinibus suorum predecessorum, præcipue Aragonensium improbasce; ut ex iis verbis: *Quod si contra laudabiles ordinationes domus nostra, & paulo post, In sequendo pragmaticas per alios Reges nostros predecessores factas.*

Vnde non obstat, quod Adversarii opponunt ex *Afflictio decis. 253.* iis temporibus non fuisse opus expeditione privilegii, sed satis 34 fuisse, quod gratia fuisse concessa per verbum *Fiat;* Nam pro responsione advertendum, *Afflictum* in ea decisione agere de revocatione contractus venditionis feudi; postquam fuerat super ea impetratus assensus, per memoriale expeditum per verbum *Fiat*, de quo tamen non fuerat expeditum privilegium; Et quavis principio dicat, vi- sum fuisse gratiam non potuisse dici perfec- tam, ni de ea exhiberetur privilegium ex- peditum per Cancellarium, juxta ea, quæ superius scripsimus, inquit tamen num. 8. per Commissarios à Rege destinatos fuisse repertum, quod memoriale verè fuerat li- gnatum per Regem ex certa scientia, quæ certa scientia probari potest per testes; *Quare inquit, fuit votatum, & sententiatum per R. M. Regis Ferdinandi Primi, dictam revocationem fieri non posse, post memo- riale signatum per Regem, per verbum fiat.* Additque nec obstant in contrarium allegata, quia babent locum in alia materia, quam in materia assensu, qui non requirit scri- pturam, sicut requirit scripturam ejus pri- vilegium; & hanc distinctionem ait, *Memo- ria dignam, quia quilibet diceret contra- rium prima facie.*

Ex quibus appetet, eatenus fuisse habitam fidem memoriali assensu super venditione feudi, quatenus fuit habitum pro vero ejusmodi assensu non requirere scripturam, satisque esse, quod constaret verè fuisse concessum per Regem, & ex certa scien- tia; scilicet quia assensu ille, quamvis esset gratia, erat tamen gratia debita, quam Rex non potuisset negare, unde non poterat propriè dici privilegium; Quod sane haud possit prætendi de capitulis indultus, de quibus nos agimus; quibus & rebelles resti- tuebantur in gratiam Principis, & iis remit- tebatur poena amissionis bonorum, confir-

mabanturque actus per eos gesti, qui pro- pter commissum crimen fuerant facti irriri; omniaque privilegia ipsis anteā pet Reges concessa confirmabantur, à quibus cecide- rānt; hoc enim casu idem *Afflictus* admit- tit fuisse opus expeditione privilegii, ut gratia valeret; Imò hoc ipso, quod præten- ditur fuisse confirmatum testamentum quoad prohibitionem alienandi feudum, mutato ordine successionis, & vocato Sancto Hospitali ad illius dominium, assensu non stetisset amplius in forma gratiae, sed tran- sisset in aliam speciem, scilicet in dispensationem, quæ propriè vocatur privilegium, ut post *Camerarium*, docet *Regens de Pon- te* cons. 3. num. 9. & *Regens Galeota* d. lib. 2. controversial. 48. num. 5. Unde tunc absque dubio procederent regulæ, de quibus agit idem *Afflictus* decis. 396. In concessione, scilicet Iurium regalium requiri semper scripturam; Privilegium Principis censi- re concessum sub conditione, si fuerit expedi- tum per Cancellarium; Et in omni actu vi- deri tacite conventionem, ut fiant ea, quæ sunt de consuetudine; quas tamen fuit decisum non procedere in assensu super alienatione, sive obligatione feudi, ex autoritate *Iser- niae* in cap. 1. de prohib. alien. per *Lothar.* ubi voluit hujusmodi assensum posse probari per testes; Cui decisioni, inquit *Afflictus*, se per silentium annuisse; clare ostendens ipsum sensisse contrarium. Quod tamen non potest applicari rei, de qua agimus, dum tractamus de mutanda natura feudi, & de dispensatione contra regulas Iuris feudo- rum, quæ adeò Rex non tenebatur conce- dere, ut si fuisse expressa, pro certo ha- bendum sit, non fuisse concedenda.

Atque hinc oritur Tertia Ratio, qua ejusmodi assensum Regis Ferdinandi pro confirmando testamento Antonii, dicimus non posse trahi ad prædictam dispositionem rerum feudalium; scilicet, quia ea nedum non fuit specialiter expressa, cum omnibus suis qualitatibus, ut opus fuisse, in prædictis capitulois, sed nè generatim quidem fuit facta mentio, quod in eo testamento ageretur de feudo, quodque assensus peteretur ad tol- lendum obstaculum oriens ex qualitate feu- dali. Unde non videmus quo Iuris colore Adversarii possint ex hujusmodi assensu, deducere dicendum esse consensisse Regem quoad tot, tantaque insolita concedi, quæ tamen ipsi fuerunt penitus incognita, &

Mmm igno-

458. Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

ignorata ; Cum voluntas non possit ferri, nisi in præcognitum, nec ignorantis ullus sit consensus vulgaris Iuribus.

Et quid obsecro magis à Regis voluntate alienum, quam ut consensisset immutari naturam feudi hæreditarii, ut nè cum ipsiusmet Regis assensu possit alienari; arceri ab illius successione foeminas contrà Regni Iura, aliumque succedere, quam qui succedere debuissent; devolvi in casum alienationis feudum in manus mortuas, undè nec servitium, nec devolutionem ad Curiam potuisset amplius sperare; & insuper feudum de hæreditario effici ex pacto, per fideicommissum restitutorum, ut Adversarii prætendunt, adeòut nè per rebellionis quidem crimen, velint potuisse amplius ad Regem devolvi in præjudicium successorum; & tamen de his omnibus, nedum Regem nullam specialem habuisse notitiam, sed nè sub umbra fuisse factum certiore, quod ageretur de feudo?

Scimus vulgatum esse nostrorum Feudistarum dogma, Assensum non posse extendi de casu ad casum, nedum ex eadem, sed neque ex majori ratione; Assensum esse Iuris stricti, adeoque nullam in eo concedi extensionem, nec subauditum intellectum; In feudis servari rigorem, verbaque ipsa accipienda esse, prout sonant, omneque quod non est expressum haberi prò omisso; Scimus considerari in hac re interesse voluntatis; adeòut etiam si assensus non potuisset negari, adhuc si quid silentio tegatur non comprehendatur in assensu. At posse præsumi assensum Regis, prò confirmanda dispositione feudalium, ubi nihil fuit expressum, posseque tot insolita induci, ipsamque mutari feudi naturam, etiā in ipsius Regis præjudicium, ipso tamen inscio, & ignorante, id fatemur usque adhuc nos ignorasse; nec credimus in alia causa fuisse unquam tentatum.

In causa successionis Ducatus Magdaluni, de qua agit Regens Revertera in supracitata decisione 305. prætendebat Regius Fiscus, 57 foeminas fuisse validè exclusas à successione, ob facultatem concessam ab hoc eodem Rege Ferdinando, Comiti Magdaluni: *Ut de feudis suis, potuisset tam inter vivos, quam in ultima voluntate quomodo cumque disponere, vendendo, alienando, donando, permutando, &c. nulla à dicto Serenissimo Rege, sive à successoribus suis exceptata licentia.*

Vt verba sunt ejusdem *Regensis ibidem num. 2.* Et tamen fuit decisum per Regiam Cameram, & Collater. Consilium contra Regium Fiscum, foeminas virtute hujus gratiae non potuisse excludi, quod de ejusmodi exclusione, gratia nominatim non loquetur;

Quod quādū fortius procedere debeat in hac re, in qua nedum foeminas volunt esse exclusas, sed & perpetuum fideicommissum inductum, cum vocatione Sacri Hospitalis, in præjudicium Curiæ, prudentissimorum Senatorum judicium sit.

Et si assensum super obligatione feudi prò sorte, non extendi ad obligationem ejusdem 58 prò interessè, etiam si fuisset habita relatio ad instrumentum, voluit Freccia lib. 2. de subfeudis, quest. 20. num. 9. quem sequitur D. Consil. Steibanus, Romani, & Feudalis Iuris peritissimus, tom. 1. cap. 61. num. 32. ea tantum ratione, quia majus induceretur præjudicium Regis, si feudum esset etiam obligatum prò usuris, in casum devolutionis ad Regiam Curiam; Quid dicendum, cum Rex per assensum excluderetur in totum à spe devolutionis, permittendo illud transire in Ecclesiam?

Vnde non obstat, quod Adversarii opponunt, Regem hoc ipso, quod simpliciter dedit assensum super testamento, videri probasse omnia, quæ in eo continerentur; ex traditis per eundem Frecciam dict. lib. 2. quest. 15. num. 2. & seq. prout illum in hanc rem induxit Franciscus de Petris cons. 28. num. 26.

Nam respondet Primùm, Franciscus de Petris virum aliquin Iuris feudalis non indoctum, agnovisse futilitatem hujus argumenti, dum parum illi insistens, dixit Regem habuisse specialem notitiam contentorum in testamento, ex quo expressit exclusionem foeminarum, quæ non continebatur, nisi in testamento; quod tamen fuit sinecuse ejusdem viri somnium, ut constat ex facto.

Secundò dicimus Frecciam loqui in eo casu, quo specificè fuisse petitus assensus super 61 dispositiones feudi, tanquam feudi, non verò quando nullo modo fuit expressum, quod ageretur de feudo, & assensus fuit petitus ut reconvalsceret actus, qui ex alia causa fuerat effectus irritus, ut acciderat in hoc casu per rebellionem.

Tertiò Freccia non loquitur, quandò dispositio fuit facta in testamento, per quam mutabatur feudi natura; sed loquitur quandò illud

illud fuit alienatum per contractum, & assensus fuit concessus super contractu, nec tamen fuit expressus integer tenor contractus; & in his terminis quærerit an assensus sit validus; Vnde ex his, quæ dicuntur de contractu, non licet arguere ad testamen-
tum, cum juxta naturam feudi sit, ut sit in commercio, ideoque eo casu assensus dicitur stare in forma gratiae, largiorumque recipit interpretationem; At contraria illius naturam sit, ut in eo succedat alius, quam qui esset successurus; Vnde tunc dicitur dispensatio, sive privilegium, in quo strixius proceditur, ut post Camerarium pag.
44. lit. L. docuit Regens de Ponte d. tit. 7. §. I.
num. 13. & d. conf. 67. num. 20. & 21.

Quarto Freccia loquitur, quando assensus fuit concessus super contractu, cum clausula: *Cujus tenor habeatur pro expresso*. Super hac enim clausula constituit ille omnem vim suæ questionis; dum inquit ex ea visi Regem taliter consentiendo habere cognitionem causæ, dum hoc facit ex certa scientia. Ut haud idem ejus dicta possint trahi ad hunc casum, in quo haec clausula non legitur. Cum alioquin certum sit, assensum simpliciter imperatum super legato, sive alia dispositione testamenti, non desig-
gnatis non tantum personis, in quarum beneficium tenderet, sed & modo ejusdem dispositionis, pro nullo esse habendum, ut decisum apud Praef. de Francb. decis. 153. num. 28. cui subscribunt Regens Rovitus pragm. de fid. memorial. num. 46. & D. Staibanus resolut. 60. num. 3. & 4.

Quinto Freccia nunquam supposuit in instrumento contineri conditiones alterantes naturam feudi; tunc enim etiam si adesset clausula: *Ut ejus tenor haberetur pro expresso*, adhuc assensus non extenderetur ad incognita; ut ipse idem Freccia concludit
dum inquit, fuisse antiquam formulam Cancellariæ, ut remitterentur assensus ad instrumentum, cum hac clausula: *Sed quia, subdit: Partes quandoque inserabant in instrumentis nonnulla pacta prorsus extra-nea, vinculationes, aut substitutiones feudi, aut alia insolita, quæ si fuisse narrata, expulsa, & improbata fuisse à Rege, & assensus expressè fuisse denegatus, ad tollendas dubitationes illorum verborum, cuius tenor, &c. caverunt apponere clausu-lam, quia ad expressa tantum, per quam restringunt assensum ad id tantum, quod nar-*

ratum, & expressum est Regi, & non ad id quod in instrumento est actum.

Ex quibus verbis apparet in casu, quo instrumento adessent substitutiones, & alia insolita, etiam si adesset clausula: *Ut ejus tenor 65 haberetur pro expresso*, ea non confirmari per assensum; & ad tollendum dubitatem fuisse introductam clausulam, *Quod expressa tantum*.

Id, quod in proprio puncto habemus decisum, in praedicta causa successionis Ducatus Magdaluni, apud Reverter. loco ubi supra, in qua etsi fuerat concessus assensus super donatione feudorum, qua ad illorum successionem vocabantur solummodo masculi, fuit tamen decisum, assensum non comprehendisse exclusionem feminarum, *Ex quo, sunt ipsa verba: In memoriali p̄r recto nulla de feminarum exclusione fuerat facta mentio, nec obstabat, quod extiterat facta relatio ad dictum donationem, cum clausula,* Quod omnia in illo contractu contenta habentur pro expressis, *quia in Regno tales relationes non admittuntur, ex quo de style Cancellarie additur semper clausula quoad expressa tantum*. Quam ideo clausulam non esse necessariam, scripsit Praef. de Francb. dict. decis. 153. num. 27. & post eum D. Staibanus d. resol. 60. num. 11.

Et demum Freccia non loquitur, quando ex alia scriptura constaret, Regem credidisse, rem omnino aliter processisse, quam ut cautum fuerat in contractu; nam tunc Rex diceretur deceptus, nec æquum foret suum assensum trahi ad ea, de quibus non cogitavit.

At Regem Ferdinandum nunquam credidisse in hac specie, feminas fore excludendas à successione, masculosque censi vocatos 66 per fideicommissum, constat ex privilegiis expeditis ad beneficium Iacobi, & Cæsaris anno 1470. & 1479. cum insertione praediti assensus concepsi super testamento. Nam si in eis confirmavit Rex substitutionem reciprocam factam inter fratres, sub condicione si sine liberis, nonne hoc ipso supposuit, feminas fuisse successuras? Et si post cujusque fratris obitum dictum fuit, feudum esse per venturum ad ejus heredes, & successores, quo iure dici poterit credidisse illum, fore ipsos successuros per fideicommissum?

Fuisse autem semper vocatos heredes, constat, cum ex narratione substitutionis factæ 67 per Antonium, fol. 54. ibi: *Ita quod unius-*

460 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

*quisque eorum dum viveret, & post ipsius
ebitum sui heredes, & successores; tum ex
petitione eorundem fratrum, ibi: Adeo quod
idem Jacobus, ejusque heredes, & successores;
tum etiam ex ipsa concessione, ibi: Quod
praesens confirmatio sit idem Jacobo, ejusque
praedictis heredibus, & successoribus, omni
futuro tempore firma, &c. & paulo post, Quod
idem Jacobus, siue praedicti heredes, &
successores excequantur, & perpetuo habeant
ejusdem Terrae Vigianni tertiam partem, &c.*

Nam quod iidem Adversarii arguunt, ex eo
quod Rex dixit, ut heredes perpetuo habe-
68 rent dictum feudum, videri ipsos vocatos
per fideicommissum, responsione non indi-
geret. Utuntur enim Reges hac clausula *in
perpetuum*, in quavis concessione facta pro
heredibus, nec tamen unquam fuit præten-
sum eam aliter accipiendam, quam ut suc-
cedant heredes, si tamen rem repererint in
hereditate; Vnde nec per hanc clausulam
extendi successionem ultrâ tertium gra-
dum, docuit optimè *Leffredus conf. 3. 8. n. u.
12. & 13.*

Quod verò fuit allegatum in Aula, clausulam
pro heredibus, non esse adversantem prohi-
69 bitioni alienationis, & per consequens re-
manere feudum hereditarium, sed tamen
subiectum restitutioni, ex *Camerario in cap.
1. an agnatus par. 3. quest. 18. num. 125.* Id
fatemur quidem recte procedere, quoties-
cumque is, qui est gravatus de restituendo,
non fuit & ipse vocatus per fideicommis-
sum; tunc enim nil prohibet, quin succedat
ipse uti heres, & tamen rem non possit alie-
nare in præjudicium votati; & in his ter-
minis loquutus fuit *Camerarius*, cum do-
cuit, eum, qui possidet feudum subiectum
oneri fideicommissi, non posse illud alie-
nare, neque cum Regis assensu in præju-
dicium ejus, cui debet restituiri, etiam si Rex
cum cōcessit assensum super fideicommissum,
addidisset clausulam *feudi natura in aliquo
non mutata*, quia clausula illa intelligeretur
præterquam quoad expressa; & ideo inquit
*feudo remanente in sui natura, dispositio
tantum interdiceretur, buic tenenti feu-
dum.*

At nunquam *Camerarius* dixit, nec dicere
potuit, illum qui feudum esset accepturus
70 ex fideicommissu, succedere in eo, tanquam
heredem illius, à quo sibi esset restituen-
dum; id enim manifestam contineret ter-
minorum ignorantiam, quod de tanto viro

haud credendum. Cùm enim fideicommissarius succedat ex propria persona, tanquam vocatus ab institutore fideicommissi, heres verò succedat ex persona ultimò defuncti, tanquam succedens in universum Ius, quod ille habuit tempore mortis, quid magis repugnans, ac contradictionem involvens, fingi possit, quam ut qui succedit ex propria persona, dicatur succedere ex persona alterius, aut qui potest vindicare rem alienatam à defuncto, succedat in ea, tanquam reperta in illius hereditate.

Igitur pernecessè dicēdū, aut feudum in nostra
specie non suisse amplius hereditariū, aut si
hereditariū mansit, non suisse debitum per
fideicommissum; Quādò non alia ratione dif-
fert feudum hereditarium à non heredita-
71 rio, nisi quia primum accipitur, tanquam
repertum in hereditate ultimò defuncti,
secundum tanquam debitum ex pacto, si-
vè ex alia ordinatione illius, qui de eo po-
terat disponere, ut docuit *Isernia*, & post
cum aliis *Feudist. e communiter in cap. 1. de eo
qui sibi, & her. suis, in cap. 1. si vass. feudo
privetur, in cap. 1. §. præterea, que sit pri-
ma causa ben. amitt. & alibi passim.* Nec alia
ratione feudum ex pacto dicitur non hereditarium,
nisi quia in eo succeditur tanquam ex fideicommisso, ut tradit idem
Isernia citatis locis, & in cap. 1. §. hoc quo-
que de success. feud. num. 9. cum inquit, *Feu-
dum etenim datur ad diem, & sic quasi resti-
tutioni subiacet post mortem, & dabitur ei,*
qui sequens est in gradu, in cuius præjudi-
cium non valet alienatio facta, veniente sci-
licet die, vel conditione, *C. comm. de leg. l. fin. §.
si quis autem, & Autb. res que, C. comm. de
leg. prout loquitur etiam Camerarius in d.
cap. an agnatus par. 3. num. 16. vers. bis sic
dictis; & in proprio puncto feudi fideicom-
missarii, ut non dicatur hereditarium, sed
ex pacto, scripsit *Camillus de Medicis conf.
2. num. 117. & conf. 5. num. 18. & Regens Gæ-
lœta d. tom. 2. controv. 4. 8. num. 26. & seq.**

At quotiescumque in concessione feudi, sive
in assensu fit mentio heredum, feudo di-
72 ci hereditarium, nec posse capi alio titulo,
quam hereditario, conclusio est, qua nulla
terior; docuitque idem *Camerarius ibidem
num. 22. ubi inquit, quod statim, quod di-
xit heredibus, hereditarium est effectum,*
& probatur eoc testu in cap. 1. de feud. ~~non
bab. propr. nat. feud.~~ unde idem *Isernia* do-
cuit in cap. 1. §. quid ergo de invest. de re
alien.

Decisio VI.

461

alien fac. quod licet feudum datum pro te, & filiis non sit hereditarium, si tamen sit datum pro te, & filiis heredibus, hereditarium efficitur, quod latius explicat idem Camerarius loco ubi sup. num. 24. qui rem concludit in haec verba: Et ita est communis conclusio Andreae, & omnium, nam et ipso, quod est appositum by heredibus hereditarium efficitur transmissione ad heredes, & unus alteri fit heres.

Constat igitur ex his, descendentes Antonii, non fuissent vocatos ad successionem hujus feudi alio iure, quam hereditario, ac per consequens teneri habere ratum factum defuncti; Et quatenus fuissent vocati per fideicommissum, quod negatur, fideicommissum illud, nunquam potuisse comprehendendi in Regis assensu, quod erat probandum.

*Quæ omnia confirmantur etiam alia ratione; quia quando adhuc prohibitio alienandi, de qua agimus, fuisset expressis verbis confirmata per assensum, adhuc descendentes Antonii, non potuissent dicere se fuisse vocatos ad feudum per fideicommissum restitutorium; Nedum quia hoc fideicommissum nunquam fuit ordinatum, ut praecedenti capite ostendimus, sed etiam, quia quando adhuc illud elicere licuisset ex conjecturis, quod negamus, non tamen potuisset praetendi, illud fuisse expressum, sed ad summum potuisset exoriri, ex praesumpta voluntate testatoris, quasi quod si fuisset interrogatus, ita respondisset; Quod quando ita sit; Unde quæsto colligent Adversarii, Regem quoque cum assensum concessit, si fuisset interrogatus de hoc fideicommisso praesumpto, fuisse similiter assensum concessurum? Nam cum alienatio feudi, etiam cum juxta illius naturam procedit, non sit valida, nisi ex speciali Regis licentia confirmetur, quo iure cum dispositio fit contra illius naturam, poterit ad eam extendi assensus ex intellectu praesumpto, siue ex conjectura? Ideoque in propriis terminis assensus praestiti super testamento, & fideicommisso in eo contento, ut non comprehendat substitutionem, siue fideicommissum tacitum, firmavit optimè *Praef Lanarius conf. 60. à num. 120. usque ad nu. 133.* Ut proinde parum nobis nocere possit, quod ratio haec Adversariis non visa fuerit juridica, ut ipsi ajunt, cum satis sit eam juridicam visam fuisse *Praefidenti Lanario viro doctissimo*, qui eam tot firmat argu-*

mentis deductis ex rigore, qui debet servari in assensu, ut nullus videatur relatus dubitandi locus; eidemque novissime subscripsit vir æquè doctissimus *D. Conf. Staibanus d.to I. resol. 60. num. 5.* Et de his ha-
etenus.

Supereffet modò, ut juxta id, quod ultimo loco examinandum proposuimus, ostenderemus, nullam de prætenso fideicommisso posse amplius superesse quæstionem post devolutionem medietatis feudi possesse à *Io: Berardino Caroli filio, ad Regiam Curiam*, ob illius rebellionem, à qua fuit ea vendita anno 1498. *Aloysio Iacobi filio, ejusdem Io: Berardini patruei, pro suis heredibus, & successoribus, & cum expressa facultate alienandi;* Sed quoniam in his tribus Capitibus pertractandis longiores sumus, & alioquin illorum quodlibet satis sufficere videretur ad obtainendam victoriā, è re visum fuit, nè res in immensum excresceret, ultimum hoc Caput peculiari examinationi subiicere.

Cuncta tamen, quæ scripsimus, & quæ adhuc scripturi sumus, Amplissimi Ordinis censuræ submittentes. Neap. die 15. Martii 1669.

TENOR DECISIONIS.

*V*isa supplicatione olim Majestati nostræ in nostro S. C. oblata prò parte Placidi Denticis contra possessorem Terræ Vigiani sub die 20. Septembris anni 1636. fol. 1. Ac. alia supplicatione porrecta per eundem Placidum, etiam uti Patrem, & legitimum administrationem *D. Aloysii Denticis ejus filii Primogeniti* sub die octavo mensis Augusti anni 1644. fol. 118. contra dictum possessorem Terræ prædictæ, quarum tenor talis est v3.

S. R. M. &c.

S. R. M. &c.

Visis denique videndis, &c.

*Junctis Aulis Dominorū Regiorum Consiliariorum Pauli Staibani, & Ill. Marchionis Crespani *D. Didaci Soria* cum intervenerū Specabilis Presidentis dicti S.R.C.*

Per banc nostram diffinitivam sententiam dicimus, pronunciamus, sententiamus, decernimus, & declaramus Ill. Joannem Baptistam de Sangro Principem Vigiani principalem conventum absolvendum esse, & absolvit debere, prout ipsum præsenti nostra diffi-

462. Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

diffinitiva sententia absolvimus, & penitus liberamus ab impetis per dictum Placidum Dentice Actorem, etiam nomine quo supra, neutrām, &c. fol. 131.

S U M M A R I U M.

- 1 **F**acti series, nu. 2.3.4.5., & 6.
- 2 **I**nstrumentum, quando non fuit stipulatum, sed tantum conventum prævio albarano de conficiendis cautelis, an valeant partes recedere à contractu num. 14. 15., & 16.
- 3 **R**efutationes feudorum de necessitate requirunt scripturam, nu. 9.
- 4 **R**efutatio feudi cum reservatione certæ quantitatis requirit Assensum, quia constituitur jus in feudo.
- 5 **P**rimogeniture jus, quoad titulum, & honorem num sit cessibile mediante conventione inita in albarano.
- 6 **H**ereditatis aditio censetur inducta per cessionem, & renunciationem hereditatis delatae.
- 7 **M**anutentio in possessione, an competit, quando in promptu constat de notoria injuria.
- 8 **C**ontractus emptionis, & venditionis solo consensu perficitur.
- 9 **F**eudi venditionis contractus, num possit celebrari absque instrumento, & quid in Regno.
- 10 **R**enunciatio, sèu refutatio concepta per verba de futuro, an importet renunciationem de presenti, & 21.
- 11 **E**t quid in promissione de vendendo, locando, & donando.
- 12 **E**t quid in promissione facta in capitulis matrimonialibus de obligandis, vel hypothecandis feudis pro constitutione, vel restituzione dotis, an importet hypothecam de praesenti cum Assensu virtute Capituli nostræ Civitati concessi.
- 13 **A**ssensus an requiratur in promissione de refutando, vel de renunciando feuda, vel primogenituram.
- 14 **R**efutandi, sèu renunciandi promissio, num consideretur, uti contractus innominatus; ita quod reintegra sit locus penitentiae.
- 15 **P**actum nudum num producas actionem, vel obligationem naturalem de jure civili, nu. 26.
- 16 **R**efutatio feudorum, & primogenitura,
- 17 **a**n, & quando dicatur extinctiva, vel translativa, & quando resolvatur in simplicem repudiationem feudorum, n. 28. 29. 30. 31., 40., & 48.
- 18 **F**eudorum dominium non potest manere in suspensi.
- 19 **F**euda refutandi, & renunciandi promissio num indigeat Regio Assensu; & an subjiciatur revocationi virtute Constitutionis, & promissor teneatur ad interesse, nu. 34.
- 20 **H**ereditatis abstentio revocari potest intra triennium.
- 21 **R**emedium legis final. C. de edict. Div. Adr., in quibus casibus competit.
- 22 **S**uitas, num habeat locum in feudis.
- 23 **R**etentio feudorum an habeat locum pendente solutione pretij, seu crediti in actione personali, & an creditor in actione personali, qui possidet feudum possit coi ad vendendum feudum, nu. 39.
- 24 **H**ereditatis aditio, vel immixtio, an resultare videatur ex mandato procurations ad capiendam possessionem feudorum, & ad illa gubernandum, & exigendum credita hereditaria.
- 25 **C**lausula omni meliori modo quid importet.
- 26 **H**ereditatis aditio differt à præambulo.
- 27 **H**ereditatis immixtio, an arguatur si filius post mortem Patris Principem vocari patiatur.
- 28 **H**ereditas an presumatur adita, si filius repudiaverit hereditatem, cum reservatione legitime, que consequi non potest citra jus, & nomen heredis.
- 29 **E**t quid ex promissione quietationis facta, vel facienda, nu. 47.
- 30 **V**erbum pertinere, quid importet.
- 31 **H**eres, qui hereditatem adire vult, tam in feudalibus, quam in burgensaticis tenetur in specie declarare si intendit venire ab intestato, vel ex testamento.
- 32 **E**t quid quando heres in feudalibus semel declaravit, quod venit jure successorio feudorum.
- 33 **H**ereditatis aditio facta cum onere juris est nulla, & invalida.
- 34 **F**ilius non potest hereditatem allodialalem repudiare, & retinere feudum.
- 35 **H**eres in solo feudo institutus, an cogatur confiscare inventarium.
- 36 **F**ilius, qui succedit in feudo, ubi vocatus ex lege investitura si declaret velle esse successorem in feudis, ex quocumque jure sibi

cova-

Decisiō VII. 463

- competenti, & excludat qualitatem hereditariam.
- 56 Verbum successor in feudis, cum denotet qualitatem hereditariam.
- 57 Verbum successor intelligitur de successore ex propria persona.
- 58 Feuda hereditaria acquiruntur transmissione, feuda eoc modo successione.
- 59 Clavis omni melius modo, quid operetur in aditione hereditatis, declaratur.
- 60 Feudarius acceptando feuda videretur acceptare qualitatem hereditariam, & renetur ad onera.
- 61 Filius Principis, Duxis, Marchionis, & Comitis in vita Patris dicitur Princeps, Dux, Marchio, & Comes.
- 62 Subsequentia intelliguntur facta pro exequitione praecedentium.
- 63 Hereditatis aditio, an inducatur ex verbis enunciatiis dubijs, & obscuris.
- 64 Filius potest legitimam acceptare, & hereditatem repudiare, quando adest substitutus, vel cohæres.
- 65 Filius recipiendo legitimam in pecunia super feudis, non videtur acquirere feudi successionem, & an & quando tunc feudum sit legitima primogeniti.
- 66 Renunciatio non possit haberi, uti translativa respectu burgensaticorum, & abdicativa respectu feudalium.
- 67 Hæres in feudalibus an possit se abstinere ab hereditate burgensatica, & è contra; Et quid quando separatio hereditatum fuit facta in vita à testatore.
- 68 Hæres scriptus in duobus testamentis ab eodem testatore conditis, an possit esse hæres ex utroque, quando esset vocatus ex lege investitura respectu feudalium.
- 69 Hereditatis aditio resultans ex actibus momentaneis non ordinatis ad adeundam hereditatem, an sit in consideratione.
- 70 Decisiones S.R.C., que prodierunt sub die 9 Julij 1675, & sub die 21 Januarij, & 20 Aprilis 1678. referuntur.

ARGUMENTUM.

Feudorum refutationes, & renunciationes an requirant per necessitate scripturam, & Assensum; & an scriptura debet esse instrumentum stipulatum manu publici Notarij ad hoc, ut Assensus desuper obtineri possit; Assensus, an requiratur in promissione refutandi, seu renunciandi feudum, vel primogenitaram, & an sit locus revocationi virtute Constitutionis Constitutionem Divæ Memoriæ. Hereditatis aditio an resultare videatur ex mandato procurationis ad capiendam feudi possessionem; Hæres in feudalibus, an teneatur declarare si venit ab intestato vel ex testamento. Afferuntur decisione S. C. pro questionis resolutione, & cæterorum articulorum ad materiam pertinencium.

DECISO VII.

Illi. D. Franciscus Grimaldus Princeps Heracy plurimas condidit Supremas Tabulas, cum quibus decessit. Primum testamentum fuit illud, quod condidit sub die 27. Aprilis 1673. in quo instituit hæredem universalem in feudalibus D. Hieronymum Grimaldo filium primogenitum, cum onere solvendi multas pecuniarum quantitates fratribus secundogenitis. Instituit hæredes in burgensaticis D. Philippum, D. Carolum, & D. Jo Baptistam secundogenitos; mandavit, quod dicti ejus cohæredes ante expeditionem preambuli deberent, suam

464 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

suam voluntatem acceptare , sub poena privationis in personam illius , qui noluisset parere , & quod ei tantummodo legitima relicta censeretur , quod jubens insuper , si Hieronymus primogenitus obtemperare , & acquiescere noluisset , teneretur solvere ceteris fratribus coheredibus acceptantibus integrum feudorum valorem , deducta legitima libera , & absq; ullo onere .

Secundum testamentum condidit sub die 31. Octobris ejusdem atini , in quo , primo testamento non revocato , sed illo confirmato , quoad institutionem hæreditis in beneficium primogeniti , quatenus primo non contradi- ceret , instituit cohæredes in burgensaticis , tam primogenitum , quam secundogenitos ; Verum pro quarta spectante ad primogenitum assignavit nonnulla corpora , & in reliquis alijs bonis , juribus , & rationibus instituit secundogenitos .

Tandem sub die 4. Novembri anni 1673. codicillum condidit , in quo solummodo gravavit primogenitum ad solvendum secundogenitis integrum pretium feudorum deducta legitima , meliorationibus , & expensis , mandans , ut omnia onera , ei legata , quæ mandaverat satisfieri super effectibus existentibus in hac Cittate Neapolis , & in Regno , debuissent satisfieri à secundogenitio-

nis . Quibus dispositionibus peractis , cum Princeps desisset vivere , orta fuit contentio inter 3 D. Hieronymum primogenitum , & secundogenitos , qui in principio litis institerunt , quod primogenitus declararet , si vellèt paternas dispositiones acceptare , & per decre- tum unius ex Judicibus M. C. V. interpositum sub die 9. Januarij 1674. , quod fuit postmodum confirmatum decreto Regij Consiliarij Caravita , ordinatum extitit , quod D. Hieronymus faceret petitam declaratio- nem , & quod non procederetur ad confectionem præambuli in auditis secundogenitis .

His sic stantibus fuit inita conventio inter di- etum D. Hieronymum primogenitum , & D. 3 Philippum secundogenitum , mediante per- sona Principissæ communis matris , & de conventione fuit celebratum albaranum , quo mediante primogenitus renunciavit D. Philippo secundogenito proximo , & im- mediato successori primogenituram , & illius locum , refutando in illius beneficium omnia bona feudalia paterna cum titulis , & honori- bus Principatus , & Ducatus , & renuncia-

vit quoque in ejusdem beneficium Successionem omnium burgensaticorum , reservatis tantummodo ad ipsius D. Hieronymi primogeniti beneficium ducatis 129500. solvendis liberè , & explicitè in certis solutionibus , vulgo paghe , ita quod cætera onera hæreditaria cederent in damnum ejusdem D. Philippi ; pro cuius conventionis execu- tione Principissæ mater , ut Procuratrix D. Philippi caput illius nomine possessionem feudorum , constitudo Gubernatores ad administrandam justitiam , & administrato- res pro recollectione , & administratione fructuum , & introituum .

Posthaec D. Philippus instetit in M. C. , ut stan- te conventione , & possessione capta , nor- 4 molestaretur in possessione , in qua reperi- batur , & necnon declarari conventionem validam , & interposito decreto , quod capia- tur informatio super contentis in albarano , informatione capta , fuit ordinatum , quod non molestaretur in possessione cum clausula ve- rum , quod decretum petijt D. Philippus confirmari per S. C. , & per idem declarari validam refutationem , & conventionem , & causa fuit commissa eidem Consiliario Cara- vita .

Revocata interim per D. Hieronymum primogenitum conventione vigore constitutionis 5 Regni Constitutionem Divæ Memoriæ , com- paruit in M. C. pro expeditione præambuli , & cum compriisset eandem M. C. inhibi- tam à Regio Consiliario Caravita , compa- ruit in S. C. instando declarari nullam di- citam prætensam conventionem , tūm ex de- fectu assensus , & tamquam nullam , invalidam , atque imperfectam , vel rescindendam fore ex capite enormissimæ lesionis , atque mandari eidem M. C. V. , quod procederet ad confectionem præambuli , & interim pro- videri de sequestro , dicta conventione , atq; cæteris oppositis non obstantibus .

Dicebatur non obstat dicētam conventionem , tamquam imperfectam , nullam , & invali- 6 dam , quia illa innitebatur albarano confe- ctio , in quo non continebatur renunciatio , sive refutatio feudorum , sed solum quod- dam appuntamentum illius , quod fieri de- bebat , dum in eodem albarano confecto pro sedandis differentijs inter ipsos fratres lege- bantur sequentia verba videlicet (sono ve- nute l'una , e l'altra parte all'infra scritte ca- pitulazioni , che averanno da estendere , e stipulare , in primis , che lo detto Sig. D. Geroni-

mo doverà renunciare alla primogenitura, & insieme refutare tutti li feudi devolutelli per morte del quond. Sig. Principe padre siti in questo Regno in beneficio del Sig. Filippo) ex quibus verbis cognosci dicebatur, quod tempore subscriptionis albarani prædicti non fuit intentio partium tunc renunciandi, si- vè refutandi, sed differre actum ad tempus, quando super capitulationibus fuissent extensæ minutæ, & deinde stipulatum instrumentum extitisset, quo casu ante stipulatio nem datur absque dubio locus poenitentiæ, juxx. tex. in l. contractus C. de fide instrum., & per consequens benè potuit prædictus D. Hieronymus dictam prætensam conventionem tamquam non perfectam, & antè stipulationem revocare.

Et quamvis magna sit alteratio inter DD. an valeant partes recedere à contractu, quando conventum fuit de eo confici cautelas, ut ex Castill. to. 3. cap. 26., omnes tamen DD. concordant, quod totum hoc cognoscitur, & dependet ex voluntate contrahentium, quod remittitur cognosci arbitrio boni, & discreti Judicis, an voluerint partes statim habere contractum pro perfecto, vel illum in scriptis celebrare, ut Barb. d.l. contractus 12. Menoch. lib. 3. præsumpt. 148. num. 16. De cian. conf. 64. n. 29., & 30. lib. 3. Faccbin. con trou. jur. lib. 2. cap. 97. Tusc. pract. conclus. tom. 2. concl. 990. num. 2. Aretin. conf. 159. num. 10. Felician. de censib. in addit. ad cap. 4. lib. 3. nu. 4. Ludovic. Morotius respons. 36. nu. n. 13., & in specie, Faber in cap. 1. institut. de empt., & Gizzarell. dec. 72. sub uu. 3. Et proindè dùm albaranum non continebat, nisi appuntamentum, seù nota ejus, quod fieri debebat respectu prætensæ refutationis, & dùm instrumentum non reperiebatur stipulatum, juxta conventionem contentam in eodem albarano, benè potuit dictus D. Hieronymus recedere à dicta conventione, dùm remansit in simplicem contractum innominatum, vel in pactum nudum, juxx. terminos tex. in l. naturalis, ff. si cert. pet., & l. jur. gen tium, §. nuda ff. de pact.

Insuper dicebatur, quod stipulatio in præsenti casu fuit conventa in ipso actu, quo fuit tra 8 ctatum debere fieri renunciationem, seù refutationem, juxta minutæ in eodem albarano contentas, ideo contractus non dicitur perfectus, donec non fuerit instrumentum stipulatum, quando partes de contractu ineundo convenient, ut adeatur

Notarius secùs verò quando cogitatum fuit de scriptura perfecto contractu, ut Canc. p. 1. c. 13. deempt. n. 10., qui ita cōcordari ait opiniones dissidentes, & præcipue ex Fabro def. 14. lib. 4. t. 16. Mafard. de probat. tom. I. concl. 435. n. 8. Thes. dec. 197. nu. 4. Affl. dec. 39. n. 4., ubi Ursill., Mantic. de tacit. & ambig. conclus. lib. I. tit. 10. nu. 7. Quod eo magis procedit, quando in conventione plura capita continentur, nàm tunc actus, donec non stipulatur instrumentum, dicitur esse in suspenso, ut Thes. ad limit. regule decis. 197. nu. 9. Hodier. ad Surd. decis. 277. num. 15., & ideo dùm in prædicto albarano continebantur plura capita, quæ stipulanda erant, meritò dicebatur, dictam prætensam conventionem nullam, invalidam, atque imperfectam fuisse, & justè præsumptum D. Hieronymum illam revocasse.

Item dicebatur, quod in præsenti casu agebatur de refutando feudo, & de necessitate requiri rebatur scriptura, in qua contenta fuisset refutatio facta, nàm attenta regula prag. 20. de feudis, refutationes sunt præsentandæ in Reg. Cam. intrà dies quindecim, ut Rovit. in d. prag. nu. 5. in fine, ubi ait, non sufficere, scripturam, seù instrumentum refutationis consignari conservatori quinternionum pro illa registranda intrà dies quindecim, nisi cum effectu registretur, ex quibus verbis clarè apparebat in hujusmodi materia de necessitate requiri scripturam, & quoties scriptura de necessitate requiritur, præsumitur partes voluisse celebrare contractum in scriptis, & possunt à cōtractu recedere ante stipulationem, ut Gizzar. in d. dec. 72., ubi n. 3:

Rursus dicebatur, quod adhuc si fuisset stipulatum instrumentum prætensæ refutationis, & cæterorum contentorum in albarano, esset etiam uullum ex defectu assensus, dùm agebatur de refutatione feudi cum reservatione ducatorum 129500. ad beneficium dicti D. Hieronymi, paetò quod deberet inire cautelas ad consilium sapientis, virtute cuius clausulæ jus in feudo constituebatur, dùm refutarius remanebat obligatus ad præstationem quantitatis, pro cuius præstatione feuda erant hypothecæ submittenda, & sic erat necessarius assensus, ut Rovit. in pr. 4. de feud. n. 8., & 14. Camer. in cap. Imperiale fol. 32. Loffred. conf. 3. nu. 9. Vincent. de Anna alleg. 35. Franch. dec. 3. nu. 9. Lanar. conf. 73. nu. 3. de Georg. alleg. 17. nu. 14. Marian. disp. 80. nu. 19. de Ponte conf. 12. nu. 12.

Nnn

Cæ

466 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

*Camill.de Medic. conf.49. cum alijs per Reg.
de Marin.ad Reverter. obseru. 550. num.2.*

Quinimò etiam, quod instrumentum fuisse assensu vallatum, & in Reg. Cam. registratum, nec minus potuisset impediri dicto magn. Principi D. Hieronymo primogenito interpositio decreti præambuli; dùm in albarano non fuit tractatum, quod dictus D. Hieronymus Princeps debuisset repudiare hæreditatem paternam in beneficium dicti D. Philippi, sed renunciare primogenituræ, & insuper refutare omnia feuda sibi devoluta ob mortem Principis patris cum titulis ad beneficium ejusdem D. Philippi, jus enim primogenituræ quoad titulum, & honorem non est cessibile, neque in alium transferri potest, nec vivente patre, sed neque eo defuncto, cum primogenitum sit naturæ, & ætatis nomen, *Olea de cess. jur. tit. 3. qu. 3. nu. 6. 8., & 9.*, & idèò dicta prætensa renunciatio primogenituræ converta in albarano aliud operare nequibat, nisi effectum explicatum in eodem albarano, scilicet debere simul refutare feuda, & renunciare omnia jura hæreditaria, quæ reperiebantur, jàm acquisita ipsi Principi D. Hieronymo ob mortem patris, quæ refutatio, sive renunciatio translativa, non autem abdicativa dicebatur, quia debebat refutare feuda sibi devoluta, & renunciare bona hæreditaria absque aliqua reservatione, nisi prædictarum quantitatum ducatorum 129500. solvorum à dicto D. Philippo, quas quantitates fuit conventum debere solvi in satisfactionem legitimæ, & intuitu supradictæ refutationis, & renunciationis faciendæ; Et idèò licet pro observantia prædicti albarani fuisse repertum stipulatum instrumentum, & registratum, necessariò refutatio, & renunciatio prædicta erat existimanda translativa, eoque magis quia agebatur de hæreditate jàm delata, & per cessionem, & renunciationem inducta dicebatur aditio hæreditatis, *ut Giurb.ad conf. Mef. cap. 3. gl. 8. n. 17.*

72 *Olea de cess. jur. tit. 2. qu. 4. à nu. 47. Hodier. ad Surd. dec. 70. num. 12., & idèò dùm etiam attento dicto albarano reperiebatur adita hæritas paterna, renunciatio dicebatur translativa, & non extinctiva, & per consequens nulla absq; assensu, & nullo pacto potuerat impediri expeditio præambuli ad ejus beneficium, quod ad aliud non deserviebat, nisi ad declarandum, quem esse talem, jux. tex. in L2.C. quor. bonor. Conf. Tbeod. alleg. 17.*

num. 21., & ad habilitandum hæredem, ut confidere valeat inventarium, ne teneretur de proprio.

Nec aliquid dicto D. Philippo suffragari poterat prætensa possessio feudorum, quia potius debebat dici intrusio, quam possessio, tamquam capta absque traditione, quæ necessariò requiritur, *ut Alex. in l. mera 3. ff. sol. matrim., & absq; legitimo titulo, ut Postb. de manut. obseru. 42. n. 106., qui n. 148. ait*, quod quando in promptu constat de notoria injustitia, minimè prætendi potest manutentio, primogenitus siquidem debet manuteneri, dùm in eo per mortem patris translatum fuit non solum dominium feudorum, sed etiam possessio, *Pascbal. de vir. patr. potest. par. 4. cap. 1. nu. 52., & Rovit. in prag. II. de feud. nu. 28.*, aut saltem erit manutenus primogenitus ex juribus hæreditati jacenti competentibus, quæ possidere dicitur, *Cyriac. post controv. 12. num. 4.*, & proinde dùm turbatio ortum habuit hæreditate jacente, merito competit manutentio ipsi D. Hieronymo, qui hæreditatem adivit, *ut Postb. obseru. 55. num. 50., & Menoch. de retinend. rem. 3. n. 61.*, & ex his dicebatur nequam impediri potuisse præambuli expeditionem in beneficium præfati D. Hieronymi.

Nec aliquid obesse poterat, ex quo debebat prius declarare, si hæreditatem paternam acceptare intendebat, servata forma primi testamenti; quia respondebatur primò quod dictus D. Hieronymus non tenebatur declarare, ex quo licet in testamento apposita fuisse conditio, in codicillo tamen fuit dempta, dùm tantummodo fuit gravatus solvere integrum pretium feudorum secundogenitis absque tali onere declarandi, sive acceptandi dispositionem paternam. Secundò respondebatur, quod ad evitandum omnes dilationes, jàm ipse III. Princeps declaraverat, velle declarari hæredem virtute testamenti, & codicilli vigore solvere secundogenitis totum id, quod excesserit pretium feudi, deducta legitima, & creditis, quæ habebat super dictis feudi.

Pro parte tamen dicti D. Philippi dicebatur, quod prædictis non obstantibus ipse erat manutenus in possessione feudorum virtute dictæ refutationis, & renunciationis contentæ in dicto albarano, instando, conventionem prædictam declarari validam, & ex omni parte perfectam, oppositis per dictum D. Hieronymum non obstantibus.

Et

Decisio VII.

467

Et primò dicebatur, non esse verum, quod conventio prædicta fuit imperfecta, ex quo
 14 fuit conventū inter ipsas partes debere fieri publicam scripturam, & quod proindè dūm scriptura non fuit rogata, conventio, sive promissio dicebatur imperfecta. Quoniam respondebatur primò de facto, quod ex tenore totius conventionis manifeste apparebat, omnia in ea contenta fuisse absolute acta, & perfecte conventa absque relatione aliqua ad publicam scripturam faciendam, de qua solummodo fuit cogitatum pro facilitiori probatione ipsius conventionis, sive contractus, non verò fuit cogitatum pro perfectione, & substantia ipsius contractus.
Quod quidem demonstrabatur ex eadem conventione, ubi non solum fuit conventum
 15 debere impetrari assensum pro majori actus confirmatione, & sic habuerunt partes ipsae conventionem pro perfecta, & absoluta, sed etiam quia conventio prædicta, de qua deinde publicum rogandum erat instrumentum, nequaquam fuit considerata tamquam ineunda, sed ut inita, & scriptura fuit considerata pro ipsius actus jam perfecti perpetua probatione, *ut in l. contrahitur ff. d. pign. Surd. conf. 179. num. 6. Catyc. latr. decis. 7. sub nu. 9. Peregr. decis. Patavie 7. nu. 10., & Marent. decis. 59. nu. 24.*

Quod etiam ita de jure intelligi dicebatur, nām nisi expressè conveniatur, quod con
 16 tractus non valeat, nisi publico sequuto instrumento, vel nōnisi aliter constet ex conjecturis de animo contrahentium voluisse agere actum in scriptis, nunquam præsumitur partes voluisse contrahere in scriptis, sive ante, sive post contractum, sive in actu contractus, vel in limine ipsius contractus convenienter deberi de eo publicum celebrari instrumentum, *ut Ursill. ad Affl. decis. 39. Cancer. lib. 3. var. resol. cap. 13. nu. 10. Fab. in C. lib. 4. tit. 15. de testib. def. 23. de fidejuss. tit. 16. def. 14. Thef. decis. 197. n. 7., & Gizzarell. decis. 72. in fine*, ubi ita decisum refert per S.C.

Secundò dicebatur, non obstatre dictam conventionem esse imperfectam, tamquam
 17 conceptam per verba de futuro, & quod sit remansit in terminis simplicis contractus in-nominati, vel pacti nudi; Siquidem replicabatur primò, quod prædicta conventio non fuit simpliciter concepta per verbum futuri temporis, sed etiam per verba de presenti, quia dictus D. Hieronymus non solum pro-

misit renunciationem, & refutationem primogenituræ, sed etiam in specie dictam refutationem, & renunciationem fecit in beneficium præfati D. Philippi cum cessione omnium aliorum iurium ipsi D. Hieronymo competentium pro prædicta summa ductorum 129500., quæ quidem conventio fuit contractus emptionis, & venditionis, qui solo consensu perficitur, *ut in §. ex contractu inst. de obligat. ex consensu*, dūm certum fuit determinatum pretium, *ut in l. naturalis, §. si quidem pecunia ff. de prescript. verbis*, & in contractu nominato emptionis scriptura non requiritur, sed solo consensu perficitur, *ut in l. 1. §. fin. ff. de contrab. empt.*

Quod procedit etiam in venditione feudi, quæ fieri potest absque instrumento, cum nullibi
 18 reperiatur prohibitum, *ut Camerar. in cap. Imperiale fol. mibi 8. lit. H. Alvar., & Præpos. in cap. 1. tit. quæ sit investit. Petr. Gregor. de concess. feudi to. 1. p. 2. q. 4. num. 4. Georg. de feud. cap. 16. nu. 25. Rosental. de feud. to. 1. cap. 6. q. 4.*, licet hoc non procedat in Regno nostro, *ubi per pragm. 10. de feud. latam in anno 1544. disponitur*, alienationem rerum feudalium necessariò debere fieri cum instrumento, ad hoc ut alienatio rei feudalnis perficiatur, & Regius Assensus super dicto instrumento obtineri possit, alias redderetur ipso jure nullus assensus expeditus super scriptura privata, *Theodor. allegat. 80. nu. 49. vers. quinto respondetur.*

Secundò respondebatur, quod esto dicta renunciatio fuisset concepta per verba de futuro, & proindè non importare refutationem, & renunciationem de præsenti, adhuc tamen quia dicta conventio fuit stipulata, & per partes acceptata in scriptura privata per subscriptionem ambarum partium, effectum verae, & realis renunciationis produce-re dicebatur ad evitandum circuitum inutilem, & proindè oritur, quod quando in privata scriptura aliquid promittitur per unam partem in præsentiam alterius partis acceptantis, tunc ipso jure inducitur stipulatio per promissionem, & acceptationem, quamvis non fuerit expressum verbum stipulationis, *ut in l. 1. C. de contrab. empt., ubi Gl. Bart., & Bald. Mysing. in §. si scriptum inst. de inutil. stip. n. 6. Paul. de Castr. in l. dele-gare n. 3. ff. de nov. Dec. cons. 107. n. 1. in medio, Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 41. nu. 18. Cancer. var. resol. p. 3. cap. 7. nu. 198. Linguis sub tit. de committ., & contrab. stipul.*

N n n 2

dec.

468 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

dec. 48. q. 2. sub nu. 1. Fontanell. de pæt. nupt. claus. 4. gl. 8. nu. 11. Cornaz dec. 214. num. 10. Ludovic. decis. 328., & Ursill. ad Affl. decis. 120.

Hinc sit, quod promissio de vendendo, emendo, locando, donando, & cæteræ promissiones 20 similes, quando reperiuntur stipulatæ, tunc ex quo promittens potest cogi ad obser vantiam ejus, quod promisit, præsumitur in odium promittentis promissio, ac si de præsenti fuisset stipulata, maximè ad evitandum circuitum inutilem, ut *Jo. Andr. in addit. ad speculat. tit. de oblig. & solut. loquens de eo*, qui promisit se obligaturum solvere decem infra certum diem, quod adveniente die potest cogi ad solvendum, ac si de præsenti obligatus fuisset, cuius opinionis sunt, *Castill. lib. 2. cap. 3. à num. 1. per Fontanell. ubi supra claus. 4. gl. 9. part. 4. num. 23. Olea de cess. jur. tit. 1. q. 6. à nu. 1. Franc. dec. 574. Cartar. decis. Rotæ 29. num. 12. Consil. de Georgio alleg. 45. num. 27*, quod procedit in omnibus aliis contractibus donandi, renunciandi, cedendi, & alterius facti promittendi, itaut habeantur pro factis vigore solius stipulationis, quamvis non fuerint juramento vallati, ut *Affl. decis. 61. ubi Ursill. Flores Diez de Mena ad Antonin. Gamam decis. 13. num. 4. Grammat. decis. 103. n. 118. Matiens. lib. 5. novæ recompilat. tit. 6. lib. 6. gl. 7. num. 4. & 5. Olea de cess. jur. tit. 1. q. 6. Gallerat. de renunciat. lib. 1. cap. 7. per tot. Cancer. p. 3. to. 3. cap. 7. à nu. 124. Cutell. de donat. to. 2. tract. 2. discurſu 1. special. 7. nu. 34. ex Fontanell. claus. 6. gl. 3. part. 7. num. 79.*

Insuper respondebatur, quod promissio stipulata de celebrando aliquem contractum, multoties operatur, ac si contractus fuisset 21 celebratus in ipso actu promissionis, quando sola voluntas contrahentium sufficeret in contractu faciendo, & tempore promissionis nihil repugnaret, quin posset celebrari contractus, quia tunc verba futuri temporis, dum nullus actus extrinsecus, sive solemnitas requiritur, resolvuntur in tempus præsens, & inducunt dispositionem, & perfectionem actus de præsenti, ut *DD. in l. 1. §. stipulatio ff. de verb. oblig. Cancer. d. cap. 7. num. 125. Cartar. d. decis. 29. nu. 9. Viv. decis. 329. Fontanel. claus. 4. gl. 9. part. 4. sub num. 32. de Marin. lib. 1. resol. jur. cap. 298. à num. 1. ubi ait, quod promissio faciendi aliquem contractum, scilicet venditionis cum certo, & determinato pretio, si alia solemn-*

nitas extrinseca non requirit, venditio habetur præ perfecta, per *tex. in l. 1. ff. de pignor. act. quod voluit Alciat. conf. 18. num. 5. lib. 8. Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 4. tit. 3. num. 14.* & ideo dato, quod dictus D. Hieronymus promisisset *renunciare, & refutare*, quia tamen consensus ambarum partium interfuit, & nullus aliis actus extrinsecus requirebatur, sive solemnitas, & nihil repugnabat, quin tunc renunciasset, meritò dicebatur, dictam renunciationem, & refutationem haberi præ facta, ac si ex tunc fuisset facta de præsenti tempore præmissionis.

Quod totum confirmabatur ex eo, quod præmissio facta in capitulis matrimonialibus de obligandis, vel hypothecandis feudis favore dotis constituendæ, vel restituendæ capitula matrimonialia censentur tacite stipulata, & inducitur vera, & realis obligatio, sive hypotheca feudorum, & obligatur promittens, ac si tempore præmissionis fuisset stipulatus contractus, immo quod fortius præmissio prædicta de obligandis feudis præ constitutione, seu restituzione dotis, quæ vigore præsumptæ obligationis resolvitur in obligationem de præsenti, juvatur assensu *Capituli huic nostræ Civitati concessi*, licet assensus prædictus loquatur de obligatione, seu hypotheca feudi de præsenti, non verò de promissione futura de obligandis, sive hypothecandis feudis, ut *Capyc. Latr. consult. 29. to. 1. Sanfelic. decis. 99. to. 1. Affl. in Constit. Regni licentiam à num. 5. ad num. 10. de Ponte conf. 10. num. 21. & ex exteris. Surd. conf. 457. num. 2. vol. 4. & per consequens dicta renunciatio, & refutatio per dictum D. Hieronymum præmissa à fortiori debebat haberi, ac si de præsenti fuisset facta, quia non erat stipulatio legalis à lege præsumpta, sed expresse in dicta conventione contenta, & ideo majoris efficaciam, cum plus operetur dispositio hominis, quam legis, quia legis dispositio cessat per dispositionem hominis, l. maritus ff. de procurat. l. fin. C. de pæt. convent. l. si cum dotem in princ. ff. solut. matrim. Gratian. discept. 10. 2. cap. 376.*

Nec obstat, quod in promissione facta per dictum D. Hieronymum refutandi, & renunciandi feuda, & primogenituram re quirebatur assensus, & ideo non poterat haberi, ac si fuisset facta de præsenti, dum fuit præmissa de futuro; Siquidem replica ba-

batur, quod dicta promissio de renuncian-
do, seu refutando, sive renunciatio, aut
refutatio erat abdicativa, & extinctiva, &
per consequens non indigebat assensu, &
tanquam abdicativa ex se ipso operatur ve-
ram, & realem refutationem, quia quando
sumus in actibus negativis de non agendo,
vel non faciendo, seu non petendo, vel non
succedendo, in quibus neque factum, nec
aliquid aliud requiritur, prout est necessa-
rium in actibus affirmativis, nam sola pro-
missio non faciendi habetur pro facta, &
promissio de non petendo a debitore in fu-
turum inducit liberationem, & exceptio-
nem de praesenti, ut *Gl. & Bart. in l. si intra
ff. de pact. Cartar. d. decis. 29. num. 13. Olea d.
cap. 6. nu. 3. Merlin. controv. jur. lib. 1. cap. 4.
num. 4. Covar. in c. quamvis part. 3. nu. 4. Ca-
mill. de Medic. conf. 17. num. 17. & Parlador.
lib. 2. resol. quotid. c. ult. §. 11. ampl. 6.* & habe-
tur ex *l. dedi ff. de condic. ob caus.* ubi loqui-
tur in contractibus innominatis negativis,
non faciendi scilicet, non dandi, & cetera,
*DD. in l. 4. §. Cat. ff. de verb. oblig. & Alderis.
de contract. symbol. lib. 1. cap. 2. nu. 5. & cap. 5.
num. 3. & 44.* & in terminis pacti de non pe-
tendo, vel non succedendo negativè con-
cepti, quod importet renunciationem ex-
tinctivam, ita tenet *Gallerat. de renunciati.
lib. 1. cap. 6. per tot. Boer. decis. 3. nu. 1. Camill.
de la Ratba conf. 115. nu. 20. & 21. Præses de
Amato conf. 86. nu. 31. & 33. Consil. Prato lib.
1. controversial. 12. per totam, & Consil. de Rosa
consult. 6. num. 70. & 71.*

Tertiò dicebatur, quod etiam quod dicta pro-
missio renunciandi, sive refutandi, seu di-
cta renunciatio, vel refutatio non fuisset stip-
ulata, adhuc tamen in praesenti casu vali-
da erat, & actionem producebat; quia licet
24 consideretur uti contractus innominatus,
& in contractibus innominatis re integra
regulariter detur pænitentia; quando ta-
men contractus innominatus commiscetur
cum contractu nominato, vel ad contra-
ctum nominatum destinatur, tunc etiam
re integra non admittitur pænitentia, ex ea
ratione, quia tam agitur ex contractu inno-
minato, sive in factum, vel praescriptis ver-
bis descendente ex eodem contractu inno-
minato, quam ex contractu nominato; cum
quo contractus innominatus commiscetur,
assumens illius naturam irrevocabilem, ut
*Dec. conf. 140. num. 3. vers. 3. Cravetta conf.
33 I. num. 6. Alex. conf. 113. nu. 2. lib. 6. Tusc.*

*verbo contractus concl. 998. num. 20. & 21. &
Albert. Alderis. de contract. symbol. conf. 4.
num. 32. & 34. & per consequens quamvis
promissio facta per præfatum D. Hierony-
mum de refutando, & renunciando primo-
genituram, tanquam promissio erat contra-
ctus innominatus, & stricti juris, quia ta-
men in eadem conventione sequuta fuit re-
nunciatio, & refutatio pro pretio dictorum
ducatorum 129500. dicta refutatio, & re-
nunciatio de jure inducit, & transfunditur
in contractum nominatum emptionis, &
venditionis stante æstimatione rei, & consti-
tutione certi pretii, ut in *l. naturalis* §. 1. ff.
*de præscript. verb. Anch. conf. 72. per tot.
Tusc. concl. 999. num. 50. & 51.* & propterea
tanquam commixta cum contractu prædi-
cto emptionis conventio prædicta effecta
fuit irrevocabilis, & valida.*

Nec dicta promissio poterat existimari uti nu-
dum, & simplex pactum non producens
25 actionem, juxta *tex. in l. juris gentium* §.
nuda ff. de pact. nam dicta conventio non
fuit simpliciter nuda, sed justa, & legitima
causa vestita, nempe propter ipsorum fra-
trum concordiam, habuitque cohærentiam
scripturaræ, sive contractus & per consequens
producebat actionem, & exceptionem, licet
non fuisset stipulata, ut in *l. dominus* 8. ff.
*de præscript. verb. l. ultima C. de rer. perm. ut
& l. legem C. de pact. F. aber in emendat. dictæ
l. si dominus decade 73. errore 17. fol. 448. col.
2. & l. si quis alienam ff. de act. empt. ubi idem
F. aber decad. 85. error. 5. col. 2. per tex. in l. si
quis argentum §. ultimo C. de donat. Cartar.
dict. decis. 29. num. 15. Thes. lib. 1. q. 37. n. 3.*

Eoque magis, quia pactum nudum licet de
jure civili actionem non producat, sed so-
26 lummodo obligationem naturalem, atta-
men de æquitate canonica efficax actio ori-
tur pro observantia, & exceptione pacti nu-
di, juxta *tex. in cap. 1. extra de pactis*, & ita
secundum ius commune practicari ait in
Supremis Tribunalibus, ex lato Iudicis of-
ficio, *Affl. dec. 120. ubi Ursill. & Pisanell. Car-
dinal. de Luca in tract. de credit. & debit. di-
scurs. 74. à num. 6. latè Consil. de Altimar. de
Nullitatib. Contract. rub. 1. q. 1. nu. 289.* ubi
quod ad hunc effectum de jure Canoni-
co sublata est quoque differentia contra-
ctuum nominatorum, & innominatorum,
& bonæ fidei, & stricti juris, & proinde
quamvis prædicta conventio simplicem con-
tineret contractum innominatum, vel pa-
ctum

470 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

Etum nudum sine stipulatione, praedictus tamen D. Hieronymus adhuc actione personali teneretur ad praedictæ conventionis observantiam, ita quod tenebatur vigore hujusmodi promissionis refutare feuda, & renunciare primogenituram in beneficium ipsius D. Philippi, ad cuius observantiam per officium Iudicis, & de æquitate possit cogi, alias in casu in observantia tenebatur ad interesse, quod succedit loco obligacionis, quando promissum non observatur, sive adimpletur, ut in *l. Titius, & l. si insulam ff. de verb. oblig. Thes. dec. 223. Marciān. conf. 44. à num. 7. to. 2. Carleval. de judic. disp. 3. to. 2.*

Quartò dicebatur non obstare, quod dicta renunciatio, & refutatio feudorum, & primogenituræ carebat assensu, quia respondebatur, quod non per hoc erat nulla, & invalida, nam in ea assensus non requirebatur tanquam extinctiva, & abdicativa, sive consideretur simpliciter actus renunciationis praedictæ primogenituræ, sive actus refutationis, seu renunciationis feudorum; quod autem actus renunciationis fuerit extinctivus probabatur ex *tex. in cap. quam periculofum 7. q. 1. ubi Glo. ait, quemlibet posse renunciare, & remittere jus Primatus, & primogenituræ, & alteri sequenti locum facere, & ex l. 1. ff. de success. edic. quæ quidem primogenituræ renunciatio, non solum fieri potest de jure deferendo, ut Revert. decis. 155. ubi de Marin. Vincent. de Anna alleg. 124. Salernitan. alleg. 14. Thes. qq. forens. lib. 1. cap. 34. Olea de cess. jur. lib. 3. q. 3. verum etiam de jure delato ab eo abstinentio, ut Frecc. de subfeud. ad limitationem Constit. Regni, Constitutionem Divae Memoriae limit. 4. Tiraquel. de jur. primogenituræ q. 25. nu. 26. Gallerat. centur. 1. renunciat. 52. & procedit tam in expressa renunciatione primogenituræ, quam tacita, scilicet quando primogenitus consentit secundogenitum investiri de feudo devoluto, quia tunc semper videtur primogenitus tollere se de medio, & secundogenitus sublatu obstatu primum locum occupat ex propria persona, ut Fusar. de substit. q. 524. Sese decis. 286. Peregr. art. 52. ubi Censal. fol. 552. & semper, quod renunciatio primogenituræ ex jure delato fit immediate proximo successori, dicitur extinctiva, nam proximus, & immediatus successor potest jure proprio succedere, remota persona renunciante, se-*

cus vero si renunciatio fieret in agnatum remotiorem, quia absque renunciatione succedere non valeret, & tunc diceretur translativa, & requireretur assensus, ut volerunt *Petr. de Geor. part. 3. lib. 41. cap. 9. num. 2. & Censal. ubi supra.*

Quod vero praedicta refutatio fuerit simpliciter extinctiva similiter demonstrabatur, quia refutare nihil aliud importat, quam tollere se de medio, & locum proximiiori 28 facere, juxta *tex. in cap. I. §. præterea tit. quib. mod. feud. amitt. ubi si ille, ad quem feudum per successionem pertinet, consentit alium investiri, nullum deinde habet regressum ad feudum, immo refutarius non ex jure refutantis feudum capit, sed ex jure proprio, ut in cap. I. tit. de eo, qui fin. fec. agnat. & hanc esse veram refutationis natu- ram ait Camerar. in cap. Imperial. de probib. feud. alien. fol. 30. lit. O. Montan. in §. præterea si quis in feudatus, fol. 129. lit. A. Ottoman. de feud. disp. 38. Thom. de Marin. de feud. tit. 2. nu. 118. Camill. de Medic. conf. 25. num. 35. & proinde est, quod licet refutatio cedere debeat in speciem contractus, per quem dominium transferatur, ut Isern. in cap. I. §. & si libellum tit. de alien. feud. pater. Anna in rubr. de vassall. decrep. etat. & de Ponte tit. de refut. feud. §. 1. num. 17. hoc ta- men procedit in refutatione juris delati, & quæsiti, in quo requiritur titulus translativus dominii, secus vero quando agitur de refutatione juris deferendi, vel delati, & non quæsiti, in quo refutatio resolvitur in sim- plicem repudiationem, & abstentionem à successione feudorum, ut Montan. in dic. §. præterea, fol. 130. lit. C.*

Item dicebatur, quod considerata dicta refu- tatione una simul cum renunciatione feu- dorum, nec propterea refutatio, & renun- 29 ciatio importabant dominii translationem, quia non fuit facta in agnatum remotio- rem feuda capere non valentem, nisi ex jure refutantis, sive renunciantis, sed fuit facta in beneficium proximi immediate suc- cessoris, qui proprio jure in feudis succe- bat, sublatu de medio primogenito vocato ab investitura, ut Montan. in d. §. præterea, fol. 129. lit. A. & fol. 130. lit. C. & in hoc casu non requiritur assensus, cum refutatio sit in proximum successorem, ad *tex. in cap. I. de alien. feud. pater. ubi DD.* & in cap. I. §. sed & res tit. per quos fiat investit. & ratio cur non requiratur assensus in refutatione juris

Decisio VII.

471

juris delati , & non quæsiti ea est , quia per declarationem nolle succedere , habetur ac si declarans non fuisset in mundo , auferendo se de medio , ut in l.2. §. si sunt ff. ad Trebell. Frecc. de subfeud. lib.2. super Constitutione Regni , Constitutionem Divæ Memoriae limit. 24. & Rovit. conf. 3. i. to. 1. num. 7. ¶

Quod quidem multo magis procedere dicebatur , quia dicta refutatio , & renunciatio per dictum D. Hieronymum facta jurium devolutarum non fuit in gratiam dicti D. Philippi , sed ad sui ipsius utilitatem , ut scilicet eximeretur ab oneribus hæreditariis , & propterea erat extinctiva . & abdicativa non requirens assensum , ut Paulus de Castr. in l. pactum dotali num. 7. ff. de collat. versic. contrarium , & versic. ut alia , Camill. de Medic. in addit. ad conf. 35. nu. 18. & 19. Imò in dubio renunciatio Iuris delati importare dicebatur abdicationem ab hæreditate , & ipsius repudiationem , non verò cessionem , etiam quod prò tali renunciatione aliquid renunciandi fuerit promissum , vel solutum , ut Camerar. in l. Imperiale art. 33. lit. K. Rovit. de titul. abusu. num. 118. in fine , & conf. 71. num. 7. lib. 1. Consil. Rocc. de offic. rubric. 13. §. 6. num. 145. Freccia in dict. limit. 24. quod maximè locum habet , cum renunciatio sit ad commodum renunciantis , & ob pretium quod ab ea acquisivit , ut in l. fuit quæstionis ff. de acquir. hæred. & l. licet ff. si quis omis. caus. testam. Fab. de Anna conf. 45. nu. 3. to. 1. Cancer. p. 3. cap. 15 num. 160. Reg. Salernitan. inter allegat. divers. in ult. alleg. nu. 35. 62. & 63. & Montan. controv. 10. sub num. 16.

Confirmabantur etiam prædicta , quia fuit in eadem conventione conventum , ut denunciatio mortis Principis patris deberet fieri in 31 Regia Camera per dictum D. Philippum , & per eum deberet solvi relevium , & obtinere investituram ad sui beneficium , & proinde renunciatio dicebatur extinctiva . & abdicativa , nam aliás si fuisset translativa , ad prædictum D. Hieronymum renunciantem spectabat denunciare Regi Curię mortem patris , solvere relevium , & petere investituram , & propterea necessario dicebatur abdicativa . & extinctiva , quæ assensum non requirebat .

Nec poterat talis renunciatio , seu refutatio haberi pro translativa ex eo , quod dominium feudorum statim mortuo patre transit in immediatum successorem , & per con-

sequens tanquam radicatum in personam dicti D. Hieronymi primogeniti videri per refutationem , & renunciationem translatum in præfatum D. Philippum secundogenitum , & sic de persona primogeniti ad secundogenitum ; quia respondebatur , quod licet de jure dominium feudorum nequeat manere in suspenso , & proinde statim sequuta morte patris transire in primogenitum , hoc tamen intelligitur revocabiliter , si scilicet ipse filius immediatus successor voluerit se de feudis investiri . secus verò si ipse repudiaverit , vel renunciaverit , quia tunc virtute legis videtur dominium acquisitum alteri filio immediatè successori , & vocato ab investitura , ut de Ponte de potest. Proreg. tit. de assens. reg. tit. 7. §. 4. num. 19. Montan. in d. cap. Imperiale num. 99. Gizzarell. dec. 79. num. 24. versic. & pariter , ubi quod non potest dici dominium stare in suspenso , sed cadit in secundogenitum .

Item dicebatur , quod dato quod dicta refutatio , & renunciatio non fuerit inita in dicta conventione , sed solum fuisset promissum refutare , vel renunciare , & per consequens 33 esset in terminis simplicis promissionis refutandi , & renunciandi feuda , & primogenitutram ; adhuc tamen Regius assensus non requirebatur ; quia per simplicem promissionem de vendendo , & alienando non inducitur jus in feudis , sed personalis tantum obligatio ad observantiam , & ad implendum promissionem factam , ut Cartar. d. decif. 29. num. 16. quia aliud est venditio , & aliud promissio de vendendo , ut in l. bona fidei ff. de eo , quod certo loco , cap. penult. de elect. in 6. ubi Glos. itaut dispositio loquens de alienatione rei feudalnis non habet locum in promissione de vendendo , quæ quidem cum non tangat ipsa feuda , propterea non subiicitur revocationi , quæ solet fieri virtute Constitutionis , Constitutione Divæ Memoriae , sed tamen promittens vendere , obligatur præcisè vendere , aliás tenetur ad intereste , ut Montan. de feud. in cap. Imperiale de probib. feud. alien. num. 149. Affl. in d. Constit. in 5. notabili q. 6. de Ponte conf. 85. to. 1. & per consequens prædictus D. Hieronymus teneri dicebatur ad explicationem actus dictæ refutationis , sive renunciacionis promissæ , aliás esset obligatus ad intereste .

Nec ex eo , quod super dicta promissione de vendendo non fuit interpositus assensus per hoc

472 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

hoc promissor tenetur ad interessē, quia aliās
 34 per indirectum cogeretur vendere feuda,
 ut *Franc. decif. 48. Galeot. lib. 1. controv. 28.*
num. 20. & controv. 53. num. 43. lib. 2. Staib.
jun. resol. 40. nu. 42. Marciān. conf. 15. & 49.
lib. 1. Gizzius ad Capyc. Latr. lib. 1. decif. 56.
num. 9. & 10. Rovit. conf. 14. nu. 2. & conf. 89.
num. 15. lib. 2. Staib. sen. conf. 66. num. 7. Quia
 prædicta quamvis procederent in promis-
 sione, & pacto de vendendo feudum, vel
 illud distrahendo, non tamen procedunt in
 promissione, & pacto de refutando, quod
 idem importat, ac de repudiando, sive ab-
 stinendo, in qua quidem promissione tan-
 quam abdicativa non requiritur Regius as-
 sensus, prout non requiritur in ipsa refuta-
 tione, quia aliud non est abstinere, quām
 non acquirere, non autem transferre, ut
Franc. decif. 101. quām sequuntur Botti-
lier. de success. ab intest. theoremate 41. nu. 3.
Hodier. in l. bac edit. ali q. 35. num. 2. Capon.
de part. q. 6. nu. 24. Rey. Petra in rit. M.C.V.
228. num. 3. Gratian. lib. 3. disp. 458. nu. 19.
Cavalerius num. 34. fol. mibi 346. Theodor.
alleg. 15. nu. 17. Carleval. de judic. lib. 2. disp.
25. per tot. Cancer. var. resol. tit. de minoribus
num. 134. & Sanfelic. decif. 101. & proinde
 præcise teneri dictus D. Hieronymus pro-
 missor se abstineret à successionē bonorum
 refutatorum, aliās teneretur ad interessē.

Quintō dicebatur, non esse simpliciter verum,
 posse dictum D. Hieronymum vigore, *l. fin.*
C. de repud. vel abstinent. b. eredit. infra trien-
 35 nium revocare abstentionem; quia respon-
 debatur, quod dispositio dicti textus pro-
 cedit re integra, & in rebus allodialibus, non
 vero contra conjunctum, cohæredem, sive
 substitutum, ut *DD. in d. l. fin.* & plenius
Reg. de Marinis lib. 2. cap. 96. resol. ju-
ris a num. 3. Reg. Capyc. Latr. decif. 80. n. 12.
to. 1. sicuti non procedit in feudis, primoge-
niis, aliisque fideicommissis, quæ regulan-
 tur jure primogenitorum, etenim in his ca-
 sibus primogenitus adeò sibi præjudicat
 consentiendo sive expresse, sive tacite se-
 quentem in gradu investiri, ut nunquam
 valeat se pœnitere, & renunciationem revo-
 care, ut in *l. 1. §. qui semel ff. de success. edit.*
& l. si cohæredi ff. quis ordo in honor. poss. serv.
 maximè si intercedit annale silentium, nam
 amplius non potest revocare suam abstentionem, seù refutatione, præcipue cum pos-
 sessio feudorum transivit alteri agnato im-
 mediatō successori vocato ab investitura,

per tex. in §. *Titius si de feud. defunct. fuer.*
controv. & in cap. 1. §. præterea ducatus, ut
 de Ponte *let. 13. in fine num. 18.* quod pro-
 cedit etiam si essemus in dubio, ut *Tira-*
quell. de utroq. retract. q. 28. & Gallerat. cen-
tur. 1. renunciat. 52. sub. 4. vers. ubi autem,
 & per consequens dicebatur ex his nullo
 modo competere dicto D. Hieronymo re-
 medium dictæ *l. fin. C. de edit. Div. Adrian.*
toll. quod quidem conceditur, quando pos-
 36 sessio rerum hæreditiarum reperitur va-
 cans, & à nemine detenta, & nullus adest
 legitimus contradictor, sicuti non datur
 contra possidentem cum titulo, sive titulus
 fuerit acquisitus ante, sive post defuncti
 mortem, ut in *l. b. ereditas C. de petit. b. eredit.*
& l. penult. C. in quib. caus. cess. long. temp. præ-
script. Gomes. ad ll. Tauri num. 157. & 158.
 quod eo magis procedere dicebatur stante
 dicta abstentione, & abdicatione facta per
 dictum D. Hieronymum in beneficium di-
 cti D. Philippi, & ideò donec refutatio, &
 renunciatio non fuerit declarata nulla, &
 invalida, & titulus prædicti D. Philippi re-
 ductus ad non titulum, nullo modo posse
 competere remedium *quorum bonorum* præ-
 dicto D. Hieronymo, qui nec agere poterit
 petitione hæreditatis.

Nec potest hoc fieri ratione suitatis, quia in
 feudis non habet locum suitas, nam in eis
 filius non succedit uti sūus, sed uti filius, ut
Rovit. decif. 51. n. 23. & 24. & Dec. in l. qui se
patri. C. unde liberi; quod adeò verum esse
 37 dicebatur, quod in bonis feudalibus pater
 non habet usumfructum, ut *Franc. decif. 4.*
num. 6. & est communis opinio, juxta Bald.
in l. uxorem C. de condit. insert. & in l. cum
oportet C. de bon. que lib. Soccin. in l. divortio
num. 6. ff. sol. matrim. Jas. in l. cum filio n. 157.
ff. de leg. at. 1. Boer. decif. 199. cum aliis addu-
 citis per *Vincent. de Anna singul. 377. ubi*
Anna filius.

Et non solum dicebatur non posse dictum
 D. Hieronymum obtinere remedium dictæ
l. fin. ut supra dictum fuit, sed nec etiam se-
 questrum bonorum, quia aut actus refuta-
 38 tionis, sive renunciationis erat validus, &
 sequestrum minimè concedi poterat, dum
 prædictus D. Philippus erat paratus servare
 omnia contenta in conventione, aut vero
 conventio erat declaranda nulla, & nec mi-
 nus concedi poterat sequestrum, quia etiam
 sublata dicta conventione prædictus D. Phi-
 lippus consequi debebat pretium, seù valo-
 rem

rem feudorum ipsi, & fratribus reliquum à testatore, pendente cuius solutione juxte competebat retentio feudorum, donec non 39 fuerit satisfactus, etiam quod creditum prædictam deberetur ex actione personali, ut in l. 1. C. etiam ob Chirografariam pecuniam, Capyc. Latr. decis. 25. Camerata responsō decisio 5. & Cutell. decis. 22. pro quo credito in actione personali datur retentio successori possidenti, qui non potest cogi ad feendum vendendum ad instantiam aliorum creditorum in actione personali, ut decisum dicit idem Reg. Capyc. Latr. decis. 6. à n. 26. ad 28. quod sequitur Rev. de Luca in observat. ad decis. 704. Dom. de Francib. n. 33. versic. cessat.

Rursus pro parte dicti D. Hieronymi replicabatur, quod prædicta renunciatio, & refutatio, adeo fuerat translativa, quod id evidenter apparebat ex pluribus actibus additionis hæreditatis paternæ. Et primo apparere dicebatur ex procuratione facta per ipsum D. Hieronymum post mortem patris in personam Illustris Principissæ matris ad capiendam possessionem, declarando in ea animum suum adeundi hæreditatem, & capiendi feuda prædicta, & per consequens refutatio, & renunciatio dicebatur translativa, tanquam continens saltem translationem dominii feudorum delati, acceptati, & acquisiti per additionem, vigore cuius cum detur actio ad feendum, & judicari debet de eadem actione, ac de ipso feudo, ut Franc. dec. 41. & 593. Merlin. lib. 2. controv. cap. 8 i. num. 62. Marcius lib. 2. conf. 36. n. 10. Capyc. Latr. lib. 1. consult. 47. nu. 66. & lib. 2. consult. 84. num. 6. Galeot. lib. 1. controv. 28. num. 22. Capon. lib. 2. instit. fol. 1 2. Montan. controv. i. num. 73. sequitur quod dicta renunciatio facta à dicto D. Hieronymo primogenito, etiam antè aditam hæreditatem, quia præcessit primo declaratio voluntatis capiendi feuda, illaque acquirendi, judicari debeat, ac si ipsa feuda renunciasset, & refutasset dicto D. Philippo secundogenito, de Ponte de success. feud. leg. 18. sub num. 18.

Item quia ex eadem procuratione apparebat immixtio hæreditatis, quia fuit data facultas ad gubernandum feuda, per tex. in l. 41 Paulus per procuratorem ff. de acquir. bæred. quod quidem est actus, qui fieri nequit citra jus, & nomen hæredis, ut in l. gerit, & l. prob. bæred. ff. cit. tit. & licet in eodem mandato procurationis fuerit tantummodo di-

ctum, & expressum, feuda per mortem patris ad ipsum primogenitum fuisse devoluta, sequitur velle fieri successorem in illis ex quocumque proprio jure ei competente vigore investiturum, absque eo quod declarasset si ex testamento, vel ab intestato adivisset, prout requiritur per l. si is, ad quem 22. ff. de acquir. bæred. & Masicard. concil. 49. Bald. lib. 1. conf. 200. dum hæreditas censetur adita per constitutionem Procuratoris ad exigendum credita hæreditaria, Rota decis. 285. nu. 19. & 20. coram Rocas.

Nec obstare, quod dictum fuit in eadem procuratione post clausulam *omni modo meliori*, 42 velle feuda ex quocumque jure proprio sibi competente vigore investituræ. Quoniam replicabatur, quod cum certum sit primogenitum vocari ad successionem feudorum, sive fuerit institutus, sive non, cum feendum transeat ad filium non tanquam hæres (quamvis hoc sit introductum favore creditoris, quod debet esse hæres) sed uti primogenitus, quæ est causa immediacta translationis, ut Affl. in cap. 1. tit. an agnatus, vel filius possint feendum retinere repudiata bæreditate num. 8. & ideo dictus D. Hieronymus declaravit se velle fieri successorem, quod importat idem, ac velle succedere, addendo, ex quocumque Iure, quæ dictio, quocumque, tanquam universalis nihil excludit, imò diversa includit, ut Barbos. decis. 3 i. nám dictio prædicta generaliter debet intelligi, itaut sit apta comprehendere etiam casus habentes majoritatem rationis, ut Bald. in l. in fraudem in fine ff. de milit. testam. Dec. in rubr. ff. si cert. per. & conf. 5. col. 1. Bolognet. conf. 1. num. 110. & 129. & ratio est, quia sermo universalis ab homine prolatus, non recipit restrictionem, l. generaliter §. auxili. ff. de usi & fr. legat. Ruin. conf. 96. col. penult. lib. 1. si quidem si non fuisset institutus primogenitus, ejus proprium jus esset illud investituræ sibi competens, si vero fuisset institutus proprium jus dicebatur illud sibi ex testamento quæsumum, si secundum jus feudorum fuerit dispositum, nám alias in feudis nulla ratio haberi poterit de dispositione feudorum, ut Affl. decis. 119. & propterea ex dicta dictione, quocumque jure, magis confirmari voluntatem adeundi, & acquirendi feuda prædicta; & solus animus sufficit, ut dicatur hæreditas adita, nam in hoc differt aditio hæreditatis à præambulo, quia

O o o hæ-

474 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

hæreditas animo aditur, ut in dicta l. gerit, præambulum vero est actus præcedens immixtioni, per teor. in l. 1. quorum bonorum, & ideo præambulum non dicitur ipsa aditio hæreditatis, sed liquida hæreditatis aditæ legitima probatio, ut Conf. Theodor. alleg. 17. nu. 21. & R. Petra in Ritu M. C. 18 l. num. 2.

Secundò dicebatur apparere translativam promissionem prædictam de renunciando, & refutando ex aditione hæreditatis non solum per actus prædictos, sed etiam quia in eodem albarano prefatus D. Hieronymus primogenitus fuit vocatus Princeps, quod denotat immixtionem sequutam feudorum paternorum per mortem patris, nam licet filius Principis vivo patre possit appellari Princeps, ut Camill. de la Ratba in Theatr. feud. part. 5. dilucidat. 24. & part. 8. dilucidat. 48. hoc tamen procedit impropiè, nam propriè filius denominatur Princeps post mortem patris, & verba semper accipienda sunt potius in proprio significatu, quam in impropiu, ut in l. non aliter ff. de leg. 3. & ideo si ex dicta tituli delatione inducta fuit hæreditatis aditio, meritò renunciationis, seu refutationis promissio dicebatur translativa, non vero abdicativa.

Tertiò dicebatur, apparere aditionem hæreditatis, & per consequens renunciationis, & refutationis promissionem fuisse translativam; quia in dicto albarano fuit tractatum de renunciatione omnium iurium compe-

45 tentium etiam jure legitimæ, & de quietatione facienda in beneficium hæreditatis, stante satisfactione dictæ legitimæ; Etenim dictus D. Hieronymus primogenitus reprobatur institutus in feudis, licet gravatus de solvendo secundogenitis pretium feudorum retenta legitima illi super feudibus competente (quam etiam reliquit testator in burgensaticis) & ideo dum dictus D. Hieronymus retinuit pro se legitimam in summam ducatorum 129500. promissam solvi à dicto D. Philippo, & legitima ei debebatur ex testamento, & jure hæreditario, sit Factib. lib. 6. controv. 56. & Merlin. de legit. lib. 5. tit. 3. q. 2. necessariò videbatur hæreditas paterna adita, atque agnita dispositio patris, filius enim institutus nequit se ab hæreditate abstinere, retenta legitima, nisi duo copulativè concurrent, scilicet & quod adsit substitutus, & quod sit filius ita legatis gravatus, ut legitima ab oneribus absolv-

beatur, ut Boer. decis. 204. num. 44. ubi ait, quod si filius repudiaverit hæreditatem cum protestatione, & reservatione legitimæ, quod talis repudiatio non officit quin filius non remaneat hæres, quod etiam voluit Merlin. d. lib. 5. tit. 3. q. 2. num. 7. & 9. quia ille qui petit legitimam, hæreditatem adiisse censetur, quia peti non potest citra jus, & nomen hæredis, Menoch. de presumpt. lib. 9. presumpt. 101. num. 39. Hodie in controv. 18. num. 54. Torre de Majorat. Italie q. 41. & num. 55. p. 2. ac propterea dum in praesenti casu nullus aderat substitutus respectu feudorum, meritò dicebatur ex tali retentione legitimæ, fuisse inductam aditionem hæreditatis, & agnitionem paternæ dispositionis, ac per consequens promissionem de refutando, & renunciando fuisse translativam, non abdicativam, & proinde necessariò requirebatur assensus.

Quod idem importare dicebatur promissio quietationis facienda in beneficium hæreditatis, quia quietatio supponit jus, & actionem prius quæsitam, siquidem hujusmodi jus, nequit acquiri nisi per aditionem hæreditatis precedentem, ut Socciz. vol. 4. conf. 54. num. 2.

Item apparere dicebatur ex promissione indemnitas facta eidem D. Hieronymo primogenito ab omni molestia respectu etis alieni hæreditatis, & legatariorum, & ex obligatione solvendi relevium à prædicto

47 D. Philippo, ex qua quidem promissio aperte inducebatur tractatum fuisse de renunciando, seu potius de vendendo hæreditatem jam agnitam, nam si ab ipsis partibus fuisse considerata tanquam hæreditas adeunda, nulla quidem primogenito molestia inferri potuisset à creditoribus, & legatariis, sive à Regia Curia, cum ad etes alienum non teneatur nisi, qui est hæres, juxta teor. in l. fin. C. de hæredit. vel act. vendit. & per consequens nulla requirebatur exoneratio, quæ supponit onus, sicuti privatio supponit habitum, ut in l. decem ff. de verb. oblig. & proinde dum partes ipsæ prospicerunt indemnitat, videbatur ex hoc declaratio, quod renunciatio facienda erat translativa, nam qui vult consequens, debet necessariò velle antecedens, ut in l. ad rem mobikm, tibi Gl. ff. de procurat.

Ultimo dicebatur, quod in dicto albarano fuit promissa renunciatio etiam burgensaticorum, respectu quorum non poterat esse nisi

Institutiones iuris Decimoo VIII

475

nisi translativa, inquit alius non poterat dici
factum beneficium dicti D. Philippi tan-
tum, sed omnia fratribus, quia per abdi-
cationem pars renunciata cedebat in be-
neficio ordinarii institutorum in ipsis bur-
gensatiorum respectu, & per consequens sicuti respectu
burgensatiorum erat translativa, ita quo-
que erat respectu feudalium, ut Sac-
cini cons. 34. n. 11. f. vol. 4. *Olea de cess. iur. tit.*
2. q. 3. num. 47. & sicuti respectu burgensati-
orum hereditas dicebatur adita, ita etiam
respectu feudalium; siquidem in deundo fi-
lius hereditatem censetur habere feudum.
tamquam in hereditate contentum, quod
procedit. tum si unam rem hereditariam
acquisivisset, ut Aff. in d. cap. 1. tit. an agna-
tus, vel filius possit feud. retin. num. 39. per
tex. in l. 1. & si non totum ff. si quis omiss. caus.
testam. tum etiam, quia dum in eodem al-
barano fuit tractatum de renunciando, &
cedendo juri primogeniturae, & simul feuda,
& burgensatica, nequit unum, & idem di-
verso jure censi, quando non adest dispa-
ritatis ratio circa voluntatem adeundi, ut
in l. 1. jam hoc jure ff. de vulgari.

Quod augebatur, quia in eodem albarano di-
ctus D. Hieronymus promiserat renunciare
in beneficium dicti D. Philippi omnia jura
feudalia, & burgensatica ad ipsum perti-
nentia super hereditate paterna, & sic lo-

49 quatus fuit per verbum, *pertinere*, & dici-
tur pertinere non illud jus, quod est solum
modum delatum, sed quod est agnatum, ut
in l. 1. §. si quis adira, & l. 2. §. si sit sui ff. ad
Tersull. & per consequens renunciatio fieri
promissa erat translativa, non autem abdi-
cativa, & ideo nulla ex defectu assensus; &
ex his dicebatur nullo modo posse ipsi
D. Hieronymo primogenito impediri expe-
ditionem praembuli predicti.

At vero pro parte praefati D. Philippi his om-
nibus replicabatur. Et quoad primum dice-
50 batur non obstat aditionem hereditatis,
qua inducebatur ex dicta procuratione
tamquam nulla, & invalida ex pluribus. Et
primo ratione ambiguitatis, & obscuritatis
actus; quia in dicta procuratione non dice-
batur velle esse heredem ex testamento, vel
ab intestato, & haeres, qui hereditatem adi-
re vult, necessario debet explicare, ex qua
causa intendit adire, cum actus aditionis sit
certus, clarus, & determinatus, ut *Mascard.*
de probat. concl. 49. per Bald. cons. 142. lib. 3.
& cons. 200. lib. 1. Alex. cons. 121. lib. 3., & ita

decisum per Rot. Rom. ait Ursell. in concil. 51.
num. 5. in verbo aditio hereditatis, In Bald.
iud. cons. 200. ait; quod aditio hereditatis
debet esse talis, & taliter, ut is, qui adit ha-
reditatem possit ea conveniri, & notatur in
l. si cum dotem, S. trahendamur ff. fol. ma-
ririm, maximè quod in praesenti casu aderat
testamentum paternum, & praesatus D.
Hieronymus non declaravit velle succedere
ex testamento praedicto, vel ab intestato, sed
dixit velle feuda jure proprio, & per conse-
quentes non poterat dici adivisse hereditatem, +
dum per talē actum non poterat inducī
illa aditio, vigore cuius potuisset cogi ad
solvendum onera contenta in testamento, &
codicillo; Et proprieat ex dicta prietensa
aditione contenta in dicta procuratione
tamquam obscura, & dubia, nulla haberet
poterat ratio, maximè in Regno, ubi petens
in judicio se declarare heredem in feudali-
bus, tenetur in specie declarare si venit ab
51 intestato, vel ex testamento; ut *Capyc. decis.*
97., *Frecc. de subfeud. lib. 3. limit. 20. fol. 256.*
Vincent. de Anna sing. 198. quamvis apud
Capyc. legatur decisum non teneri conven-
tum ad hanc declarationem, quando semel
declaravit, quod venit jure successorio feu-
dorum memor fuit *MuscateLL. in prax. S.C.*
par. 3. glof. hereditaria à nu. 2. ad 5.

Secundo replicabatur, quia in eadem procura-
tione, dictum fuit, velle feuda praedicta ju-
52 re proprio, tempore quo illa habere nequi-
verat absque qualitate hereditaria, & per
consequens erravit in jure, & ideo erat nul-
la, & invalida, ad tex. in l. si is, ad quem ff.
de accq. bæred., ex ea ratione, quia in aditio-
ne non requiritur animus anceps, sed cer-
tus, ut *Mascard. conclus. 41. nu. 15.*, ubi nu.
16. ait, quod si quis dixerit talem heredita-
tem ad se pertinere justo titulo, & legitima
causa, non per hoc presumitur habere ani-
mum adeundi, ut *Bald. cons. 17. lib. 5.*, & per
consequens dum dictus D. Hieronymus
dixit, *jure proprio*, & feuda non poterant
acquiri absque qualitate hereditaria, meritò
ex dicta erronea assertione non poterat in-
duci aditio hereditatis, præcipue in Regno,
ubi feuda sunt omnia hereditaria, ut ex:
Napodan. in consuetud. si testator in verbo,
disponit, tenet Franc. dec. 6. nu. 3.

Tertio, quia adhoc ut filius possit esse capax
feudorum, oportet, ut prius sit haeres bur-
53 gensaticorum, quod procedit non solum
in feudo hereditario, sed etiam in feudo ex-

O o o 2 pa-

476 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

pacto, & providentia, ut in c. an agnatus si de feud. defunct. fuer. controv. Georg. alleg. 20. Frecc. de subfeud. 3. forma, fol. 403. num. 20. adeout filius non potest repudiare hereditatem allodialem, & feudum retinere, nisi fecerit inventarium, Lanar. in addit. ad Patruum in cap. 1. de succession. feud. n. 35. vers. quarto, ubi quomodo, & quando hoc sit verum.

Veturum quod haeres in solo feudo teneatur confidere inventarium bonorum feudalium, 54 etiam nullis relictis bonis burgenfaticis ex Reg. de Ponte in tit. de Assensu Regis super dote §. 3. num. 17., & 19., & Reg. Lanar. cons. 88. Amicbangel. qu. feodal. qu. 3. num. 48., sed contradicit Lanar. in addiction. ad patruum in locis superius citatis nu. 39. fol. 266., ubi, quod institutus in solo feudo non cogitur facere inventarium de feudo tantum, nec hoc vidit in praxi servatum, sed bene vidisse fieri inventarium de bonis allodialibus, & in illorum descriptione vidisse descriptum etiam feudum, prout practicatum testatur in causa Marchionis Trivici.

Quarto, quia in dicta procuratione dictus D. Hieronymus non dixit velle acquirere 55 feuda, ut haeres patris, sed dixit contrarium velle scilicet esse successorem in feudis ex quocumque jure sibi competenti, quod quidem jus proprium est exclusivum juris, & qualitatis hereditarie sibi transmissae per mortem patris, & ratio est, quia feudum hereditarium venit petitione hereditatis, & successor in feudo hereditario debet esse haeres ultimi morientis, ut Frecc. de subfeud. de differentia inter feudum ex pacto, & providentia, & hereditarium diff. 8., & 10. fol. 442., & 443., & diff. 20. fol. 450. Galeot. controv. 31. n. 27. lib. 1. Camerar. in cap. præterea fol. 95., & 96. Camill. de Curt. divers. jur. feud. fol. 50. nu. 43. par. 1. de Ponte de feud. nu. 20., & 3., & Gizzarell. decis. 88., quod maxime procedit, quia dictio illa, ex jure proprio apposita in mandato procurationis non erat injuncta, & unita cum qualitate hereditaria, quia non dicebatur velle esse successorem, & heredem, sed erat penitus separata, & restricta ad propriam qualitatem successoris, quæ comprehendit in feudalibus tantummodo successorem jure sanguinis, & ex pacto, ut Capyc. latr. decis. 70. nu. 4. Loffred. cons. 96. nu. 12. circ. medium, Censal. ad Peregr. art. 32. vers. tertio observa successoris verbum, fol. 233., & licet de natura verbi,

successoris sit comprehendere successorem, tam cum qualitate hereditaria, quam sine tali qualitate, ut in cap. 1. de success. feud. cap. 1. §. Corradus tit. de bis. qui feud. dar. poss. cap. 1. tit. de natur. success. feud., & cap. 1. de grad. succed. in feud. Isern. in cap. 1. §. præterea tit. quia fuit prima causa col. permitt.

Fallit tamen in feudis, ubi non denotat qualitatem hereditariam, sed significat successo- 56 rem jure successorio, ita ut jure proprio, & ex propria persona, sive donatione feudum capiatur, ut Isern. in cap. 1. §., & quia col. 2. tit. de bis, qui feud. dar. poss. Bald. in cap. 1. col. 2. de success. feud. Camerar. in cap. de success. feud. a. nu. 50. ad nu. 61., & in d. cap. 1. de grad. succed. in feud. Isern. in d. cit. §. præterea col. penult. per text. in let. si in rem ff. de jure jur. in terminis nostræ Constitutionibus de successionibus, ubi verbum successor intelligitur de successione ex pacto, vel jure successorio feudi, ut in cap. 1. tit. qui successores teneant., ubi Prælatus vocatur successor, & tamen non est haeres, cap. 1. §. sed etiam restit. per quos fias investit., & cit. cap. 1. §. si vero Corradus, & Camerar. in c. 1. tit. an agnatus pag. 21. n. 47., & in cap. Imperialem §. præterea Ducatus carta 47. lit. M.

Et quod verbum successor in propria significazione intelligatur de successione ex propria 57 persona adducebantur jura in cap. unico tit. qui success. feud. dar. teneant., & cap. 1. qui success. teneant., Socc. in l. cum avus, ubi Paul., & Corneus C. de fideicom. Menoch. cons. 959., & presumpt. 89. nu. 57. lib. 4. Rov. cons. 83. nu. 81. lib. 2. Barb. de appellat. in verbo, successor, nu. 4.

Et est ratio differentia, quia feuda hereditaria acquiruntur transmissione, feuda vero ex 58 pacto, successione, ut Andr. in cap. 1. §. bujus generis num. 9. vers. significatio non probata, tit. ex quib. caus. feud. non amitt. Camerar. in cap. 1. an agnatus q. 9. nu. 94., & in c. Imperialem carta 26. lit. V., & in cap. præterea fol. 95. at., & 96. Thom. de Marin. de genere, & qualit. feud. lib. 1. rub. 1., & Georg. in repet. feud. cart. 46. n. 7., & sunt jura in cap. 1. de desob. fratr. c. 1. §. et si clientulus de alien. feud. pater., & cap. 1. si vassall. feud. privet. l. familiaria ff. de re legat., & §. si adrogatus instit. de action. Isern. in d. cap. 1. tit. an agnatus, unde dum in presenti casu verbum, successor, scilicet velle esse successorem, fuit injunctum cum verbo jure proprio vigore investiturum, meritò excludebat qua-

qualitatem hæreditariam, & per consequens nunquam fuit hæreditas adita, vel fuit aditio nulla, & invalida ex defectu declaratio-
nis factæ anabiguz, & proinde non posse substineri ex jure congruo quo poterat fieri,
ut Cancer de sobet., & liberat. par. 2. cap. 8. n.
39. per tex. in l. si is, & in l. hæres institutus,
ff. de acquir. bæred., & l. si aviz, ubi Decian.
C. de success. edict. per regulam, & ex. in l. multum interest C. si quis alteri, vel sibi, ubi
quod potui nolui, quod volui adimplere ne-
quiiri, & per reg. c. super de offic. delegat. Socc.
in l. multum interest nu. 6. ff. de condit., & de-
monstr.

Nec obstare clausulam, omni modo meliori, vi-
gore cuius videbatur prædictum D. Hiero-
nymus 59 nymum, dum non valuit adire jure pro-
prio, adivisse jure hæreditario, quia respon-
debatur, quod clausula prædicta operatur
effeclus suos juxta expressa, non verò circa
non expressa, & non cogitata, ut *Aret. cons.*
17. *Anchær. cons.* 17. *Cassiodor. dec.* 7. *de appell.*,
& *Capyc. decis.* 96. nu. 8. *Surd. decis.* 7. a nu. 25.
& semper intelligitur juxta propositum, non
verò oppositum agentis, ut *Tusc. concl.* 35 8.
num. 62. & ideo dum voluntas dicti D. Hiero-
nymi primogeniti fuit acquirendi feuda
jure proprio, & non uti hæres patris sui, me-
ritò vigore clausulæ prædictæ aditio hære-
ditatis induci minimè poterat.

Nec minus obstabat, quod dictus D. Hiero-
nymus declarasset in dicto mandato procu-
rationis velle succedere jure proprio in feu-
dis, quia adhuc tamen esset obligatus, ut
hæres etiam quod succederet contrà volun-
tatem defuncti, ex eo quod acceptando feu-
da videtur acceptare qualitatem hæreditati-
ram, quæ intrinsecè stat radicata in feudis,
Lanar. cons. 80. nu. 45. *de Ponte cons.* 88. lib. 1.
de Francb. decis. 1. *Gizzarell. decis.* 28. nu. 36.
& *decis.* 35. *Merlin. controv.* 81. nu. 12. lib.
Capyc. Lastr. decis. 57. nu. 2. & *decis.* 70. nu. 11.
ubi habetur dictum, successorem in feudo
hæreditario teneri ad onera non obstante,
quod non sit hæres defuncti.

Ad secundum respondebatur, quod non per
hoc, quod dictus D. Hieronymus fuit de-
nominatus Princeps, ideo inducebatur adi-
61 tio hæreditatis, quia denominatio Principis
erat abusiva, & impropria in vita patris,
nam filius Baronis vivente patre non dici-
tur Baro, quia non habet realem dignita-
tem; quamvis filius Regis, Princeps, Ducis,
Marchionis, & Comitis, in vita patris dici-

tur Rex, Princeps, Dux, Marchio, & Co-
mes, sicuti filius Imperatoris dicitur Augu-
stus ratione dignitatis, non quidem propriæ,
sed impropiæ, & in fe, non in re, ut *Tira-*
quæ de primog. q. 3. 3. & Frecc. de subfend. tit.
quis dæctior, Comes nu. 44. Camill. la Raiba
in suo theatr. feud. p. 5. dilucid. 23. & part. 8.
dilucid. 49. & viveante patre dicuntur filii
domini juniores, ut *Theodor. Husping de ju-*
re insign. cap. 22. num. 115. & ideo ex dicta
vocatione Principis non inducebatur ali-
quid novi, sed fuit continuatio primæ deno-
minationis dicto D. Hieronymo competen-
tis in vita patris sui, & per consequens ex
ea non poterat dici aditam fuisse hæredita-
tem.

Item respondebatur, quod dicta denominatio
Principis debebat regulari, juxta actum pre-
cedentem contentum in dicta procuratio-
ne, in qua jam declaraverat velle esse suc-
cessorem ex persona propria, non cum qua-
litate hæreditaria, & per consequens sicut
erat defectuosus actus expressus procura-
tionis, ita etiam erat defectuosa denomi-
natione tituli Principis, quæ præsumebatur
facta pro exequitione præcedentis suæ, ex-
pressæ voluntatis, & ratio est, quia subse-
quentia intelliguntur facta pro exequitione
præcedentium, ut *Rota Rom. decis.* 104.
num. 5. part. 2. *divers. Ursell. in verbo actus*
concl. 47. num. 29. & Bald. cons. 17. vol. 5.

Quod procedere dicebatur etiam, quod esse-
mus in dubio, quia verba enunciativa, du-
bia, & obscura non inducunt aditionem hæ-
reditatis, ut *Mascard. concl.* 41. num. 18. eo-
que magis, quod ex intentione ejusdem
D. Hieronymi poterat denominari Princeps
absque qualitate hæreditaria, prout per
prius se declaraverat, etsi actus iste non de-
bebat operare ultrà intentionē dicti D. Hiero-
nymi agentis, ut in l. non omnis 19. ff. si
cert. pet. l. quoties 9. ff. de bæred. instit. *Larrea*
decis. 76. num. 33. *Surd. decis.* 154. nu. 20. *Pu-*
teus decis. 507. num. 2. lib. 2. & *Coccin. decis.*
318. *in fine.*

Ad tertium, quo dicebatur inducitam fuisse adi-
tionem, ex quo d. D. Hieronymus primogeni-
tus legitimam, quæ recipere nequiverat ci-
træ'jus, & nomen hæredis jam receperat, repli-
cabatur primo, quod licet filius legitimam
habere debeat cum qualitate hæreditaria,
ita ut nequeat, quod remanet ex hæredita-
te repudiare, & legitimam retinere, nè vi-
deatur hæreditas pro parte adita, & pro par-
te

478 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

te non, & ne videatur testator prò parte descedere testatus, & prò parte intestatus, ut *Faccbin.lib.6.controu.cap.56.Merlin.de legi-
sima lib.5. tit.3. q.a.* hoc tamen non procedit, quando adest substitutus, vel cohæres,

64 quia tunc cessant prædicta inconvenientia, & potest filius legitimam acceptare, & repudiare hæreditatem in beneficium substituti, vel cohæredis, ut *Boer.decis.204.n.43.* & *Faber de repudian. vel abstinend. hæred. def.20.num.1.* & *Merlin.d.q.1.nu.71.* & idem bene potuit dictus **D.Hieronymus** filius primogenitus renunciare in beneficium **D. Philippi secundogeniti** cohæredis, & immediati successoris, retenta in ipsius beneficium legitima.

Secundò respondebat, non esse verum, quod quando filius primogenitus recipit in pecuniam legitimam ei competentem super feudis, per hoc videtur acquisivisse feudi successionem; sed verissimum esse, quod ex quo recepit satisfactionem legitimæ ei competenteris super feudis in pecunia, propterea non videtur succedere in ipsis feudis, sed videtur illa renunciare, & ab eis se abstinere; ea ratione, quia in feudis legitima non debetur; immo in feudis legitima non fuit cognita, quia totum feudum maximè nobile, & titulatum cum dignitate primogeniturae integrè spectat ad primogenitum, & dicitur legitima successio primogeniti, itaut quando primogenitus succedit in feudis, non habet legitimam, sed totum feudum est legitima primogeniti, ut *And. in cap.1. col.6. tit. quæ sit prima caus. benefic. anitt.Dec.conf.269.num.15. Paris. conf.17. num.13.vol.2. Affl. in constit. ut de successio-
nibus in fine*, secus verò quando non succedit in feudis, quia tunc habet legitimam, seu ejus estimationem in burgensaticis, ut esset, quando pater donaret, vel relinqueret feendum cum assensu secundogenito, quia tunc non succederet primogenitus in corpore feudi, sed deberet habere legitimam prò tertia parte valoris feudi in pecunia, ut *Ca-
merar. in §. præterea Ducatus de probib.
feud.alien.fol.102. & fol. 103. Capyc. decis.2.
Frecc.de subfeud.diff.9. & Montan.controv.
23.num.4.*

Ad ultimum, quod obiiciebatur, quod sicuti respectu burgensaticorum renunciatio erat **66** translativa, ita dicendum erat quoque respectu feudalium, cum non possit feendum ab hæreditate burgensatica separari, solidis-

simè respondebat non implicare contradictionem renunciationem respectu burgensaticorum esse translativam, & respectu feudalium abdicativam, quia potest filius esse hæres in feudalibus, & abstinere se ab

67 hæreditate burgensatica, & è contra, quando separatio fuit facta in vita à testatore respectu bonorum allodialium, quemadmodum accidit in præsenti facti specie, in qua per primum testamentum conditum per Principem sub die 27. Aprilis 1673. **D.Hieronymus** primogenitus fuit hæres scriptus in feudalibus, & in burgensaticis fuerunt cohæredes instituti cæteri filii secundogeniti, & quamvis in secundo testamento condito sub die 31. Octobris ejusdem anni fuerit confirmatum primum testamentum, quoad institutionem in bonis feudalibus factam, tamen quoad burgensatica, & bona allodialia fuit in parte immutata voluntas, nā **D.Hieronymus** primogenitus fuit datus cohæres in allodialibus ceteris fratribus secundogenitis, Ex quibus descendit, quod disposicio quoad institutionē in feudalibus cōfirma-

68 tā per secundas tabulas, sustinebatur jure directo in personam primogeniti vocati claro, & aperto jure non tam ex testamento, quam ex lege investitur; At respectu allodialium respectu quorum alterata fuit voluntas per secundas tabulas, profecto sustineri non poterat institutio illa jure directo; sed bene jure obliquo ob repugnantiam, nē quis decedat cum duobus testamentis contra iura expressa in *l. posthumus §. paganus ff. de in-
just. rupt. l. quærebatur ff. de milit. testam.
glos. in §. posteriore institut. quib. mod. testam.
infirm. Altograd.conf.79. à num. 16. ad 20.
tom. 1.* quamvis pro nullitate utriusque dispositionis stet de *Pretis*, qui refellitur per *Barri de successionib. lib. 10. tit. 1. de testa-
mento posteriore num. 5. tom. 2.* Et proinde stante patrimoniorum separatione facta in vita à testatore, ac stante declaratio-
ne facta per **D. Hieronymum** nolle succe-
dere in feudis jure proprio, ambigi non po-
test, quod refutatio esset abdicativa respec-
tū feudalium, & translativa respectu al-
lodialium, juxta terminos, in quibus scripsit
*Horat. Montan. in cap. Imperialem §. præte-
reà Ducatus num. 69.* feendum siquidem se-
paratum in vita à testatore, non constituit
unicum patrimonium cum allodialibus ex
*cap. An agnatus, advertit Camerar. in cap. I.
de success. feud. nu. 96.* & cum aliis *Amican-
gel.*

IN VINO LIBRORUM Decisio

VII.

479

tionem personae pro administratione dictorum bonorum, & nibilominus D. Philippus Grimaldo discedat a feudis hereditariis sub pena ducatorum quinque mille hoc siuum. Falvus pro Magn. Secretario S.C.

Die 21. mensis Ianuarii 1678. Neap.

Facto verbo de praedictis in S.R.C. per Militem U.J.D. D. Carolum Petrum Regium Consiliarium, & Causa Commissarium.

Vixi nullitatibus, fol. 170. & supplicatione, fol. 179.

Per S.R.C. declaratum est nullitates non obstarre, & proinde depositum liberetur Regia Curiae, & pro ea Magn. Secretario S.C. & bene provisum per S. C. sub die 9. Iulii 1675. fol. 152. & non esse deferendum in integrum restitutioni petite pro parte Ill. Principissae Hyeracij nomine, ut in actis in supplicatione, fol. 180. nec non vixi supplicatione ejusdem Principissae, fol. 147. S. C. declarat decreto sequestri contentum in prefato decreto S. C. latè sub die nono Iulii 1675. non comprebendere Civitatem Sancti Angeli, deo nec aliter fuerit per idem S. C. provisum, salva provisione facienda super contentis in supplicatione, fol. 294. praesensata pro parte D. Teresiae, & D. Mariae Grimaldi, pro qua partes informis, & nibilominus vixi supplicatione, fol. 298. debitores faciant depositum ad finem providendi super omnibus hinc inde praecensis hoc siuum, &c. Falvus pro Magn. Secretario S. C.

Die 20. mensis Aprilis 1678. Neap.

Facto verbo de praedictis in S. C. per Militem U.J.D. D. Ferdinandum Ramirez Regium Consiliarium, & Causa Commissarium.

Cum interventu Spectabilis Praefidio Sc. C. & Dominorum Consulariorum Muscatube, & Ducis Campinetis adiutorum.

Per S. C. declaratum est nullitatem propriae pro parte filiorum secundogenitorum quondam Ill. Principis Hyeracii, fol. 340. non obstat, & proinde depositum liberetur Regia Curiae, & pro ea Magn. Secretario S. C. & M. C. consigne copiam, & fidem praembuli; verum sequestrem ordinatum per S. C. super Civitate Hyeracii, & Terrę Givę tollatur ad hanc respectu fracturam tam jurisdictionis, & tenetorum feudalium, quam burgensesaticorum firmo remanente, quod ad fra-

g. qq. foudal. q. 2. ann. 2. & ann. 40.

Quibus addebatur, quod quando ex predicationibus additis in conventione factis, inducere aditio, tanquam momentanea acquisitione non erat in consideratione, nec ideo renunciatio reddebatur translativa requirens assensum argumento, tunc in l. qui sic solvit ff. de solut. de Francis decis. 14. nu. 26. Surd. decis. 70. Gratian. decis. 70. Fontanell. de pcc. nuptial. claus. 4. glos. 9. Cravetta cons. 200. num. 1. Roland. cons. 5. lib. 1. Ruinus cons. 170. num. 9. libr. 1.

Sacrum Consilium sub die 9. Julii 1675. causa solenniter discussa ad relationem Regii Consiliarii D. Ferdinandi Ramirez in aula 70 D. Antonii Navareta Marchionis la Tertia, cum interventu Spectabilis Præsidis S.R.C. D. Felice Ulloa Lanzina, & cum Consiliariis adjuntis, nempe D. Stefano Padilla, D. Joanne de Dura, & D. Carolo Petra, fuit in decernendo, quod M.C.V. procedat ad confusionem preambuli, auditis omnibus interessit habentibus, verum non consignet copiam inconsulto S. Cons. & interim fuit sequestrum super omnibus bonis tam feudalibus, quam burgensesaticis penes tertium, & Aerarii, & debitoris faciant depositum omnium quantitatum debitorum, & debendarum in S. C. salvo provisone facienda circa deputationem personæ pro administratione bonorum, & nibilominus D. Philippus Grimaldis discedat a feudis hereditariis sub pena ducatorum quinque mille, ut ex actis in Banca Magn. A Etuarii S.C. Iosephi Lombardi, quod decretum fuit post modum bis confirmatum cum aliqua modificatione in gradu nullitatum sub die 21. Januarii, & 20. Aprilis 1678. ut patet ex tenore sequentium decretorum.

Die novena mensis Iulii Neap. 1675.

Facto verbo de praedictis in S. C. per Militem U.J.D. D. Ferdinandum Ramirez Regium Consiliarium, & Causa Commissarium.

Per S. C. provisum est, quod M.C.V. procedat ad confirmationem preambuli, auditis omnibus interessit habentibus, verum non consignet copiam inaudito S. C. & interim fuit sequestrum super omnibus bonis tam feudalibus, quam burgensesaticis penes tertium, & Aerarii, & debitores faciant depositum omnium quantitatum debitorum, & debendarum in S. C. salvo provisone facienda circa deputa-

480 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

stabilia, & capitalia facta obligatione per Ill. Principem Hyeracii D. Hieronymum Grimaldo in forma respectu dictorum frumentorum, qui Ill. Princeps solvit in beneficium fratrum secundogenitorum quantitates debitas servata forma testamentorum, & codicillorum paternorum, & secundogeniti solvent Ill. Marchionibus Caputii, ceterisque sororibus quantitates relietas in testamento, & codicillis predictis servata illorum forma, & interim locetur nomine S. C. Status Terre Novae, & emanentur banna in loco rei sitae, & in hac Civitate, & quousque fiat afflatus predictus destinatur persona pro administratione Iurisdictionis, & exactio ne introituum, & fructuum; nec non D. Philippus Grimaldus, & Commissarii destinati reddant computa exactiōnis, & Ill. Principissa bonorum hereditariorum, cui Ill. Principesse liceat retinere Statum Sancti Angeli, donec ei satisfiat de ejus credito hoc suum, &c. Falvus pro Magnifico Secretario S. C.

A processu D. Caroli, D. Philippi, D. Joannis Baptiste Grimaldi, super hereditate Ill. Jos Francisci Grimaldi Principis Hyeracii, in Banca Magnifici Antonii de Onufrio, apud Scribam Carminum Lago.

S U M M A R I U M.

1. **D**eciso, quæ prodit in causa successio nis D. Hieronymi de Aquino refer tur, & num. 76.
2. Reg. Seraphinus Biscardi, & Regii Consiliarii de Fusco, & Gurgo commemorantur, & num. 71.
3. Facti series breviter exponitur.
4. Renunciatio hereditatis, quæ improbat ur de jure Civili, de jure Canonico sustine tur ob jus iurandum.
5. Juramentum ad hoc, ut in renunciatione hereditatis operetur an requiratur tacitus scripturarum, num. 6.
6. Text. in c. quamvis pactum de pact. in 6. explicatur.
7. Pactum futurae successionis hereditatis viventis non sustinetur, nisi accidente con sensu illius de cuius successione agitur.
8. Et an hoc procedat respectu bonorum few dalium.
9. Pactum futurae successionis feudalis susti neri defenditur ex Cujacio, reprobato Socci no, & num. 11.

12. Pactum futurae successionis sustinetur inter milites.
13. Capitula matrimonialia tradita Notario ad conservandum continent juramentum, & habent viam publici instrumenti.
14. Renunciatio facta in instrumento dotale an comprebendat bona paterna.
15. Renunciatio an, & quando dicatur extintiva, vel abdicativa.
16. Heredis verbum an significet heredes bonorum, vel heredem sanguinis.
17. Et quid in renunciationibus factis in contractibus, quæ semper continent causam successionis.
18. Heredis verbum in renunciationibus filios comprebendit, & an hoc locum habeat in feudi, num. 19. Et quid quando in renunciatione non solum fuerunt contemplati heredes simpliciter, sed heredes ab intestato, num. 20.
21. Et quid quando esset adiunctum verbum legitimi.
22. Et quid ex clausulis in praesenti renun ciatione existentibus.
23. Verbum deficere, vel deficientibus quid operetur, num. 24.
25. Renunciatio dicitur abdicativa si contineat pactum de non petendo, & renunciacionem hereditatum devolvendarum.
26. Renunciatio bonorum feudaliū facta in beneficium illius personæ, quæ succedentes ab intestato sublata de medio renunciante dicitur extintiva, & non indiget assensu.
27. Renunciatio an dicatur translativa, quando esset facta in beneficium certæ personæ omnino extraneæ.
28. Renunciatio eadem an possit esse in parte abdicativa, & in ceteris partibus translativa.
29. Renunciatio quando dicatur facta contemplatione masculorum, vel certarum personarum contemplatarum post masculos.
30. Feudi dominium non acquiritur eao contratu anticbris, ut vulgo dicitur ad gaudendum, num. 39.
31. Anticbris contractus quando dicitur, an vero venditionis cum pacto de retrovendendo, examinatur ex verbis contractus, n. 33. 34. 35. & 36.
32. Anticbris contractus formula, quæ sunt ex quibus iuribus colligatur.
33. Assensus imputatus super anticbris, scilicet super datione feudi ad gaudendum, si contra dictum sit venditionis cum pacto de retrover den-

- de ndo, assensus non opitulatur, quia est dif formis à contractu, cum assensus sit concessus dationi, & non venditioni.
- 38 Contractus naturam mutare non possunt clausule in instrumento apposita, sed rei- ciuntur, quando sunt contra naturam con tractus.
- 40 Verbum vendere in contractu pignoris appositorum an mutet naturam contractus, & an importet veram venditionem.
- 41 Verbum possessionis an conveniat cum contractu pignoris.
- 42 Clauses ad habendum an adiici soleat in contractu pignoris.
- 43 Evictio an locum babeat in contractu an tichresis.
- 44 Feudarius, qui possidet feudum jure pignoris an teneatur præstare, & recipere à Vassallis juramentum fidelitatis, & an possit creare officiales, & jurisdictionem exer cere.
- 45 Dominium, seu clausula translationis do minii non repugnat à contractu pignoris, quia aliud est dominium proprietatis, & aliud dominium hypothecæ.
- 46 Datio insolutum voluntarie facta à pro curatoribus creditorum patrimonii non transfert dominium.
- 47 Creditores babentes hypothecam non pos sunt sibi adiudicare bona debitoris, sed de bent uti remedio venditionis.
- 48 Datio insolutum redditur nulla ex def ecu subbastrationis.
- 49 Assensus non registratus infra legatum tempus in quinternionibus Regiae Camere pro non præstito habetur.
- 50 Et quid si ille, qui debebat assensum re gistrare fuerit impeditus.
- 51 Et quid si assensum presentaverit Con servatori Quinternionum, servata forma decreti generalis Regiae Camere, & per Ra tionalem Cedularii fuerit præstitum impe dimentum.
- 52 Referitur praxis decreti interponendi.
- 53 Tempus non currit impedito in tempore legali, secus in impedito in tempore conven tionali, prout est tempus appositorum pro regi stratione assensus, num. 54.
- 55 Assensus registratio requiritur pro for ma; qua non adimpta, contractus resolvi tur, & nullum transfertur dominium, & nu. 59. Et Assensum fuisse traditum Con servatori, ut registretur, non sufficit ad excusandum registrare debentem, dict. nu. 55.

- Reg. Roviti doctrina cum re judicata excusat litur, ibid.
- 56 Bannum redditur nullum si non reperiat registratum servata forma statuti.
- 57 Assensus resolvitur ex defectu juramenti ligij homagii, & literarum assicurationis Vassallorum.
- 58 Assensus non registratus resolvitur ex clausula irritanti, absque sententia declara toria.
- 60 Assensus registratio an sit introducta in favorem fisci, & num. 71.
- 61 Dispensatio, quod assensus registretur la psu temporis non obstante, non prodest quan do assensus est resolutus.
- 62 Dispensatio, quod assensus registretur est describenda in dorso privilegii.
- 63 Assensus registrari amplius non potest post mortem emptoris, vel venditoris feudi, quia est facta venditionis revocatio ipso jure, & num. 64.
- 65 Assensus omnes continent conditionem præstationis juramenti fidelitatis cum clausula irritativa, & referuntur verba, qua apponi solent in assensu.
- 66 Juramentum fidelitatis quomodo præst abatur de jure communi, & quomodo, & quam do fuerit introductum de jure Regni, re feritur.
- 67 Juramentum fidelitatis ad hoc, ut legitime præstitum dicatur debet apparere per tria consimilia instrumenta, alias ex unius instrumenti omissione, assensus resolvitur, & contractus remanet sine assensu.
- 68 Assensum non impetrare, vel illum ha bere, sed resolutum ex defectu registrationis paria sunt.
- 69 Assensu super feudo, resoluto, feudum remanet in hereditate, uti tenuta allodialis in cuius medietate est concedenda immisso secundogenitis.
- 70 Preambuli judicium an sit simplex pos sessorum, vel habeat adiunctam causam proprietatis.
- 72 Referuntur novissima decisiones, pugna tes cum opinione Reg. Roviti, & cum de cisione ab eodem alata, & num. 73. 74. & 75.

ARGUMENTUM.

Altius examinatur an, & quando renunciatio bonorum feudalium dicatur extinctiva, vel translativa, quæ indigeat assensu; Feudi dominium, an acquiratur ex contractu Antichresis, vulgo ad gaudendum, & quando fieri dicatur talis contractus, & quando Assensus interpositus super tali contractu redargui possit de difformitate. Assensus non registratus infra legitimum tempus in quinternionibus Regiæ Cameræ, nūm pro non præstito habeatur; Assensus an resolvatur ex defectu juramenti ligij homagij, & assécurationis Vassallorum; Assensu super feudo resoluto, an feudū remaneat in hereditate, uti tenuta burgensatica, & concedenda sit immissio æqualiter primogenito cum secundogenitis, assertur decisio S.C. facta Junctis duabus Aulis. Cum ceteris ad questionem pertinentibus.

DECISO VIII.

Deciso hæc approdijt in causa successionis D. Hieronymi de Aquino controversæ in S. C. inter Ducissam Jelicis, & Marchionissam Casalboris, de qua memores suimus in observat. ad singul. nostri Genit. ris 173., sicut declaratum per Sac. Cons. referente tunc Consiliario postmodum me. ritissimo Reg. Vincentio Raetano, Ducissam

Jelicis, & Marchionissam Casalboris esse immittendas in possessionem tenutarum Petre Elcinæ, & Montis Leonis quælibet pro medietate earum, uti heredes q.d. Hieronymi de Aquino, qui non obtinuerat in vita registrationem Assensus, sed Assensu presentato in Reg. Cam. pendente registratione decepsit. Cum innixa videatur in illis argumentis, de quibus plenè actum fuit in celebri responso edito cum scribendi gravitate per magni nominis Advocatum postmodum amplissimum Regentem D. Seraphinum Biscardi, in quo occurrit conatur omnibus contrarijs argumentis, opere pretium sum arbitratus integrum responsum cum verbis rei judicatae, quam favorabilem obtinuit, hic typis subjicere, additis in calce responsi illis validis rationibus, quæ in contrarium proponebantur, & signanter adversus scripta per Reg. Rovitum, & decisionem ab eodem allatam; per celeberrimos, & æquè doctissimos causarum Patronos postmodum meritissimos Consiliarios D. Petrum de Fusco, & Flavium Gурго.

Responsum Regentis Seraphini Biscardi.

Celebris est controversia successionis quæ D. Hieronymi de Aquino, quæ plures quæstiones continet. Prima quæstio est inter Illustrum D. Antoniam de Aquino Ducissam Jelsi, & Illustrum D. Catherinam Marchionissam Casalboris sorores, neptes ex fratre primogenito, cui nām deferenda sit hæc successio? Contendit Ill. Ducissa natu major feudorum successionem. Contrà opponit Ill. Marchionissa soror secundogenita renunciationem, & illam factam in sui beneficium, extinctivam, quæ nullo egeat assensu.

Altera quæstio est cum Ill. Ducissa Sancti Theodori sorore defuncti, quæ medietatem bonorum allodialium postulat, quām suo loco removebimus.

Actum est summa Partium contentione in M. C. V. à qua interpositum fuit decretum præambuli in beneficium Ill. Ducissæ Jelsi in bonis feudalibus, & in bonis burgensaticis pro medietate in beneficium dictæ Ill. Ducissæ, & pro alia medietate in beneficium Ill. Marchionissæ Casalboris. Cū autem hac de re iterum in Sacro Consilio discep-

tandum est, instetit in Sacro Consilio III: Marchionissa reformari decretum præambuli quoad bona feudalia, (si modo in hac hæreditate bona feudalia sunt) & gradatim pro exequitione decreti præambuli interpositi in ejus beneficium pro medietate in bonis burgensaticis immitti in possessionem tenuitarum feudi Peschi, Petre Elcinæ, & Montisleonis.

Ut autem utrumque præsentis controversie caput absolvamus. Primo agemus de feudorum successione. Secundo in promptu demonstrabimus, nihil aliud adesse nisi tenutas. Et quoniam doctissimus Adversarius putat renunciationem illi non obesse, & dictum D. Hieronymum fuisse verum Dominum dictorum feudorum non tenutarium. Primo loco de renunciatione verba faciemus. Secundo de tenutis.

Plura objectit contra renunciationem. Primo renunciationem in capitulis matrimonialibus fuisse nullam, quia non fuit præstitum juramentum tactis scripturis. Secundo renunciationem factam in instrumento dotali non comprehendere bona paterna. Tertiò renunciationem fuisse translativam, quia in beneficium III: Principissæ Castilionis matris conceptam, nec III: Matchionissam fuisse contemplatam; Singulis autem objectionibus facillime respondebimus, quod iam prosequi instituimus.

Validam fuisse banc renunciationem, licet non constet juramentum fuisse præstatum tactis scripturis.

R Enunciatio hæreditatis, quæ jure civili improbata est, jure tamen Canonico si filia jurejurando renunciaverit, jusjurandum servabit cap. quamvis pactum de pactis in seculo, nec usquam legimus ad solemnitatem hujus juramenti necessarium esse tantum scripturarum, sufficit enim juratum fuisse, & cum juramentum aliud non sit, nisi invocatio divini Nominis in testimonium, sufficiet id sola mente jurantem egisse, ut notat Abbas cap. & si Christus de jurejurando; ratio illa est; quia juramentum præstatur Deo, Deus autem novit hominum mentes, quod adeo verum est, ut etiæ jurans nolum effuderit verbum; sed tantum id: nequ

fecerit, vel alio signo, id solum ad juramentum sufficiet, communis enim Canonistarum sententia est, verba in jure jurando non requiri, quemadmodum optimè docet Cavar. in rub. de pactis in princip. sub num. 4. Facineus lib. 3. cap. 8.

Cum ergo signum externum non sit necessarium ad jusjurandum; nisi tantum ut demonstretur adfuisse jusjurandum, satis superque erat ad id demonstrandum in præsenti controversia, D. Antoniam de Aquino semel, & iterum in tabulis nuptialibus distet dixisse. *se cum juramento renunciare.*

Et quoniam varie fuerunt formæ, quibus juramenta præstabantur; prout diversa omnium nationum religio tulerat, prout varius gentium ritus induxerat, invaluit inter varios jurandi modos consuetudo præstandi juramentum tactis sacris.

Quæ ad hæc usque tempora obtinuit præcipue in contractibus, in quibus, ut notat Thesaurus decis. 47. Non est de substantia tactus scripturarum, sed magis de consuetudine introducta est solemnitas, ut scripturæ manu tangantur.

Et quamvis doctissimus Adversarius usus sit hac distinctione, ut tunc requiratur tactus scripturarum, quoties juramentum ad validitatem actus à lege requiritur; id tamen verum non est, ut notat Glos. in clem. I. S. porro, verbo tacta de hereticis, communiter recepta, quæ alia distinctione usâ est, ut tunc requiratur juramentum tactis scripturis, quando à lege requiritur juramentum corporale, secùs autem quando requiritur simplex juramentum, ut notat idem Thes. eod. loco cit. num. 7. ibi: Unde si lege cautum sit simpliciter, ut juretur, non requiritur tactus scripturam; Cum ergo in renunciatione simplex juramentum tantum requiratur, sufficiet tantum renunciantem jurasse, licet scripturas non tetigerit, quod etiam monuit Alciat. in rub. de jure jurando, qui paulò fuisse, quam cæteri hanc questionem expendit; querit primò elegantissimus Author, an sit necessarius tactus scripturarum in juramentis, & laudans Abbatis authoritatem, docet: regulariter necessarium non esse, paulò post subdit hanc esse communem conclusionem his verbis; Stat ergo firma conclusio communis, quod in juramento de necessitate non requiratur tactus scripturarum; Nisi quando à lege corporale jusjurandum requiritur; tunc enim impleri debet lex

484. Seclarum Iuris Feudalium Conclusionum

que nusquam implata dicitur; nisi praestitum fuerit corporaliter jusjurandum, & quod idem est, nisi fuerit praestitum tactis scripturis, ut monet idem Alciat. n. 6. ubi habet; Fallit primò, ubi lex requirit corporale juramentum, quia tunc debent tangi scripturae, aliàs non esset satisfactum dispositioni legis. Constat igitur in renunciationis juramento hujusmodi solemnitatem à legibus non requiri; siquidem in cap. quamvis pactum nihil de corporalis juramenti præstatione legitimus.

Sed et si concedere nos velimus necessarium esse tactura scripturarum, quoties à lege requiritur juramentum, nihil indè pro præsen-
ti controversia colligi posset, quoniam, ne-
que illud verum est cap. quamvis pactum
cavendum esse, requiri juramentum in renun-
ciatione, adeoùt Summus Pontifex jussierit,
necessarium esse jusjurandum, ut renuncia-
tio rata esset; sed illud tantum novi jure
Canonico inductum est, ut si filia pactum
ficerit cum Patre, dum nupti traduceretur,
ut dote contenta nullum regressum habe-
ret ad bona paterna, licet lex civilis hujus-
modi pacta improbet, si tamen filia iuraver-
it, omnino servari debetit juramentum,
cum non vergat in eterna salutis dispensa-
tionem, nec redundet in alterius detrimentum.
Quod igitur statuit Summus Pontifex fuit
potius ad firmandam jusjurandi religionem,
quam ad validandum actum, ut post Socie-
tatem de jure jur. cap. 28. docuit Antonius
Merenda lib. 1. contr. cap. 1. hoc autem casu
dici non potest jusjurandum à legibus fuisse
requisitum in renunciationibus: ex ver-
bis enim dicti capituli quamvis, id non collin-
gitur, quemadmodum de jure civili in te-
stibus statutum est, l. jurisjurandi C. de re-
fibus, jurisjurandi religione testes, prius
quam prohibeant testimonium, iurandum
arctari precipit. Quibus verbis Impera-
tor expressè cavit jusjurandum in testium
depositiobus necessarium fuisse; non ita
cavit Summus Pontifex cap. supra cit. sed
tantum servandum esse jusjurandum, licet
appositorum contractui jure civili improbatum,
quod passim in jure Canonico occurrit, cap.
licet de jure jurando, cap. cum contingat ex-
dem tit. cap. significatur de pignoribus, qui
bus capitibus repugnante jure civili servan-
dum esse juramentum, statutum est, sunt
autem diversa hec duo, requiri juramen-
tum à lege ad validitatem actus, quod in

testibus statutum est, & servari oportere ju-
ramentum, licet præstitum contractui irritu
jure civili.

*Juramentum non fuisse necessa-
rium in renunciatione bono-
rum feudalium.*

Differt jus feudorum à jure civili in predictis
futuræ successionis, ubi enim Romanis
legibus de hujusmodi pactis mentio fit, im-
probantur, semper, ut plena tristissimi e-
ventus, & mali ominis, l. qui superstitis de
acquirenda hereditate, L. patrum, quod dotali-
l. finali C. de pactis, adeoùt valeant tan-
tum hujusmodi pacta, si adfuerit consensus
illius, de cuius hereditate agitur dicta l. fi-
nali.

Jure autem feudorum, fuit hæc antiqua qua-
stio inter Placentinos, & Mediolanenses, ut
habetur ex cap. si quis, tit. de feudo dato in
vice legis commissoriae. Placentini seque-
bantur jus civile, ut non aliter probarent
hæc pacta, nisi eo consensiente, cujus erat
feudum. Mediolanenses, & Cremonenses
contra putabant valere pactum, sive scien-
te, sive ignorantie feudatario fuerit concep-
tum, duramodo ipso vivente, nullum detri-
mentum feudatario contingere.

Vetus hæc fuit quæstio; verum Mediolanen-
sium opinio prævaluit, quæ moribus postea
recepta fuit, cap. 1. §. minoribus receptum
est, tit. si de feudo defuncti fuerit controver-
sia, igitur dispositione juris feudalis à jure
civilis regressum est, adeoque pacta futurae
successionis rata sunt.

Et quamvis Soc. conf. 73. n. 2., & 3., quem se-
cutus obiter est de Medicis conf. 35. num. 3.
tradiderit dispositionem dictorum capitu-
lorum ad alias species porrigidam non es-
se, sed tantum in investitura feudi, quæ à
Domino concessa est vivo feudatario, non
autem in pacto futuræ successionis feudalium;
fallitur tamen Socinus siquidem ex verbis
dicti capituli si quis tit. de feudo dato in vi-
ce legis commissoriae, constat id fuisse con-
troversum, quod jure civili improbatum
erat; nimur an feudatarij consensus, de
cujus feudo agebatur, requereretur, que-
madmodum consensus illius, de cuius ha-
reditate agitur, requiritur de jure civili, &
tamen prævaluit opinio Mediolanensium,
qui hujusmodi assensum non requirebant
prop-

Renunciationem factam in instrumento dotali comprehendere bona paterna

propterea gravissimi interpretes tradidere hæc capitula ad feudorum successionem pertinere, *Glos. dicto cap. I. §. moribus si de feudo defuncti fuerit controversia dissimilare id non poterit; tñm hæc habet; Hic videtur, quod pactum de futura feudi successione valeat, & teneat etiam sine consensu istius, de cuius hereditate queritur, subdens paulo post; Contra C. de pactis l. sile. & f. de acqua hereditati qui superstis. Quod etiam advertit Camerarius in l. Imperiale, fol. 36. Qui nimirum inquit ille, & fortius in materia feudali etiam sine juramento. Idem in simili dicemus, quia licet propter has rationes in l. finali, C. de pactis pacta de hereditate viventis rejiciantur, tamen in feudis valent. Intelligendæ igitur sunt constitutiones feudales de pactis futuræ successionis feudalium, quemadmodum intellexerunt, *Glos.*, & *Camerarius*.*

Nec obstat, quod advertit *Socinus* suisse id moribus receptum, adeoque ad alios casus non extendi; id enim rejicitur facilimè, leges enim feudales sunt consuetudines, & quod moribus receptum erat pro lege obtinuit; propterea generaliter *Jacobus Cujac.* ad l. pactum, quod dotali, C. de pactis, docuit valere pacta futuræ successionis feudalium in hæc verba: *Et in feudis constat admitti pætiones de succedendo, & non succedendo.*

Quod etiam nisi fallimur convenit cum jure civili, quo cautum est inter milites pacta futurae successionis valere, l. licet, C. de pactis; feudatarij enim sunt milites, cap. I. in principia, si de feudo defuncti fuerit controversia, & feudum Baroni datur, ut militet, cap. I. in fine, in quibus causis feudum amittatur.

Sed alio etiam capite valida erit renunciatione, quia supponitur juramentum adsuissè ex eo scilicet, quia hæc capitula matrimonialia fuerunt tradita Notario ad conservandum. In capitulis autem in Notario traditis, supponitur semper adsuissè juramentum, ut docet *Castillus* dec. 212. ea ratione ductus, quia partes hac traditione Notario facta voluerint capitula matrimonialia habere vim publici instrumenti, propterea voluerunt etiam contineri in illis clausulas omnes, prout in publico instrumento continentur, & præcepit juramentum, quod etiam advertit *Staib.* in observata ad resol. 114.

Duplex opponitur renunciatio III. D. Antoniae de Aquino, altera, quæ in capitulis matrimonialibus facta est, altera, quæ in instrumento dotali, quæ dubitari non potest quin contineat juramentum praestitum tactis scripturis: & licet contenderit doctissimus Adversarius predicto instrumento renunciatum non suisse bonis paternis, quinimò expresse protestatam suisse dicto instrumento nullum dictis bonis inferri præjudicium; tamen si verba contractus inspiciamus secus est, quod ut apertius fiat, supponendum est anno 1672. contractum suisse matrimonium inter H. Ducem Jelsi, & III. D. Antoniam de Aquino, contemplatione cuius fuerunt promissi ducati triginta septem mille, duodecim mille debiti ab eodem III. Duce, octomille cuiusdam Montis, quinque mille debiti ab III. Marchione Fuscaldi, & duodecim mille pecuniae numeratae solvendi, scilicet quinque mille tempore contracti matrimonij, & septem mille post annum. Cumque jam cesserit dies, quo solvi deberent dicti ducati septemmille instabat III. Dux pro eorum solutione; Contra III. Principissam Castilionis mater negabat solvere dictam summam, nisi dicta III. Ducissa ratam habuisset renunciationem factam in tabulis nuptialibus. Verba instrumenti hæc sunt: *La Signora Principessa bà preteso non pagare, se la Sig. Duchessa D. Antonia, col consenso del Sig. Duca D. Mario non bavesse à maggior cause la ratificato la detta renuncia.*

Verum contendebat III. Ducissa cogi non posse ad ratificationem dictæ renunciationis, quia post contractum matrimonium delegati illi erant duas hereditates, tñm quondam D. Francisci de Aquino, tñm etiam quondam III. Principissam Centurionis, propterea contendebat hujusmodi hereditates non suisse comprehensas in renunciatione facta in tabulis nuptialibus, & si ille comprehenseret suissent enorimissimè suisse lacrimam, cum nihil receperisset ex bonis paternis. Hæc tantum deduxerat III. Ducissa ne renunciationem ratam haberet, ut constat ex compromisso, ibi: *Al che la Sig. Duchessa D. Antonia se li è op-*

486. Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

è opposta, dicendo non esser tenuta fare le renuncie dell'i beni paterni, e linee paterne, tanto per le delate, quanto per quelle non delate, à causa che per la detta rinuncia verrebbe ad esser onormissamente lesa, & ultra dimidiam, & questo maggiormente quando bavessero luogo le pretensioni della detta Signora Principessa D. Gio: Battista di essere compresa nelle dette promesse di renuncia le successioni del quondam Signor D. Francesco d' Aquino, e della quondam Signora D. Lucretia Centurione Principessa di Pietra Pulkina ava paterna.

Dhù multumque disceptatum inter Partes. Demùm fuit conventum, ut fieri deberet renunciatio, verùm quod licuisset Ill. Ducissæ protestari nullum sibi præjudicium illatum in judicio lœsionis. Id verbis compromissi explicavero, ut nullus dubitandi locus relinquatur. Hæc sunt verba compromissi.

Dicitur vero Domina Ducissa D. Antonia debet facere amplam renunciationem, & donationem ad beneficium ejusdem Domine Principissæ bonorum maternorum, & lineæ matræ, & signanter quorumcumque jurium forsan competentium respectu majoratus duorum 300. m. quatenus alia actio ex parte patris super eos competenter, vel competere posset, servata forma promissionis factæ in dictis capitulis matrimonialibus, juxta eorum seriem, continentiam, & tenorem, absque reservatione, protestatione, & conditione aliqua, aut clausula derogatoria; verum etiam bonorum, jurium, & successorum ex linea paterna, pro quibus tantum liceat eidem Domina Ducissa D. Antoniae se protestari, & sibi reservare omnia, & quocumque jura, & actiones, ex quibus pretendit se non obligatam esse facere renunciationem diolorum bonorum, jurium, & lineæ paterna. Verum per dictas protestationes, & reservationes nullum præjudicium, nullaque derogatio inducatur omnibus, & quibuscumque juriis competentibus undecumque, quomodo cumque, & qualitercumque dictæ Dominae Principissæ D. Io: Baptiste, nec etiam inducatur concessio aliqua, at jura, & actiones semper in suo robore, & firmitate remaneant in beneficium dictæ Dominae Principissæ.

Igitur dubitari non potest renunciationem fuisse factam. Obstat igitur renunciatio, nec proderit illi protestatio, quia scilicet reservare sibi non potuit alia jura, nisi que

illi competebant. Non competebant autem alia nisi lœsionis, ut ex instrumento compromissi liquido constat. Quando ergo renunciatio tabularum nuptialium satis non fuisset. Hæc secunda renunciatio instrumenti dotalis sufficeret.

Illustrum Marchionissam Casalboris fuisse contemplatam in dicta renunciatione, & renunciationem predictam fuisse extinctivam; adeoque nullum in ea requiri assensum.

Extra controversiam est, Ill. D. Antoniam Ducissam Jelsi, se abdicasse favore omnium; Non negaverim tamen primo loco 15 renunciasset in beneficium Ill. Principissæ Castilionis matris; secundo loco in beneficium filiorum masculorum secundi matrimonii. Verum pergit ulterius renunciatio. Siquidem renunciavit etiam beneficio aliarum personarum. Inter quas est Ill. Marchionissa Casalboris soror secundogenita.

Constat id apertissime ex verbis renunciationis; nam fuerunt contemplati etiam hæredes ab intestato Ill. Principissæ. Porro post filios masculos hæredes ab intestato dicit. Ill. Principissæ sunt filiae foeminæ.

Contemplati item fuere omnes Agnati, atqui dubitari non poterit inter agnatos, tam Ill. 16 Principissæ, quam Ill. Ducissæ numerari etiam Ill. Marchionissam Casalboris, ex i. pronunciatio, ff. de verbis signif.

Demùm fuerunt contemplati hæredes extranei, pròpterea nimis durum esset. Ill. D. Antoniam contemplari extraneos, & sororem negligere.

Ut autem initium sumamus ab illis verbis: *Alia Signora Principessa solamente per se, suoi heredi, e successori qualisivogliano, etiam ab intestato in perpetuum. Ex quibus constat fuisse contemplatam sororem, quæ post filios masculos successura esset ab intestato. Hic enim verbum *Hæres* ita sumitur pro filio absque eo, quod sit actu hæres. Primo quia sumus in contractu renunciationis. Secundò, quia sumus in feudis. Tertiò, quia adest illud adiunctum ab intestato.*

Verbum *hæres* varie sumitur apud Nostros, quandoque significat hæredem bonorum; Aliquando hæredem sanguinis. In contra-

cti-

etibus receptius est significare hæredem bonorum. Sed non ita tamen generaliter, ut in omni contractu id significet. Nam si apotum sit in renunciationibus verbum
 17 *Hæres pro filio accipitur. Rationem reddidit acutissimus Faber de erroribus, prag. I. decade 9.* quia scilicet quamvis renunciationis contractus, quia tamen semper continet causam successionis illa interpretatio facienda est, quæ fieret in scripturis ultimæ voluntatis. *Attamen, inquit ille, loco citato, in proposito cum renunciatione, qua fit per contractum spectet ad causam futurae successionis eam recipere debet interpretationem, quæ facienda esset in scriptura ad ultimam voluntatem pertinente, in quo generatam suorum, quam heredum appellatione non nisi descendentes contineri placuit.*

Hinc semper in renunciationibus verbum *hæres* solos filios comprehendit, licet hæredes
 18 non sint, ut post *Baldum, & Bertrandum* scripsit *Merlinus contr. 32. num. 27.* ibi : *Adhuc in vim verbum illud heredibus ad solos filios impropriatur. & si hæredes non sint.*

Idem etiam docuit *Hodierna contr. 7. num.*

ubi licet obiectioni in hæc verba respondet. *Præterea renunciations prædictæ, licet sint patri factæ pro se, & heredibus, tamen ad filiorum beneficium factæ dicuntur. Illud enim verbum heredibus in hac specie quando renunciatione est facta patri, intelligitur de filiis.* Atque hæc est communis sententia, ut post *Cancerium, & Pistorium* docuit *Buttiglier. Theorem. 51.* quod etiam tradidit *Torre de pactis future success. lib. 2. cap. 15. num. 88.* ubi citat *Attolinum, & Altogradum juniores.*

Cum igitur in praesenti renunciatione contemplati fuerint hæredes. Intelligendum illud est de filiis. Et in casu nostro intelligendum est de filiis feminis; nam contemplati sunt hæredes post filios masculos.

Quod multo magis locum sibi vindicat cum sumus in feudis. Receptum enim est verbum *hæres*, si de re feudal agimus, accipiantum pro descendantibus, *cap. I. tit. de eo qui finem fecit agnat.* Quod inter omnes receptum est, ut videre est apud *Regentom de Marinis lib. 2. cap. 189. nu.*

Denuo dubitari non potest in praesenti renunciatione pro filiis accipiendum, quia non 20 hæredes simpliciter contemplati sunt; sed heredes ab intestato. Quoties autem hæredes cum hoc adiuncto vocantur, censentur

vocati hæredes habitu non actu, illi scilicet, qui possunt esse hæredes ab intestato, licet verè non essent, ut sensit *Ruinus conf. 158.* ibi : *Quia in casu nostro intellexit de heredibus ab intestato aptitudine tantum, & non actu, & sub illo verbo heredes, voluit includere agnatos simpliciter, qui esse possent heredes ab intestato, quamvis verè non essent.*

Quoties ergo vocantur hæredes cum adiuncto legitimi, vel quod idem est cum adiuncto ab intestato, intelliguntur vocati descendants ex conjecturata mente, *Simon de Petris de interpretat. ultim. volunt. lib. 3. interpr. I. dub. 3. solut. 5. & signantur nu. 11. & 12.* ubi verbum *hæres cum adiuncto legitimi, ex conjecturata mente loquentium accipietur pro descendantibus*, qui descendants, ut mox subdit idem Author, non debent esse hæredes, sed sufficit esse tales, quibus lege successio defertur. Illud enim significat verbum *hæres ab intestato*, qui scilicet ab intestato possit succedere. Cum igitur III. D. Antonia renunciaverit in beneficium III. Principissæ matris, & filiorum masculorum secundi matrimonii, & heredum ab intestato III. Principissæ, intelligitur renunciasse post filios masculos in beneficium filiarum dictæ Principissæ, & per consequens III. Marchionissæ Casalboris, cum idem sonet renunciationem fuisse factam favore heredum, ac fuisse factam favore filiorum, præcipue si facta fuerit renunciatione favore heredum ab intestato, ut modò probavimus.

Sed aliae adsunt clausulæ in hac renunciatione, quibus constat, *Illustrum Marchionissam fuisse expresse contemplatam*, ut supra monuimus, ut constat ex verbis dictæ renunciationis, ubi voluit dictam renunciationem esse realem, & realissimam, neque intelligi factam contemplatione, & favore Principissæ matris, & eorum descendantium, & agnatorum, verum etiam his omnibus deficientibus, voluit firmam, & validam esse renunciationem, adeò ut non solum respexerit descendants, & agnatos Principissæ, & quod idem est, non solum respexit filias dictæ Principissæ, quæ inter agnatos sunt, & quæ illam excludere possint, sed etiam renunciavit, si defecerit Principissæ, si defecerint filii, & si defecerint omnes agnati. Hæc habet renunciatione. *La qual renuncia, e donatione non sia personale, ma reale, e realissima, e s'intenda tam ad cogni-*

488 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

*ta, quād ad penitus incognita, e sia fru-
tuosa, e valida à beneficio di detta Signora
Principessa, e suoi figli mascoli, che teneran-
no il luogo di primogenito, o quello morendo
senza figli, à beneficio di detta Signora Prin-
cipessa solamente, e de' suoi heredi, e successo-
ri qualsevogliano in perpetuum, rebus etiam
in eodem statu non permanentibus, nè possa
dirsi, che sia fatta à contemplazione d'essa
Signora Principessa, e figli d'essa, & agnati
ma etiam quelli deficientino, detta renun-
zia resti ferma, e valida, come reale, e realif-
fima.*

Ex quibus verbis constat dictam Illustrēm
Ducissam, non solum fuisse exclusam favo-
re omnium agnatorum semper, & perpetuò,
verùm etiam omnino exclusam fuisse in
omnem causam, ut demonstrant illa verba:
*E quelli deficientino, detta renunzia resti
ferma, e valida, come anco reale, e realissima;*
constat enim illa verba: *Quelli deficientino,*
utrumque casum significare, vel quod non
possit dicta Principissa acquirere, vel quod
nolit: utrumque enim casum comprehen-
dit verbum *deficere*, scilicet, & desinere, &
23 non incipere, sive non existere, ut com-
munis est DD. sententia, *Berous conf. 176.
num. 16.lib. 2.glos. in l.unica, §. ubi autem, &
§. si autem, & deficients, C.de caduc.tollend.
Soccin.jun.conf. 181.num. 23. & 25.lib. 2. De-
cius conf. 22. Surd.decis. 37. num. 6. Laderch.
Simon de Petris, Boer. Alciat. Corn. Ripa,
Cephal. aliquie, quos citat, & sequitur Gra-
tian. cap. 773. num. 23. Propterea dici poter-
it evenisse casum in renunciatione compre-
hensum, cum aequè mater dicatur defecisse
ex eo, quod non possit acquirere, quād si
acquisivisset, & postea deceperit, ita enim
DD. explicant illud verbum: *deficientibus*,
ut bene notat Ciarlin. lib. 1. contr. cap. 100.
num. 15. ibi: *Etenim verbum deficientibus
exponitur, id est non adeuntibus, ut quia
noluerunt, vel quia non potuerunt, Soccin.
jun.conf. 181.num. 30.lib. pulchre, & me-
lius Nicolaus Intrigiol.d.cent. 1. quest. 9. nu-
m. 5. & eodem fere modū videtur exponere Me-
noch.conf. 50.num. 24.**

Cum ergo factus fuerit casus, quod hęc suc-
cessio acquiri non potuit, neque ab Illustri
Principissa matre, neque ab ejus filiis secun-
di matrimonii, dici poterit defecisse, tūm
Principissam, tūm filios, quia scilicet factus
est casus impotentiae, qui sub verbo *deficere*
24 continetur; Igitur nihil est, cur admitti

possit Illustris Ducissa ad quond. D. Hiero-
nymi patrui intestatam successionem; cum
semper, & in omnem casum se excluserit vi-
gore renunciationis, qua expresse contem-
plata est omnes agnatos, ac propterea so-
rem, quae inter agnatos, numeranda est.
Quinimò etiam agnatis deficientibus vo-
luit renunciationem ratam esse.

Denique ex verbis dictae renunciationis con-
stat fuisse contemplatos etiam hæredes ex-
traneos, quod patet potissimum ex paſto,
quo ipsa Illustris D. Antonia convenit, nè
ullo unquam tempore contravenire posset
dictae renunciationi, nec molestare proindè
posset dictam Ill. Principissam, vel suos fi-
lios, aut hæredes etiam extraneos; propterea
constat etiam contemplatione hæredum ex-
traneorum fuisse factam dictam renuncia-
tionem; cur ergo contendere poterit Ad-
versarius non fuisse contemplatas filias? Es-
set enim hoc absurdissimum, tūm si spectare
velimus mentem renunciantis, ut voluerit
se abdicare favore extraneorum, & non fa-
vore sororis; tūm etiam si spectemus men-
tem Ill. Principissæ recipientis renuncia-
tionem, ut illam recipere voluerit favore hæ-
redis extranei, & non filiæ.

His ita positis, cūm certum sit ex his, quae mo-
do deduximus fuisse expresse contempla-
25 tam sororem secundogenitam, illud certò
sequitur, renunciationem fuisse abdicati-
vam, tūm si clausulas examinemus, scilicet
pactum de non petendo, & aquilianam stip-
ulationem, quae arguunt renunciationem
extinctivam, ut post antiquiores notant
*Mofesius de renunc. quest. 6.n. 3. i. & Capyc.
Latro consult. 77. num. 4.* tūm etiam si hæ-
reditatem renunciatam inspicimus, quae est
hæreditas devolvenda, quae non potest re-
nunciari nisi per viam abdicationis, ut est
communis omnium sententia, *Georgius al-
leg. 29. Merlin. controv. 6.nu. 7. Bottil. de succ.
ab intest. theor. 49. num. 18. Andreolus contr.
310. n. 15. Reg. de Marinis lib. 2. resol. cap. 9. 3.
& alii passim.*

Illud tantum inspicere oportebat, ut negari
non posset, renunciationem prædictam fuisse
extinctivam, an scilicet fuisse facta in
beneficiū illius, quae sublata de medio re-
nunciante ad successionem revocaretur ab
intestate, quod est præcipuum requisitum,
ut renunciatio dici posset extinctiva. Cum
autem probaverimus inter personas con-
templatas in prædicta renunciatione adfuis-
se

se III. Marchionissam Casalboris sororem secundogenitam, illud erit certissimum, consequens predictam renunciationem respectu sororis secundogenitae contemplatorem. 26 solvi in simplicem abdicationem; adeoque assensum non requirere, de *Ponte de potesta-*
te Proreg. tit. do refut. feudor. S. I. num. 19. &
Reg. Salernit. decif. i 4. Montau. controv. 10.
num. 30. & 31. de Marinis ad Revert. decif.
*155. idem de *Ponte in suis lecturis feudal.**
lectur. 18. num. 19. Reg. Rovitis conf. 31. n. 8.
tom. I. & in pragm. I. de titulor. abusus n. 117.
Camillus de Medicis conf. 136. & alii com-
muniter.

Sed quoniam acerrime contendit Adversarius renunciationem fuisse translativam, & Ill. Marchionissam Casalboris non fuisse contemplatam iis, quæ nobis obiciunt, responderi oportet. Primum probare conantur, 27 quod renunciatione predicta ficerit facta favore certæ personæ, quæ omnino extranea est, scilicet in beneficium Ill. Principissæ Matris, in cuius beneficium non aliter valere potest renunciatio, nisi per translationem, proinde putat renunciationem predictam omnino translativam.

Secundum, scilicet Illustrem Marchionissam non fuisse contemplatam probare sibi vindentur ex eo, quod eadem Ill. Principissæ Mater exegerit renunciationem ab Ill. Marchionissa, cum nupsit, ac proinde ex conjecturata mente illud desumit non fuisse in priori renunciatione Ill. Ducisse contemplatam, sed facillimè respondemus.

Ad primum enim, quod attinet, parum interest renunciationem fuisse factam contemplatione certæ personæ, ad hoc ut sit translativa, quando ultra certas personas sunt. Contemplatæ etiam personæ, quæ remota renunciante succederent ab intestato: nam quilibet renunciatio continet in se clausulas translationis, & clausulas abdicationis, scilicet quilibet renunciatio continet cessionem, donationem, & translationem, & 28 continet etiam pactum de non petendo, & aquilianam stipulationem, adeo ut secundum aliqua dici debeat translatio, secundum alia repudiatio, & abdicatio; Verum singula singulis referenda sunt, ut sit translativa respectu hereditatum delatarum, & respectu personarum, quæ alias non succederent, nisi ex transmissione, putà quia non essent legitimi, & immediati successores; Cæterum eadem renunciatio erit abdicatiya

respectu personarum, quæ immidiagè succederent, sublata è medio renunciante, & respectu hereditatum defendarum, ut bene notat *Montan. controv. 10.* ita in casu nostro, si consideremus renunciationem factam in beneficium Illustris Principissæ respectu burgenaticorum jām delatorum, erit translativa; Si verò illam consideremus respectu hereditatum devolvendarum, & feudalium, substinebitur uti abdicativa in beneficium venientium ab intestato, qui expressè in dicta renunciatione contemplati sunt vigore pacti de non petendo, nec est absurdum, ut eadem renunciatio in quibusdam sit abdicativa, & in cæteris translativa, ut probat *Montan. supra citato.*

Quod attinet ad secundum, scilicet non videtur contemplatam Illustrem Marchionissam Casalboris, quia Illustris Principissæ Mater etiam ab illa recepit renunciationem, ut ex conjecturata mente arguit *Alexand. conf.* 29. facilis est responsio; nam hæc conjectura locum habet in dubio, ac proinde in praesenti rehunciatione locum habere non potest, in qua expressè past filios masculos dicitur Ill. Principissæ sunt contemplati omnes heredes ab intestato dictæ Principissæ, omnes heredes extranei, & omnes agnati, & quod magis est, concepta est clausulis appositis ad finem comprehendendi sororem secundogenitam; nam ut suprà monimus dicta Ill. Dueissa expressè cavit, predictam renunciationem non intelligi. solum factam in beneficium dictæ Ill. Principissæ Matris, & ejus filiorum, quorumlibet herendum ab intestato, & agnitorum, verum etiam his omnibus deficientibus, voluit dictam renunciationem esse validam, ratam, & firmam, quæ clausula, ut docet *Marc. disput.* 7. num. 5. in renunciationibus apponitur, ut contemplatæ censeantur sorores, ut considerat in casu sup., ideo fuisse oppositam dictam clausulam his verbis: *Propterea ad tollendum hoc dubium fuit apposita clausula, quod non intelligatur renunciatio facta favore familie, quia tempore renunciations nondum aderat D. Franciscus frater habibilis tunc ad feudorum successiōnem; sed etiam Flavia soror, cuius etiam respectu voluit etiam pater renunciationem à D. Maria recipere.* Frustrè igitur Adversarius recurrit ad conjecturas, quæ locum habere possint in re dubia; non autem quando dubitari non potest, sororem fuisse contemplatam,

Qqq

tam,

490 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

etiam, ut in causa nostro satis probavimus.

In parvitate quondam D. Hieronymi de Aquino non adesse nisi tenutam.

Vero ne labor, quem pro fendorum spe-
cificatione suscepimus inanis fuerit, & ir-
ritus, siquidem in promptu constat quondam
D. Hieronymum nunquam habuisse domi-
nium dictorum feudorum; sed tantum te-
nuntas; propterea infestus III. Marchionissa
Casalboris pro executione decreti praem-
buli in sui beneficium interpositi pro medie-
tate in bonis burgensis immissi in pos-
sessionem medietatis dictarum tenutarum.
Oportet igitur demonstrare in dicta heredi-
tate non adesse feuda, quod facilius ex-
qui poterimus.

**D. Hieronymum de Aquino posse
disse tantum tenutam Terrae
Pesci.**

Paucis hoc caput expedirem, nisi me do-
ctissimi Adversarii acumen longiorem,
ac de re sermonem instituere cogeret; non-
nulla enim opposuit, quæ refellere opus est,
cum alioqui in re tam perspicua vix dubi-
tationi locum aliquem superesse credide-
runt, quis enim dubitare unquam poterit
D. Hieronymum nunquam hujus feudi do-
minium acquisivisse, si contractu antichre-
sis illud acquisivit, & ut vulgo dicitur ad
gaudendum.

Sed quoniam haec de re longa nimis, & nimis
vexata fuit controversia cum Adversario,
qui sensum, & verba dicti contractus inver-
tit, & ut cause serviret sua subtiliter ni-
gnium contorserit, ideo paulo fuisse con-
tractum examinare, & clausulis, quas nobis
Adversarius opposuit singillatim responde-
re necessarium omnino duxerim.

Contractus species haec est. III. Princeps Petrus
Elcinæ cum deberet D. Francisco de Aqui-
no fratri ducaos decem mille pro ejus
portione debita in bonis paternis, pro qua
promisit annuos ducatos sexcentum, pro
quibus dedit ad gaudendum Terram Pe-
sci ducatis undecim mille conventione
inter ipsos habita, ut D. Franciscus solve-
ret pecunia numerata dicto Principi duca-

tos mille; his ita positis dubitari non potest
equin D. Hieronymus ex hoc contractu
nihil aliud sibi quesiuerit, quam tenutam.
Et quoniam acerrime disceptatum est, an hic
contractus fuerit contractus antichresis, an
vero venditionis cum pacto retroenden-
di; ideo verba dicti contractus subiiciam,
quæ sunt hujusmodi, Donec, & quoque di-
bus Dominus D. Francisco, ejusque here-
des, & successores habebunt tenutam, & pa-
cificam possessionem Terræ predictæ, ut su-
pra ad gaudendum date, vel dictus Dominus
Princeps, eiusque heredes, & successores, vel
corum cessionarii iuri suendi exercuerint
proscriptum pactum rebemendi, & donec
dictus Dominus D. Francisco non receperit
dictos ducatos decem mille integrè, & imme-
diatè, seruata forma predicti instrumenti,
manu predicti Notarii Petri Antonii dell'
Averjana, & non aliter, nec alio modo; & re-
spectu annuatim secentum per dictum Do-
minum Principem promissum dicto Domini-
no D. Francisco, pendente solutione dictorum
ducatorum decem mille, ilii ex conventione,
inter eos habita, compensantur cum fructi-
bus, & introitibus ex dicta Terra, ut supra
ad gaudendum data proveniendis, & si fur-
sus, & introitus predicti fuerint majoris
quantitatis, singulis annis dictorum annuo-
rum ducatorum secentum, dictus D. Mar-
cellus dictu nomine relaxavit, & donavit da-
nationis titulo irrevocabiliter inter vivos
dicto Domino D. Francisco absenti.

Hæc est formula contractus antichresis, ut col-
ligitur ex l. i. S. pacto, ff. de pignor, ubi Pap-
ianus hæc habet pacto placuisse, ut ad dictu-
us usuris modis soluti fructus hypothecarum
usuris compensarentur sive legitime usurps-
erit, quod paulo obscurius innuit Modestinus
in l. 39. ff. de pignor, actione, ibi, ut creditor
pignus suum in pecunia sua compensationem
rem possideret, itaque vis, & natura hujus
contractus in eo sita est in mutuo, scilicet
pignoris usu, quod scilicet creditor possi-
deat pignus, ut eo utatur, fruatur, donec
sibi solvatur debitum, compensatis invicem
usuris pecunie debitis cum fructibus pigno-
ris, quod paulo apertius tradidit Imperator
in l. si ea lege, C. de usuris, si ea lege possessionem
mater tua apud creditorem suum obli-
gavit, ut fructus in vicem usurarum con-
sequeretur, obtentu majoris percepti emolu-
menti, propter incertum fructuum proven-
tum restandi placies non possitas, quam le-
gem

gera de contractu antichresis loqui monet
Cujac.lib.5.observat.cap.35. advertens idem
Constantinum graciam interpretem illam
sub titulo antichresis reposuisse, atque ita
in hunc serem modum contractus, qui vulgo
dicitur ad gaudendum concipiuntur, ut
scilicet fructus rei traditae cum usuris com-
pensarentur, quemadmodum in praesenti
contractu dissertissime expressum est, haec
enim est natura antichresis, ut tradit idem
Cujat.ad Papin.l.1. §.pacto, ff.de pignor.

Quæ cum ita sint nulla justa controversia esse
poterit hujusmodi contractum fuisse con-
tractum pignoratum, & ad gaudendum,
cum illam contineat conventionem, quam
in talibus contractibus requirunt Papinia-
nus, & Imperator.

Præterea enixa contrahentium voluntas in
eodem contractu ad gaudendum tertio
quoque instrumenti verbo expressa, omnem
33 penitus tollit dubitationem, siquidem Ill.
Princeps constituit procuratorem D. Mar-
cellum Brunaccium cum limitata facultate,
& non aliter, nec alio modo dandi dictam
terram ad gaudendum, verba mandati
hæc sunt: *Constituisse, efa suo vero caro, e*
legitimo procuratore speciale con ogni auto-
rità bastante, e che in sua nome possa, e vo-
glia dare, assignare, e pignorare, o quanto-
dolibet volgarmente si dice dare ad gauden-
tum, con potestà di potersela effo Signor Prin-
cipe semper, & quandocumque ripigliare,
fol. 65. at. vers. 9. Ex quibus mandati ver-
bis aperte colligitur non illam fuisse Prin-
cipis mentem vendemicum pacto de retro-
vendendo terram prædictam, sed tantum
dandi ad gaudendum.

Quod in instrumento centies inculcavit, &
longum esset si singulas instrumenti partes,
quibus hoc verbo contrahentes usi sunt vel-
lem adducere, pauca tantum excurram,
quæ tamen sufficient; initio contractus hæc
habent ad gaudendum dedit, & assignavit
non aliter, nec alio modo, fol. 52. vers. 8.

Mox subdunt terram prædictam, ut suprà ad
gaudendum datam.

Praealio post cæperit veram, realem, corporalem,
pacificam possessionem terræ prædictæ modo
34 quo suprà ad gaudendum data, fol. 55. at.
vers. 6.

Deinde adiiciunt, faciens ei de prædictis omni-
bus filialam quietationem donec, & quousque
35 dictus Dominus D. Franciscus, ejusque be-
redes, & successores habebunt tenutam, &

pacificam possessionem Terra prædictæ, ut su-
præ ad gaudendum data, fol. 55. at. vers. 6.
Et deinceps singulis quaque instrumenti clau-
36 sulis, hac formula usi sunt.

Cum fractibus ex dicta Terra, ut suprà ad
gaudendum data pervenientis, fol. 56. vers. 8.
Aliisque bonis, & iuribus feudalibus, & bur-
gensaticis, ut suprà ad gaudendum data,
fol. 57. at. vers. 20.

Et cum aliis bonis, & iuribus feudalibus, &
burgensaticis, ut suprà ad gaudendum da-
ta, fol. 58. vers. 17.

Quod semper, & ad tedium usque in dicto
contractu repetitum est, adeò ut in rem
perspicua diutiū hærente pudet, pugnare.

Præterea contendere nunquam poterit Ad-
sarius ex alio capite, D. Hieronymum do-
minium dicti feudi quæsivisse, siquidem af-
37 sensus super hoc contractu impetratus fuic
impetratus dationi ad gaudendum dictæ
Terræ, & ita etiam concessus, adeoque, vel
contractus est contractus antichresis, & pi-
gnoris, & dominium non transfertur, & af-
sensus conformis contractui, vel contractus
est venditionis cum pacto de retrovenden-
do, & caret assensu, quia assensus est con-
cessus dationi ad gaudendum, non venditioni,
erit proinde diffirmis à contractu, adeo-
que nullus, neque ex illo transferri potest
dominium ex communi omnium senten-
tia.

Demonstratur etiam apertissimè hunc contra-
ctum fuisse pignoratum ex solutione dû-
catorum mille facta à quondam D. Franci-
scus de Aquino ad complementum duc. un-
decim mille pro Terra Peschi datae sibi ad
gaudendum à quondam Ill. Principe, ut
constat ex partita Banci, fol. 4. Sed quid am-
plius moror cum innumera suppetant ar-
gumenta, quibus liquido constet in hæredi-
tate quondam Hieronymi de Aquino nihil
aliud adfuisse, nisi tenutam; quinimò nihil
aliud esse posse, siquidem D. Franciscus in-
stituit hæredem Ill. D. Lucretiam Centurio-
nem matrem, fol. 10. & 14. at. quæ institutio
nulla fuisse si dictus D. Franciscus habui-
set feudi dominium, vigore cuius testamen-
ti mater fuit declarata hæres, & cæpit pos-
sessionem dictæ tenutæ, fol. 41.

Dicta Ill. Principissa die 17. mensis Augusti
1673. donavit D. Hieronymo filio tenutam
dicti feudi, fol. 96. at. vigore cuius donatio-
nis dictus D. Hieronymus cæpit possessio-
nem dictæ tenutæ, fol. 98. & at. & in S.C.

492. Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

inserit manuteneri in possessionem tenues
predicte quousque non fuerint sibi soluti
ducati undecim mille, fol. 108. & 109. d.

Quid clarius, quid manifestius excogitari un-
quam poterit, sive mandatum, sive contra-
cum, sive assensum, sive solutionem duca-
torem mille inspicimus, sive demum testa-
mentum D. Francisci in beneficium matris,
donationem in beneficium D. Hieronymi
factam, possessionem instantias, & alia id ge-
nus innumera.

Nec omiserim, Adversarium inevitabile hoc
dilemma effugere nunquam posse, vel nihil
adesse quoad hoc feendum attinet in haere-
sitate D. Hieronymi, vel tantum adesse te-
nuntiam; nam si feendum adfuisse post mor-
tem D. Francisci succedere debuissent filiae
ex fratre primogenito, scilicet, vel Ill. Du-
cissa Jelisi, vel Ill. Marchionissa Casalboris,
nec posuisset unquam ad matrem pervenire,
si igitur pervenit ad matrem, & à matre
ad D. Hieronymum, non alio iure pervenire
poterit, nisi tanquam tenuta, & res burgen-
satrica.

Quæ cum ita sint opus non haberem reiçere,
quæ animadvertisit Adversarius, ut proba-
ret dictum contractum suisse venditionis
non antichresis, tanti enim non sunt clau-
sulae in instrumento apposita, ut mutare
possint contractum, sed pœta potius, & clau-
sulae contra ejus naturam reiçuntur, ut in
specie contractus pignoris doceat Surdus
conf. 243. num. 4. potissimum quando vel
errore Notarii, vel stylo potius, & consue-
tudine apponuntur, ut sepiissime in contra-
ctibus usu venit, quibus pugnantes ferè
clausulas imperiti Notarii apponunt.

Sed quæ obsecro verba in presenti contractu
sunt, quæ dominii translationem indicent?
39 sicut nulla. Non obstant, quod semel in in-
strumento dictum sit, Stante venditione
predicta. Quod verbum fortulit ne an ex
contrahentium sententia scriptum sit? argui-
satis potest ex aliis instrumenti clausulis,
quibus millies verbum ad gaudendum repe-
titum est. Adeoque licet in hujusmodi con-
ventione, quæ verbosa satis est, & longissi-
ma, semel verbum venditionis Notario ex-
ciderit; efficere id non poterit quin contra-
ctus pignoris suam exueret naturam, invitit
omnibus aliis instrumenti verbis, & mente
contrahentium invita.

Cæterum, & si millies verbum vendere in con-
tractu pignoris adiectum sit, attendenda

40 semper erit voluntas, non scriptura, l. 4. C.
plus valere, quod agitur, ibi: *Emptione pi-*
gnoris causa facta non quod scriptum, sed
quod gestum est inspicitur. Atque ita in ca-
so, qui maiorem continere poterat dubita-
tionem respondit Crespi par. 2. observ. 1 16.
num. 16, quia in illa facti specie partes ve-
ram venditionem inire professi sunt, & plu-
ries verbo venditionis in dicto contractu
usi sunt, quia tamen cum dictis verbis mens
contrahentium non videbatur convenire,
visum ideo fuit suisse contractum pignoris,
& non venditionis, ratio dubitandi est, in-
quit Crespi, quia in eo partes ad invicem
profidentur celebrari illorum veram emptionem,
& venditionem, quod repetitum est
quindicim vicibus, & amplius. Sed nibil-
minus verius est esse tantum pignoratio-
nem, & non venditionem, & emptionis con-
tractus; ratio est, quia licet illo nomine usi
sint contrabentes; intentio tamen contraria
est, qua privatere debet. Quantò igitur ma-
gis in casu nostro, ubi semel, & incidenter
verbo venditionis usi sunt, & millies usi sunt
verbo ad gaudendum.

Animadvertisit etiam doctissimus Adversarius
in praesenti causa adesse verbum *Possessionis*,
quod contractui pignoris non convenire
41 putat; sed pugnat haec animadversio cum
l. lege undecima, s. si antichresis, ff. de pigne-
ribus, ubi haec habet Jurisconsultus. Si an-
ticresis, id est murus pignoris usus pro
credito facta sit, & in fundum, aut in eadē
aliquis inducatur, eousque retinet possessionem
pignoris loco donec illi perennia solvatur
cum in usuras fructus percipiat; itaque si
amiserit possessionem solet in factum actione
uti; dubitari igitur non potest ex contra-
ctu antichresis, transferri possessionem, quod
non ex natura pignoris accidit, sed ex con-
ventione, ut notat *Baldinus de pigner. cap.*
16. num. 1. Fit tamen, inquit ille, aliquando,
ut major utilitas pignoris sit, & creditor rem
obligatam non solum teneat, sed propriè, ut
fructuarius possideat, hoc est evanatur frua-
tur. Non fit hoc quidem ex natura pignoris,
sed fieri potest ex conventione, & pacto, neque
propter hujus utilitatis accessionem pignus
esse desinit. Jurisconsulti appellant antichre-
sis, igitur conventio ad gaudendum trans-
fert veram possessionem, nihil igitur est, cur
verbum *possessionis*, destruat naturam predicti
contractus, cum ex dicto contractu vera
possessione transferatur.

Idem

Idem erit iudicium de clausula *ad habendum, tenendum, &c.* quam pro sua sententia extulit 42 *Adversarius*; nam haec clausula in contractibus pignoris adiici solet, & suam habet vim, ut notat *Anton. Fab. def. 17. C. unde ut*, his verbis: *Et si clausula illa, qua in pignoris conventione adiici solet ad habendum, tenendum, & possidendum non equum polleat clausula constituti ad hoc, ut possessio in creditorem translata videatur, ideoque nec impedit sole ex exceptionem non facta ex cessionis, si tamen naturaliter, & re vera, creditor plus tenuit, & possedit, proinde juvandus, & remedii omnibus possessoriis, frue in parte turbatus, frue spoliatus est.*

His ita positis facile respondetur oblicationi, quae in evictione promissa sita est, siquidem 43 si verum est ex contractu antichresis transferri possessionem, habebit locum evictio, ubi possessio abducta sit, *I. emptor, S. idem Noratus, ff. de actionib. empt. I. si servus venditor, S. I. ff. de evictionib. & communiter Doctores.*

Quod autem praesiterit juramentum fidelitatis, & receperit juramentum à suis vassallis, 44 & creavit officiales, & Iurisdictionem exercuerit nihil obstat, quoniam creditor, qui jure pignoris feudum possidet exequi haec omnia potest, ut docet *Molina de primogenie lib. 4. cap. 5. num. 9.* ibi, illud etiam sciendum est creditor, qui jure pignoris *Castrum, vel oppidum majoratum possidet potest ejusdem Castri Jurisdictione uti, & in illo Judices, & officiales creare, quod etiam docuit Anton. Faber def. 11. C. de pignoribus*, ubi tradit creditorem, qui in antichresim, feudum accepit exercitium habere imperii, & jurisdictionis. Quid igitur mirum si juramentum receperit à vassallis cum illud ratione jurisdictionis recipiatur, ut post *Andream*, & alios notat *Camill. Borrell. de praef. Regini Catholici cap. 64. n.*

Demum, quod ex clausula translationis dominii opponit *Adversarius* facili momento 45 concidit, siquidem, & hoc verbum, huic conarranti convenire etiam potest, verbum enim dominium variè sumitur apud nos, adeò ut, *Bald. in t. proprietatis, C. de probationib.* dixerit aliud esse dominium proprietatis, aliud dominium hypothecas, quem secutus est *Merlinus de pignorib. lib. 4. tit. 3. quest. 114. nn. i.* quod paulò fuisse, & elegantius persecutus est *Robertus Asturianensis lib. 3. cap. 18.*

Sed nimium lusimus cum imperitia Notarii, nimirum cum Adversarii acumine pugnavimus, ceterum supervacaneum erat his animadversionibus respondere; nam si verum est principalem contractus conventionem fuisse, ut res traderetur, & fructus cum usuris compensaretur, donec pecunia solvere tur, quenam hæsitatio esse poterit, an hujusmodi contractus fuerit antichresis, si toties repetitum est datum fuisse ad gaudendura hoc feudum, quoniam pacto disceptari poterit, an hoc feudum fuerit venditum?

Sed non video, cur *Adversarius* contendat hunc contrarium fuisse venditionem, & dominium feudi quæsum fuisse à D. Francisco de Aquino, quoniam in hereditate D. Hieronymi nunquam adesse potest, ut feudum, sed tanquam tenuta, cum igitur de hereditate D. Hieronymi agatur, & non de hereditate D. Francisci, satis adhuc non intelligo cur hanc questionem moverit *Adversarius*, & adiuvere velit ab hereditate hanc tenutam; certissimum enim est dominium dicti feudi à D. Francisco ad matrem devemire non posse, neque à matre ad D. Hieronymum; sed post obitum D. Francisci succedere debuissent neptes ex fratre primogenito.

D. Hieronymum de Aquino nunquam quæsum fuisse dominium feudorum Petrae Elcinæ, & Montis Leonis.

HAec tenus de tenuta feudi Peschi verba fecimus, nunc progredimur ad tenutam Petrae Elcinæ, & Montis Leonis; constat enim Petrae Elcinæ dominium à D. Hieronymo nunquam quæsum, sive contractum inspiciamus, quo prædictum oppidum acquisivit, sive solemnitates, quæ in illius acquisitione defecerunt, sive assensum resolutum ex eo scilicet, quod statuto temporare registratus non fuerit in quinternionibus Reg. Cam. sive demum juramentum fidelitatis non praeditum servata forma Regiarum literarum. Ordiamur à contractu.

Datio

*Datio insolutum voluntaria facta
a procuratoribus creditorum
non potuit transferre do-
minium D. Hieronymo
de Aquino.*

Ferdum Petre Elcinæ ita D. Hieronymo quæsum est. Cum esset creditor Principis Petre Elcinæ fratri primogeniti pro portionibus sibi tanquam filio debitibus, transfigit pro ducatis decem mille. Post obitum dicti Principis instituit judicium lessionis contra dictam transactionem, quod judicium cum procuratoribus creditorum item transactum est, ut pro omnibus insolutum darent D. Hieronymo Terram Petre Elcinæ, quod tamen creditoribus non licet, non possunt enim creditores inter se bona dividere, adeò ut si id faciant, dominium non transferatur, *I. legis Italiæ, C. qui bonis cedere possunt*, ibi: *Non tamen creditoribus sua auctoritate dividere hæc bona, & iure dominii detinere, sed venditionis remedium quatenus substantia patitur. indemnitati sue consulere permisum est.* Idque jure optimo statutum est, nam creditoribus hæc potestas à legibus tributa non est; sed tantum, ut authore prætore vendant pignora; duplex enim jus creditoris in pignore est, ut monet *Donellus de pignor. cap. 9.* unum maximè pignorum propriam rem tenere, ei que incumbere, alterum distrahere, etiam licere, adeò ut aliud jus in pignore non habeat creditor, prouidè *Imperator in I. pro debito, C. de bonis auctoritate Judicis, &c. rescriptum pro debito* creditoribus addici sibi bona sui debitoris non jure postulant, quam legem ita interpretatus est *Accursius*, ut non jure id postulent creditores ob translationem dominii, si petant inquit *Gloss. ad dictam legem*, ut adiiciantur mibi bona debitoris ratione dominii, an sim audiendis queritur, dicitur quod non, igitur, hæc voluntaria adiatio Petre Elcinæ, quam sibi fecit D. Hieronymus consensu creditorum, dominium transferri non potuit, præcipue cum facta fuerit à procuratoribus creditorum, quibus tantum administratio, & custodia bonorum à Iudice concessa est, non tamen alienandi, & transferendi dominii potestas.

Hinc optimè sensit *Cancer. lib. 2. cap. 9. num.*

Creditores sua auctoritate non posse apprehendere possessionem bonorum debitoris, sed curare debere, ut Iudicis auctoritate vendantur, & plus offerten tradantur, atque ita sensisse Senatum scribit.

Idem probat *Salgad. in labyr. credit. cap. 14. p. 1. num. 35. & 36. Marciān. lib. 1. conf. 36.* præcipue ibi: *Et properet creditors, qui habent jus hypetbeca non possunt sibi bona debitoris adiudicare, sed uti remedio venditionis*, igitur creditores non poterant adiudicare propria auctoritate, & voluntariè dictum feudum Petre Elcinæ D. Hieronymo, cum potestatem sibi arrogaverint ultra quam illi lex permiserit; & cum ipsi Domini non fuerint dominium transferre non potuerunt uno tantum casu transfertur dominium à creditore, quando scilicet ex pacto, & potestate sibi à debitore tradita adit. Judicem, ut pignus vendat, tunc emptor dominium acquirit; secus autem cum creditor creditori bona addicit, cum enim hoc jus non habeant creditores certo sequitur si id fecerit dominium transferre non posse.

Præterea ex alio capite dominium dicti feudi translatum non fuit, quia scilicet in hac adjudicatione voluntaria defecerunt solemnitates à jure requisitæ, nempe subhastationes. Defectus autem subhastationum nullam reddit adjudicationem, & dationem in solutum, & impedit translationem dominii, ut docuit *Manent. decis. 19.* certum ergo est si titulum acquisitionis spectemus solum tenutam translatam fuisse, dominium vero non item.

Affensum fuisse resolutum, ac proinde feudi dominium nunquam fuisse quæsum.

Consentiens omnium nostrorum Authorum sententia est affensum infra legitimum tempus registrandum in Quinterniobus Reg. Cam. alias pro non præstito haberi, *Afflct. decis. 335. Rovitus prag. 1. de fine memorialium, de Marinis. to. 3. alleg. 134.*

Certum autem est in casu nostro affensum Regis fuisse imperatum die sexto mensis Decembris 1676. cum hac expressa conclusione. Ita tamen volumus, quod præsens nosser Regius affensus infra annum à die date præsentium numerandum in Quinternionibus nostræ Reg. Camera Summarie Citerio-

terioris Sicilia Regni registrorum atlas primum prefatio, habeatur, fol. 137. Quod tamen actum non est, quin imo cum vixerit D. Hieronymus ad annum usque 1679, neque illum in quaternioribus registravit. Sensit doctissimus Adversarius vim difficultatis, & illam declinare tentavit, quia scilicet fuit impeditus registrare propterea illi tempus tanquam impedito minime caueruisse. Sed pluribus huic obiectioni occurritus. Primo, quia non constat hujusmodi impedimento adfuisse. Secundo, quia facile poterat removeri. Tertio, quia tempus appositorum ab homine currit etiam impedito. Quartio, quia registrationis assensus requiritur pro forma, ac proinde nulla justa causa, neque ultum justum impedimentum excusat. Quinto ob sequitur obitum D. Hieronymi registrari amplius non posse. Institutum igitur nostrum erit probare haec omnia, quae modò proposuimus, & primum omnium impedimentum nullam adfuisse, quod registrationem assensus impeditum potuisse, & quod afferunt fuisse à Rationali Regio Cedularii impeditam non probant cum non probent tempore statuto assensum presentatum fuisse conservatori Quinternionum, quod erat omnino necessarium, servata forma decreti generalis Regie Camerae interpositi anno 1650, quo decreta s i junctum est: Refutationes feudariae, & assensus presentandas conservatori Quinternionum Regie Camerae infra tempus ad finem registrandi, dictus autem conservator Quinternionum dabo metam refutationum, & assensum Rationali Cedularii, & Fisci patrino, ut ille novus feudatarius describatur in libro Cedularii, que descriptio tunc sita quiescere nibil occurreret Regio Fisco, & dicto Rationali, hoc jubet decretum generale, quod resert De Marinis inter arresta generalia Regie Camerae, arresta 643. post decis. Reg. Revertere, cum igitur in casu nostro constet assensum praedictum non fuisse traditum conservatori Quinternionum, quemadmodum servata forma decreti generalis tradendus erat, neque appareat actus presentationis dicti assensus, illud sequitur D. Hieronymum non impleuisse, quod implore tenebatur, impedimentum autem, quod afferunt non constat, aisi ex quadam fide Iacobi Majorana, qui deponit fuisse

hujusmodi assensum presentatum quondam Rationali Fatio, à quo fuerunt excitatae nonnullae difficultates; sed quanta hujus fidei ratio habenda sit, nemo est, qui ne sciat, & testem unicum, non juratum de facto alieno, & non citata parte deponentem longius refellere necessarium non duxerit.

Illud tantum non ostendit, ut quisque manifeste vocat nullum utquam impedimentum adfuisse, mandatum resultat Regii Fisci, unde D. Hieronymo impedimentum actum est, fuisse expeditum die 5. mensis Novembris anno 1681. scilicet postquam haec de resolutione assensus qualiter mora est, & utinam D. Hieronymus tantas adhibuit diligentias in remedium impedimentis, quantas in illis sovendis adhibuit Adversarius: nam assensus obtentus est anno 1676, & tamen usque ad mensem Ianuarii 1679, registratus non est, imo dictus D. Hieronymus Neopoli discessit, & licet impetraverit dispensationem Regii Collateralis Consilii, quod licet temporis lapsu non obstante assensum registrare illa tamen nunquam usus est, cum in Regia Camera nunquam presentaverit, igitur nec impedimentum ullum unquam fuit, nec ulla diligentia.

Sed & si concedere nos velimus adfuisse hujusmodi impedimentum, neque illud prodest Adversario, siquidem facile removeri potuisse, quoties enim aliqua occurrit difficultas, nunquam impeditur registrationis, quinimò interponitur decretum, quod circa s 2 prajudicium iuris Regii Fisci assensus registratur, & nihilominus expedienter mandatum, ita ferè semper in Aula Cedularii decisum in pluribus assensibus, & præcipue in assensu venditionis Terræ Murconis, in assensu Terra Bojardi, in refutatione Terra Castrocucchi, adeo ut ita judicandi stylus in valuesit, potuisse igitur D. Hieronymus registrationem praedicti assensus ita expedire, cum igitur id non egerit culpa sua assensus registratus non est.

Præterea, & si impedimentum vere adfuisse, nec ita facile potuisse removeri; nihil tamen inde Adversarius colligere posset. Si quidem impedimentum nunquam prodest impedito adversus temporis lapsum, quando tempus ab homine appositum est, non à lege. Tempus enim non currit impedito in tempore legali, non autem in tempore con-

ven-

496 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

ventionali, vel ab homine apposito, *Gloss. iu.*
l. si cum militaribus, verb. Distraxerunt, C.
de restitut. militum; quām pluribus ornat.
Tiraqueclus de retract. conventional. §. 1.
glossa 2. num. 57. cum seqq. qui illam discri-
minis rationem reddit, quia scilicet mitius
agitur cum lege, quām cum homine.

Atque ita in simili controversia decisum refert.
Surdus decif. 189. Quidam obtinuerat as-
sensum vendendi feudam infrā tamen trien-
nium. Non potuit feudum prædictum aliena-
re, nec dicto assensu uti, quia scilicet fue-
*rat impeditus: Secundū, inquit *Surdus loco**
*citato, opponebat idem *Carpus*, quod trien-*
nium sibi preficuum non potuit currere pen-
dente lite, quia impeditus fui debitoris fatto;
superveniens enim impedimentum solet ex-
cusare à temporis lapsu. Idque videtur mul-
tò magis procedere quando semper fuit litigatum super eo credito, & litis tempus sub-
ducendum videtur.

Verūm Senatus conterium definiuit: Prīmū, ut inquit idem *Surdus num. 27. quod prædi-*
ctū procedunt in tempore legali. Conven-
tione autem currit etiam impedito.

Subdens etiam, quod tempus erat appositum:
 in dicto assensu, adēdūt licet impedimentum adfuerit, venditor non excusabatur,
 quod verbis ejusdem *Surdi dicam num. 32.*
Quarto respondetur, quod ex quo tempus in
assensu expressum est, si illud non servaversi
corruis assensus, & babetur pro non præfrito,
quia qualitates omnes, & conditiones affe-
*sus verificande sunt, ut post *Isern. Afficit* &*
*alios dixit *F. recc. &c.**

Cum igitur tempus appositum in assensu, fuerit appositum ab homine, & fuerit apposi-
 tum in eodem assensu, ut cunque fuerit
 impeditus D. Hieronymus, assensus resolu-
 tus fuit, ac proindē datio in solutum fuit ir-
 rata, neque ex illa transferri potuit domi-
 nium dicti feudi.

Hactenū disputavimus, quae dispucare in præ-
 senti causa non oportet, nām assensus regi-
 stratio requiritur pro forma, propterā si
 impleta non erit, licet sine culpa feudatarii
 processerit, assensus resolvitur omnino, &
 contractus nullus est, nec ex illo transfe-
 retur unquam dominium, ut docet *Rovit.*
Pragm. 23. de feud. qui præsentem nostram
 controversiam diserte dirimit: *Siquidem,*
Inquit ille, idem est non esse assensum impe-
tratum, vel esse impetratum, & ipso jure an-
nullatum ex aliqua dispositione legali, ut bic,

siquidem Regia Præmatrica disponit haberi
assensum pro non præfrito, & nullius momen-
ti, nām quando lege nullat, perinde est
judicandus, ac si nunquam fuisset in rerum
*natura, rationem reddit *Rovit.* quia hoc*
requiruntur pro forma, ac validitate con-
tractus, alienationis, & translationis domi-
nii, & ea non servata, cuiusvis culpa proce-
dat, corruit actus. Adducit idem *Rovit.*
 exemplum alienationis rei minoris, in qua
 requiruntur solemnitates, quae si deficiant,
 nulla erit alienatio, nec considerandum est
 culpa cuius defecerint solemnitates, citans
Hostiensem, Ioan. Andreau, Butrium, &
 alios.

Nec sufficit assensum fuisse traditum confer-
 vatori, ut registratur, licet postea registrat-
 tus non fuerit, vel culpa conservatoris, vel
 alio impedimento; debet enim registratio
 cum effectu sequi, ut contractus sit validus,
 & dominium transferri possit, quod idem
Rovit. iterum docuit in *Pragm. 20. de feud.*
num. 7. his verbis: Verum non sufficit, quod
scriptura, seu instrumentum refutationis
consignetur conservatori Quinternionum
pro illa registranda infrā quindecim dies,
nisi cum effectu sequatur ipsa effectualis re-
gistratio infrā illos quindecim dies, sive obli-
vione, aut injuria, sive collusione, aut ma-
litia, conservator omiserit illam infrā tem-
pus registrare. Quod docuit in refutationi-
bus, idem docuit in registrationibus, sub-
dens: Idem dico in registrationibus assen-
suum infrā tempus in eisdem assensibus de-
claratum: & ita fuit judicatum, & declara-
tum per S. C. in causa Hippolite Carbone
cum Duce Ajelli super nullitate venditionis.
Terræ Paduli ob registrationem assensus in
Quinternionibus Regie Camere non factam
in tempore.

Que cum ita sint parum refert assensum Pe-
 træ Elcinæ, & Montis Leonis non fuisse regi-
 stratum sine culpa D. Hieronymi, in hujus-
 modi enim registratione, quae pro forma re-
 quiritur, nihil interest, cuius culpa illa non
 processerit; debebat enim impleri lex, quae
 registrationem requirebat, quae cum imple-
 ta non sit, assensus resolvitur, contractus
 erit irritus ipso jure, & dominium non trans-
 fertur.

Torsit nimium Adversarium *Roviti* auctori-
 tas, sed magis torquere debuit auctoritas rei
 iudicatæ, quām adducit *Rovit.* Respon-
 dit *Rovit* opinionem non fuisse receptam,
 sed

Decisio VIII.

497

sed id falsum est, nām quotquot ante Rovitum scripserint, idem in similibus quæstionibus responderunt, & quicumque post illum scripserint eandem sententiam sequuntur.

Bald.lib.5.conf.198. in terminis refutationis idem respondit: *Punctus*, inquit *Bald.* si ex forma statuti in refutationibus requiritur certa forma, an si illa forma non servetur valeat refutatio, licet habuerit justam causam non servandi. Refutatio prædicta non tenuit, quia ubi deficit forma, non sufficit causa etiam justissima.

Quod etiam docuerunt veteres interpetres, *Cyn. Alex. Bald. & Saly. in Lambiguitatem, 56 C. de test.* in terminis statuti, requirentis registrationem banni, quod si registratum non fuerit, nullum erit, ut tradunt communiter dicti Authores, licet ex justa causa, & impedimento registratum non fuerit.

Idem in terminis insinuationis requisitatæ in contractu venditionis ex statuto particulari, docuit *Tiraquell. de retract. lignager, §. 36. gloss. a. num. 45.* quærit *Tiraquell.* An sufficiat insinuationem factam non fuisse, vel collusione, vel obliuione, vel incuria, vel alias, respondit: Non sufficere quantumcumque emptor fecerit, quod in se erat.

His ita positis, constat Rovitum sequutum fuisse sententiam, tum veterum interpetrum, tum recentiorum: Constat etiam sententiam Roviti à posterioribus Scriptoribus fuisse receptam, & in similibus controversiis ita judicatum, *Tapp. decif. 3. n. 47.* in terminis juramenti, ligii homagii, & literarum assicuratorialium, in quibus eadem ratio militat, quæ militat in assensu, eadem tractat quæstionem, & licet nulla potuisset in illo casu considerari culpa emptoris, dictum tamen fuit contractum fuisse resolutum; juvat hic referre ejusdem *Tap.* verbis obiectionis ab emptore factam, quæ *n. 47. vers. Dicebatur* in hanc sententiæ scripta est: *Dicebatur præterea nullam in hoc posse considerari moram emptoris, nām si agimus de expeditione literarum assicuratorialium, bæ fuerunt expeditæ infra tempus, & bæ tenebatur tantum emptor petere, & obtinere in forma Regia Cancellaria, & eas Commisario presentare: actus enim juramenti præstandi erat explicandus per Iudicem, qui recepta jam pecunia præstari solita non curavit ad Terram accedere, & juramentum recipere, & sic stetit per Iudicem, & sic quan-*

do stat per Iudicem, tempus non currit.

Nescio an quid majus obiici possit ab Adversario; quid enim aliud semper inculcat, nisi per D. Hieronymum non stetisse, quin assensus registraretur, & quemadmodum in casu *Tap. i.e.* id satis non fuit, nec ulla illius obiectionis habita fuit ratio, quia judicatum fuit contractum fuisse resolutum, ita nec etiam in casu nostro sufficiet.

Oritur id ex vi clausulae resolutivæ, ut monet *Mari ad Gizz. decif. 3. num. 16. & de Ponte conf. 5 num. 44.* qui docent, semper assensum 58 resolvi, & annullari contractum, licet pars impleverit quantum in se erat, licet nulla considerari possit culpa, tanto magis, quia ut monet idem *De Ponte loco citato* apposita fuerit clausula irritans, quæ actum annullat absque eo, quod requiratur Iudicis sententia, quæ tantum requiritur ad avocandam possessionem, *Angelus conf. 36. Paris. Castrensi. De Ponte conf. 3. num. 17. conf. 5. num. 55. & conf. 67. num. 25. & 28. lib. 1. De Marinis lib. 1. resolut. cap. 123. omnium vindendus, & præcipue num. 11. cum seqq. Carterum ex defectu harum registrationum, & solemnitatum, appositarum per modum conditionis, actus assensus corruit, licet hujusmodi solemnitates defecerint sine dō 59 lo, & culpa, ut tradidit *De Marin. lib. 1. cap. 123. num. 14.**

Eandem sequutus est sententiam *Amatus conf. 69. num. 5. ibi: Nec excusatur omittens illam servare, etiam si habuerit justissimam omittendi causam, & paulò post, etiam si totum posse efficerit.* Rovitum sequitur *De Marinis lib. 1. cap. 123. num. 17. Thor. 1. par. compend. verb. Registratio.* Nihil igitur interest, assensum Petræ Elcinæ sine culpa D. Hieronymi registratum non fuisse. Debebat enim impleri ex forma, ob quam ipsa lex requirebat registrationem.

Neque obstat registrationem fuisse inducitam favore Fisci, & propterea impeditum à Fisco, excusari, nām falsum id est, esse introductum esse favore Fisci tantum, ut post *Tapiam decif. 3. De Ponte conf. 69.* docuit *De Rosa consult. 14. num. 16. & 17.*

Nec omiserim dictum D. Hieronymum, & ante temporis lapsum, & postea fuisse negligissimum, nām obtinuit dispensationem à Regio Collaterali Consilio, quod liceret 61 lapsu temporis non obstante, quām obtinuit postquam assensus erat resolutus, nec à Regio Collaterali Consilio poterat dispense. R r r fari,

498 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

fari, ut post *De Ponte* cons. 3. latè probat *Galeota* lib. 1. *controvers.* *controvers.* 14. nàm si posset Collaterale Consilium dispensare postquam assensus resolutus est, posset etiam assentiri, quod in specie interdictum illi est, *Pragm. 4. de feudi*. ut notat idem *Galeota loc. cit.*

Item dictam dispensationem non obtinuit servata forma dictæ *Pragm. 23. de feudi*, quæ 62 jubar dictas dispensationes describi in dorso privilegii, quæ descriptio si deficiat, nulla erit dispensatio, ut docet *Ioseph de Rosa* cons. 23. num. 71. nec tali dispensatione unquam usus est, quia spatio 14. mensium illam in Regia Camera non presentavit. Igitur quocumque se vertat Adversarius, nunquam sustinere poterit, assensum prædictum non fuisse resolutum, tum quia de impedimento non constat, & facilè, quando adfuiisset, removeri potuisse; tum quia tempus appositorum est ab homine, & currit etiam impedito, & demum, quia registratio pro forma requiritur, ac proindè nullum impedimentum excusat.

Sed quæ hucusque adduximus ad uberiorem nostræ justitiæ cognitionem attulimus, nàm 63 hæc excusatio impedimenti ad rem nostram non pertinet; siquidem cum mortuus fuerit dictus D. Hieronymus, ipso jure facta est revocatio per mortem, nec amplius assensus registrari potest, *Andr. in cap. Imperiale, num. 14. vers.* Item quid si *Titius de probib. feudi alien. per Feder. Capyc. in investitura feudali, verb. Feudalis assensus, Franch. decis. 86.*

Quod adeò verum est, ut non solum impetratori non possit assensus post mortem, sed etiam si impetratus fuerit assensus, & ob temporis lapsus resolutus, & interim deceperit emptor registrari amplius non possit, ut post Rovit. in *Pragm. 1. de fid. memor.* & *Præsidentem Lanarium in add. ad Regentem Parvum in repet. capituli 1. tit. si vassallus feudum, nu. 8. docet De Marin. lib. 1. cap. 25. num. 7. ibi: Ut hæc omnia procedant, non solum quando emptoris mors interveniet ante assensum impetracionem per verbum fiat, sed etiam ubi intervenerit, postquam vere fuit obtentus assensus, qui tamen demum corruit ex clausulis, & conditionibus in illo appositis, ut hoc etiam casu, dum emptor reperitur mortuus absque novo illius bæredis consensu dispositivo, vallatus impetrari possit dispensatio adimplendi conditiones, & solemnitates*

in assensu pro forma requisitas.
Ex his nulla justa dubitatio superest assensum amplius registrari non posse ob mortem dicti D. Hieronymi, ac proindè dominium transferri amplius non posse dicti feudi.

Fuisse resolutum assensum, quia non præstitum juramentum fidelitatis, servata forma Regiarum literarum.

Notum omnibus est in omnibus assensibus adesse conditionem præstationis juramenti cum clausula irritativa, quemadmodum apposita in nostro assensu est, fol. 136. at. Et dum modo dictus Princeps D. Hieronymus de Aquino emptor dictæ Terra Petre Elcinae teneatur infra annum à die expeditionis literarum executorialium juramentum fidelitatis ligii homagii, præstare in manibus illius, ad quem spectat, & impetrare literas affercationis vassallorum, alias præsens noster assensus pro non præstito habeatur. Videamus modo num dictus D. Hieronymus præstiterit juramentum, quod erat omnino necessarium, & num præstiterit servata forma juris, & impletis omnibus solemnitatibus à literis Regiis requisitis.

Atque ut omittam, cur de jure communi feudorum juramentum præstabatur, & quando præstari oportebat, quod doctè admodum persequitur *Ioseph de Rosa* consult. 14. à num. 29. cum seqq. Iure tamen Regni postquam industria Regentis Salernitani juramentum fidelitatis, quod in desuetudinem abierat, denuò usu receptum est, *Pragm. 19. de feudi*, debet præstari, quemadmodum jubet eadem *Pragm.* scilicet juxta formam Regiarum literarum, ut ex verbis ejusdem *Pragm.* habetur. Regiis autem literis iussum est in præstatione juramenti tria confici instrumenta, unum scilicet, quod in Regia Camera registrari debet, alterum, quod remaneat penè Commissarium ligii homagii, tertium, quod feudatario traderetur. In casu autem nostro hæc tria instrumenta confecta non sunt, cum in Quinternionibus Regiæ Camere nullum appareat instrumentum dicti juramenti præstiti; igitur assensus erit ipso jure resolutus, ut docet *Iosephus de Rosa*

Decisio

VIII.

499

Rosa consult. 23. nu. 86. qui putat ex hujusmodi instrumentorum omissione assensum resolvi, ibi: *Et tandem quintò ratione actus in seipso, non enim confecta de bac juramenti præstatione tria consimilia instrumenta, unum scilicet, quod debet permanere penes Commissarium ligii homagii, secundum quod debet parti tradi, tertium, quod debet in Regia Camera registrari, prout est de stylo, & jubent literæ Regiae expeditæ à Collaterali Consilio super bac juramenti præstatione in ipso instrumento insertæ, ideoque actus remanet omnino nullus, bac enim solemnitas trium instrumentorum est de forma præstationis juramenti. Cum ergo forma impleta non sit, juramentum nulliter præstitum est, adeoque ita habendus, ac si nullo modo fuerit præstitus; propterea assensus est resolutus, & contractus est sine assensu, qui transferre dominium non potuit.*

Idem tradidit Hodie*n. controv. 26. num. . . .*
ibi : *Has inquam oppositiones subsistere non posse dicebam , nām quoad primam respondi Ill. Principem non esse in probatis , juramentum enim non potest dici præstitum , dum de actu præstito tenebatur Octavius fidem præsentare in Regia Camera pro ea registranda , & sic scriptura erat de forma , quæ aliter non est facta , quod necessarium erat pro interesse Regis ad sciendum ejus feudatarios , in specie traditur de literis assècurationis , ut notat de Ponte conf. 76. lib. I. erat quoque necessaria , quia continere debebat nonnulla requista contenta in dictis literis in præstanto juramento , &c. Et hæc est communis nostrorum sententia . Cum igitur hæc tria instrumenta D. Hieronymus non confecerit , assensus etiam ex hoc capite fuit resolutus.*

68 Datio ergo in solutum dictæ Terræ ita judicanda est , ac si nullum habuisset assensum.Idem est assensum non habere,& illum habere , sed ex defectu registrationis resolvi *Afflict. decis. 335. Reg. de Ponte conf. 5. nu. 85. Reg. Rovitus Pragm. 26. num. 25. de feudis, Tapia decis. 3. num. 11. Praef. de Amato conf. 69. nu. 1. Marc. conf. 37. De Rosa consult. 14. num. 16.*

Quæ de tenuta feudi Petrae Elcinæ scripsimus
ad tenutam feudi Montisleonis pertinent,
neque enim assensus Montisleonis infrà
tempus registratus est.

**Ex his concedendam esse arbitramur immisionem in beneficium Ill. Marchionissæ Ca-
69 falboris in medietatem tenutarum dicto-**

rum feudorum , prout in simili tenutarum
quæstione respondit Reg. Galeota controv.
36. num. 29. in promptu enim constat non
adesse , nisi tenutas , quia in promptu con-
stat assensum fuisse resolutum , & contra-
etius assensum non habere; propterea domi-
nium feudorum sine assensu transferri non
potuisse , & licet Adversarius putet D.Hie-
ronymum fuisse Dominum, licet assensum
non registraverit , licet juramentum non
præstiterit , servata forma Regiarum litera-
rum, licet producat in promptu titulos qui
transferre dominium non possunt , scilicet
contraëtum ad gaudendum , & dationem
in solutum voluntariam factum à Procura-
toribus creditorum ; hæ tamen Adversa-
riorum replicationes requirunt altiorem in-
diginem , & sunt judicii petitorii, atque ut
suprà probavimus,in petitorio judicio etiam
reiiciendæ sunt . Interim quod constat, est
in hæreditate quondam D. Hieronymi non
adesse assensus registratos, non adesse inve-
stituras , sine quibus feudorum dominium
non quæritur , ac proindè non adesse , nisi
tenutas.

Denique illud etiam adnotaverim nos versari in judicio præambuli , quod non est sim-
plex judicium possessorum, ut notat Rovi-
tus conf.84. *tomo 3.* variam enim habet hoc
judicium naturam , vel enim interponitur
præambulum,nemine contradicente,& tunc
est judicium summariissimum , imò nec ju-
dicium est, sed tantum legitimatio personæ,
vel adest partis contradictio , & tunc habet
mixtam causam proprietatis est judicium
ordinarium , & parit exceptionem rei judi-
catæ in judicio petitorio . Hæc omnia absolu-
vit Rovitus *tom.3.* supra citato circa finem,
his verbis : *Tum quia hoc judicium est pro-
prietati annexum , tum denique quoad ter-
tii comparitionem assumpit naturam ordi-
narii judicii , & denique , quia sententia bis
ferenda irreparabile præjudicium parit in
petitorio cum obstat ex ea exceptio rei judi-
catæ . Atque hæc pro hac controversia scri-
psisse sit satis , &c.*

Scrapbinus Biscardi.

Sed in contrarium acerrimè contendebatur
per doctissimos causarum Patronos patro-
71 cinium præstantes pro D. Duciſſa Ielsi, &
signanter replicabatur, quod decisio illa al-
lata per Reg. Rovit. non merebatur allegari

500 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

cum semper dura, & parum aqua existimata fuerit, ne dum illis tempotibus in quibus scripsit Rovitus, ut testatur Loganar. in Addictionib. ad eundem super d. Pragm. 20. & Lelius Gizz. in allegat. 108. apud Reg. de Marinis à num. 20. tom. 3. Horat. Montan. in cap. Imperialem §. Præterea si quis inferioratus nu. 36. lit. R. ubi quod contraria opinio videtur magis aqua, sed etiam novissimis temporibus, in quibus semper assensus fuerunt registrati elapso anno, dum 72 modò fuerint præsentati infra annum Rationali Regii Cedularii, quamvis impedita registratio extiterit ob impedimenta Regii Fisci, cuius favore est apposita clausula registrationis, & ita servatum dicebatur in registratione assensus super venditione feudorum Minnervini, Spinazzolæ, Lizzani, Paleggianelli, & feudorum detti del Palombaro, & di Tuglia, & Terrarum Prata, Castel 73 Mazzo, ed altre, ut ex processu ejusdem causæ, fol. 88. & fol. 109. ad fol. 119. & in contraditorio cum Regio Fisco judicatum dicebatur per Regiam Cameram in Aula Cedularii de anno 1673. siquidem prætendente Regio Fisco duplicatum relevium Terræ S. Georgii, ob mortem quondam Horatii de Sanctis vendoris sub prætextu, quod venditio dictæ Terræ facta in beneficium Horatii, & Andreæ Prignani esset resoluta ob registrationem assensus non factam in Quinternionibus infra tempus statutum in vita vendoris; sed replicante emptore tempus non cucurrisse, ex quo per ipsum non steterat, dum assensum registrandum infra annum præsentaverat Rationali Regii Cedularii, & ob motiva, & impedimenta fiscalia non fuerat registratus, & proinde registrandus erat, non obstante vendoris 74 morte, & sub die 12. Junii 1673. fuit deci- sum. Quod non molestetur Andreas Prignanus emptor, & nibilominus, quod assensus regitetur in Quinternionibus Regie Cameræ, nt fol. 75. 80. & 81. lit. C. & à ter. Process. intitolato scripture ad istanza. Et ita simili- 75 ter decisum addebat per S. R. C. in anno 1650. referente D. tunc Regio Consiliario postmodum Reg. D. Francisco Marciano in causa revocationis venditionis Terræ Carragoso factæ à D. Ippolito Reverte Duce Salandræ contra Filippum Palo venditore, qui fuit à judicio petitæ revocationis absolutus, ut fol. 105. 106. lit. B. fol. 103. 112. à ter. lit. B.

Tenor decisionis, quæ prodijt in præsenti quæstione.

Die 21. Augusti 1682.

M. C.V. consignet copiam, seu fidem præambuli qu. Ill. D. Hieronymi de Aquino, verum respectu Terre Peschi de Mizza expeditetur exitus cause vertentis coram Regio Consiliario Ill. Duce Campimellis super successione Terræ prædictæ, & interim remaneat sub sequestro, & respectu tenutarum Petriæ Elcinæ, & Montis Leonis immittatur in possessionem tenutarum Ill. Duc. T. Jelicis, & Ill. Marchionissa Casa Alboris, quælibet pro medietate earum, & respectu omnium hinc inde prætentorum infra quatuor dies audiantur partes, verum non alienentur capitalia, & respectu prætentorum per Ill. Ducissam Sancti Theodori partes se obligent respectu fructuum pro medietate.

Pœnes Falvum Actorum Magistrum.
Apud Scribam Mari.

S U M M A R I U M.

- 1 **P**relatio jure sanguinis competit agnatis in feudo antiquo, sive bæreditario.
- 2 **J**urisdictio primarum, & secundarum causarum est de regalibus.
- 3 **F**ides Parochi probat etatem non autem agnationem, quæ est probanda per descenditiam, & gradus distinctos conjunctionis sanguinis, & quid junctis adminiculis, n. 12.
- 4 **P**relatio in venditione feudi antiqui solis cognatis non autem cognatis competit.
- 5 **P**relatio in feidis an competit Cognatis descendantibus ex feminis virtute Constitutionis, ut de successionibus, & virtute Pragm. 34. de feidis, dum feminæ sunt admissæ ad successionem, usque ad quartum gradum, nu. 7.
- 6 **A**ssensus Capitul. Neapolitani, qui censemur præstitus favore dotis mulierum Neapolitanarum num comprebendat dotem spiritualem Monialium.
- 8 **P**relatio an competit remotoribus agnatis in venditione feudi, proximioribus nolentibus retrahere, nu. 22.
- 9 **P**relatio non competit, quando dolosè fuit petita, nu. 23.

10 Me-

Decisio IX.

501

- 10 Meliorationes an sunt solvenda, juxta id quod fuit impensum, vel juxta illud, quod fuit melioratum,
- 11 Feudalis qualitas, eeo quibus cognoscatur.
- 13 Prælatio, qua ratione in feudis fuerit introducta, declaratur nu. 14.
- 15 Appellatione Majorum in larga significazione omnes ascendentis veniunt.
- 16 Feudum quando dicatur antiquum, vel novum, & an in jure prælationis ad cognoscendam qualitatem feudalem sit inspicenda persona relinquentis feudum, vel petentis prælationem.
- 17 Sanguinis ratio consideratur, tam in descenditibus masculis, quam foeminis.
- 18 Feudi natura alterata per Gratias, & per Constitutiones, quoad successionem censeatur alterata quoad prælationem.
- 20 Reg. Marcian. in disput. 50., & Reg. de Ponte dec. II. declarantur n. 21.
- 24 Decisio S.R.C. ad questionis resolutionem affertur.
- 25 Jus prælationis, seu retractus jure sanguinis, an competit filio minori, seu infanti existenti sub patris potestate, quamvis petatur elapsō anno a die feudi alienati, & ex pecunia simulatè ab eodem patre perventa, refertur novissima decisio S.R.C. anni 1700.

ARGUMENTUM

Prælationis seu jus retractus, quod competit agnatis in feudis hæreditarijs an competit quoque cognatis descendantibus ex foeminis ad explicacionem textas in cap. I. §. porrò qual. olim feud. alien. poter., & in cap. I. §. si Titius si de feud. defunct. militis fuer. controv. & in cap. I. §. sed & res, per quos fiat investit., & num feudi natura ampliata, & alterata per Gratiam, de qua in Pragm. 34. de feudis, censeatur alterata, quoad prælationem, & num

prælatio competit agnatis remotioribus, proximioribus non comparentibus infra annum, vel nolentibus retrahere; Casus decisus affertur pro questionis resolutione; Et quid petitæ prælatione dolosè per filium infantem, vel minorem existentem sub potestate patris, qui alienavit feudum. Refertur novissima decisio S.R.C. anni 1700.

DECISO IX.

Pratationem in feudo antiquo, sive hæreditario, alienato competere agnatis de jure communii feudali, & hujus Regni nostri Neapolitanii nulli dubium est ad tex. in c. I. §. sed etiam restit. per quos fiat investitura, ubi Glos. in verbo proximiori, vers. ergo conceditur agnatis, & cap. I. §. porrò, in tit. qualit. olim, cap. I. §. titius si de feud. defunct. controv. sit. Capyc. latro decis. 57. à nu. 2. Reg. de Marinis in observat. ad Reg. Revert. 22. nu. 4. Conf. Rocc. resp. 6. tom. 2. Rovit. conf. 21. tom. 2. Mastrill. decis. 8. Reg. de Ponte decis. II. Sanfelic. decis. 100. 104. num. 9., & 268., ac proinde dūm in anno 1665. D. Francisca Rendina Baronissa Casalis Licignani vendidit U.J.D. Josepho Carissimo dictum Casale pro summa ducatorum septem mille, & quincentum, post dictam venditionem petiit D. Eleonora Prignano neptis dictæ D. Franciscae velle præferri in emptione dicti Casalis dicto Josepho, & propterea orta fuit lis inter dictam D. Eleonoram, & dictum Joseph emptorem, qui Joseph ad excludendum prælationem petitam plura opponebat in facto, & jure.

Dicebat ergo primo, dictum Casale sibi venditum, non esse feudum, nam in dicto cont. tractu nihil feudalis continetur, sed solum nonnulla burgensatica cum jurisdictione primarum, & secundarum causarum, quæ de sui natura non est feudalis, sed de regalibus, & cap. I., qua sint regalia, Montan. de regal. nu. I. in fine, Reg. Revert. decis. 449. n. 1. ubi

502 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

1. ubi de Marin. nu. 2., quæ potest concedi in allodium, Montan. nu. 17. fol. 137. Afflct. in cap. 1. §. e contrario nu. 1. de invest. feudal. de re al. fact., & quod ad cognoscendum cuius qualitatis sit jurisdictio, inspici debet investitura dicti Casalis, c. porrò de privileg. cap. 1. de duob. fratr. Prag. 75. nu. 11. de Offic. Proc. Cef., quæ cum non sit in casu isto, nám dictum Casale fuit emptum in anno 1534. à Bartolo Rendina, & non fuit descriptum in Regijs quaternionibus, ac R.C.S. Cedulario, quo casu non dicetur feudale, sed allodiale, DD. in l. Titiae testores ff. de leg. 1. Afflct. in cap. 1. nu. 77. tit. ex quib. caus. feud. amitt. Rovit. cons. 26. nu. 12. tom. 2., nec etiam fuit præstitum servitium Regi, eo ergo deficiente cum alteratio sit inter particulares probanda est qualitas dictæ jurisdictionis per dictam Eleonoram, quod sit feudalis, cum sit fundamentum suæ intentio- nis, lei incumbit ff. de probat. l. qui accusare C. de edendo, nám cum regula sit, rem presu- mi liberam potius, quam seruam, & potius burgensaticam, quam feudalem, presumptio est contra ipsam, cap. 2. si de feudo defunct. fuer. controv. Rovit. cons. 26. t. 2. Amat. cons. 5. nu. 1. & 2. de Ponte cons. 30. nu. 19. lib. 1., qua non probata, non dicitur feudalis, & propterè dūm feudum non est Casale prædictum, petitio dictæ D. Eleonora, uti vana rejici debet, ad quod alias adjungebat considerationes, nempe quod si adeat investitura, & in ea expressè non legatur jurisdictionem suissè concessam in feudum per verba ex- pressa, vel æquipollentia, quod tunc in du- bio dicetur allodialis, non feudalis, c. i. quis dicitur Dux Loffred. in §. bujus autem ge- neris in addit. tit. in quibus causis feud. amitt. Amicangel. de regal. cap. 1. nu. 19. Reg. Revert. decif. 491. n. 4. tom. 2. Rovit. decif. 77. nu. 42. de Ponte decif. 2. nu. 5. 9., & 10. Mont. de regal. fol. 140., & fol. 37. num. 41. in fine.

Secundo dicebat denegandam esse prælatio- nem prædictā, ex quo non fuit probata agna-
3. tio, ratione cuius prælationem petijt præfata Eleonora, & quamvis productæ fuissent fi- des baptismatis, quod Francisca Rendina venditrix, & Hieronyma Rendina mater dictæ Eleonora fuerunt baptizatae, uti filiae qu. Joannis Baptista Rendinæ, & quod dicta Eleonora fuit baptizata, uti filia dictæ Hie- ronymæ, & Caroli Prignani, tamen fides prædictæ non probant nisi ætatem, prag. 1.

de Paroch. Capyc. latr. decif. 166. nu. 56. tom. 2. & agnatio est probanda per descendantiam legitimam, gradusque distinctos conjunctio- nis sanguinis à primo acquirente feudum, ut in eo succedere possit, Mascard. de probat. concl. 73. vol. 1. Dec. cons. 431. n. 4. Larath. de feud. part. 9. dilucid. 59. n. 3. Cacheran. decif. 162., quæ legitima descendantia est proban- da ad hoc ut probata dicatur agnatio, cuius intuitu conceditur prælatio, quæ fundata dicitur in ratione sanguinis, & interessè, ut bona, quæ fuerunt majorum, conserventur in ijs de sanguine, idest de agnatione, & fa- milia, ut in juribus supra in conclusione ci- tatis, & in l. in empt. 36. ff. de minor. l. dudum 14. C. de contrah. empt. l. lex natur. e C. de ad- ministr. tut., & DD. ubi sup. de Ponte in le- feud. 17. nu. 3. Joban Deckber dissert. jur. lib. 1. differt. 17. n. 10. cum seqq. alias prælatio non conceditur, & ita semper servatum fuisse in Regijs Tribunalibus, ex Rocco respons. 6. tom. 2. Capyc. latro decif. 57. tom. 1. Marcian. disp. 50. num. 25. tom. 1. de Ponte decif. 11. D. Eleonora enim uti filia, & descendens à prædicta Hieronyma, & Carolo Prignano dicitur cognata, non vero agna- ta, §. vulgo quæsitos instit. de success. agnat. l. 2. §. 1. l. inter agnatos ff. unde legit. l. Juris Consulti §. 1. ff. de gradib. Hodierna ad Surd. decif. 9. nu. 14. Rovit. in Prag. 11. num. 17. de feud. Rota coram Duran. decif. 36. nu. 3. tom. 1., & coram Sand. Mem. Greg. XV. decif. 293. nu. 29., & per consequens uti cognata est penitus exclusa, cum solis agnatis præla- tio prædicta in venditione feudi antiqui fa-cta extraneo concedatur, d. cap. 1. §. sed etiam res ibi (si quis ex agnatis tuis, & tibi, & alijs proximioris) d. cap. 1. §. porrò sive, ibi, (proxi- mi agnati), & d. cap. 1. §. titius, & DD. supra cit. at., & in specie Reg. de Ponte dec. 11. nu. 16. ibi, (et propterè in prælatione cæteri de- scendentis ex foeminis, non admitterentur. Ex quibus inferebatur, quod dūm prælatio est concessa ratione sanguinis, ut bona con- serventur in agnatione, seu familia, & dicta Eleonora, uti cognata tanquam descendens ex foemina non est de sanguine, & familia; Staib. refol. 101. n. 14. tom. 2. de Ponte decif. 5. nu. 11., & per consequens prælatio denega- da erit, cum non tractetur de conservando Casale prædictum in familia de Rendina, sed in aliena familia sua scilicet, vel viri. Et licet possit prætendi esse sublatam differen- tiā agnationis, & cognitionis, ut in §. 1., & §.

Decisio

IX.

503

& si vero neque fratres aut. de bæred. ab intest. l. minimus C. de legit. bæred. Cyriac. controv. 405. nu. 44. tom. 3. Rota coram Duran. dec. 36. n. 34. tom. 1. replicabatur hoc esse de jure civili, non vero de jure feudalii, nisi in defectum jurium feudalium, cap. 1. de feud. cogn. Rovit. ad prag. I I .nu. 27. de feud. Marcian. disp. 50. n. 21. tom. 1. de Marin. resol. 233. num. 13. tom. 1. & resol. 31. num. 7. tom. 2. Sed de jure feudalii cognati sunt penitus exclusi, ut in juribus supra allegatis, ergo non est sublata differentia prædicta in feudalibus, ut acriter tenet Rovit. in d. prag. I I . à nu. 7. ad nu. 11.

Et si de jure Regni admittantur fœminæ descendentes ex fœminis ex gratiis, usque ad quartum gradum, ut per Constitutionem, ut de successoribus, & per pragm. 34. de feudis & per consequens esse de jure Regni sublatam differentiam prædictam agnationis, & cognitionis dicebatur pro parte dicti Josephi, quod non per hoc sequitur fuisse concessam prælationem, tūm quia in dictis gratiis hoc non dicitur, & per consequens recurrendum ad jus commune feudorum, ut de Marinis d. resolut. 233. n. 8., & 30. tom. 1., & resol. 116. nu. 17. tom. 2. de Ponte d. decif. I I .n. 16., tūm etiam quia gratiae prædictæ uti petitæ à subditis, & concessæ pro successione non sunt protrahendæ ad prælationem, quia cum sint contra jus feudale admittentes ad successionem feudi personas de illo jure prohibitas, dicuntur dispensationes, Lanar. conf. 1. num. 45. Montan. de regal. fol. 244. num. 57., & fol. 347. nu. 21. Afflict. decis. 320. nu. 17. & propterea stricti juris, Cyriac. controv. 219. nu. 7. tom. 2. Surd. decif. 168. nu. 20., & seqq., itaut strictæ sint intelligendæ, nec protrahendæ de casu ad casum, cap. 1. de filiis Præbyst. in 6. Grat. discept. 597. nu. 37. tom. 2. Tappia decif. 6. nu. 24., & 50. Afflict. d. decif. 320. nu. 12., adeò quod tot requirantur dispensationes, quot sunt impedimenta, DD. supra, & Merlin. controv. 8. nu. 17. tom. 2., & statutum disponens contra jus, contra jus commune semper intelligendum est, ut unum tantum operetur effectum, Grat. discept. 387. nu. 21. tom. 2. Fenzon. ad Stat. Urb. fol. 479. nu. 10., ac proinde dum fœminæ ex fœminis per gratias de jure Regni sint admissæ ad successionem, dictæ gratiae, non possunt operari, ut concessa intelligatur prælatio. Et hoc nec extensivè, nec comprehensivè: Non comprehensivè, nàm

comprehensio dicitur de eo, quod ex proprietate nominis, vel verbi continetur, Camerar. ad l. Imperiale fol. 47. lit. Q. Montan. fol. 40. nu. 61., & sic de specie, quæ continetur sub genere, item legato 47. §. 1. l. si Chorus 77. in princ. ff. de leg. 3. Schrader. de feud. p. 3. cap. 1. n. 5. Sed in casu isto sub illo verbo successionis, ad quam ex gratiis cognati sunt admissi penitus potest cōtineri prælatio, quæ est diversi generis, cum successio oritur, vel ex testamento, vel ab intestato, & sic ex successorio edicto, prælatio au-

6 tem ex contractu inter vivos per actionem, vel conditionem feudalem, & per consequens differunt genere, & specie, & ideo non potest comprehendendi, prout patet primo, nàm licet favore dotis mulierum Neapolitanarum possint feuda obligari ex gratiis concessis per Catholicam Majestatem, de quibus in privilegijs bujus Civitatis cap. 20., & 21., sub eo tamen verbo, dotis, non comprehenditur dos spiritualis Monialibus constituenda, quamvis sit species illius generis dotis, ut Montan. ad l. Imperiale fol. 40. nu. 61. usq. ad 68. Secundo patet, nàm si quis fuerit respectu naturalium legitimatus ad succedendum, solum acquirit bona jure, & titulo hæreditario, ac successorio edicto, non quæ jure actionis, vel contractus obveniunt, ut Gabriel. conf. 30. num. 27. tom. 1. l. quidem §. nihil interest, ubi, DD. de edendo, Bart. in l. centurio col. fin. num. 52. ff. de vulg., & pupill., & conf. 212., & in punto. Marcian. senior. conf. 17. nu. 13. to. 1. Gabriel. conf. 30. nu. 25. vol. 1.

Non extensivè dictæ gratiae sunt protrahendæ ad prælationem in feudi venditione, nàm licet extensio fiat de diversis, Camerar. ad l.

7 Imperiales fol. 47. lit. Q. In isto tamen casu non potest habere locum, nàm extensio cessat, quando affert præjudicium tertio, Decian. conf. 10. nu. 8., & seqq. Gratian. discept. 885. nu. 34. tom. 5. Staib. resol. 199. nu. 67., & seqq. tom. 2., prout esset si daretur hæc prælatio D. Eleonoræ Primæ nàm afferret præjudicium Domino, qui sicuti non præferatur agnato retrahenti feudum antiquum venditum extraneo, ut in cap. 1. §. porrò rit. qualiter olim, de Ponte d. decif. I I .nu. 2. & 8. in fine; Ita neque possit præferri cognato effector per gratias agnato. Secundò, nàm afferret præjudicium emptori, qui dum regulariter de jure feudali est tutus respectu cognatorum, cum solis agnatis concedatur

præ-

504 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

prælatio, quando deinde dictæ gratiæ concessæ cognatis ad succedendum extendentur ad prælationem, extentio effet contrà jus, tantoque magis, nàm sumus in materias feudali, in qua consuetudines, & gratiæ sunt adeo strictè interpretandæ, ut neque possint extendi ad casus similes, & pares, vel majorem rationem habentes, *Staib. resol. 6. i. nu. 43. tom. 1. Sanfel. decis. 100. nu. 59.*

Tertio esse denegandam prælationem D. Elionoræ proponebatur, nàm licet omnia supradicta adversus eam non militarent, & dato, quod dicta Elionora sit cognata, de sanguine, & familia venditricis, tamen ex quo aderat plures alii agnati, & cognati diversorum ordinum, & graduum proximiores dictæ venditrici, quorum alii consenserunt, & alii infra annum nō petierunt prælationem, propterea illam uti remotiorem non effe admittendam, & quamvis præfata Elionora uti neptis ex sorore venditricis sit in gradu successibili, & propterea proximioribus nolentibus retrahere, ipsa licet remotior sit admittenda ad instar successionis in vim successorii editi, ex tit. ff. de success. edit. Affl. in d.S. sed etiam res n. 4. & d.S. porrò n. 36. Sonbeck. de feud. disp. 13. n. 119. Facchin. lib. 7. q. 17. Rovit. in allegat. impress. post decis. 11. de Ponte n. 29. Capyc. Latr. decis. 57. n. 27. & 37. dicebat hoc procedere, quando in successione feudali sunt vocati diversi gradus, & personæ per ordinem successivum juxta proximitatem, ut *Bald. in conf. 265. nu. 3. lib. 5.*, non verò in materia retractus feudi, in quo non omnes agnati, sed unus ex duobus proximioribus, qui effet successurus, cæteri verò sive proximiores, sive remotiores sunt exclusi, cùm inclusio unius sit exclusio alterius, & inter duos proximiores procedit conclusio, nàm si unus nolit preferri, alter admittitur, ut in d. cap. 1. S. sed etiam res, per quos fiat investit., & considerabantur verba illa text. ibi: *Nisi tibi, vel alii proximi, & ibi: A te, vel alio proximiori, quæ verba uti geminata videntur denotare personalitatem, & claram voluntatem erga primos proximiores, & non ultrà, quia uti non vocati cæteri ad retrahendum, non sunt admissi, neque possunt in vim successorii editi, quod tantum habet locum in successione, non in prælatione, ut *Isernia in cap. 1. S. boc quoque num. 6. de success. feud. Brun. conf. feudal. 40. nu. 5. & conf. 80. nu. 20. de Marin.**

resol. 116. num. 30. & seq. tom. 2. de Ponte decis. 11. nu. 12. ibi: Cum non reguletur hoc prælatio à jure successorii, sed à jure sanguinis. Et quod hæc sententia sit magis vera, & juri consona laudato Cujacio, & nostris Regnicolis testatur Reg. de Marinis in sua allegat.

*127. n. 116. allegationum diversor. tom. 3. Tandem dicebatur, fore denegandam D. Elionoræ dictam prælationem, ex quo illam videatur petiisse dolosè, dum nō habet pecuniam præ manibus, ut Casale prædictum emere possit, cum primo loco solvendum sit pretiū ducatorū septem mille, & quingentum conventum in contractu venditionis, & expensæ erogatae prò instrumento, possessione, & assensu Regio, ut *Rocc. resp. 6. n. 1. tom. 2., Capyc. Latr. decis. 57. n. 42.*; secundò augmentum introitum in dicto Casale factum ex sua industria, & omnes alia meliorationes, quod augmentum, & meliorationes spectare dicebatur ad dictū Josephum emptorem, cui erat facienda solutio, non secundū id, quod valent meliorationes, & augmentum, nàm ipse non est bona fidei possessor tantum, cui debet refici quantum impendidit, ad text. in l. in fundo 23. ff. de reivindicat., sed est possessor verus, & jure dominii, cui venit solvendum, non id, quod impendidit, sed quantum est melioratum, estque auctum pretium in proprietate, ad text. in l. domus 62. ff. de leg. 1., ubi Bart. & DD. cap. 1. S. si vassalus tit. bic lex fin. Menoch. de præsumpt. præsumpt. 32. nu. 6. usq. 8. Costa de remed. subfid. remed. 99. n. 6. Theod. alleg. 74. nu. 1. usq. ad 9. de Ponte conf. 52. n. 33. lib. 5. Boer. decis. 44. n. 12. Thef. dec. 5. 25. 1. n. 3. in fine, de Marinis resol. 21. num. 25. Franc. decis. 30. in fin. decis. 109. & dec. 456., ubi adden. n. 8., ultimò addebatur, quod tenebatur dicta Elionora emere nonnullas alias possessiones, & rura empta per ipsum, prout aliæ fuit decisum in S.C. ex Capyc. Latr. decis. 168. tom. 2. ante finem, ergò videtur malitiosè petita dicta prælatio, & per consequens ex omni capite deneganda.*

Pro parte verò D. Elionoræ dicebatur nullo modo dubitari posse, quin ipsi competit petitæ prælatio, tūm quia Casale prædictum est feudum, tūm etiam quia ipsa licet sit cognata, attamen adhuc ei prælatio competit, non obstante quod adsint alii proximiores nolentes dictam prælatio-

nen.

Et primùm quod dictum Casale sit feudum,

fun-

fundabatur primo ex ipsa denominatione, & etymologia vocabuli, quæ rei qualitatem demonstrat, ut *Cravet. conf. 111. num. 18.*, ex *Bald. conf. 305. vol. 3.* Casale enim Licignani ab ipsomet appellatur Casale, membrum autem feudi, & Civitatis sunt Casalia, ut in *l. qui ex vico*, ubi *Glosa ff. ad municip.*, sed feendum, & Civitas non possunt dici, quod non sint feudalia, ergo neque Casalia, cum non possint dici diversæ qualitatis membra, quam earum corpus, juxta tradita per *Loffred. conf. 39. n. 35. per tex. in l. si quis cum totum ff. de except. rei judic.* Secundò ex assertione facta per venditricem, quæ dixit possidere Casale prædictum in feendum, & in capite à Regia Curia uti hæres Andreæ Rendinæ ejus fratri, assertio enim venditoris probat qualitatem feudalem, ut *Staib. jun. refol. 6. n. 21.*, illudque vendidit cum banco justitiæ, cui in dicto Casale est annexa jurisdictio, quæ efficit feendum quaternatum in Regno saltem præsumptivè, ut *Fulvius Lan. in addit. ad Patr. in c. I. de bis, qui feud. dare possint n. 79. 92. & 99.*, imò ipsa jurisdictio tanquam annexa feudo censetur concessa in feendum, *Anna conf. 119. n. 17. Rovit. in Pragm. 3. de ord. judic. n. 20. & conf. 56. lib. I. Amicang. in repetit. c. I. quæ sint regalia n. 20. & sequ.* Tertiò demonstrabatur esse feendum, nam ipsemet emptor petiit expensas erogatas pro impetratiōne assensus, & præstatione juramenti, imò producebatur assensus descriptus in quinternionibus Regiae Cameræ supèr emptione ejusdem Casalis facta à Bartolo Rendina in anno 1534., vigore cujus videbatur, dictum Casale suisse dismembratum à Civitate Acerrarum, assensus autem descriptus in quinternionibus qualitatem feudalem probat, ut *Anna conf. 129. num. 10.*, & ita decisum ait *Rovit. conf. 26. tom. 2.* Et quod plus dicebatur ad eò esse verum, dictum Casale esse feendum, nam per Regiam Cameram fuerunt expeditæ literæ exequitoriales pro solutio- ne relevii, ergo fuit dictum Casale per dictum Tribunal cognitum pro feudo, solutio enim relevii facta vigore literarum significaliorium pro certo efficit, ut Casale prædictum dicatur feudale, ut *Staban. refolut. 6. num. 22.* Nec obstat, quod dicta relevii solutio est unica, & facta fuit ab ejus viro, quoniam præsumitur facta de ordine Creditricis, cum nemo suum jactare præsumatur, ad *tex. in l. cum de in-*

debito ff. de probat. Merlin. centur. 2. controv.
78. n. 4., & multò magis, quia fuit facta à viro dictæ Elionoræ, qui præsumitur eam fecisse de ordine uxoris, ut *Pofb. decif. 223. n. 4.*, & licet unica sit solutio, facit regula, singula quæ non prosunt, multa collecta juvant, & sic collectis his omnibus negari non posse dicebatur Casale prædictum esse feendum, & per consequens in eo habere locum prælationem, ut in *d. cap. I. §. sed etiam res sit. per quos fiat investit.*, & in *juribus supradictis alleg.*

Ad secundum autem, in quo prætendebatur esse denegandam dictam prælationem, vel quia non fuit probatus gradus inter aëtricem, & venditricem, vel quia dicta Elionoræ, ut neptis, ex sorore venditrice non est agnata, & per consequens uti talis excludenda dicebatur, non posse negari, quin feendum, seu Casale prædictum fuerit acquisitum à Bartolo Rendina, cujus fuit filius, & hæres Hieronymus; Hieronymus autem successit Joannes Baptista filius similiter, & hæres, cujus fuit filius, & hæres Andreas Rendina, nec non filiae similiter D. Franciska Venditrix, & D. Hieronyma Mater dictæ Eleonoræ, & Vxor Caroli Prignani, ut ex fidibus Baptismatis, & præambuli quæ fides Baptismatis licet ex se solis probent ætatem tantum, junctis tamen adminiculis, benè probant ætatem, descendentiā, atque gradum, ut *Ricc. bar. 8. coll. 3547.* referens quatuor Rotæ Romanae decisiones; Nec defūnt adminicula, & pri-
mum est, nam constat, aëtricem fuisse vocatam à prædicta Hieronyma filiam, quæ uti filia nuptui fuit tradita; quæ nominatio probat filiationem; & secundum est, nam dictus Joseph conventus in suis articulis pro depositione principalis præsentatis, dixit adesse alios proximiores, ergo fatetur proximitatem Aëtricis, ergo satis probata dicitur descendētia legitima, atque gradus.

Quod autem dictæ aëtrici competat prælatio, quamvis neptis ex sorore, indagandum esse proponebatur, qua ratione in feudi fuit introducta prælatio, nam cognita ratione, cognoscitur justitia aëtricis, & resolvuntur omnia adversùs eam allegata. Prima ergo ratio est *Faccinei* dicentis, suisse inductam prælationem, nè exeant feuda à familia acquirentis, quæ ratio rejicitur, nam si vera esset, sequeretur, quod facta alienatione feudi in agnatum remotiorem, per quem

Sss feu-

506 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

feudum conservatur in familia , proximior agnatus non posset illud petere jure prælanis , contrà tex. in d.c. i. §. *Titius si de feudo defunct. fuer. controv.*, & *Rovit.* in ejus alleg. impressa post decis. i i. de Ponte n. 58. de Marin. lib. 2. resol. i 16. nu. 14., sicuti sequeretur etiam , quod foeminae nuptæ neque competenteret , cùm ipsa transeat in familiam viri , & per consequens non sequeretur conservatio feudi in familiam acquirentis , & tamen adfunt in nostris Tribunalibus nonnullæ decisiones in beneficium foeminarum , ut Reg. de Ponte decis. i i. , & Capyc. Lastro decis. 57.. Secunda ratio est , quæ adducitur à *Lanar.* in addit. ad patr. in repet. §. sed etiam res , per quos fiat investit. nu. 57., cum quo concordant Simon Pistor. in addit. ad Gen. qu. 12. circa finem , & alii relati per Reg. de Marin. resol. i 16. num. 30. desumpta ex d. §. *Titius*, fuisse scilicet inductam prælationem pro tuendo jure succedendi agnatis quæsito ab initio nascentis feudi , nám admittitur agnatus ad recuperandum feudum alienatum mortuo venditore absque alia pretii solutio- ne , & sic loquitur de agnato vacato ad successionem , vivente vero feudatario venditore , admittit eumdem agnatum soluto pre- tio; ergo non alia ratione , nisi ex supradicta , ut interim agnatus sibi conservet feudum , in quo est successurus post vendoris mortem. Tertia ratio est illa , quæ adducitur per Reg. *Rovit.* in ejus allegat. impressa post decis. i i. de Ponte , & per Reg. *Marcian.* disp. 50. nu. 25., scilicet prælationem dari ratione honestatis , ne feuda majorum transeant in alienas manus , quam proximiiorum , ad quam rationem probandam adducunt tex. in Lex, quæ tutores C. de administrat. tut., & l. si empt. ff. de minor.: Imò Reg. de Ponte decis. i i. circà finem subdit prælationem regulari à jure sanguinis , quia res majorum .

Quas rationes *Lanarij* Reg. *Rovit.* , & de Ponte veras esse dicebatur conjunctim receptas , i 4 alias si disjunctim admitterentur , nempè dari prælationē ex sola ratione conservandæ successionis , illa obtineret locū in feudo novo , cum etiam in eo de jure Regni succedat agnatus , quod negant de Ponte dec. i i. n. 12. in fine , & alij relati per R. *Marcian.* to. i. disp. 50. nu. 27., & si admitteretur ratio tantum , ne bona transeat in alienas manus , quia majorum , sequeretur esse tam generalem , ut tex. in l. dudum C. de contrab. empt. in nihilo ,

vel parum deservit; Imò competenteret prælatio in feudis etiam illis , qui non sunt in gradu successibiles contra tex. §. *Titius* , ac proindè dictas rationes esse veras conjunctim receptas , ratione scilicet conservandæ successionis , & simul honestatis , sive sanguinis , ne feuda majorum transeant in alienas manus .

Quibus rationibus *Lanar.* *Rovit.* , & de Ponte indagatis , & perpensis omnes concurrere i 5 in præfatam Eleonoram demonstrabatur , & propterea denegari non posse dictam prælationem . Prima enim adducta à *Lanario* adest , nám feudum , sive Casale Licignani fuit quæsitum à Bartolo Rendina Tritavo dictæ Eleonoræ , & deinde fuit posséssum à Joanne Baptista ejus avo , sic fuit suorum majorum , quorum appellatione , in larga significatione omnes ascendentés veniunt , ut *Oltrad. conf.* 25. nu. 5. per tex. in l. si cobart. lib. i 2.

Nec obtare , quod à dicto Jo: Baptista pervenit in Andream primogenitum , & ab eo ad Franciscam sororem venditricem , nám ex hoc non sequitur feudum non esse avitum , sive antiquum , quoniam paterni nomen retinet , licet successerit in eo primogenitus , nec immutatur ex persona ultimi possessoris , i 6 ut in cap. i. de success. fratr. , & ideo soror licet de jure feudorum sit exclusa à successione fratris in feudo novo , cap. i. de duob. fratrib. succedit tamen illi in feudo paterno , sive antiquo , cum sufficiat , quod descendat à corpore , & sanguine primi acquirentis , ut tradit *Camerar.* in cap. i. de success. feud. nu. 28. Hinc fit , ut devoluto feudo , vel emphyteusi ob lineam finitam Domino , si deinde Dominus iterum concedere intendit feudum , vel emphyteusim , consanguinei proximiiores ultimi possessoris preferuntur , ut *Ful. Lan.* in addit. ad *Parr.* in d. §. sed etiam res n. 22. , & 24. , & in c. si quis per triginta n. 40., & 41. Roman. cons. 27. n. 5. Quibus accedit , quod feudum novum dicitur illud , quod est de novo quæsitum , adeòquod in materia prælationis ad dignoscendam qualitatem feudi novi , vel antiqui non est inspicienda persona relinquenter feudum , sed agnati potentis prælationem in feudo , qui non quæsivit feudum , quod probatur ex dispositione *textus* in c. 2. §. sed etiam res , per quos fiat invest. , & satis clarus in d. l. si in emptione ff. de minorib. , ut animadvertisit Fulvius *Lanar.* in allegat. 93. nu.

Decisio IX.

507

n. 27. in recollectis per Reg. de Marin. tom. 3.
ubi quod hæc sunt nova, & non considerata
à Doctoribus.

Nec deficit ratio sanguinis considerata per
Reg. de Ponte cum præfata Eleonora sit de
descendentibus primi acquirentis, ratio e-
nim sanguinis consideratur æqualiter, tam
17 in descendantibus masculis, quam fœmi-
nis l. 2. C. unde cognati, & l. 1. eod. tit. de Pon-
te decis. n. 5., si ergo omnes supradictæ ra-
tiones concurrunt, ratio scilicet honestatis,
quia feendum fuit majorum dictæ Elionoræ,
& ratio conservandæ successionis, cum ipsa
sit admissa ad succedendum vigore gratiæ
concessæ in anno 1655., per quam fuit ex-
tenſa successionis usque ad quartum gradum
inclusivè, tam respectu masculorum, quam
fœminarum prag. 34. de feud., dubitari mi-
nimè poterit, quin prælatio ei competit.

Neque obstare, quod in successione fuerunt
admissæ fœminæ cognatæ per gratias prag.
18 34. de feudis, quæ non possunt operari præ-
lationem, nec extensivè, nec comprehensi-
vè, quoniam respondebatur, quod prælatio
cognatis competit, nō quia gratiæ prædictæ
comprehenderent illos, vel ad illos exten-
derentur, sed ex necessaria consequentia,
näm concessa successione, prælatio veniret
per cōsequens necessarium ad successionem
in feudo antiquo, ex ea ratione, ut feendum
conservetur in illis, qui ad successionem
sunt vocati, ex dictis supra per Lanar., &
Rovit., & cum natura feudi, quæ idem est
ac lex feudalismus, ut Lanar. in cap. I. de Vassal.
decrep. etat. nu. 39. per gratias, sit alterata
quoad successionem, adeout per d. pragm.
admittantur tam agnati, quam cognati usq;
ad quartum gradum, idcirco cum agnati, &
cognati sunt in gradu successibili in feudo
antiquo admittendi sunt etiam ad prælatio-
nem, näm alterata natura feudi, alteratio
censetur facta etiam in his, quæ veniunt in
consequentiam ipsius alterationis, ut Lanar.
in d. cap. I. de Vassal. decrep. etat. nu. 40., ex
Soccin. in l. Gallus §. etiam si parente ff. de
lib. & postb., & patet näm fœmina, quæ de
jure communi feudorum erat exclusa à suc-
cessione feudi, ut in cap. I. de success. erat
etiam exclusa à prælatione, eo jure conce-
sa, verùm cum postea per Constitutionem,
ut de successionibus fuerit habilitata ad suc-
cedendum, fuit ei etiam concessa prælatio,
prout cum casus accidit, fuit in Regijs Tri-
bunalibus observatum, ut in decisionibus

supra allegatis, ergo verum esse dicebatur;
quod alterata natura feudi quoad successio-
nem, operatur etiam quoad prælatio-
nem.

Nec minus ei nocere posse, quod Casale præ-
dictum non conservaretur in familia, &
agnatione illorum de Rendina, quoniam
dicebatur, quod prælationis ratio non fuit
conservatio feudi in familia, ut supra di-
ctum est, sed fuit ratio conservandæ succe-
sionis favore vocatorum in feudo antiquo
alienato, & propterea ratione honestatis,
quia fuit majorum, omnes in gradu succes-
sibili admittuntur, & si consideretur ratio
sanguinis circa successionem, nō minus cōsi-
deratur respectu masculorum, quam fœmina-
rum, l. 2. f. undē cogn. cūm sufficiat quod sit
de sanguine primi acquirentis, ut in l. 1. & d.
l. 2. f. undē cogn. Imò dicebatur, quod si con-
sideretur ratio sanguinis, quod dicta Elionora
etiam est agnata, ut in §. cæterum inst. de
legitim. agn. success. ibi: Sancimus omnes le-
gitimas personas, idest per virilem sexum
descendentes, sive masculini generis, sive
fœminini sint, in text. n. d. §. habetur quod
antiquitus tantum sorores admittebantur
ad successionem agnitorum, cum ipse ha-
bebantur uti agnatæ, & quod postea fue-
runt admissi omnes descendentes, sive ma-
sculini, sive fœminini generis ad successio-
nem agnitorum, ergo dubitari minimè po-
terit, quin ipsa sit agnata, & per consequens
cessare omne dubium, & ipsi competere
prælationem.

Verùm quia magnam vim faciebat reus con-
ventus in disputatione Reg. Marciani 50.
20 num. 25. & in decis. de Ponte II. num. 16-
respondebatur, quod dicta disputatione Mar-
ciani fundabat intentionem ipsius Elionoræ,
näm ideò ibi dicebatur negari prælatio-
nem, ex quo deficiebat ratio tex. in d. l. si in
empt. scilicet quia res fuit majorum, quæ
ratio minimè deficit ipsi Elionoræ.

Ad decis. verò de Ponte II. Respondeatur pri-
mò ei non obstare, näm in dicta decisione
21 author solum scribit id, quod dicebatur per
Attricem, non verò ponit conclusionem ne-
gativam excludentem descendentes ex fœ-
minis, quod patet, nedum quia nulla Do-
ctorum authoritate firmatur, sed quia dixit
quod non admitterentur, referendo id,
quod per attricem ibi proponebatur. Se-
cundò respondebatur, quod dicta decisio
eo tempore optimo Jure fuit fundata, näm

Sss 2 ra-

508 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

ratio admissionis fuit causa conservandæ secessionis in vocatos, nostris verò temporibus non est recipienda, nàm filii, sive filiae sororum sunt admissi ad successionem ex gratia concessâ huic Regno in anno 1655. ut in pragm. ultima de feudis: à qua successione tamquam effectus à sua causa pendet admissio ad prælationem in feudis antiquis, & sic dubitari non posse quin sit ei concedenda petita prælatio.

Ad tertium autem in quo dicebat dictus U. J. D. Joseph, ipsam Elionoram esse excludendam à dicta prælatione, ex quo aderant masculi, & alii proximiores. Respondebatur primò magis comunem opinionem esse affirmativam, ut testatur Capyc. Latro decis. 57. num. 29. quam novissime veriorem profitetur Cardinalis Petrus Marcell. Corradin. de Jure prælationis qu. 35. num. 21. ubi respondit ad Hartman. Pistor. Vultejum, & Gallupp. Rosam, & Reg. de Marinis, quos nos distinguendo laudavimus in nostra Animadu. 165. àn 9. ad 11. Communis enim DD. opinio facit legem, & ut lex est observanda, ut Scayn. decis. 79. nu. 55. & in judicando ab ea non est recedendum, ut Bart. in lfin. C. de pœn. Judic. qui male jud. & Decius in c. ne innitaris de Constit. & maximè, quod hæc communis opinio est fundata in verbis d. cap. 1. §. sed etiam res, per quos fiat invest., quæ diriguntur ad agnatum, dum dicit si quis ex agnatis tuis alienare voluerit, & deinde subdit (tibi vel alii proximiiori) ergò tam agnato, cui verba diriguntur, quam alii proximiiori prælatio concedit, ergo non est verum, quod solùm proximiior sit admittendus, & dum in text. fit mentio de agnato, & de proximiore, dicendum necessario est utrumque admississe, verùm cùm prælatione ad beneficium proximioris, juxta tex. in l. peto §. fratre ff. de leg. 2. ità ut proximiore nolente, vel non petente, ceteri quotquot sunt admittantur, cum appellatione agnatorum omnes veniant, & appellatione agnatorum proximiorum nullus excludatur, nam comparitivum non solùm nō excludit positivū, ut Bald. in l. 2. C. de probat. sed ipsum necessariò supponit, ut Ancar. cons. 215. num. 8. vers. 10. sic interpretatio attata per dictum Josephum est contra expressum casum dicti textus. Secundò respondebatur ex facto, nulli alii competere prælationem nisi praefata Elionoræ, nàm alii consentierunt venditioni, ut

filii venditricis, imò se obligaverunt ad evitatem, alii declaraverunt nolle prælationem, & alii proximiores, cùm notitiam haberent venditionis, noluerunt comparere tacite renunciando, ut conventus fatetur, imò permiserunt, quod laberetur annus, non solùm à die venditionis, sed à die litis motæ, ergò nihil est, quod ipsi Elionoræ objici possit; Non obstante denique quod ad sint masculi, & ipsa sit foemina, cùm in Regno sint admissi ad succedendum tam masculi, quam foeminae, ut in *Constitutione Ut de successionibus*, servata tamen gradus prærogativa, ità ut primò succedat masculus, & deinde foemina, eo non existente, ut Molin. de primogen. cap. 4. num. 12. & per Pragm. 34. de feudis, nihil circà hoc immutatum est, sed solùm successio fuit extensa usque ad quartum gradum, & maximè, quod in Regno, foemina non potest dici exclusa à successione, ut Theod. alleg. 99. n. 1. idcirco esse admittendam, aliis volentibus, vel non potentibus, sive masculis, sive foeminis.

Ad ultimū tandem, in quo allegabatur, dictam prælationem fuisse petitam dolosè, ex quo praefata Elionora non habebat tantam pecuniarum quantitatem quantum ipsi reo erat solvenda ex decis. Capyc. Latri 57. num. 42. & 43. respondebatur quod ultra dotes, dicta Elionora habebat alios ducatos quinque mille sibi donatos ab ejus cognato, & licet sub conditione, ut succedant filii nascituri ex tali matrimonio, alias reverteretur ad ipsum donantem, talis conditio non officit, quin dominium dictæ pecuniae donatæ non sit translatum ad ipsam Elionoram, ità ut possit cum ea feudum retrahere, ultra quod dicta conditio nihil ponit in esse, & potest esse, dictam Elionoram possè acquirere per mortem matris majorem quantitatem, & illam in locum dictorum ducatorum quinque mille subrogare. Nec pretium solvendum est tantæ quantitatis sicuti dicit actor, nàm ex pretio feudi non solvit nisi ducatos 3250. & meliorationes non sunt solvendas, juxta id quod expendidit, sed solùm expensæ meliorationum, cùm ipse non sit Dominus irrevocabilis infra annum, ut Gratian. cap. 957. à num. 30. & Seff. decis. Arag. 410. num. 57. tom. 4. estque inverisimile, quod qui non habuit pecuniam prò integro prezzo solvendo dicti feudi, habuisset postea prò tot assertis meliorationibus, emptionibus,

Decisio IX.

309

bus, & expensis faciendis tantam pecunia-
rum quantitatem.

Sacrum tamen Consilium his omnibus maturè
discussis, atque perpensis, sub die 20. Fe-
bruarii 1669. declaravit competere D. Elionoræ
Prignano prælationem dicti Casalis Li-
cignani, & proinde fuit condemnatus U. J. D.
Joseph Carissimus ad relaxandum dictum Ca-
sale in beneficium dictæ D. Elionoræ, solutis
prius in beneficium dicti Josephi tam pretio
dicti Casalis, quam expensis factis pro me-
liorationibus, assensu, & juramenti ligii
magii declarandis omnibus tempore exequi-
tionis busus diffinitive sententia, referente
Regio tunc Consiliario D. Joanne de Dura
Commissario, ut ex actis in Banca Actuarii
Montanarii.

Cæterum dum per hanc decisionem fuit con-
cessa prælatio, non obstante, quod propone-
batur, prælationem fuisse dolose petitam ex
quo petens non habebat, nec habere pote-
rat totam pecuniam præmanibus, adverte-
re oportet, quod fraus, & dolus non est
sic de facili præsumendus, quemadmodum
in propria specie retractus, non est præsu-
25 menda fraus ad repellendum filium à pe-
tita prælatione, ex quo adhuc vivente pa-
tre, qui feudum alienayit, & dum in ejus
potestate existit, accedit ad petendum re-
tractum ad quem accedere præsumitur
cum paterna pecunia, cum illam aliunde
habere non poterat, ut post Gratian. por-
pendit Eminentissimus, & doctissimus Cor-
radin. de Jure prælationis q. 35. à n. 35. ad 39.
& decism demonstrat, Boer. decis. 318. quo-
rum opinionem sequutum fuit Sac. Consil.
in præterito anno 1700. in causa D. Franci-
sci Gallone, cum Duce Montysardi, decen-
nendo dari prælationem ad commodum fi-
lli infantis illam petentis nedum vivo patre,
sed etiam elapso anno à die venditionis feu-
di ab eodem patre factæ, non obstante quod
objiciebatur pecuniam fuisse filio perventam
ab eodem patre virtute simulatae mater-
næ donationis, ut meminimus in nostra
practicab. observat. 55. num. 3.

- 4 *Et quid in officio concessa pro se, & cobere-
dibus ex corpore.*
- 5 *Feuda in Regno sunt hereditaria, quia
Regnum est hereditarium.*
- 6 *Prælatio an habeat locum in feudiis her-
editariis, n. 7. & 8.*
- 7 *Et quid quando Agnatus petens retrac-
tum esset heres cum beneficio inventarii.
Et quid in feudo hereditario mixto, n. 15.*
- 10 *Prælatio jure sanguinis num compé-
tit sequentibus in gradu, quando primogeni-
tus, vel proximior ad quem spectat suc-
cessio est incapax, vel infra annum præla-
tionem non petit, n. 19. & 20.*
- 11 *Actuarius officium an sit vile, & abje-
ctum, dum non continet dignitatem, neque
bonorem tribuit, dum Actuarii capite dete-
cto manent coram Gubernatoribus, & delin-
quentes more satellitum capiunt.*
- 12 *Prælatio an sit concedenda prævia esti-
matione rei, babito respectu ad tempus ven-
ditionis, vel ad tempus petitæ prælationis,
num. 14.*
- 13 *Exceptio erroris calculi num competat,
quando fuit transactum, vel exceptioni fuit
renunciatum.*
- 16 *Agnatis petentibus prælationem, vel jus
revocandi jure sanguinis, vivo, vel mortuo
alienante feudum, num obstat qualitas her-
editaria n. 17. & 18.*
- 21 *Officium Actuarius in feudum à Rege
concessum num subjiciatur dispositioni ju-
rium feudalium prout cetera feuda.*
- 22 *Agnatus qui petit prælationem jure san-
guinis tenetur solvere justum premium qua-
nti feudum valet; & quod fuit ab Emptore
solutum, n. 23.*
- 24 *Decisio S. R. C. pro resolutione propositie
questionis afferatur.*
- 25 *Premium conventum inter partes in con-
tractu venditionis num attendendum ve-
niat, vel premium appretiandum, si fieri
valor creverit ex beneficio temporis, quod
intercessit à die venditionis, usque ad diem
concessæ prælationis; Recentissime S. Consilii
decisiones afferuntur, n. 26.*

S U M M A R I U M.

- 1 *Facti series.*
- 2 *Jus retractus, seu prælationis jure
sanguinis duobus modis competit Agnatis in
venditione feudi infra annum à die aliena-
tionis, & a ratione, n. 3.*

A. R.

5010 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

ARGUMENTUM.

Prælatio jure sanguinis nūm competat Agnato in venditione officii Magistri Actorum, & num competat sequentibus in gradu, quando primogenitus, vel proximior, ad quem spectat successio est incapax successionis, vel infra annum prælationem non petit; & num competat prælatio habito respectu ad tempus venditionis, vel petitæ prælationis; & num sit solvendum justum pretium quanti feudum valet, vel illud, quod fuit ab emptore solutum; Et quid si valor creverit ex beneficio temporis; decisiones afferuntur ad questionis resolutionem cum aliis ad materiam pertinentibus.

DECISO X.

Vendito officio Magistri Actorum Casalis Afragolæ, quod possedebatur pro quatuo ex quinque portionibus per U. J. Doct. Scipionem Carbonem, U. J. D. Sigismundo Sicula prò pretio ducatorum ter mille, & septacentum, excomputatis in dicto pretio nonnullis quantitatibus interessè per prædictum Scipionem venditorem debitum dicto Sigismundo, mortuo prædicto venditore infra annum retractus, petiit in S. C. Carolus de Auxilio agnatus, & hæres ab intestato præfati vendoris declarari ipsi competere prælationem in venditione officii prædicti, quam quidem prælationem sibi competere contendebat non prò dicto pretio ducatorum trium mille, & septacentum, sed pro eo pretio, quod verè fuit venditum, nam pre-

tium prædictum supponebatur effictum, & simulatum ad evitandam prælationem, dum dicebatur fuisse in pretio inclusas, & excomputatas nonnullas tertiarum quantitates, quæ revera non debebantur.

Caroli de Auxilio petitio fræta videbatur in 2 retractu jure consanguinitatis, quod Agnatis ex lege investituræ vocatis competit in venditione feudorum, juxta tex. in cap. I. §. sed etiam res tit. per quos fiat investit. & cap. I. §. porrò qualiter poterat olim feud. alienar. juncto §. Titius tit. si de feudo defuncti contensio sit, Gotfredus in l. dudum C. de contrab. empt. Theod. Reinsing. in tract. de retract. consanguin. q. I. num. 19. Tholosan. p. 3. Syntagma jur. civil. lib. 26. c. 1. quod quidem jus avocandi jure retractus duobus modis agnatis competere dicebatur. Primo scilicet jure successorio vocatis à prima investitura, ut si forsan feudum antiquum fuerit alienatum, cum consensu Domini, ipsis tandem agnatis irrequisitis, & tunc mortuo alienante quia aperitur agnatis via successionis vigore investituræ, feudum retrahere possunt à possessore absque pretii solutione, quod quidem jus retrahendi experiri nequit vivo alienante, sed ejus mors erit expectanda, quia tunc successio deferetur. Secundò jus avocandi feuda antiqua competit, quando alienatur feudum, cum consensu Domini, sed in extraneum, quia tunc firmo manente contractu venditionis, agnati jure sanguinis valent feudum infra annū alienationis, soluto pretio emptori, avocare jure retractus, nam succedunt in locum ipsiusmet emptoris, adeo ut hoc jus experiri possunt sive vivo, sive mortuo alienante, & fit translatio quædam dumtaxat hujusmodi contractus de persona ad personam, ut Artman Pistbor. lib. 7. quest. jur. q. 5. n. 16., & q. 11. n. 21. de Ponte decis. 11. n. 3., & 4. Sanfelic. decis. 100. n. 2., & 3.

Quod quidem jus revocandi fundari dicebatur in ea honestatis ratione, quia scilicet in 3 urbanum videtur res majorum nostrorum ad alienas manus pertransire, juxta tex. in l. lex quæ tutores C. de administr. tutor. & Hermogenian. in l. si emptione 36. ff. de minor., quam rationem magis in feudis antiquis vigeret dixit Cujac. in dicto cap. I. §. titius tit. si de feud. defunct. contens. sit, ratione nobilitatis, & gentilitatis, ut DD. ubi sup., quæ quidem ratio fuit causa motivi dicto Carolo ad petendam prælationem jure retractus ob.

Decisio X.

511

oblato justo pretio; mortuo dicto U.J.D.
Scipione Carbone venditore.

Vérum pro parte dicti Sigismundi emptoris contendebatur talem prælationem dicto Carolo non competere ex pluribus. Et primò, quia feudum, sive officium prædictum fuit concessum cum solita clausula, scilicet *per se, & heredibus ex corpore*, ac per consequens illud dicebatur feudū hæreditarium, in quo jus retractus locum non habet, juxta tradita per *Andr. in cap. I. §. & si libellum tit. de alienat. feud. pat. nu. 9. vers. sed quid, Lippal. ad Ifern. in tit. de success. feud. c. I. §. & olim nu. 7. fol. 43. Montan. in §. præterea Ducus nu. 80. vers. communis, Clar. Sent. lib. 4. §. feudum qu. 9. n. 8. Capyc. latr. consultat. 23. num. 40. lib. 2. Marciān. conf. 52. num. 4. to. 2. & conf. 8. tom. 11. Affict. in Constitut. Regni de success. nobilium num. 6. fol. 17., & in decis. 240. nu. 9., & 10., & decis. 140. in princ., & 195. nu. 7. Franch. decis. 387. n. 2. & 3., quam opinionem sequuti fuere Peregrin. conf. 40. n. 50. in fin. vol. 1. Loffred. conf. 46. n. 9. Rosent. cap. 2. conclus. 41. tom. 1. fol. 50. Capyc. de investit. feud. in verbo hæreditarium, vers. prima concl. f. 235. de Ponte conf. 3. n. 73., & ita de communi observari in S.C. testatur Tbor. in compend. decis. part. 2. in verbo *feuda* fol. 207. Galeot. lib. 1. controuv. 31. nu. 38. Amicangel. q. feudali 1. nu. 38. Ifern. in Constitut. ut de successionibus vers. prædicta, Artman. Pistor. qu. 3. num. 65. tom. 2. Marciān. conf. 16. num. 19. tom. 1. Menoch. conf. 102. nu. 63. vol. 3. de Georgio allegat. 19.*

Quam quidem opinionem procedere dicebatur etiam, quod nihil ex investitura constaret de qualitate feudi, quia in dubio adhuc semper feudum merè hæreditarium judicari debet, juxta tradita à Frecc. de subfeud. lib. 3. nu. 26. Camill. de Curte lib. divers. jur. feud. fol. 45. nu. 11. Thomas de Marin. de feud. ex pacto, & providentia lib. 1. fol. 9. nu. 52. de Ponte decis. 11. nu. 50. Ad quod fundandum adducebatur investitura facta hujus Regni Siciliæ citrā farum de anno 1266. Carolo primo Andegavens. Duci, ejusque heredibus, & successoribus, vigore cujus omnia feuda intrā hoc Regnum existentia dicuntur hæreditaria, cum caput sit hæreditarium, ut Add. ad Napodan. in consuetud. & si testator in verbo, disponere, Reg. de Marin. cap. 86. n. 6. & 7. lib. 2. suar. resol.

Secundò dicebatur, quod posito quod dictum officium sit feudum hæreditarium, & dictus

6 Carolus actor erat hæres dicti venditoris, feudum, sive officium prædictum non poterat ad illum transfire, nisi cum qualitate hæreditaria, dum feudum hæreditarium citrā jus, & nomen hæredis haberi nequit, ut *Andr. in cap. I. §. quid ergo in finalibus verbis de investitura, Camerar. in c. Imperiale de prohib. feud. alienat. per Federic. Franc. dec. 1. n. 22. Capyc. latr. consult. 9. n. 8. to. 1., ubi n. 22. ait, in feudo hæreditario necessariò requiri, ut agnatus sit hæres ultimi defuncti, & ita tenet Hodierna ad Surd. decis. 235. nu. 6., distinguens feudum mixtum à feudo merè hæreditario, Thomas de Marin. de feud. ex pacto, & providentia lib. 1. fol. 12. nu. 59. & seqq. Capyc. latro consul. 28. nu. 55. lib. 1., ac per consequens tanquam hæres teneri habere ratum factum defuncti, ad tex. in l. cum à matre C. de rei vindic. Capyc. latr. decis. 57. nu. 36., & consult. 27., & 28. lib. 1., ubi inclinat in feudo merè hæreditario non habere locum prælationem, & ita decisum ait indi-
Eta consult. 27. in causa Julij, & Liviæ Zatta-
ra, ea ratione, ex quo scilicet in Regno ho-
die non differunt feuda à bonis allodialibus,
nisi quoad assensum tantum, ut Frecc. de
subfeud. lib. 3. diff. 2. fol. 439. Camill. de Curte
in lib. divers. jur. feud. fol. 48. at. nu. 53.*

Quod comprobabatur ex doctrina Capyc. latr. consult. 10. nu. 30. tom. 1., & consult. 9. nu. 18.

7 & 24., ubi ait, quod quando feudum alienatur cum assensu Domini, habetur ac si esset res allodialis, & feudatarius emens feudum cum Regio assensu, videtur illud recipere potius à manu Regis, quam venditoris, & sequitur Lanar. conf. 82. num. 19., & 21., & conf. 17. num. 3., & sic in feudo hæreditario, quod acquiri nequit absque hæreditaria qualitate, jus prælationis locum minimè habere posse dicebatur mortuo alienante, dum hæres tenetur habere ratum factum defuncti, jux. d.l. cum à matre, junc. l. si patri C. de donat., & l. cum hæres ff. de divers., & tempor. præscript. Andr. in cap. I. §. olim nu. 7. fol. 43. de success. feud. Alex. conf. 26. num. 9. vers. non obstat in fine, & ita voluere DD. Regnicolæ, ut de Ponte decis. 11. nu. 44. de Marin. alleg. 127. Capyc. decis. 64. nu. 2. Gnam. dec. 107. nu. 219., ubi ait, adeò veram esse supradictam conclusionem, ut in feudo hæreditario alienato cum Regio assensu agnati exercere nequeant jus retractus neque infra annum alienationis, neque post annum.

Quod quidem procedere dicebatur etiam, quod

512 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

quod agnatus non fuisset ab ultimo feudi possessor hæres institutus, nam adhuc illud acquirit cum qualitate hæreditaria, & ad onera quoque hæreditaria tenetur, & ad factum sui prædecessoris, ut probabatur, *dec. 1. de Francb.*, ubi agnatus succedens ad feudum hæreditarium, licet non institutus à testatore, fuit condemnatus ad solvendum legatum Hospitali SS. Annuntiatae ducatorum octomille, quāvis agnatus feudum non à testatore, sed à manu Iudicis habuisset, ex supradicta ratione, quia scilicet successit in feudo hæreditario, in quo tenebatur stare factio defuncti, ac proinde jus retractus minimè locum habere posse, dixit *Andr. in d. cap. 1. §. & si libellum n. 7. de alien. feud. Camill. de Curte ubi sup. n. 55. Tiraquel. de retract. Glos. 9. num. 50. per tex. in l. filius fam. §. cum pater ff. de legat. 1.*, & tanto magis, quod hoc jus retractus in feudo hæreditario ex nullo jure feudali cavetur, cum jura feudalia loquantur tantum in feudis ex pacto, & providentia, *ut in d. §. porrò, §. Titius, & §. sed & res, ut Artman Piftb. qu. 9. nu. 11. lib. 2.*

Item procedere dicebatur etiam, quod agnatus petens prælationem esset hæres cum beneficio legis, & inventarii, nam adhuc ab eo repellitur, nam inventarium non distinguit personam agnati à persona hæredis, quia licet sit hæres, & sit agnatus, feudum tamen adipiscitur copulativè, & indistinctè intuitu personæ utriusque; eo magis, quod in successione feudi hæreditarii plus prævallet qualitas hæreditaria, quā agnationis, & propterea prius illa, quā hæc attendi debet, ut *Camill. de Curte ubi supra*. Inventarium enim fuit introductum, nè hæres teneatur ultrà vires hæreditarias, juxta *l. fin. §. et si præfata m. C. de jur. deliber.* & ne jura, & actiones hæredis confundantur in sui præjudicium, ut in *d. l. fin. §. in computatione*, non verò quod non teneatur habere ratum factum defuncti, juxta dictam *l. cum à matre*, etiam si testator bona ipsius hæredis alienaverit, ut *Francb. dec. 83. n. 4. & 5.* nam alias si inventarium hæredi prodesset ad distinguendam personam hæredis à persona agnati, sequeretur, quod non teneretur solvere onera hæreditaria debita creditoribus, quia veniret ex propria persona contrà omnes juris regulas, & DD. opiniones, quod secus est in feudo ex pacto, & providentia, vel mixto, ubi agnatus succedit non uti

ultimi defuncti hæres, sed tanquam à lege vocatus ex investitura, & proinde non tenetur ad onera ultimi defuncti ratione successionis, quæ regulatur in totum à jure sanguinis, & providentia Principis concedentis, & ex pacto in concessione adjecto, ut *de Ponte in d. dec. 1. & Sanfel. dec. 100.* prout non teneretur ad factum illius testatoris feudatarii, qui alium, quā ipsum agnatum scripsit hæredem contra dictam decisionem *de Francb. 1.* sicuti quoque sequeretur maxima confusio inter feuda hæreditaria simplicia, & feuda ex pacto, & providentia, nam licet sint diversæ naturæ, haberent tamè eosdem effectus contra scripta per DD. communiter distinguentes qualitates feudi hæreditarii à feudo *ex pacto, & providentia*, ut *de Ponte de potest. Proreg. de affens. reg. super dot. §. 3.* Siquidem feudum hæreditarium absque qualitate hæreditaria haberi nequit, & sic licet hæres conficit inventarium, & quantumvis sit agnatus, semper tamen tenetur ad onera hæreditaria, & ad factum defuncti, & per consequens non potest filius, vel agnatus revocare feudum alienatum per patrem, vel agnatum, ut *Afflict. in d. §. Titius num. 2. & in cap. 1. tit. an agnatus*, ex predicta ratione, quia inventarium solum operatur separationem bonorum, & feudum hæreditarium est de hæreditate defuncti, quæ hæreditaria qualitas inest in ipso feudo à principio acquisitionis, sive generationis ipsius feudi, ut *Capyc. latr. consult. 9. num. 18. & 24. Afflict. dec. 112. num. 4. Francb. dec. 368. & 387.* & semel hæres nunquam definit esse hæres, ut juxta hos terminos loquuntur *Andr. in cap. 1. in fine tit. qui success. teneantur, & ibi Liparul. Frecc. de subfeud. lib. 3. differ. 7. fol. 442. Menoch. conf. 89. tom. 1. num. 25. Hartman Piftbor. lib. 2. qu. 1. num. 62. & qu. 9. num. 14.*

Tertiò dicebatur, quod prædictus Carolus de Auxilio repellēdus erat à petitione prædicti retractus, ex eo quod extabat vivens D. Hieronymus de Auxilio ejus frater primogenitus, ad quem successio rei feudalis spectabat, ut *Bald. in l. fin. C. de edict. D. Andr. toll.* qui profectò à jure retractus repellebatur uti incapax successionis feudalis, tamquam ordinibus sacris insignitus, ut in *cap. 1. §. qui Clericus tit. si de feud. defund. fuer. contro. cap. 1. an mutus, vel surdus, & cap. 1. tit. de milit. vassall. qui arma bellica depos.* etenim exi-

Decisio X.

513

existente agnato coherede primogenito feudali successione incapaci, nequit alter agnatus cohæres secundogenitus ingredi in ejus locum per *successorium edictum*, & per consequens tale jus retractus in eo extinctum fuisse dicebatur, nam successio feudalis regulatur per gradum, non per saltum, ut *Bald.* ubi supra, & *Consil. de Rosa consult. 22. num. 11.* & ideo dum prædictus frater primogenitus, ad quem tale jus spectabat, illud infra annum non petiit, ex quo non poterat uti incapax, neque poterat prædictus *Carolus secundogenitus successor in gradu*, ut *Grammat. decis. 103. num. 221. Rummus ad Affl. de jure probomis. vers. item quero fol. 63.* quibus conferre dicebatur dicta per *Gallupp. in suo method. feud. par. 2. cap. 2. num. 25. de Marin. alleg. 127. num. 15. & 16. & resolut. quotid. lib. 2. cap. 116. à num. 30. ad num. 31.*

Quartò dicebatur, quod in praesenti casu cessa-
bat ratio, propter quam fuit jus retractus
introductum, præcipue in feudalibus, hoc
est æquitate suadente, nè scilicet bona ma-
jorum, vel res maxima estimationis, vel ho-
noris, aut dignitatis decorata in alium transi-
ret extrà familiam, juxta *text. in l. lex, que
tutores, C. de administr. tutor.* nam hujusmo-
di officium actuarius, licet esset ex aliqui-
bus partibus feudalibus compositum, nulla
tamen dignitas, neque honor, aut jurisdictio,
sive vassallorum servitus considerari
poterat, maximè quia exercebatur in dicto
Casali Afragolæ, ubi actuarius nihil aliud
agit, nisi informationes scribere, & sèpè sa-
piùs capite detecto manere solet coram Gu-
bernatore, & delinquentes more satellitum
capere, & ligare, adeo quod officium Actua-
rii esse vile, abjectum, & Cartularium, imo
omnium officiorum seciem, ex *Andrea di-
xit Fulvius Lanar. in addit. ad patruum
ad cap. 1. de success. feud. num. 5. vers. &
officiu. Nec officium prædictum erat magni
valoris, sed tantum ducatorum termille
quoad partes feudales; quod adeò verum
esse dicebatur, ut nūquam tale officium
fuerat exercitum ab aliquo ex familia de
Carbone, sed illud semper locatum fuit, emolumenta percipiendo, & sic dūm in officio,
prædicto nulla dignitas, neque honor, aut
jurisdictio, vel vassallorum servitus considerari
poterat, cessabat propterea ratio
æquitatis, de qua in dicta leg. lex, que tu-
tores.*

Quintò, & ultimò dicebatur, quod et si præla-
tio prædicta fuisset concedenda, conceden-
da erat prævia estimatione, tām habito re-
spectu ad tempus venditionis, quām ad
tempus petitæ prælationis, unā cum melio-
rationibus, & expensis per prædictum em-
ptorem erogatis in officio prædicto, juxta
*text. in l. fin. §. 1. vers. & si quidem C. de jure
emphyt. l. 1. ff. de privileg. credit. l. fin. C. de lo-
cat. pr. edior. civil. lib. 11. Tholosan. par. 3. syn-
tagm. jur. civil. lib. 26. cap. 22.*

Nec aliquid obstabat, quod in pretio fuerunt
excomputatae per dictum quondam Scipio-
nem creditorem nonnullæ quantitates ter-
tiarum, quas emptor consequi pretendebat,
quando re vera illas consequi non debebat,
& proindè ipsi Carolo competere actionem:
erroris calculi asserebat, per *text. in l. unica
C. de errore calculi.* Nam respondebatur pri-
mò, quod dum dictus venditor confessus
fuit, se ipsum esse debitorem in quantitatibus
in instrumento venditionis enarratis,
hoc sat erat, ut dictus Carolus hæres tene-
retur habere ratum factum defuncti, per
tex. in d. L. cum à matre, C. de rei vindic. Et
tanto magis, quod dictus venditor in instru-
mento prædictæ venditionis voluit, ut si post
venditionem prædictam invenirentur solu-
tiones plus, aut minus ducatorum sexcen-
tum viginti septem, eo casu ex tunc donatio-
nis titulo irrevocabiliter inter vivos ipsi
emptori quantitates prædictæ donatæ cen-
serentur, & propterea non competere di-
ctam exceptionem erroris calculi, de qua in
d. Lunica, nam dispositio dicti *text.* non pro-
cedit, quando instrumentum continet transa-
ctionem, vel tali exceptioni fuerit renun-
ciatum, aut quando uni ex contrahentibus
ab altero contrahente jus ipsi competens
fuerit donatum, ut *Barb. in cap. si cautio de
fide instrum.* cuius dicta multum conferre
dicebatur, ipsumque sequitur *Reg. de Ma-
rin. cap. 73. lib. 5. Consil. de Rosa consult. 27. nu-
m. 34. & 36.* ubi ait, posse venditorem, & em-
ptorem in pretio emptionis, & venditionis
naturaliter se invicem decipere.

Et ex his dicebatur, nullum jus competere di-
cto Carolo circa petitam prælationem, vel
si competenteret, non solum ipsi emptori erat
solvendum pretium ab ipso solutum tem-
pore emptionis, sed omne illud plus, quod
tempore petitæ prælationis valebat, unā
cum meliorationibus, & expensis per ipsum
emptorem factis.

Tts

Pro

§14 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

Pro parte tamen præfati Caroli de Auxilio replicabatur ad primum, quod dicta ex adverso etsi procederent, locum tamen habebant in feudo simpliciter hæreditario, non verò in feudo hæreditario mixto, ut *Menoch. conf. i 26. nū. 11.* maximè juxta formam investiturarum Regni, ubi non solum procedit ratio, de qua supra, esse scilicet concedendum retractum gentilitium, nè conspicuæ res majorum nostrorum in extraneas manus transeant, verùm etiam, quia in eis minimè deficit eadem feudi natura, cum ex ordinatione investituræ successores designentur, licet isti admittantur cum qualitate hæreditaria, ex qua designatione successorum feuda non simpliciter hæreditaria in Regno dicuntur, sed mixta, ut *Hartman. Pjstbor. qu. 3. Anton. Monachus de reft. feud. interpr. cap. 35. & 36.*, quapropter ex vetustissima Interpretu sententia Doctorum hujus Regni nostri voluerunt, ut licet causa loquutionis restringendæ feudum concessum cum solita clausula, profè, & hæreditibus ex corpore, plerique hæreditarium vocetur, tamen feudalis natura non mutatur vigore formulæ hujusmodi concessionis, ut *Camer. in d. cap. Imperiale fol. 96. lit. B. Consil. Theodor. alleg. 22. num. 10.* ubi multos adducit DD.

Net obstare conditionem, sive qualitatem hæreditariam, nàm talis qualitas obstaret, quando agnati exercerent jus revocandi ipsi 16 competenter post mortem alienantis non solum pretio, annullando alienationem factam feudi absque eorum consensu, qui ex dispositione *cap. 1. de alienat. feud. pater. requiratur*, ut *Hartman. Pjstb. qu. 6.* fecus verò quando jus retractus agnatis competit vivo, & mortuo alienante jure sanguinis solum tamen pretio, nam tunc conditio, sive qualitas hæreditaria nihil repugnat, quin jus retractus exerceri nequeat, cum hoc jus exercere valeant agnati, etiam vivo alienante, quo tempore nulla qualitas hæreditaria in eis considerari potest, ut *Sovit. in alleg. inserita in comment. ad pragm. rub. de feud. à num. 17. Reg. de Ponte dec. I 1. Capyc. latr. decif. 57. Sanfel. decif. 100. num. 9.* qui ita ajunt practicari in supremis Tribunalibus favore agnatorum retrahentium.

Et licet *Capyc. latr. consult. 27. & 28.* contra agnatos retrahentes scripsérunt, sicuti quoque *de Marin. lib. 2. resol. quotid. cap. 116. & in alleg. 127. tom. 3. & in addit. ad Revert. decif.*

22. Idem tamen *Capyc. latro in dictis consultationib. & in decis. 57.* fatetur, prælationem fuisse concessam, prout quoque idem dixit *de Marin. ad dictam decisionem Revert. à num. 3.* ubi ait, consuetudinem judicandi esse, in feudo hæreditario locum habere prælationem ad favorem agnati proximioris, nisi aliqua justa causa excludendi illos adesset, prout testatur contigisse in casu suo, de quo in dicto *cap. 116.* quam sententiam sequutus fuit *Consil. de Rosa in d. consult. 27. in fine.*

Ex qua primi objecti solutione resolvi dicebatur secundum, nempè nihil obstat, dictum Carolum agnatum esse hæredem alienantis, 18 & proinde teneri approbare factum defuncti, per *text. in d. l. cum à matre*, quia illud procedit, quando agnatus vellet jure retractus revocare alienationem post mortem alienantis non soluto pretio; sed ex lege investituræ ob assensum agnatorum non præstitum, ut *Pjstb. lib. 2. qu. 9.* ubi *num. 22. & 28.* ait, quod licet ex aditione hæreditatis tali casu præcludatur via agnato exercendi jus revocandi feudum, si tamen agnatus hæres inventarium conficerit, revocationem tamen exercere poterit, quamvis de evictione ex aliis bonis hæreditariis, quatenus vires hæreditariæ suppetunt, teneatur, & non solum si fuerit hæres in totum, sed etiam si fuerit hæres in parte, nam totum feendum revocabit, & de evictione pro hæreditaria portione teneretur, & idem tenet *Faccbin. controv. jur. lib. 7. cap. 13.* non verò locum habet, quando agnatus prælationem petit jure sanguinis sibi competentem, nam tunc agnatus licet hæres sit, jure proprio venit, nec pro retractu agens factum defuncti impugnat, immo alienationem approbat, dum solum petit ipsum locum primi empiris ingredi, & actione evictionis non tenetur, quia feendum, sive res non evincitur ab emptore ex defectu, & vitio rei, vel juris venditoris, sed solum ex jure, & speciali privilegio proximitatis, quo casu cessat evictio, ut *Glos. in l. minor 25. annis ff. de evict. in Glos. fin. & facit tex. in l. si quis donum 9. §. penult. ff. locati*, quam commendat *Bald. in l. familiæ C. famili. erciscund. col. 2. nu. 7.* ac proinde nihil ei obstatere titulum hæreditarium, ut *Gomes. in l. 70. Tauri n. 10. vers. item quero, Handed. conf. 3. Boer. dec. 181. nu. 12. in fin.* quam sententiam communem esse testantur, & in praxi servari ajunt Jacob.

Jacob. Faming. cons. vol. 2. Guttierrez pract. qq. 149. num. 2. lib. 2. Decian. respons. 35. num. 5. vol. 4. Benedel. de jure probomis. in princip. Constitutionis sancimus nu. 124. Berlych. p. r. 2. conclus. 39. num. 13. Theod. Reinkingk. in tract. de retract. consanguin. qu. 2. limit. 8. num. 383. & seq. & num. 400. vers. verum enim vero, & ita in propriis terminis feudalibus ait Marcian. disp. 38. to. 1. num. 9. Enric. de Boit. & Petr. de Boer. ejus Magister in cap. constitutus de restit. in integrum Tiraquel. lib. 5. de retract. §. 1. Glos. 9. num. 50. per tex. in l. debitor, §. ultimo, ff. ad Trebell. Arias Pinell. in l. 1. par. 3. num. 99. C. de bonis, mater. Phanuc. de inventar. par. 7. num. 219. Frecc. lib. 3. de subfeud. differ. 3. in fine fol. 452. Tiraquell. de utroque retract. §. 1. Glos. 7. num. 81., & propterea cum dicitur Carolus prælationem petuit jure sanguinis cum oblatione pretii, nihil officere objectionem prædictam. Imò etsi illud petuisse tamquam agnatus hæres, quia tamen inventarium confecerat, adhuc tamen illud exercere poterat, ex juribus, & DD. supra allegatis.

Nec obstare tertiam oppositionem, dicebatur; quoniam fuit responsum, aliud esse agnatum proximorem nolle uti jure retractus; aliud esse agnatum proximorem incapacem successionis; primò enim casu, possit dubitari, an fieret locus agnato remotiori, quamvis solidior sententia sit, hoc jus in remotiorem transferri, ut Affid. in d. cap. 1. §. sed etiam num. 2. & in d. cap. 1. §. torrò nu. 81. vers. sed adverte, Rosenthal. de feud. memb. 2. conclus. 82. Schrader. cons. 20. num. 41. Joannes Kopen. decis. 54. num. 56. & seq. sequitur Facchini. lib. 7. controv. cap. 17. per totum, Rovit. in d. alleg. post decis. 11. de Ponte num. 92. & facit text. in l. 2. §. proximum. ff. de suis, & legitim. Theodr. Reinkink. in tract. de retract. consang. qu. 2. concl. 1. num. 35. per seext. in l. 1. §. proximus, ff. unde cognati, ubi testatur de veriori contraria sententia, ut nunquam excludantur remotiores Agnati, proximiorebus Agnatis de medio sublatis.

Aliud est, quando scilicet agnatus proximior est in capax successionis, quia forsitan, prout in praesenti casu, est ordinibus sacris insignitus, quia tunc habetur, ac si non exceptaret, juxta text. in cap. 1. de feud. fœmin. & cap. 1. §. si Clericus sit, si de feud. defunct. Usus de success. feud. par. 1. qu. 9. a num. 1. ille dicitur simpliciter proximus, cui deferenda

est successio, illique absque dubio immediatè competit jus retractus, ut DD. ubi supra, prout hoc idem tenent DD. quoque ex adverso allegati, ut de Marin. ubi supra, licet in contrarium certet Consil. de Rosa consult. 27. num. 11. negando successorium edictum in hoc feudali retractu, tandem ejus sententiam refellit. Cardinalis Corradinus de jure prælationis cap. 35. num. 20. & 21.

Ad quartum tamen objectum, quo dicebatur feudum prædictum continens officium actuariatus non subjici dispositioni jurium feudalium, tanquam non decoratum dignitate, ac proinde non comprehendendi sub ratione conservandi bona majorum, replicabatur, quod dictum officium actuariatus in feudum à Rege concessum quaternatum est, & per consequens nobile, prout est omne feudum, quod immediatè à Rege detinetur, ut Frecc. de subfeud. lib. 2. author. 4. nu. 7. fol. 332. & lib. 3. post formulam 3. differ. 1. num. 1. fol. 419. & sic attenta persona concedentis honorificum dicitur, sicuti cætera feuda; Imò actuariatus officium non solum aliquid non detrahit nobilitati, sed vel jurisdictionem in se continet, aut saltē jurisdictioni cohærente dicitur, Rovit. decis. 72. num. 5. Galeot. respons. fiscal. 12. Reg. de Pbelippis differ. fiscal. 32. à num. 46. & seq. Ex quibus constat, & signanter ex traditis per Reg. Galeot. hodie talia officia ex clausulis contentis in investitura, seu concessione, præsumenda concessa in feudum.

Ad ultimum tamen replicabatur, uniformiter apud DD. haberi prò constanti, illud prout tium à retrahente solvi deberi, quod extraneus emptori obtulerat, ut habetur ex §. porro, ibi, pro æquali pretio, quod verbum pro æquali ait Gotofred. ibi in Notis. in d. §. & res, vers. proximiori, & hujus opinionis Antesignanus fuit Andr. in cap. 1. §. porro, qual. olim feud. alien. poter. num. 2. ubi interpretando illa eadem verba pro æquali pretio dixit: Præferri agnatum, dummodo tantum velit dare quantum extraneus. emptor., & quod haec sit magis communis, & magis recepta opinio, habetur nedum ex supra tractatis Doctoribus, sed ex Baldo, Alvaro, Curtio juniore de feud. p. 4. ex quib. mod. feudi amitt. n. 152. Rosenthal de feud. 9. c. 8. corcl. 2. n. 8. Schrader. de feud. p. 8. c. 2. 7. q. n. 6. Mynsingh cent. 4. observ. 85. & decisū testatur. Vulneris de feud. c. 21. n. 186. de Ponte dec. 11. m. 1. & in feft. feud. cnp. 9. nu. 4. Capitulo latr. consult. 27.

§16 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

num.2. & consult.96.nu.21. & 22. Reg. San-
felic. decis.102. Reg. de Marin. ad Revert. de-
cis.436.num.3. Reg. Marcian. disp.38. nu.6.
Tbon. in supplem. Decis. vers. Agnatus fol.
10. Consiliar. de Rosa consult.27. num.14. &
28. Cardinal. Corradiv. de jure prælationis
qu.22.num.3. Consiliar. de Altivar. in obser-
vat. ad decis.24. Reg. Roviti num.50.

Quorum DD. opinioni suffragatur naturalis
æquitas, nam venditor jacturam pateretur,
23 si res æstimata fuerit minoris, quam valet,
prout si æstimata fuerit majoris quantitatis
veri pretii, deterioris conditionis esset agna-
tus, quam extraneus, qui minus solvit, ut
DD. ubi supra, & ex his prælationem præ-
dictam omnino ipsi competere dicebatur
pro vero, & justo pretio ab emptore prædi-
cto soluto. Et per S.C. sub die 10. Januarii
1674. interventibus Spectabile Præside
S.C. Ulloa, & Regiis Consiliariis D. Troja-
no Miroballo, & Ignatio Provenzale adjun-
ctis in Aula Regii Consiliarii Staibano, refe-
rente D. Regio Consiliario de Dura, fuit de-
24 claratum, Competere dicto Carolo de Auxi-
tio petitam prælationem, soluto prius pretio
ducatorum 3700. quo soluto, fuit ordinatum,
confidari possessionem actuariatus prædictæ
Euriæ Casalæ Astragolæ, ut ex actis in Ban-
ca Magnifici Actuarii Francisci Laviani.

Verum contrarium decernendum fore, sem-
per quod contingit ex beneficio temporis,
25 vel ex alio accidenti, vel ex partium malitia
pretium augeri, quia tunc attendendum
non erit pretium in contractu deductum,
sed verum pretium liquidandum ex appre-
hensione tempore prælationis, ne resultet illud in-
conveniens perpensum per Reg. Roviti. decis.
14.num.18. & per Cardin. de Luca de locato,
& conducto disc.46.num.8. in fine, Quemad-
modum dum hæc scribo, judicavit S. Conf.
cum maxima discussione sub die 13. Junii
1715. referente dignissimo Consiliario D.
Josepho Positano in causa D. Nicolai Anto-
ni Carbonelli Baronis Fini, & Aylani cum
D. Carolo Penna, qui petierat, ut agnatus
preferri in venditione feudi Aylani facta
de anno 1671. & nunc post annos quadra-
ginta quinque expostulavit judicium præ-
lationis expediri soluto pretio tunc conven-
to, sed S. C. condemnavit Baronem con-
ventum ad relaxandum feudum pro pretio
juxta præsens tempus, & decisio prodit sub
patrocinio D. Ferdinandi Porcinarii, Baronis
Advocati non minus nobilitate, quam mo-

rum, & doctrina præstantissimi, Concor-
dat consimilis decisio ejusdem Sacri Con-
silii edita sub die 9. Junii 1706. in cau-
sa Illustris Ducis Flumaris contra Domini-
cum Gratiosum, qui fuit condemnatus ad relaxandum in beneficium dicti Du-
cis jure prælationis territoria feudalia in
actis deducta pro pretio contento in appre-
hensione tempus præsens, ut ex actis pe-
nes Nicolaum Auriemma pro Magnifi-
co Sphera, & apud Benedictum Gratia-
num Scribam.

S U M M A R I U M.

- 1 F Abius Marcbesius, & Hieronymus do
Vineis celeberrimi Advocati comme-
morantur.
- 2 Dominus directus, qui habet dominium
soli, & rei corporeæ, alienando directum do-
minium, quod habet super re, corporalem
rem principaliter alienat.
- 3 Reivindicatio, quæ directo Domino com-
petit, non datur, nisi pro rebus corporalibus.
- 4 Emphyteuta dicitur utilis Dominus, &
vindicat per utilem in rem actionem.
- 5 Interpretantur verba Consuetud. incip.
Si quis emit feudum.
- 6 Dominus directus dicitur habere rem ma-
gis, quam qui habet utile dominium.
- 7 Jus congrui habet locum in annuis red-
ditibus, qui inherenter directo domino rei
alienat, & de ratione, num. 8.
- 9 Declaratur Speculator in tit. de locat.
- 10 Prælatio competit utili Domino virtute
Consuet. Neapolit. quando directus Domi-
nus vendit rem, & directum dominium.
- 11 Vassallus, & Cliens, invitatus quemadmo-
dum cedi non potest, ita multo minus emphy-
teuta.
- 12 Emphyteuta equiparatur conductor ad
non modicum tempus.
- 13 Prælatio non competit utili Domino
quando alienat Dominus directus, n. 14.
- 15 M. C. V. determinatio, quæ declaravit
competere jus congrui in bac Civitate super
annuis redditibus emphyteuticis venditis
per Dominum directum in dubium revoca-
tur.
- 16 Jus Protobomisæos, seu congrui, quod at-
tentia Consuetudine non datur, nisi ad rem
immobilem, non habet locum respectu annuo-
rum reddituum constituentium tertiam spe-
tem.

17 Con-

- 17 Consuetud. Neapolit. si quis emit. requirit domum, seu rem vicinam Collateralem Domui, seu rei immobili emptæ, ad hoc ut emphyteuta, vel dicimus possit retrahere jure congrui, nu. 18., & 19.
- 20 Consuetud. Neap., que concedat retrahendum in venditione rei immobilis corporeæ, num comprebendat annuos introitus; & num emphyteuta rei vendita conjunctus preferatur Domino directo babenti prælationem de jure communi.
- 21 Legis mente correcta censetur correcta ejus dispositio.
- 22 Decisio propositæ quæstionis, quæ prodijt secundum Consultationem Fabij Marchesij affertur, & adducuntur alia novissimæ decisio-nes concordantes, nu. 23., & 24.
- 25 Prælatio conceditur emphyteutę vendito jure Canonis, seu census emphyteutici per De-minum directum attenta Consuet. Neap. non autem de jure communi.
- 26 Reg. Marcian. disp. 63. tom. I., & Cardinalis Corradinus de jure prælationis declarantur num. 27.
- 28 Decretum S. Conf. interpositum sub die 30. Junij 1660. declaratur.
- 29 Censu adjudicato, censetur adjudicatum jus actuum consequendi censem, non autem directum dominium.
- 30 Clausula cum pertinentijs suis, vel integro statu, vel cedens, ponens, transferens nūm importet translationem dominij.
- 31 Emphyteusis concessio cum potestate affrancandi in simili, vel meliori, si contineat quoque pacium redimendi in pecunia pro cer-ta summa resolvitur in evptionem, & venditionem.
- 32 Prælatio num competit Domino directo in contratu concessionis in emphyteusim cum potestate affrancandi.
- 33 Jus congrui num competit vicino, quando primus contractus fuit cum potestate affran-candi in pecuniis; & secundus subalternus fuit initius absque potestate affrancandi, & offer-tur novissima decisio R. R. C. ibidem.

ARGUMENTUM

An emphyteuta præferatur extra-neo ementi à Domino directo annuos redditus inhærentes di-recto dominio, tām actento ju-re communi, quām Consuetu-dinario hujus Civitatis. Expli-catur Consuetudo, si quis emit. Typis subjicitur, tamquam au-reum monumentum. Respon-sum celeberrimi J. Conf. Fabij Marchesij, & afferuntur deci-siones, tām antiquæ, quām re-centissimæ, assignata ratione de-cidendi; occurritur decisio apud Reg. Marcian., & refellitur Car-dinalis Corradinus, declaratus vis emphyteutis concessæ cum po-testate affrancandi in simili, vel meliori situ cum alijs ad ma-teriam pertinentibus.

DECISO XI.

Hec magna decisio est innixa in se-quentibus responsis de jure editis per celeberrimos illos causarum Pa-trinos, Fabium Marchesum, & Hieronymum de Vineis, & comproba-tur, quoque alijs recentioribus, & recentissi-mis rebus judicatis, quæ cum adhuc typis mandatae non fuerint, fuerunt ex diligentia Authoris collectæ, affignatis solidioribus illis rationibus, & argumentis, quibus fratre vi-deantur.

Re-

518 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

*Responsum Fabij Marche-
sij, & Hieronymi de Vi-
neis cum decisionibus
S.R.C.ad quæstionis
resolutionem.*

IN casu, de quo quæritur, postquam non dubitatur in facto, an Baptista Stinca sit emphyteuta rei venditæ per directum Dominum Alexandro de Miele, & an Lazarus Joachinus à tribus lateribus vicinitate coniunctus, sed tantummodo an res empta sit stabilis, ut in ea jus congrui locum habeat, *jux. Consuet. Neapol.*, & an emphyteuta in ejusmodi casu præferatur extraneo; breviter ad punctum accedendo, non est aliquo pacto dubitandum, quin habens directum dominium domus, sit verus, & directus Dominus ipsius soli, & rei corporeæ, & alienando directum dominium domus sit verus, & directus Dominus ipsius soli, & rei corporeæ, & alienando directum dominium, quod habet super ipsa re, corporalem rem principaliter alienat, cum dominium sit jus de re corporali perfectè disponendi lege non prohibente, *Bart. in l. si quis vi §. differentia D. de acquir. posseff.*, & transferatur directa rei vendicatio, quæ directo Domino competebat, *l. in rem D. de rei vendic.*, quæ directa rei vendicatio non datur nisi pro rebus corporalibus, *§. omnium*, & ibi notata per *Gloss.*, & *DD. instit. de actionib.*, & hoc utique patet ad sensum, cum enim tale dominium sit accessoriæ super re, quæ tangi potest, non super ipsa domo, ut ex ejus diffinitione deprehenditur, quomodo, quod venditum est, non dicetur res corporalis, & immobilis, *l. i. §. quadam de rer. divis. §. 1. instit. de reb. corporal.*, sicuti è converso emphyteuta dicitur utilis Dominus, & talis vendicat per utilem in rem actionem, *l. si quis emptionis C. de praescript. x. vel xx. annor. cum* figitur solum ipsum, super quo fundatur directum dominium sit alienabile sicut, & utile, *l. fin. C. de jur. empbyt.* illudque sit quid corporeum, & immobile, prout supra dictum est, & cum ipse sit vicinus, & emphyteuta sit utiliter Dominus, quid prohibet, quin ipsi in solo ipso, ac directo dominio, & re alienata habeant jus congrui, cum & mens, & verba ipsius *Consuetudinis* hoc complectatur; Verba enim *Consuetudinis* sunt v3. *si quis emit domum,*

fundum, vel aliam rem immobilem, tenetur
5 *emptor denunciare ipsi vicino. Cum igitur in re ipsa sit reperire dominium directum, & utile, & quasi utile, ut per Sribentes in §. sed ipse instit. de action. nemini dubium est, quin habens directum dominium, quod est potentius, dicatur magis habere rem, quam quilibet aliis, l. bonorum la 1. D. de verbor. signif. l. i. §. fin. si ager. vecig. vel empbyt., & in multis casibus potest consolidari cum utili, ut tot. tit. C. de jur. empbyt., quod non erit è converso, unde magis propriè dicitur habere rem, qui habet directum dominium, quam qui habet*
6 *utile, d. l. i. §. fin. D. si ager. vecig., & manifestissimè patet ex l. in rebus. C. de jur. dot., ubi rei dotalis dominium, licet in maritum transfeat, remanere tamen poenes uxorem, & ab ea non discedere ijs verbis per Imperatorem declaratur, cum eodem res, & ab initio uxorius fuerint, & naturaliter in ejus permanserint dominio, non enim quod legum subtilitate transitus earum in patrimonium mariti videatur fieri, ideo rei veritas deleta, vel confusa est; & licet directus Dominus possideat civiliter, ut per gloss. magnas in l. 3. §. ex contrario vers. Item de re data in emphyteusim D. de acquir. posseff., & ibi communiter Sribentes, & in l. sicut certo §. si duobus vobiculum vers. sed qui sunt D. comm. dicitur tamen propriè, & non per fictionem rem habere, licet alias habeat naturalem possessionem, ut not. in l. si emptionem §. omnium D. de contrab. emption. & Aff. de jur. Protobonif. in §. si autem concurrat in fine, & sic iste Alexander propriè, & verè rem ipsam emit, & per consequens *Consuetudo* locum habet in ejusmodi casu proposto.*

Rursus, quod pro ipsis annuis redditibus, qui inhærent cum directo dominio rei alienatæ, **7** competat jus congrui, siq; de eis judicandum, ac de ipsa re immobili, voluit Bald. in cap. 1. col. 2. de controv. inter Vassall., & Episcop. Alex. conf. 211.6. vol. Tiraq. de utroq; retract. tit. 1. §. 6. glos. 1. num. 6., & sicut columnæ affixæ dorqui alienatæ, & dolia, quæ sunt in fundo, & ijs similia veniunt jure congrui, ut per Nap. in d. *Consuet. v.* & *aliam rem nu. 26.* multo magis ipsi annui redditus, qui inhærent ipsi domui, prout supra dictum est, quod propter quod unumquodque tale, & illud magis auth. multo magis *C. de Sacros. Eccl.*, & in specie, quod habeat locum jus congrui in ijs annuis redditibus, tenet *Aff. in Const. sanctimus post rubr. in 1. par. nu. 10. de jur. protobonif.*

Præ-

Decisio XI.

519

Præterea si vicinus extraneus alienat, & ad invicem sint vicini directus, & utilis Dominus,
 8 quærit Napod. in d. Consuetud. in verb. alicuius n. 33., quis succumbet? & decidit, quod ipse utilis Dominus preferetur propter maiorem congruentiam, sècundum convenientiam, ut ejus utar verbis, & ratio pacificè vivendi magis viget in ipso utili Domino; & sic manifestè demonstratur, directum dominium à petitione juris congrui non excludi, & per consequens contra eum, qui ex titulo emptionis in locum ejus succedit, agi posse jure congrui. At cum in casu nostro non tantum ad sit congruitas vicinitatis, sed annexitas utilis cum directo dominio, cur non magis præfereatur ipsi extraneo emptori iste vicinus, & utilis Dominus, quam ipsi directo Domino, & vicino? unde à majoritate rationis deciditur quæstio nostra in præallegato loco per Napod.
 Nec decisio Speculat. in tit. de locat. in contrarium allegata aliquid obest; nam verum est dicere, quod directus Dominus non tenetur
 9 certiorare ipsum utilem, quando alienat, si-
 cut non è converso, tamen quod vicinus, & utilis Dominus respectu vicinitatis, & utilis Dominii non præferatur extraneo, hoc ipse non decidit; Nam contrarium est veritas, prout supra demonstratum est, & constat decisum, ut per Boer. decis. 107. Nec id Consuet. requirit, sed ut emptor, & non Dominus id facere teneatur; & sic cessant omnia adducta per Speculat., & præsertim regula, quod unusquisque suæ rei est moderator, & arbiter.
 Quod insuper ex adverso adducitur, quod quædo directus Dominus vendidit rem ipsam, & directum dominium cessit ipsi emptori, jus
 10 prælationis cessat etiam respectu congrui, di-
 citur primò, salva pace, hoc in facto non sub-
 sistere; Secundò jam supra demonstratum est, ipsum utilem Dominum præferri, ut per Napod. in d. Consuetud. si quis emit n. 33. Ter-
 tiò, & ultimò dicitur tale jus nō esse cessibile, ut in specie decidit Guid. Pap. dec. 411., &
 Tiraq. de utraq. retract. fol. 607. nu. 4. Ex his igitur patet in ejusmodi casu, & jus congrui, & jus prælationis habere locum.
 Possent etiam multa ulterius similia adduci, quæ brevitatis causa omittuntur: nam si
 11 cliens, vel vassallus invitatus cedi non potest, multo minus emphyteuta, juri enim clientelæ, sècundum vassallagij cedi non potest invito vassallo, cap. 1. §. præterea Ducatus de præ-
 bilit. feud. alienat. per Freder. cap. 1. §. ex ea-
 dem de l. corradi, l. invitatus D. de fideicomis.
 libert.

Postremò æquiparatur conductor ad non modicum tempus ipsi emphyteutæ, cap. potuit
 12 extr. de locat., & tot. tit. C. de jur. emphyt., & in dictis locis per Scribentes, & potentius jus habet emphyteuta, quædam prædictus conductor, sed si directus Dominus vult alteri de novo locare, præsertur primus, ut per Bald. in l. ne cui C. locat. ergo multo
 14 magis præsertur utilis Dominus, quando alienat Dominus directus rem ipsam, & omne jus, quod in eo habet, & quod ipsi superficiario ad non modicum tempus competat jus congrui, sicut, & emphyteutæ, decidit Napod. in prædicta Consuet. si quis emit. nu. 23.

Ex quibus manifestissimè apparet, quod cum iste directus Dominus alienaverit solum
 14 ipsum, & directum dominium, & omne jus, quod sibi competit super re ipsa à se abdicaverit, nullatenus erit dubitandum, quin debeat in casu nostro contra emptorem judicari, & juxta Consuetud. prædictam per expertos comuniter eligendos erit faciendum appretium ipsius soli, & rei alienatæ, ac ipsorum annuorum reddituum, quo appretio, & consignatione sequuta solvetur debita quantitas, & ita, &c.

Hieronymus de Vineis.
 Fabius Marchesius.

Allegationes Contrarie.

Sive jus prælationis prætendant actores contra magnificum Alexandrum de Mie-
 le, emptorem anni census emphyteutici,
 15 & sic contra directum Dominum: sive jus prothomiseos, vel congrui semper suc-
 cumbent, semperque dicetur non multum prudenter (salva omni reverentia) ju-
 dicasse Magnam Curiam, dum termina-
 vit, competere jus congrui in hac Civitate Neapolitana super annuis introitibus: Jus
 enim prælationis, quod de jure comuni com-
 petit directo Domino, dum venditur em-
 phyteusis ex dispositione l. fin. C. de jur. em-
 phyteut. non elargitur utili Domino, dum
 venditur census, seu directum dominium,
 per text. in l. prædia in verf. sane, quia de
 location. præd. civil. lib. 10. §. per illum testet.,
 qui facit in individuo; Ita tenuit Specul.
 in tit. de locat. §. nunc aliqua qu. 103. num.
 116. idem Bald. voluit in l. fin. in prima de-
 fura

§20 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

Eura C. de jur. emphyt. col. 3. vers. quæro sicut num. 12. Ang. de Perus. in l. congruit eod. tit. de locat. præd. civil. , & Andr. in l. Imperialem §. nec Dominus feud. col. 2. num. 46. de prohibit. feud. alienat. per Federicum , & sic non procedunt à pari utilis , & directus.

*Jus verò prothomiseos , seu congrui non datur nisi ad rem immobilem , ut loquuntur *Confuetudines nostræ si quis emit , & alien. 16 de jure congrui* , quæ in hac Civitate inducunt jus speciale ; Si ad rem immobilem , ergo non habebit locum retractus , seu congruum respectu annuorum reddituum , cum illi ex propria , suaque natura nec mobiles , nec immobiles sunt , sed tertiam quamdam speciem constituunt , ut tradit *Panormitan. in tit. nulli col. 3. vers. quid autem de reb. Eccl. non alienand. Alexand. in addit. ad Bartol. in l. moventium D. de verbor. signific. Tiraquell. in retract. lignag. §. 1. glos. 6. num. 3. fol. 22. , ubi quærit , an retractus locum habeat in his annuis redditibus ; Et quamvis nonnulli , ubi trahendi sunt anni introitus ad alterutrum eorum , idest mobilium , vel immobilium , naturam immobilium sequi afferant , per text. in l. si quis Inquilinos de leg. 1. , & l. jubemus nulli in princip. , & ibi Glos. in vers. annonas ubi Bart. Bal. Paul. Castrens. de Sacros. Eccl. Hoc tamen ego dicerem procedere , quando dispositio loqueretur de quibuscumque bonis mobilibus , & immobilibus . Ita idem Tiraquell. in eod. retract. in §. 1. glos. 7. num. 20. Et dato pronunc , quod anni redditus inter immobilia connumerentur , & dempta illa universali , quibuscumque , adhuc tamen in terminis nostris aperte fatendum erit , non posse obtinere emphyteutam , vel quemvis alium vicinum , ut jure congrui retrahat ; Siquidem *Confuetudo nostra si quis emit , & omnes aliæ super jure congrui editæ disponunt tunc vicinum posse retrahere , quando habet domum collateralem domui , seu rei immobili emptæ ; Et sic designant , & requirunt rem retrahendam cum qualitatibus corporeis , ut per latera , per capita , 18 collateralis , à capite , à lateribus ; Quæ qualitates cum non adsint in annuis introitiibus incorporeis ; In eis jus congrui , Confuetudines non elargiri , nonnisi supinus dubitet , dispositio enim legis , vel statuti requiriens qualitatem aliquam , non***

procedit nisi qualitate verificata , l. 1. §. ait Prætor , ne quid in flum. publ. ubi Bart. Alex. cons. 172. vol. 2. nn. 5.

Rursus rubrica *Confuetudinum* loquitur de jure congrui , quod verbum importat vicinitatem ; *Confuetudo si quis emit* , requirit rem vicinam , seu collateralem , ut dixi ; 19 Et Neapod. in principio *Confuetudinis prædictæ* dicit *Confuetudinem* loqui de congruo vicinitatis , vicinitas non consideratur in re incorporea , non materiali ; Ergo , &c.

Et in tantum est verum , quod *Confuetudo* requirit rem immobilem corpoream ex utraque parte ad finem ut habeat locum retractus , ut habeat locum jus congrui , quando directus Dominus , 20 qui habet annuos introitus ; Et sic rem incorpoream , non retrahit emphyteusim , jure congrui , quando ea vendirut ; Et sic vigore *Confuetudinis* , si bene habeat jus prælationis de jure comuni per legem fin. de jure emphyteot. , ita Neapod. in d. *Confuetud. si quis emit* , in vers. alicujus col. 20. vers. sed quod si rei venditæ , ubi decidit casum nostrum , dum dicit , quod si rei venditæ est conjuncta emphyteuta , quod ipse præfertur in hoc jure congrui directo ; Si præfertur Domino directo ; Ergo in hoc jure congrui , hoc jure municipal , non comprehenditur anni introitus ; quare præferetur directus , vel si non præfereretur , haberet dimidium rei venditæ ; Sed quoniam *Confuetudo* non considerat , nisi rem , nisi qualitatem corpoream , id est excluditur directus . Postmodum ad hoc magis robandum , ibidem addit idem Neapod. rationem quarè utili , & non directo detur ; dicens , quod ista congruitas videtur introducta pro pacifice vivendo , & ne vicinus habeat malum vicinum , quæ ratio non convenit , immò cessat in annuis introitiibus ; Nam emphyteuta semper quod solvit vivit pacifice cum directo , nec dubitat molestias ; Ideo cessat dispositio , l. adigere §. quamvis de jure patron. l. cum tale §. fab. ff. de condit. , & demonstr. , ratio enim ampliat , & limitat statutum , l. cum pater , §. dulcissimis de legat. 1. , bene facit tex. in l. scire oportet , §. aliud versic. tamen.

Mens Legislatoris aliud vult , ff. de excusat. tut. torum . Et ideo correcta mente legis ; Intelligitur correcta ejus dispositio , glos. sing. in l. 1. in vers. patruis Cod. de leg. tut. , ubi Bart. Alex.

Alex. in l. i. fol. matrim.col.2. num.6. Argumentum hoc à ratione cessante decidit casum, quē paulò inferius in eo vers. alicuius, vers. item quero de *Censuario*; Idem *Neapod.* similiter terminat dūm inquit, quod cūm *Censuarius* habeat utile dominium; tenetur vendere potius vicino, secundum hoc jūs, quām cui debetur redditus; Et sic directo, & secundum hanc *Neapod.* opinionem, judicatum ait, Excellētiss. vir *Joannes Angelus Pisanello*, per hunc nostrum Sacrum Senatum in addit. ad *Neap.*, cuius decreti copiam ego afferam, ut sic omnīnō non sit hæsitandum, hoc jūs nostrum municipale, hoc jūs speciale non vindicare sibi locum in re incorporea.

Non fuit decisum secundum istas pōsteriores allegationes, sed secundum allegata per præstantissimos Cōsulentes *Dominium Fidium Marchesium*, & *Hieronymum de Vinea*, & proindē fuit condemnatus Alexander Miele conventus ad relaxandum censem emptum ad beneficium *Jo: Baptiste Stinca* utilis Domini, ut post *Camill. Salern.* tēstantur *Rendell. de jur. Prothom.* in §. rem immobilem à num. 7. vers. aliud est usque ad num. 11., & *Rumm. in additionib. ad Aff. de jur. prothomis.* ad §. 5. §. 1. à n. 27. usque ad nu. 41. fol. mibi 59.

Concordant alia decisiones per me allatae in obseruat. ad singul. 73. mei Genitoris num. 3., & 4., quibus passim fuit habitum prōstanti, censem irredimibilem alienatum in tertium dato certo prelio reddi redimibilem, & affrancabilem in beneficium emphyteutæ, quemadmodum decisum fuit per S.C. referente D. Consiliario Padilla in causa Antonij Follacchio cum D. Vespasiano, & D.Octavio Donnuro in causa U.J.D. Honuphrij, & Ignatij de Rosis cum Venerabili Monasterio S. Severini, & Sofij, & in alia causa inter D. Mariam Cimaglia cum præfatis de Rosis emporibus censis super domo quond. Consiliarij Apicella, & inter cætera alia exempla fuit adductum decretum ejusdem S. C. interpositum in causa U.J.D. Lucæ Cinque cum creditoribus qu. Notarij Josephi Cinque, referente D. Consiliario Rocco, sequentis tenoris.

Die 30. Junij 1660. Neap.

F Acto verbo de prædictis in S.C. per militem U.J.D. Franciscum Rocco Reg. Cons., & Causæ Compl. Visis instrumentis, fol. 523., &

973. Per Sac. Cons. declaratiō est, quod licet teat mag. Ludovico Quinque, sive ejus Consiliario affrancare annuos ducatos triginta duos debitōs illis de Fako pro ducatis quatuorcentam, salvois jnribus, quando comparuerit primus concedens, sive ejus legitima persona.

Franciscus Rocco.

De Mercatis Secretarius.

Ratio decidendi habita per S.C. tam in antiqua illa decisione, quæ prodij in causa Alexandri Miele, quām in recentissimis alijs decisionibus à nobis traditis, stetisse videtur in iure municipalī *Consuetud. Neapolitanæ*, quod tribuit jūs congruitatione communioris, dūm in eadem re emphyteuta habet utile dominium, & Dominus directus habet directum, & proindē videtur concedenda prælatio, quæ alias jure communi attento concedenda non foret; & cum hoc fidere distinctionis sustinentur decisiones, & conciliantur cum contrarijs per Fulv. Lanar. in addiction. ad patruum, & propriè ad repetit. S. sed etiam, per quos fiat investitura, num. 14. vers. sed quid è contra, fol. 321.

Hac ratione sic stante, non adversatur Reg. Marcian. disp. 63. tom. 2., quia articulus fuit disputatus in terminis, in quibus emphyteuta nedūm præjudicium sibi intulerat, solvendo per biannum emptori census, illumque recognoscendo in Dominum, ut legitur num. 30., & 31. vers. cæterum, sed aderat quoque aliud remedium in beneficium emphyteutæ, nempe rem liberam faciendi ex potestate affrancandi in pecunia, unde non erat locus prælationi, ut habetur expressè ex traditis ab eodem nu. 21., & 31. in fine sub his verbis; *Præcipue cum ipsem et Adversarius bonam fidem agnoscens, depositum pro affrancatione fecerat, & deinde revoluto mantello, prælationem postulaverat, quam nullatenus ex supradictis concedendam dicebamus.*

Nec obstant novissimè scripta per Eminentiss. Corradin. de jur. prælation. quæst. 31. num. 4.

ubi existimat veriorem opinionem dengantem prælationem emphyteutæ, siquidem loquitur in terminis juris communis, in quibus terminis non negamus veritatem dictæ sententiæ, quia nulla lege comuni hoc cavetur, ut consideravit Lanar. in locis superius allegatis, quo jure attento, neque æquitate suadente sequendam putarem opinionem ad favorem emphyteutæ, cum

Vvv

po-

522 Selectarum Iuris Feudalium Conclusionum

potius suadeat aequitas, ut quis sit rei sue moderator, & arbiter, ob inconvenientia illa considerata per Amat. resol. 54. nu. 25. p. 2., & in his terminis intelligendi sunt DD. lato calamo allegati per Conf. de Altimar. de nullitatib. contract. rubr. 1. par. 2. qu. 18. nu. 488., qui num. 489. tom. 2. Nos allegat cum decisionibus a nobis relatis. Ratio, cur in decreto a nobis superius tradito fuit apposita clausula *savvis juribus*, quando compa- ruerit primus concedens, vel ejus legitima persona, fuit ex quo dubitabatur, si in prima concessione facta Ludovico Quinque erant translata jura directi dominij, & sic 28 subintrabant termini decisionis Guid. Pap. 264. nu. 3., ubi quod adjudicato censu, seu redditu, censetur adjudicatum jus activum consequendi censem, non autem directum 29 ipsum dominium, quod in avocando, & revocando consistit; Verum si annuus redditus non fuerit simpliciter cessus, adjudicatus, venditus, vel donatus, sed addita clausula, *cum juribus, pertinentijs suis*, vel in- 30 tegeo statu, vel cum illis verbis, cedens, transferens, ponens, in locum suum cum juribus, & pertinentijs suis, totoque suo integro statu, tunc directum dominium utique translatum censetur, juxta disputata, & decisa apud Giurb. decis. 84., & signanter nu. 10., & 20. cum sequentibus, ubi resolvit contraria argumenta.

Tandem advertendum supereft, quod emphyteufis concessio si fuerit facta cum potestate 31 affrancandi in simili, vel meliori situ, & postea subdatur pactum affrancandi dictum

censem in pecunia pro ducatis tot, concessio apparenter facta in emphyteufism re- solvit in emptionem, & venditionem pro dicto pretio convento, Camill. de Medicis conf. 56. num. 22. 23. 24., & 25., & quod pa- tium affrancandi in pecunia, vel in simili, vel meliori convenienter inter se, videndus est Marcian. conf. 37. nu. 6. tom. 2.

Et adeo verum est, quod concessio cum potestate affrancandi in pecunia resolvitur in 32 emptionem, & venditionem, quod facta subconcessione per primum emphyteutam sub anno canone redimibili, nulla competit praelatio Domino directo, nisi expresse sibi caverit de praelatione tempore concessionis, ut perpendit Reg. Marcian. disp. 98. a nu. 34. ad 41. 10. 2., ubi explicat dec. 610. D. de Fran- cbis, quamvis in contrarium urgere videantur allegata, & decisa apud Hodiern. contr. c. 1., ob eamdem rationem vindicabit sibi locum ius congrui ad favorem vicini, non obstante quod contractus fuerit denominatus emphyteuticus, in quo non habet locum ius prothomiseos, & non obstante quod secunda concessio subalterna non fuerit in ita cum tali potestate affrancandi prout prima, ut decisum fuit per S.C. referente D. Consiliario Padilla sub die 17. Septembris 1669. in causa illorum de Salernitano cum haeredibus, & creditoribus qu. Felicis Basilij, ut testatur Conf. Staiban., qui interfuit in votando, in observat. ad resol. 149. a nu. 16. ad 33. lib. 2. accedit ex recentioribus, Conf. Altimar. de nullitas. contract. rubr. 1. sect. 2. supplementi 2. q. 39. nu. 761., & 762. tom. 4.

F I N I S

I N.

INDEX

LOCUPLETISSIMUS RERUM NOTABILIUM.

Quæ in hoc Tractatu, & decisionibus continentur.

A

- A**bigeatus crimen quomodo, & ex quanta quantitate animalium committatur;
Et quid data reiteratione, par.3.Cap. 15.nu.2. pag.232.
Abigeatus pœna ratione circumstan-
tiarum redditur arbitraria. ibid.nu.2.
Abigeatus pœna an possit practicari contra copientes
boves, & alia animalia aberrantia. ibid.n.7.
Abigeatus pœna ad hoc, ut quis teneat, requiritur
dolus malus, qui abesse videtur in capiente, vel
detinente animalia aberrantia. ibid. n.8.Vide ver-
ba pœna furti, & verba animalia aberrantia, &
verba pœna abigeatus.
Absolutio rei ob dubiam Fisci probationem, vel ob
indicia non perfectè purgata, an debeat esse diffini-
tiva à crimine, vel tantum ab instantia, sed ab ob-
servatione judicij.par.2.Cap. 10.n.22. pag.162.
Absolutus ab aliquo crimen non potest amplius in-
quiri, vel molestari, & quid Principe mandante:
par.3.Cap.20.nu.13. pag. 263., & 264.
Absolutus à delicto an possit molestari ad instantiam
alterius accusatoris habentis jus accusandi, &
quid data ignorantia accusationis ibid. Et quid
in accusato ab accusatore publico, absoluto, non
addita clausula, alio non apparente, nám iterum
accusari possit ad instantiam partis. ibid.n.14.
Absolutus à Judice delicti an possit puniri, & mole-
stari à Judice domicilijs. Reservatur casus decisus.
ibid.nu.16.Vide verb.præscriptio delicti.
Accessu factu super faciem loci ad convincendam te-
stium falsitatem, si oriatur discrimen inter Judi-
cem, & expertos, cui erit magis credendum. par.
2.Cap.5.nu.4. pag.142.
Accessus, si à visitatio loci quando proponitur ad dif-
ferendum judicium, rejicitur tanquam cavillosa.
ibid.nu.15.
Accessus super faciem loci cognitio, quoties non re-
sultaret per solam evidentiam, vel ex conjecturis
ex ipso inspectione resultantibus, sed ex testibus
examinandis, rejicienda erit. ibid.nu.16.
Accusatio criminis de termino moto, an competit
unicuique de Populo. p.3.Cap.18.n.5. pag.244.
Accusatio an reddatur suspecta, si accusator accu-
sare distulerit. ibid.Cap.20.n.17. pag.264.
Acta facta per Judicem, postquam fuit declaratus su-

- spectas sunt nulla, irrita, & attentata, etiam ac-
cedente consensu partis. par.3. Cap. 22. num.17.
pag. 279.
Vide verb.Judex, verb. recusatio , & verb. excep-
tiones.
Acta facta per Judicem recusatum, an sint valida si
fuerint facta cum interveniu ejusdem partis, quam-
vis contradicentis. par.1. Cap.26.n.50. pag.95.
Acta facta post appellationem, an veniant annullan-
da, postquam fuit declaratum in gradu appellatio-
nis suspicionem militare. ibid.num.54. Vide verb.
suspicio,verb.recusatio, verb.testes,verb.examen,
& verb.Judex.
Actio ad feundum hodie potest validè cedi absque af-
fensi . Dec.4. n.39. pag.410.
Actor, qui accusavit de termino moto, an declarare
teneatur locum, & tempus commissi delicti: par.3.
Cap.18. nu.9. pag.245.
Actus, qui non valeat, ut agitur, an valeat eō modo,
quo valere potest.Dec.1.n.46. pag.331.
Actuariatus officium an sit visle , & abjectum , dum
non continet dignitatem , neque honorem tribuit;
dum Actuarij capite detecto manent coram Gub-
ernatoribus, & delinquentes more satellitum ca-
piunt. Decis.10.nu.11. pag.513.
Adulterij definitio traditur. par. 3. Cap. 8. num.1.
pag. 212.
Adulterij crimen est detestabilius ceteris criminis.
ibid.nu.2.
Adulterium commissum, marito consentiente, an ve-
niat puniendum , & qua pœna. ibid.nu.6.
Adulterium an committatur in meretrice nupta.
ibid.nu.7.
Adulteri absolute an profit adulteræ. ibid. nu.8. &
quid in absoluzione viri , qui commisit incestum,
nám ejus absolutio profit mulieri confessæ de eodem
crimine. ibid. n.9.
Adulterij corpus delicti quomodo probetur ; & nám
probetur per verba enunciativa , nempe moglie
del tale. ibid.nu.10.& 11.
Adulterium quomodo probetur in specie ; & an pro-
betur per testes deponentes. se vidisse virum supra
mulierem. ibid.n.11.& 12.
Et an sint suspecti de falso testes deponentes , se vi-
disse venereum conjunctionem maris, & fœminæ.
ibid.

- Adulterium* an probetur per evidensiam facti, vel per presumptio[n]es juris, & de jure, vel per legitimam probationem mulieris adulteria. ibid.nu.13.
- Et an resalter indicium indubitatum adulterij,* si maritus per annum absuerit, & demum reversus in domum, pregnantem invenerit uxorem; vel si oppressus aduersa valetudine uxori conjugale debitum prastare nequeverit, ibid. n.14.
- Adulterii accusatio*, ad hoc ut legitimè dicatur instituta, requiritur, ut maritus instituat accusacionem de adulterio; & quid si accusationem proponuerit, & ante litis contestationem remiserit, nam Fiscus possit querelam prosequi. ibid. n.15., & 16.
- Et quid quando adulterium esset commisum cum violentia*, ibid.n.17.
- Et quid quando adulterium esset commisum cum incestu*. ibid.n.18.
- Et quid quando adulterium esset aed nozorium, quod maximum scandalum in publico oriretur*. ibid.n.19
- Adulterij sub criminе, & sub lege Jul. comprehenduntur stuprum, lenocinium, & raptus*. p.2.Cap. 9.num.1. pag.215.
- Advocatus produci in testem*, vel cogi ad testificandum in causis capitalibus adversus clientem non possit. par.1.Cap.14.nu.5. pag.49.
- Advocatus effectus Iudex admittitur ad serendum testimonium*; & ad jus dicendum in causa diversa, in qua non fuit praestitum patrocinium. ibid.nu.11., & 12.
- Advocatus, qui scripsit, uti Advocatus in una causa consimili, & suas consultationes typis mandavit in aliquo Commentario, effectus Iudex an possit intervenire in causa consimili, ubi controvertitur idem juris articulus*. ibid. à num. 15. cum seqq. Vide verb.Judex, verb.suspectus, & verb. Pragm.
- Etas septuaginta annorum, an requiratur completa, vel annus incæptus babeatur pro completo*. par. 2.Cap.13.nu.21. pag.180.
- Vide verb. Senis.
- Agnatis parentibus prelationem, vel ius revocandi jure sanguinis, vivo, vel mortuo alienante feudum, num obstat qualitas hereditaria*. Decis. 10. nu.16.17., & 18. pag.514.
- Agnatus, qui perit prælationem jure sanguinis, tenetur solvere justum preium quanti feudum valeret;* & quod fuit ab emptore solutum. ibid. n.23. vide verb.prælatio, verb.premium, & verb.jus retract.
- Alienatio rei alienari prohibita sustinetur, & licita videtur pro emenda re, quam emisset Testator, si oplata ei fuisset occasio*. Decis.5.a.79. pag.440.
- Alienatio, quando non permitetur fieri in alios, quoniam in illos de familia, per necesse est permitta alienatio intra familiam*. Decis.6.n.25. pag.450.
- Alienationis prohibitio extra familiam differt à prohibitione alienationis, ut bona conserventur in familia*. ibid. n.29.
- Et quid si sœminæ fuerunt exclusæ, nedum à contractu, sed à successione*. ibid.n.30.
- Et quid existentibus cojecturis inducentibus fiduciis commisum in casu mortis*. ibid.n.31.
- Et quid existentibus verbis denotantibus perpetuitatem*. ibid.n.32.
- Et quid existente prohibitione alienationis favore descendientium, & quid existente prohibitione reali*. ibid.nu.33., & 34.
- Et quid si agatur de prohibitione alienationis facta super re insigni, & conspicua*. ibid. n.35.
- Et quid stante vocatione in beneficium S.Hospitalis Sanctissima Annunziata in casu contraventionis*. ibid.n. 36.
- Alienationis prohibitio semper intelligitur de voluntaria, non de accessoria*. ibid. n.38.
- Alienare prohibitas alijs, quam illis de familia, non censetur prohibitus vendere extraneo, negligenterbus illis de familia emere*. ibid.n.39.
